Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Consilia D. Iacobi Mandelli, Albensis, Clarissimi iurisconsulti, ac legum interpretis celeberrimi. : Legum studiosis, ac omnibus in foro versantibus maximè necessaria.

https://hdl.handle.net/1874/433438

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. fol.
234

Jus positivum et Interpretes

Folio nº. 234.

renũcians ponere. Si vo i genere/ut s. dictũ est/dico q̃ non põt ulterius ad renũciantis ĩstantiaz judex ĩterrogare. nec ei ꝑ se renũcians ponere. Et officio tñ suo põt judex iterrogare sup iaz actitatis usqz ad cõclusionez/ut. s. Et sc. secuam? Quidaz tñ hoc aliter dicũt. et nõ. quo ad hoc idez esse simpliciter probatiõib? renũciare. qz ĩdefinita locutio equipollet vnĩuersali/vt i p. c. si romanorz. et i p. decre. qz carca:

Cæterz licz renũciatuz sit/productioni testiuz. nichilomin? tñ adhuc possũt positiones fieri/vt. s. d. testis. fi:

Hoc quaqz notãd. est. q̃ actor debet pri? ponere/iuxta regulaz/qui prior appellat/prior agat. ff. d. iudi. q prior. Et so/reus. Vel etiaz viassiz ponat/si judex viderit expedire. ex. d. cã pos. ꝑ ꝓpue. c. y. Et ad hoc facit qd̃ legit? i no. C. d. uiñ. cal. l. y. ꝑ prin. ibi/et actor qdez. rc./et j. v. proꝛ. g. vnaz

Sz pone/Ecce actor facit/positiez tui reus sufficienter respondet/q̃ statim re? vult aliqz facẽ. Nũqd coget actor/ei respondẽ. Iste. v. usqz ad finez. s. fuit viri. de bon. et jo. d. deo/ubi. s. et ĩcipit utrobiqz ut. qd si actor/facit ad hũc. v. io qd̃ scripsi. s. d. reuoluen. s. videndũ/sup. v. et si videz. Vide q̃ sic. ff. d. reg. uiñ. non debet. rcuj. q. uij. qui peccat. ex. d. mutu. pet. prudentiaz. Ecõtra vide. qz qui prior appellat/prior agat. Et qui hz onus probationis/hz q̃ emoluñtuz/ut i pre. l. qui prior/q̃ ex. d. oꝛ. cog. c. y. ff. d. pba. l. y. Insti. d. legit. pat. tu. Sol. dicũt qdaz q̃ si aliqd est pro actore probatuz/ul' presũptũ/tũc debet audiri reus/al' frustra admitteret. ar. C. d. i offi. te. fili? C. ad. l. e cor. d. fal. l. pe. qz absoluendus est/etiaz si nichil probat/actore non ꝓbante. ex. d. uiñ. uiñ. c. fi. ex. d. cã pos. q ꝓpue. cũ eccia. i fi. Aly dicũt q̃ si reus velit ultro probare/mos eiz gerendus est. Et si nil sit pro actore ꝑ sũptuz. ff. d. pba. ariza. C. d. ĩge. ma. l. penlt. De consuetudine vo gñali actor primo ponit/q̃ reus/qd̃ plenius prosequere/ut. s. d. dilat. s. videnduz.

Hoc quaqz certũ est q̃ ab. q. nõ. q. y. si positio rei sit preiudicialis. i. interrumit positiõez actoris/priꝰ admittitur reus/ut. xxij. q. uij. qui peccat. ri. i. vbi dz. qz iterrogas q̃ sit intio ꝑsequendi/viassiz te iterrogo cui? sit vox. rc. Ad idez. xxj. q. ꝑ. per totuz:

Jt̃/consulo tibi aduocato rei/ne multũ festines ĩ positiõib? faciendis/ne. s. ĩstruas actorez. Et ut pri? q̃ ponas plene videas ei? ĩtentiõez fũdaraz/ul' quasi/ut iaz dixi. Non

ceiz hales ponere donec videas ei? i

Quinto superest/ab. tertiõez:- videre/qualiẽ fieri debent positiões. Et iz fere i oĩbus actionib? sꝛcaliter formantur? j. i trac. libellor. Sic z fecit jo. d. blagñalez aũ. tractatũ non coluit. Z tuñ utile visuz est hic doctrinã tradere generalez. Ad cui? rei notitiaz sciendũ est/q̃ i pleusq; locis non fuit positiões. Sz lite ꝯtestata/prestitoq; iuramento/statiz judex sup singulis articlis libelli reuz ĩterrogat. qd̃ dic ut. s. d. teste s. nũc videduz nobis. i pri. Sz i Curia ro. et qñ vbiqz positiones formantur:-

Sup quo scias q̃ qñqz fuit ante litẽ. ꝯte. sup exceptione excõis sic ꝓposita. Coraz vobis dñe judex dico. p. esse ex cõicatuz. qz peraussit talez clericũm/ideoq; non esse i causa/quaz ꝯta me mouet/audiendus. Si ig? ille neget se excõicatũ/ul' se excõicatũ vl' illũ clericã fuisse/exapiens sic formabit positiões. positiones. Pono/q̃ peraussisti talez. Jt̃/q̃ in tali parte corpis. Jt̃/cũ pugno/vl' baculo. Jt̃/q̃ percussisti eiz tali die. Jt̃/q̃ i tali loco. Jt̃/q̃ talib? pñtib? Item q̃ turbatus ex tali cã/eiz peraussisti. Jt̃/q̃ peraussisti aũo intuitu clericatus. Item q̃ erat tũc tp̃us clericatus? Jtẽ/q̃ sciebas eiz clericã esse. Jt̃/q̃ videbaris eiz clericales ferentez. Et si actor hoc cõfiteat̃/probata est excõicatio p suaz cõfessiõez. ex. d. offi. del. prudentiaz. s. secta. Si vo diffiteat̃ actor/reus has positiões negatas tabit pro articulis/verbis ꝓpterea mutatis/qd̃ dic plene/ut i p. s. nũc videdũ. Aut tñ nõ. j. s. vj. ad fi. v. qd̃ si ponã/rendẽ non tenebat̃. Ibi vide cũ duob? v. ꝓdẽ. Z

Regulariter aũt fiũt post litẽ. ꝯte. sup. prĩa pũli/ut. s. s. pẽ/et. s. uj. Ad qd̃ hac via peruenit̃. Innocentius vel Bonagui. i durant usqz ad. v. ĩclusiue. Excepto quinto exẽplo/qd̃ ĩterpsit auto. Z formans eiz positiones hẽat libellũ pre oculis. Et ex ipi? tenore positiões formet. Et consideret diligenter quid eiz probare oportet. Sup oĩb? eiz que ꝓbare habet/positiones faciat. Hec valet positio nec cõfessio/nisi fiat super re/de qua agit̃. ff. d. ĩter. act. cõfessiõib? ex. d. of. uiñ. del'. eiz olim. et j. v. et nõ. i sequn. Et caute loqte ꝓ quecũqz diuersitate poterit. reuz trahat actor/ad suaz ĩtentiõez per positiões. ff. d. ver. sig. natura eq. ullationis. et d. regi. uiñ. ca est natã. Ad potiꝰ qlibz suo ingenio faciat/q̃ ex nũ doctrina. Non eiz quẽq̃ i dolo instruim? Imo ꝓ posse fraudib? obuiam?

~~N. 554~~

N.° 166. g.

CONSILIA D. IACOBI MANDELLI, ALBENSIS, CLARISSIMI IVRISCONSVLTI, AC LEGVM INTERPRETIS CELEBERRIMI.

Legum ſtudioſis, ac omnibus in foro verſantibus maximè neceſſaria.

NVNC RECENS ACCVRATE, ET CORRECTE, ab infinitis propè prioris Venetæ editionis mendis repurgata, & ad priſtinum ſuum candorem, nitoremq; reſtituta.

IN OMNIVM GRATIAM ET VTILITATEM.

Cum Argumentis, & Summarijs diligentiſſimis, Rerumq; omnium, ac ſententiarum notatu dignißimarum, Indice Ampliſſimo.

ADIVNCTA EST PRAETEREA AVTORIS VITA.

FRANCOFVRTI AD MOENVM.
Typis Ioannis Feyerabend, ſumptibus Sigiſmundi Feyerabend.
M. D. LXXVII.

ACADEMIA LECTORA

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO ALEXANDRO FARNESIO, S. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI, & Vicecancellario, VINCENTIVS ANNIBALDVS Valentinus, Iurisconsultus, S. P. D.

CIVILIS *nostrarum legum philosophia, Alexander Cardinalis Amplißime, quantũ per se sit perspicua, testãtur illorum veterum Iureconsultorum in Pandectis eruditißima responsa, idq; non ignorant omnes totius orbis nationes, & ciuitates, quæ legibus reguntur, & gubernantur, cùm omnia legũ imperio, ac præsidio fieri sciant, & omnia commoda, iura, & salutem legibus obtineri. At si illa in viro sit collocata, qui moribus sit honestus, vitæ probitate, integritateq; incorruptus, nescio quid illustrius possit inueniri. Ob id dum superioribus annis ageret in humanis Jacobus Mandellus, Patritius Albensis, ab omnibus Alba nuncupatus, cùm legum disciplinæ, in qua plurimùm præstabat, magnam vitæ probitatem, morum honestatem, ac summam integritatem coniunctam haberet, omnibusq; præclaris animi dotibus esset ornatißimus, non immeritò inter omnes suæ tempestatis Iureconsultos, qui de iure responderent, publicèvè leges interpretarentur, celeberrimus habebatur. Multos itaq; annos maxima cum nominis celebritate vitam suam traducẽs, præter legum interpretationes, multa etiam ex aßiduo, in quo versabatur, cõsulendi vsu responsa edidit: quæ omnia scripta diem suum obiens in me sui studioßißimum donationis iure contulit. Huius ego beneficij magnitudinem memoria repetens, simulq; animaduertens, quanta esset hominis doctrina, quantum ingenij acumen, iudicijq; maturitas in defendendis, & ad tutißimum portum reducendis multorum hominum litibus, quàm veris, luceq; clarioribus decisionibus omnes legum nodos, omnesq; obscuras Doctorum interpretationes dilucidaret: pro communi omnium vtilitate, pro singulari meo in illum studio & pietate, proq; innumeris eiusdem erga me meritis: scripta sua debita luce carere non sum passus, ne vel nostra, vel futura ætas doctißimi, & celebratißimi Doctoris singulari, eximiaq; doctrina fraudaretur. Itaq; digesto suis ex consilijs hoc primo Tomo: antè, quàm opus impressori traderẽ, mecũ ipse aliquando cogitaui, implorandum ne mihi esset summi alicuius, ac præclarißimi viri patrocinium, sicuti multi, & omnes ferè operum autores facere consueuerunt. Et quamquam primùm id opus non esse suadere mihi viderentur iam per me dictæ Autoris istius præcipuæ animi dotes, & magna omnium propè iuris studiosorum de huius clarißimi viri consilijs, ac reliquis scriptis auidißima expectatio, nec non & maxima, ac diuturna multorum annorum in tota hac Mediolanensi prouincia, in Hetruscorum regione, in Pedemontana, ac in pleriſq; alijs Italiæ partibus sibi, & scriptis suis per ipsum viuentem comparata autoritas,*

tamen post quàm cognoui, nunquàm deesse complures inuidos, & calumnioſos, qui aduerſus ipſammet veritatem ſemper nituntur, quorum peruerſas annotationes, & rabidos morſus quantumlibet egregij viri præclara, viuidaq; virtus ſæpè effugere non valet, tutius esse existimaui in hac ipſorum reſponſorum promulgatione illa præclaro, admirabili, ac celeberrimo tuo nomine illuſtrare: quibus ſic omni ex parte bene corroboratis, omnes prorſus maleuolorũ calumniæ repellantur, & Albam, Albæq; dignitatẽ caueant ne offendant, niſi prius te quoque ſe maximè offenſuros esse intelligant. Quod cùm ita ſit, poſſem hoc loco apertius omnibus demonſtrare, qualem, quàmq; ſingularem patronum hiſce reſponſis conſtituerim, ſi, Præſul Illuſtriſſime, ingentes tuas, & immortales laudes nunc memorandas, ac extollendas ſuſciperem: ſed non patiar, vt per tam ingens pelagus mea præteruehatur oratio, maximeq; cùm illæ iam omnibus ita ſint cognitæ, & exploratæ, ac per totum terrarum orbem celebratæ, vt nemo ſit, qui ignoret, qua doctrina, quo ingenio, quàm graui iudicio, quàm admirabili prudentia, qua fide, qua dignitate, quâ autoritate, & quantis optimi cuiusq; Principis virtutibus excellas, quã facilis ſis ad omnia quantumuis ardua pertractanda: in quibus te talem virum præteferas, vt nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quam tu & conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere non valeas. Quæ quidem omnia cùm de te ita ſint cognita, ac perſpecta, non dubito, quin omnes ſint meum tuas haſce tam præclaras animi dotes tacitè mirantis potius, quàm eas exprimere, pluribusq; verbis complecti volentis conſilium probaturi, factumq; laudaturi: qui tale, tantumq; doctorum hominum patrocinium, tam certum, tutumq; omnium virtute fulgentium præſidium clariſſimi mei Doctoris operi antepoſuerim. Quod igitur reliquum eſt, humaniſſime & Maxime Princeps, illud te ſupplex ſummoperè rogo, vt munus hoc, qualecunque ſit, quod in te nunc à me proficiſcitur, beneuolo, hilariq; animo accipias, hæcq; reſponſa tanti ab omnibus doctis æſtimata ſub tui clari nominis tutela, & autoritate ſuſcipias: ſitq; tibi hoc opus, ſit meum hoc inſtitutum propenſi in te animi, obſtrictæq; meæ erga te voluntatis teſtimonium: quæ vt tuæ amplitudinis iampridem eſt obſeruantiſſima, vtinam animo iſti tuo egregio, ac præſtantiſſimo grata ſit, atq; accepta. Vale.

Mediolani. XIII. *Calen.* *Aprilis.*
M. D. LVIII.

VIN-

VINCENTIVS ANNIBALDVS VALENTINVS, IVRECONSVLTVS, LECTORIBVS S. D.

NIHIL magis deteſtandum, ſtudioſi Lectores, nihilq; magis turpe, aut inhumanum ſemper exiſtimaui, quàm ingrati animi notam ſubire, & acceptorum beneficiorum memoriam, qua valeas ratione, non demonſtrare: Quare ſi quis alius mihi hoc aptior ſupereſſet modus, quo Iacobo Mandello Albenſi, Iureconſulto percelebri, fœliciſq; memoriæ præceptori, ac tantum de me benemerito, pro multis, maximiſque ab eo ſuſceptis beneficijs, pro illo præſertim, cùm labente nunc triennio ab humanis decedens, quæcunque per ſe tam legendo, quàm conſulendo ſcripta donans in me tranſtulit, magis cumulatas gratias reddere poſſem, illum etiam tùm libenter exquirerem, tùm pro viribus eniterer, vt per me, quantū fieri poſſet cumulatiſſimè perſoluerentur. Sed quid aliud, eo defuncto, nunc poſſum, præter hoc ipſum, quod in eorundem ſcriptorum ſuorum editione conſiſtit? ex qua illius gloria ſempiterna, & immortalis fiat, cuius vita breuis fuit: ex qua veſtræ, & quorumcūq; ſtudioſorum vtilitati conſulatur, mihiq; gratum ſaltem animum apud homines re ipſa nunc demonſtranti ſatisfiat. Quod cùm iampridem ab eo vſque die, quo me tali ſcriptorum munere donauit, facere in animo ſtatuiſſem, idq; multos tùm legum ſtudioſos, tùm alios percunctantes non celauerim, magna me certè quorundam tenuit admiratio: quos hac in re parùm prudenter, tenuiq; iudicio aſſeueraſſe non me latet, velle me potius ſemper tanti viri lucubrationes in proprios vſus conuertere, quàm illas in commune bonum emittere; ſed valeant illi cum inani eorum credulitate, vel inuidia, meq; nunc alium virum eſſe, quàm crediderint, fateantur: potuiſſem equidem, ſi voluiſſem, cùm nec verbum quidem vnquam de ipſorum impreſſione protulerit Autor. Aequo igitur animo ferat Alba meus, vt præclara nominis eius viuentis fama, & vberrimi ſuorum ſtudiorum fructus, quibus tot ſæpè priuatos homines ſummoperè iuuit, in communem nunc quoque, publicamq; omnium præſentium, ac poſterorum vtilitatem extendantur: ac me naturali facto vti permittat, vt quo me pręſtantis ſuarum lucubrationum muneris vinculo affecit, eodem & ipſe quoque, nomenq; ſuum per eas nunc à me poſteritati donatas afficiatur. Vos verò primam hanc eius Conſiliorum partem in centum & decem reſponſorum numerum per me cōcluſam accipite: quam ſuperiore anno, acceptis ſtatim mei Doctoratus inſignibus, poſt aliquos, quos emiſi, cùm adhuc eſſem Papiæ, in Digeſtum nouum commentarios, compoſueram. Trado ea vobis accuratè, & correctè ex ijſdem Autoris exemplaribus. Et quòd ex cuiuſque re-

ſponſi in extremis adiecto die,mẽſe,& anno,inſerta hic per me fuiſſe multorum annorum ad poſteriorem vſq; ætatis ipſius Autoris annum reſpõſa comperietis; id nulla me alia ratione feciſſe exiſtimabitis,niſi vt prima hac in editione omnibus oſtenderem, quid ſingulis quibuſque temporibus, quibus Alba de iure reſpondit,eruditionis,ac doctrinę præ ſe ferret,quouè ingenio,iudicioque polleret: atque vt quiſpiam non crederet ſelegiſſe me omnia vltimorum annorũ reſponſa,quibus homines grauius (vt dicunt) pedes figere ſolent.Quos deinde labores,qui fuerunt non mediocres,pertuli in binis (vt vocant) Summarijs confectis,quorũ primum breuiſſimè, diligenter tamen totam conſilij materiam, & quo in caſu verſetur, oſtendit, alterum omnes conſilij deciſiones, & res notatu dignas ipſo numero demonſtrat: quos etiam tuli in copioſo, & diligenti Indice (vt videbitis) conficiendo,eos omnes me libenter ſubiuiſſe cogitabitis,vt veſtros ſubleuarem, vt Albæ lucubrationes ea cura, in hac præ cæteris diſciplina neceſſaria,non carerent,vtq; alijs non confiderem,quorum Summaria,& Indices ita quandoq; imperfectos,& inordinatos circumferri animaduerti, vt vix rerum dimidium complectantur. Inſuper nulla erit vobis habenda ratio primi, ſecundi, tertij, aut quarti voluminis, cùm omninò ſequenti in editione,& ita ſubſequenter,à conſilio centeſimo vndecimo,quod centeſimum decimum conſilium huius primæ partis vltimum ſuo ordine ſectatur, exordium ſim facturus: & duntaxat primam partem inſcripſi,vt alia conſilia penes me eſſe intelligatis, quæ tot, & tanta mihi ſuperſunt, vt auſim vobis liberè affirmare,nihil eſſe quacunq; ferè in materia,præſertim arduum, quotidianum, ac in foro frequentiſſimum, quod non Autor hic pertractauerit. Vos autem omnia boni,æquiq; conſulite, & reliqua huius viri reſponſa,quæ vobis etiam,dijs bene fauentibus, per me edentur, hilari animo expectate. Valete.

Mediolani. XIII. Calen. April. M. D. LVIII.

IACO-

IACOBI MANDELLI ALBENSIS IVRISCONSVLTI VITA,
PER EVNDEM VINCENTIVM conscripta.



IACOBVS MANDELLVS, *Iureconsultus Clarissimus, Patritius Albensis, ex ea Montisferrati ciuitate deducto cognomine, Alba ab omnibus appellatus, patrem habuit Georgium Mandellum, virum cùm eius generis nobilitate clarum, tum Artium ac Medicinæ Doctorem eximium. Optimè, ac diligenter vsq; à teneris educatus, rectè viuendi præceptis institutus, in capescendis humaniorum literarum studijs tantam ea tenera adhuc ætate doctrinam fuit assecutus, ac singularis cuiusdam ingenij signa tam manifesta præ se tulit, vt magnam de se omnibus præberet expectationem. Neq; eam fefellit. nam cùm primis literarum rudimentis ita esset instructus, vt eum ad grauiora animum intendere parentibus ipsis videretur, Medicinæ studia est aggressus, fortè patris adhortatione, aut etiam imitatione, quando quidem hoc sæpenumero contingat, vt filij parentum studia soleant imitari. Atque ita cùm Dialecticæ scientiæ aliquod tempus operam dedisset, in ea sic profecerat, vt iam de se conceptam spem melius indies confirmaret. Verumtamen quoniam vsq; ab initio (quod ipse quandoq; meminit) legum sacrarum eruditionis semper cupidissimus fuerat, in earumq; studia potius animus eius propensus erat: ob id cùm difficilè sit animum immutare, eiusdemq; à natura indita desideria continere, in his præsertim, quæ vbiq; honestè comprobantur, versis (vt aiũt) velis, amisso interim patre, subq; sola amantissimæ matris custodia relictus, atq; ita nullo alio, nisi honoris stimulo concitatus, cœpit sacris, diuinisq; legibus operam dare primùm Taurini, deinceps Ticini, breuiq; tempore tantam fuit doctrinam consecutus, quantam statim de se publicum periculum faciens clarissimè demonstrauit. Propositis enim palam in Ticinensi Gymnasio quàm pluribus axiomatibus, vulgaris, pupillaris, & compendiosæ substitutionis ad vtranq; partem defendendis, illa ita doctè, eruditè, ingeniosè, & cõstanter disputauit, vt omnibus incredibile, atq; inauditum penè videretur. Itaq; vix labente studiorum suorum quinquennio, annum agens vigesimum primum Doctoris lauream magno cum honore fuit adeptus: & illicò ad lectionem Institutionum delectus (quam tamen & adhuc scholasticus interpretari cœperat) ibi non velut Institutionum interpres, sed tanquam matutinæ, aut vespertinæ lectionis re ipsa, & numerosa scholasticorum ætate etiam profectiorũ frequentia profitebatur. Mox perspecta illius virtute eximia, ad matutinam lectionem, magna & Gymnasij Præfectorum & auditorum expectatione, in ipsomet Ticinensi Gymnasio fuit prouectus: quo postea propter bella dimisso, & noua per Placentinos erecta Academia, Placentiam vocatus, illic etiam matutinam lectionem honorificè explanauit. Sed neq; illa Placentina Academia longo tempore perdurante, Mediolanum se contulit, vbi aliquot annos assiduis studendi laboribus non parcens, aliquos dignos Magistratus primùm gessit: munere deinde Aduocati functus, inter consulentes, & de iure respondentes celebris, & doctissimus tum per Mediolanensium, tum per forensium regiones circumferebatur: & talis, tantusq; erat ad illum quotidie pro consilijs festinantium concursus, vt vix spirandi daretur tempus, quod videre licebit ex eiusdem consilijs, cùm per me omnia dabuntur in lucem. At videns Mediolani Senatus Amplissimus egregiam hominis doctrinam, memoriaq; repetens eiusdem in interpretando maximam diligentiam, statim rogauit, vt Papiam ad docendum se conferret: cuius precibus, & beneuolo quodam penè impulsu Reuerendissi-*

rendißimi, ac felicis memoriæ Ioan. Angeli Arcimboldi Nouarienſis tunc Epiſcopi, & poſtea Archiepiſcopi Mediolanenſis, quo cum Senatore optimo maxima ſemper ei interceßit neceßitudo, Papiam protinus acceßit, honorifici ſtipendij munere affectus: vbi, ita volente Senatu, Ius Canonicum matutinũ in prima ſede grauißimè interpretatus eſt, in quo per annum ſolum commoratus, ab eodem ſtatim ad matutinæ lectionis in Iure Ciuili prouinciam rurſus deſignatus fuit. Itaq; tum huius Clariſſimi viri, tum præſtantißimi Andreæ Alciati, tum aliquorum etiam aliorum profitentium doctrina Ticinenſis tunc Academia reſplendens, celeberrima, & florentißima habebatur: ad quam ex varijs, exteris, remotisq; regionibus numeroſa multitudo ſcolaſticorum aduentabat. Alciato deinde defuncto, ad prima lectionis veſpertinæ ſubſellia, quæ ipſe Alciatus tenebat, fuit accitus: verùm fama viri percelebris, quæ in multas iam orbis regiones paulatim diſtendebatur, effecit, vt confeſtim ab Illuſtrißima Venetorum Republica Patauium, & Excellentißimo Florentinorum Duce Piſas vocaretur: ac re demum hinc inde agitata, præmiorumq; conditionibus conſideratis, cum ipſo Florentiæ Duce pepigit, & ad Piſanam Academiam acceßit: vbi magno cum honore receptus, ſummaq; Illuſtrißimi eius Ducis beneuolentia, acceptißimus per triennium Ius Ciuile primo loco veſpertinæ lectionis eſt interpretatus, numeroſa & Tuſcorum, & Inſubrum iuris ſtudioſorum corona ſemper inſignis. Quo triennio tranſacto, licet cum ipſo Duce præmijs amplioribus conditiones iniuiſſet, ingraueſcente tamen belli Senenſis terrore, Papiam iterum, poſtulante maximo cum fauore Mediolanenſi Senatu, ad matutinæ lectionis in prima ſede interpretandæ munus ſe tranſtulit: vbi dum cuncti expectatißima eius præſentia fruerentur, dum maiori, quæ vnquam fuiſſet, legendi, & conſulendi celebritate profiteretur, repentinus ecce belli tumultus ita eam vrbem, omnemq; hanc noſtram regionem, poſt captam à Gallis Caſalenſem ciuitatem, inuaſit, vt certißimus illius Academiæ collapſus omnibus videretur. Qua occaſione non omiſſa, tantis oblationibus, tamq; amplis ſtipendijs ſtatim à Venetis, à Florentinorum rurſus, re Senenſi pacata, à Ferrariaq; Duce fuit prouocatus, vt mirandum certè videretur, qua æmulatione Ampliſſimi illi Principes ſuas quiſq; Academias huius egregij viri doctrina decorare contenderent. Sed deniq; firmatis cum Ferrariæ Duce pactis, à quo non ſolùm legendi munus acceperat, ſed etiam ſummi, ſecretiq; conſilij particeps maximo cum honore factus fuerat, dum omnes vndiq; legum ſtudioſi adoleſcentes Ferrariam properant, èq; longinquis regionibus aduentant, ingraueſcente eo, in quem iam inciderat, morbo febriculoſo primùm tertiano, deinde aſſiduo, ac in totum Octobris menſem moleſtè protracto, mors tandem rerum humanarum aſſidua turbatrix, & inuidioſa, quod ad ſummum honoris faſtigium conſcendiſſet, eum nobis eripuit, ac Deus Opt. Max. illum in ſua cœleſti Academia meliori conditione collocauit. Obijt autem Papiæ anno. M. D. L V. tertio Calen. Nouembris, ætatis ſuæ anno circiter. X L V. Conditus eſt tumulo Papiæ in paruo templo Academiæ Beatæ Catherinæ conſecrato, ſacris in ædibus diui Thomæ. De cuius tanti viri obitu grauißimum dolorem tota contraxit Italia, ægrè ferens fuiſſe ſibi immaturè adeò ereptum hominem honeſtißimum, moribus, ingenio, conſilio, doctrina, iudicioq; ornatißimum, vitæ integritate, chriſtianaq; fide incorruptißimum: ſed dignitatis ſuæ, alienæq; vtilitatis ſumma cupiditas eum à natura corporis viribus imbecillem, & immenſis ſtudiorum laboribus magis debilitatum citius, quàm par erat, ab humanis abſtulerunt. Hæc vera ſunt, & per me ſcripta, qui totum ipſius vitæ curſum partim cognoui, partim intellexi. Præter hæc tamen, qualis ille fuerit, ſcripta ſua per me in lucem data, ac in futurum danda, clarius, atq; illuſtrius apud omnes teſtabuntur.

CONSI-

CONSILIORVM CLARISSIMI, ET CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI, AC LEGVM INTERpretis D. Iacobi Mandelli Albensis, viri integerrimi,

PARS PRIMA.

CVM ARGVMENTIS ET SVMMARIIS DILIGENTISSIMIS, RERVMque omnium, ac materiarum Indice locupletißimo Vincentij Annibaldi Valentini. I. V. D.

ARGVMENTVM.

De materia casuum fortuitorũ. Et an is, cui fuit concessa immunitas generalis ab oneribus, teneatur ad onera, quę imponuntur propter casum belli inopinatum, & insolitum, & qui casus, sit casus belli.

SVMMARIVM.

1 IN GENERALI *mentione facta de casibus fortuitis, non continentur casus inopinati, & insoliti, nisi de eis sit cogitatum, saltem in genere, & vide infra nu. 10.*

2 *Immunitas concessa per contractum, censetur fortior, & magis est obseruanda.*

3 *Remedium. l. 2. C. de rescin. vend. an habeat locum in transactione, & vide etiam num. 12.*

4 *In contractibus consideranda est mens contrahentiũ, & tenendum est, quod est verisimile.*

5 *Obligatio ad casus fortuitos non comprehendit casus valde insolitos, etiam quòd dictum sit, quòd quacunque de causa, quæ excogitari possit, &c. vel apposita sint talia verba, quæ de sui natura soleant continere casus inopinatos, & maiores expressis, vel post expressionẽ aliquorum sit subiecta clausula generalis, quòd teneatur de omnibus alijs, qui possunt imaginari, etiam quòd adsit iuramentum.*

6 *Iuramentum non ampliat, sed confirmat.*

7 *Casus omnes fortuiti dici possunt insoliti, & inopinati, sed secũdum magis, & minus, & quomodo, & qualis sit casus belli.*

8 *Casus insolitus qui dicatur, & quòd insolitus, & omnino inauditus casus, dicatur euentus bellorum, ob quæ multa iniustè patiuntur homines, multas pecuniarum exactiones, multas excursiones, agrorum deuastationes, onera alendi exercitus, depredationes, & incendia.*

9 *Clerici ad quæ onera teneantur.*

10 *In transactione fit stricta interpretatio.*

13 *Principe iubente, cogitur feudatarius soluere onera, & collectas, etiam pro bonis suorum subiectorum absentium, datur tamen postea ei repetitio cõtra ipsos subiectos, etiã q̃ Princeps sit Tyrãnus, vel aliter iniustè exegerit pecunias.*

Consilium I.

SECVNDVM ea, quæ in facto proponuntur, dicendum videretur, quòd allegata immunitas cõprehendat etiã casum belli, quamuis sit casus insolitus. † nã licet dici soleat, quòd in generali mentione facta de casibus fortuitis non contineantur casus inopinati, & insoliti, iuxta tradita per Bar. in l. Scio. §. medico. ff. de annu. lega. & Bar. & cæteros in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. secus tamen esse videtur, si cogitatum fuerit, saltem in genere, de talibus insolitis casibus, quemadmodum in casu nostro, in quo dictũ fuit, quòd sint immunes ab alia quauis impositione, etiam si talia onera forent, quæ indigerent expressione magis speciali, & quæ venirent inopinata, per ea, quæ in his terminis tradit Alex. in cons. 30. Ponderatis. col. 1. & 4. in 5. vol. & cons. 193. Ex themate, col. 3. in 2. vol. & in l. si ex toto. in prin. in 1. col. ff. de lega. 1. & cons. 97. Alias de facto, col. 1. & 4. in 3. vol. 1

Secundò, quia licet aliqua posset esse dubitatio in immunitate cõcessa per priuilegium, † secus tamen esse videtur in ea, quæ concessa sit per viam contractus, vt in casu nostro, nam ista censetur esse fortior, & magis ad verbum obseruanda, vt idem Alexan. tradit in d. cons. 193. col. 4. 2

Tertiò considerandũ est, quòd talis immunitas concessa fuit per transactionem, quo casu fauore litium tollendarum volunt iura, quòd omnino obseruetur. l. in summa. §. 1. ff. de condic. inde. † Et hinc est, quòd remedium legis 2. C. de rescin. vendi. locum non habet in transactione, secundum Alex. in l. si quis cum aliter. colum. 1. & 2. ff. de verbo. oblig. & ibi Iaſ. colum. 5. & 6. & quòd trahatur transactio ad quæcunque incogitata, si ita dictum sit, tradit Barto. in l. si de certa. col. 2. C. de transac. 3

Sed his non obstantibus, contrarium puto

de iure esse verius. Et præsuppositò, quòd non
4 tantum in vltimis voluntatibus, † verùm etiam in contractibus consideranda est mens cõtrahentium, tenendum est id, quod sit verisimile. l. in conuentionibus. ff. de verb. signi. & l. si debitor. §. verisimile. ff. de cõtrahen. emp. & Pau. de Cast. cõs. 173. Viso casu, colum. 2. cer-
5 tissimum est, † quòd licet quis se obliget ad casus fortuitos, talis tamen obligatio non comprehendit casus valde insolitos. l. fistulas. §. fi. ff. de contrahen. emp. vt tradit Ang. cons. 176. Præmittendum, & Bald. consi. 145. Casus talis est, colum. 2. in 3. vol. & Raph. Fulgo. cons. 193. Factum super quo. quæ procedunt, etiam si dictum sit, quòd quacunque de causa, quæ dici, vel excogitari possit, secundum Alex. cons. 107. Perspectis verbis, col. 4. versic. non obstat quòd dominus. in 3. vol. vel si quæcunque alia verba posita sint, etiam quæ de sui natura soleant continere casus inopinatos, & maiores expressis, secundum And. Sicul. consi. 21. præclarè dixit, col. 5. in 2. vol. etiam si expressi fuissent aliqui casus fortuiti, deinde subiecta clausula generalis, quòd teneatur de omnibus alijs casibus qui imaginari possint, vt latè per Alexan. consil. 28. Visis. colum. 3. & 4. in 1. vol. quia de talibus non est verisimile fuisse cogitatũ, quãuis dictum sit, quòd traheretur obligatio ad incogitata vt ibi per eum, vbi etiam infert id pro-
6 cedere, si adsit iuramentum, & meritò, † quia iuramentum non ampliat, sed confirmat. l. fi. C. de non nu. pecu. quæ omnia sequitur Corne. consil. 12. licet diffusè. in 4. volum. vbi ait,
7 † quòd casus omnes fortuiti dici possunt insoliti, & inopinati, sed secundum magis, & minus. nam quidam sunt, qui facile à quocunque possunt præuideri. quidam, qui non nisi à prudentibus viris, quidam, qui solum à prudentissimis. quidam verò, quos nullus, etiam prudentissimus vir facilè cogitaret: & inter istos ponit casum belli, & idem in cons. 23. Videtur, in 2. volu. & sequitur Ripa in trac. de peste. fol. mihi. 12. secundum impressiones paruas, versic. sed hic alia dubitatio proponitur, & Alex. in d. l. si ex toto. in princ. in colum. fin. & latius Ias. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. colum. 2. & 7. ff. si quis cautio. sequitur etiam Thom. Parpal. in repeti. l. placet. num. 90. & 200. C. de sacrosan. Eccl. & pluribus rationibus Bald. cons. 119. Verba dicunt. in 1. vol. adeò quod dubitandum non est, quin ista sit communis opinio, quemadmodum etiam dubitandum non est, quin in casu nostro agatur de casu valde insoli-
8 to. † nã siue is dicatur insolitus, qui à mille annis citra non contigit, vt exemplificat Bart. in d. §. Scio. siue is, qui (reiecto termino certi temporis) præter verisimilem cogitationem homi
num contingit, secundum Corne. in d. cõs. 12. siue is, qui rarò euenit, secundum Alexan. in d. cons. 107. in 3. siue is, qui licet alibi plerunque eueniat, non tamen soleat contingere in regione, de qua agitur secundũ Ripam vbi suprà fol. 11. nu. 78. vt sensit glo. in d. l. fistulas. §. fin. clarissimum est, quòd non nisi insolitus, & omnino inauditus casus dici potest, euentus taliũ bellorum, ob quæ tam longo tẽpore tam multa iniustissimè passi sunt homines istius regionis, tam multas pecuniarũ exactiones: multas excursiones, deuastationes agrorum, onera alendi exercitus, deprædationes, & incendia. Et ita ob hanc causam concludendum est omnino, quòd cessantibus priuilegijs quibuscunq;, & immunitatibus, & cõuentionibus, cogi debeant omnes habentes bona sub iurisdictione ipsorum Magnificorum dominorum de Calderaris subire partem oneris sui æqua lance, & debitis ratiocinationibus prius factis, ad ipsos dominos spectat talis diuisio onerũ, & exactio collectarum ratione iurisdictionis Alex. cons. 35. Viso processu. col. 2. in 4. vol. præsuppositis cæteris habilibus, de quibus per Bart. in l. 1. C. de mulie. & in quo Io. lib. 10. & per alios locis vulgaribus. Et eorum iurisdictionem negare non possunt isti prætendẽtes se esse debere immunes, quia in ipso instrumento supradictæ conuentiones recognoscunt eos vt dominos habentes iurisdictiones, & assuetos imponere collectas, vt patet in multis partibus ipsius instrumenti, præsertim dum ipsis promittũt singulis annis certam summam pecuniarum, & ceræ, & in cęteris ipsi faciunt eos immunes, & exemptos, quę omnia denotant iurisdictionẽ, vt per Alexand. vbi supra, & de hoc, vt puto, non dubitatur.

9 Item † si ad talia onera tenẽtur clerici secun dum Bart. in l. nullus. C. de cursu publi. lib. 12. latè Petr. de Ancha. consi. 96. Super dicto, & Andr. Sicul. consil. 1. in 3. volum. & Ripa lib. 2. Respon. Capitolo. 20. dicẽs esse communem, qui sunt exempli de iure cõmuni; quanto magis igitur, &c.

Non obstant, quę in contrarium sunt dedu-
10 cta. † nam Alexan. in d. cons. 193. in 2. & cons. 97. in tertio, & cons. 30. in quinto, debet intelligi in casu, qui non fit tam magni præiudicij, & qui verisimiliter non sit ita omninò rarus, & inopinatus, alioqui esset sibi ipsi contrarius in alijs quamplurimis locis supra allegatis. Et licet in dicto consil. 97. fortius insistat, & maximum ponat fundamẽtum in verbis illis, quoquomodo, & quibusuis, &c. nihilominus, loquitur de casu valde insolito; malè loquitur, quia talis casus continetur, quando nominatim, & expressè, & singulariter de eo facta sit mentio,

mentio,& non aliter,neque per quæcunq; alia verba; etiam si dixerint contrahentes, quòd volebant haberi pro expressis,& specificatis omnes casus, qui possent cõtingere, secundum Ang.in d.l.sed & si quis. §. quæsitum. in fin. & ipsum Alex.& Ias.colum.2. ff. si quis cautio. & vt suprà dixi, ita est communis opinio, & quæ sine dubio est magis æqua.

Nõ obstat, quod secundò dicebatur, talem immunitatem in casu nostro fuisse cõcessam, non in vim priuilegij, sed in modum contractus, ideoque eam esse firmiorem, respondetur enim, quòd supradicta communis opinio etiam procedit in contractibus, vt patet in locis supra allegatis. Præterea procederet argumentum, si tractaretur de violanda, seu penitus tollenda ipsa immunitate, sed hic agitur de eius interpretatione, quo casu retorquetur argumentum in contrarium, quia fit interpretatio secundum verisimilem mentem ipsorum contrahentium, vt supra dictum fuit, & potius contra eum, qui se fundat in ipso contractu. l. veteribus. ff. de pac.

Simili modo respondetur ad tertium. nam, licet verum sit, quòd transactiones non facilè rumpantur, hic tamen non agitur de ea tollen
11 da, sed potius interpretanda; † quo casu fit potius stricta interpretatio in trãsactione, quàm in cæteris conuentionibus, secundum gloss. in l. emptor. §. Lucius. in fin. ff. de pac. quam sequitur Bartol. in d.l. si de certa. colum. 1. quando ratio recti sermonis id patitur, vt certè patitur in casu nostro, quia verba generalia possunt verificari in multis causis, & casibus, omisso tamen casu valdè insolito. Hinc etiam est, quòd transactio omninò ampla, & generalis non comprehendit id, quod verisimiliter con
cedi non debuit, veluti enormem læsionem,
12 † nam secundum veriorem, & magis communem opinionem, etiam in transactione locum habet remedium. l. 2. C. de rescin. vendi. secundum Bartol. ibi colum. 2. & Bart. in d. l. si quis cum aliter. & Alexand. consi. 89. Viso puncto, colum. 4. versic. secundo respondeo. in 2. vol. & latissimè Deci. consil. 60. colum. 3. Non etiam obstat decisio Bartol. in d.l. si de certa. quia præterquam quòd reprehendatur per Ripam vbi suprà; dici potest, quòd intelligitur secundum prædicta, videlicet quòd non trahatur ad valdè insolita, quia talia nullo modo præsumuntur fuisse cogitata.

Et licet ex supra dictis sublata sit omnis dubitatio: potest tamen in casu nostro aliud considerari, propter quod omninò etiam concludendum est, quod supradicta immunitas lo-
13 cum hic non habeat. † Nam, vt in facto præsupponitur maxima pars pecuniarum, quę per ipsos Magnificos D. Calderaris solutæ fuerũt militibus; data, & soluta fuit, ita iubentibus Ducibus,& Commissarijs,& cæteris Præfectis militum, iubentibus inquam, quod ipsi Magnifici domini soluerent tales pecunias, non quidem pro se tantum, sed pro illis omnibus, qui bona ibi suæ iurisdictioni subiecta habebant, quia tales subiecti non facilè poterant conueniri, præsertim cũ essent absentes, quod quidem de iure potuit fieri. l. cum possessor. ff. de censibus. & notat Bald. in l. 2. in secunda colum. C. de hære. vel ac. vendi. quo casu dabitur deinde repetitio aduersus eos, pro quibus soluerunt, vt tradit Thom. Parpal. in repeti. dict. l. placet. numer. 72. & 77. & 94. scilicet per vtilem actionem negotiorum gestorum, secundum Bald. in l. si negotium. C. de nego. gest. & idem etiam sentit in l. 1. in secunda column. versicul. sexto in munere. C. de iu. emphy. & sequitur Alexan. consil. 35. Viso processu. colum. 4. versicul. vnde dicit Bald. in quarto vol. quod etiam procedit, dato, quòd iniustè ab ipso superiore domino exactæ sint tales pecuniæ: siue etiam sit verus dominus: siue sit Tyrannus; siue quiuis alius, qui saltem de facto timendus sit, per ea, quæ tradit Bart. in l. nam & Seruius. in princip. ff. de nego. gest. & in tracta. de Tyran. colum. 4. & Abbas consil. 60. Quoniã satis. lib. 1. & consil. 21. In quæstione. libro 2. & & Alexand. consilio 57. Quoniam in quæstione. column. fin. in primo volum. & Bartolus in l. 2. in fin. vbi latius cæteri. ff. de verbor. obligatio.

Iacobus Mandellus Albensis, Placentiæ legens. 1538. mense Nouembri pro dominis de Grinzanis.

ARGVMENTVM.

Solutio dotis per vnum hęredem facta, an censeatur facta tota nomine proprio, an verò partim proprio nomine, & partim nomine sui cohæredis. Et secuta euictione ipsius dotis, an agi possit contra illum cohęredem pro eius parte. Et an legatum factum imputetur in dotem.

SVMMARIVM.

1 ACTVS *In dubio censetur factus nomine proprio.*

2 *Donatio præsumitur propter consanguinitatẽ, & maximè fauore dotis, & dato, quòd soluens dotem esset obligatus mulieri ad eandem quantitatem pecuniæ, & vide nu. 7. & 9.*

3 *Actus censetur factus nomine alieno, duob. concurrentibus.*

4 *Actus pertinens ad duos, & factus per vnũ tantum, censetur factus nomine vtriusque.*

5 *Actus factus, in dubio præsumitur factus ab illo,*

qui erat obligatus, & nomine eius, & de eius mandato.

6 *Qui ſoluit vt hæres, & virtute teſtamenti, cenſetur per omnia ſoluere, vt continetur in teſtamento.*

7 *Donatio fauore conſanguinitatis præſumitur in dubio, non apparente alia cauſa, & idem in alijs, in quibus non ſit fauor conſanguinitatis, & quomodo, vide num. 8.*

9 *Donatio fauore dotis quando præſumatur.*

10 *Delegatione facta, cēſetur facta nouatio, etiam de iure nouiſſimo, dato, quòd non ſit expreſſum, & ſic. l. fin. C. de noua. non procedit in delegatione.*

11 *Nouatio facta non cenſetur, licet ſolutio ſit facta partim etiam nomine alieno, & conſiſtit nouatio in præſumptione, & facilius neganda eſt, quàm inducenda.*

12 *Rebus datis in ſolutum euictis, perinde eſt, ac ſi ſolutum non eſſet, & non cenſetur liberatus ille, cuius nomine, vel mandato datæ fuerunt inſolutum.*

13 *Nouatio ad hoc vt cenſeatur facta per delegationem, requiritur etiā, quòd delegatus promittat expreſsè vt debitor delegantis; nec ſufficit, quòd ſimpliciter promittat.*

14 *Debitum dotis ſi erat neceſſarium, legatū poſtea factum computatur in dotem.*

Conſilium II.

PRo declaratione eorum, quæ in facto proponuntur, videnda ſunt tria. Primum, an ſolutio dotis facta per Vincentiū cenſeatur facta partim ſuo nomine, & partim nomine Zeneſij cohæredis ſui, ita quòd nihil amplius peti poſſit à Zeneſio, an verò tota cenſeatur facta nomine ipſius Vincentij, ſcilicet partim iure obligationis ex teſtamento, & partim iure donationis. Secundum, dato quòd cenſeatur facta partim nomine Zeneſij, an ſtante caſu euictionis propoſito, poſſit amplius agi contra ipſum Zeneſium. Tertium eſt, an legatum nouiſſimè factum per Iulianum, ſit imputandum in dotem.

Et circa primum, dicendum videretur prima facie, quòd cenſeatur tota ſolutio facta nomine ipſius Vincentij ſoluentis, quia cum nihil dictum ſit de Zeneſio, † cenſeri in dubio
1 debet actus fuiſſe factus nomine proprio. l. & magis. ff. de ſolutio. & perſona extrinſecus intelligi non debet. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſo-
2 gonus. ff. de verbor. oblig. † & ſecundum hoc dimidia pars eiuſmodi dotis cenſeretur donata, quod certè eſt ſatis veriſimile propter conſanguinitatem, vt Bartol. tradit in l. cum quid colum. 2. in fin. ff. ſi cert. petat. & Felin. in cap. ſi cautio. colum. 2. de fide inſtru. & Ludo. Roma. conſi. 235. Quòd ad primum, column. 1. præſertim fauore dotis, vt in l. 1. §. accedit. Cod. de rei vx. ac. & in terminis tradit Bald. nouel. in tracta. de dote in 6. par. priuil. 45. vbi concludit, quod fauore dotis præſumitur donatio, dato quòd is, qui ſoluit, eſſet obligatus ipſi mulieri ad eandem pecuniæ quantitatē; & (quod plus eſt) dato, quòd haberet animum compenſandi, quia ſibi imputet, ſi talem animum non expreſſit, vt ibi latius per eum.

Sed, his non obſtantibus, contrarium puto
3 de iure eſſe verius. Primò † quia, quotieſcunque dubium eſt, an actus ſit factus proprio nomine, an alieno; tunc ſi duo concurrant, ſcilicet quòd ille tertius eſſet ad illud obligatus, item quòd mandauerit iſti, vt id faceret: cenſetur eo caſu factum id eſſe nomine illius tertii, & ita nomine alieno, ſecundū Bart. in l. Titium. §. altero. col. 2. verſic. 3. caſu. ff. de admi. tut. & in l. qui negotiationē. in princ. per illum tex. eod. tit. quæ duo ſine dubio concurrunt in caſu noſtro. nam tenebatur Zeneſius ad dimidiam partem dotis; & cum eſſet præſens eiuſmodi ſolutioni, cēſetur mandaſſe Vincentio, vt etiā ſolueret pro parte ſua, glo. in l. 1. in prin. ff. manda. & ita Bal. conſuluiſſe refert Iaſ. in §. fuerat. num. 111. Inſti. de ac. & id facilius præſumendum eſt inter cohæredes. quia etiam ſine aliquo mādato poſſunt inter ſe repetere, quod vtiliter eſt geſtum. l. ex parte. in princ. ff. famil. hercis. & tantò magis in caſu noſtro, quia habet Vincentius apud ſe pecunias omnes ſoluēdas pro ea dote, tam de parte Zeneſij, quàm de parte ſua, vt patet in inſtrumento quodam de anno. 1526. 9. Februarij; ergo, &c.

4 Secundò † cum quis facit actum pertinentem partim ad ſe, partim ad alium, videtur partim facere nomine proprio; partim alieno. l. fin. & l. poſt mortem. §. tutor. & vtrobiq; Bart. ff. quan. ex fac. tuto.

5 Tertiò † quando actus, ad quem aliquis tenebatur, reperitur factus, ſi non cōſtet, per quē fuerit factus; præſumitur factus ab eo, qui erat obligatus, ſecundum Bar. in l. cum ſeruus. ff. de verb. obli. vel ſi cōſtat, per quem fuerit factus, ſed dubitatur, cuius nomine, vt in caſu noſtro; tunc præſumitur factus nomine illius, qui erat obligatus, & de mandato ipſius, ſecundū Paul. de Caſt. in d. l. cum ſeruus. & idem tradit Felin. in c. ſicut. colum. 16. verſic. limita ſecundò hoc dictum. num. 31. de re iudi. & multa ſimilia adducit Alexan. conſ. 25. Viſo inſtrumento. colum. 3. verſic. nec habent. in 2. vol.

Quartò, quia in ipſo inſtrumēto ſolutæ do-
6 tis dicitur, † quod Vincentius ſoluit dotem; vt hæ-

vt hæres, & virtute testamenti; ergo censetur per omnia soluere, vt continebatur in testamento, pòstquàm etiam soluit totam summam debitam ex testamento, scilicet tam pro parte Senesij, quàm pro parte sua, vt in simili casu tradit Abb. cõsil. 116. istud de iure, colum. penult. & fin. in 2. volum. & si sit aliqua diuersitas inter summam debitam ex testamento, & summam solutam, in casu nostro est minima, & non obstat, vt per Bartol. in l. triticum. versic. quid si mutuaui centum. ff. de verborũ obli. Et ad illud, quod dictum est, quod soluit, vt hæres, faciunt quæ tradit Bart. in l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de op. no. nun. & Alex. consil. 37. Viso dicto. colum. 3. in 3. vol.

Quintò id clarius constat, quia in ipso instrumento dicitur, quòd Vincentius, vt hęres, vult soluere, & satisfacere, & quòd ea bona dat in solutum, & ita etiam ipse Dominus Hieronymus, & vxor fatentur se recipere integram dictam summam ratione debiti, & faciunt liberationem &c. cum igitur dicta summa de communi consensu detur animo dissoluendi obligationem, sequitur, quòd nulla omnino hic cadat donatio, vt per Bartol. in l. si cum aurum. ff. de solu. sed quòd etiã dissoluta sit obligatio Senesij.

Non obstant, quę in contrarium sunt deducta. nam primò ad tex. in l. & magis, de solu. patet responsio ex suprà dictis, nam limitatur, vt non procedat in dictis casibus, vt vbique tra-
7 dit Bartol. præsertim in dict. §. altero. † Et ad præsumptionem donationis fauore consanguinitatis respondetur, quòd procedit in dubio, id est, quando non apparet alia causa, vt patet ex dictis Bartol. in d. l. cum quid. In casu autem nostro non solùm cogitari potest alia causa, verùm etiã fuit expressa. videlicet quòd id fiebat causa soluendi, & satisfacien. Et in
8 contrarium dicatur, † quòd quando alia causa non apparet, præsumitur donatio non tantum inter consanguineos, verùm etiam in cæteris casibus. l. Campanus. ff. de ope. libert. ergo, vt aliquid speciale sit in consanguinitate; dicendum videtur, quòd præsumatur donatio, etiam si alia causa appareat: Respondetur, quòd in consanguinitate est speciale, vt præsumatur donatio, quando alia causa non
10 apparet, id est, nullo modo fuit expressa, sed tacitè potest cogitari, vt patet in exemplo posito per Bartol. in dicta leg. cum quid. in quo potest cogitari causa mutui, nec non & causa donationis, & in dubio sumitur causa donationis. At in cæteris casibus nunquam præsumitur donatio, dummodo alia causa possit cogitari, vt per Alexan. consilio 13. Ex his quæ in themate. colum. 2. in primo volumine. Ad
9 tertium fauore dotis, &c. † respondetur, negando, quòd in dote sit aliquid speciale in hoc proposito, nisi quando pater dat dotem filiæ, iuxta tex. in l. fina. C. de dot. promis. vt ibi tradunt gloss. & Doct. & licet Bald. ibi in fine redarguat gloss. volentem indistinctè, quòd extraneus in dubio non censeatur donare; concludit tamen Bald. quòd in casu nostro, id est, quando extraneus, seu quilibet, excepto parte, administrat bona, ex quibus dotanda est ipsa mulier; tunc non pręsumatur donatio, & hoc fatetur Bald. nouel. vbi suprà; & ideò suã illam decisionem, quò est contra decisionem Baldi in d. l. fi. posuit sub dubio, dum ait, quòd id fortè posset attentari, & sine dubio est falsa, vt patet ex ll. adductis per Bald. in d. l. fin. prętereà dato, quòd illa decisio sit vera, & verum sit, quòd dos habeat aliquid speciale, vt pręsumatur donatio; id tamen nihil facit ad casum nostrũ. nam hic nõ sumus in dubio; fuit enim expressa alia causa, scilicet quòd animo soluendi, & satisfaciendi &c. Et ita concludendũ est, quòd solutio ista fuerit facta partim nomine Vincentij, partim vero nomine Senesij.

Secundò principaliter est videndum, dato, quod ea solutio sit partim facta nomine Senesij, an eueniente casu euictionis, possit Senesius conueniri, vt principalis debitor pro integra sua parte dotis soluendæ.

Et videretur dicendũ, quòd amplius cõueniri nõ possit ipse Senesius. nam, pręsuppositis tribus, quę in hoc casu concurrunt, primò quòd ipse Senesius esse debitor D. Hieronymi pro dimidia illa parte dotis, vt patet ex testamento: secũdò quòd Vincẽtius haberet apud se omnes pecunias dotis, etiã pro parte Senesij; & ita in hoc esset debitor ipsius Senesij, vt patet ex instrumento quodã de anno. 1526. in quo Vincentius id confitetur; tertiò quòd ipse Senesius mandauerit Vincentio, vt solueret ipsi D. Hieronymo pręsenti, & consentienti, solueret inquam, etiã pro se, id est, pro ipso Senesio, vt suprà fuit probatũ, saltẽ de tacito mãdato: stantibus his, sequi videtur cõmunis conclusio, quòd facta sit delegatio. l. delegare. la prima, vbi Doct. pręsertim Paul. de Cast. ff. de noua. & idem Pau. & Alexan. in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obligat. † & si facta est delegatio, sequitur, quòd facta sit nouatio, etiã de iure nouissimo, dato, quòd non sit expressum nam in delegatione non procedit dispositio tex. in l. fin. C. de noua. & §. prętereà. Institut. qui. mo. tol. obli. secundũ gloss. cõmuniter approbatam in l. 1. in princ. C. de noua. & latius per Doct. in d. l. qui vsumfructũ. & in d. l. delegare. vbi licet Paul. de Cast. dicat esse multos, qui tenẽt contrariũ, adeò, quòd passus iste in-

digetet deciſione Cæſarea; nihilominus ita eſt magis communis opinio, vt ait Iaſ. in l. ſingularia. nume. 37. & Deci. conſil. 107. In cauſa. vndè, ſi facta eſt nouatio, ſequitur, quòd ipſe Zeneſius eſt omnino liberatus. dict. §. preterea. & hoc in effectu eſt, quod vult Bar. in dicta l. ſingularia. nume. 19. colum. 7. in quæſtione illa de campſore, cui mandatum eſt, vt ſoluat. Secundò, quia id clariùs colligi videtur ex fideiuſſione facta per Zeneſium reſpectu rerũ immobilium, quæ datæ ſunt in ſolutũ. nam dixit Zeneſius ſe ſolum fideiubere pro dimidia parte earum rerũ, quæ dimidia aſcendit ad ſcutos. 188. & dixit Zeneſius, ſe nolle ad aliud teneri. vnde cum hoc factum ſit, præſentibus ipſo D. Hieronymo, & vxore, & expreſsè conſentientibus (nam fideiuſſio fit per ſtipulationẽ, & ita habuit cõſenſum, & verba ipſius D. Hieronymi. l. blanditus. C. de fideiuſſ.) res videtur clara, quòd pro reſiduo liberatus eſt Zeneſius; & ita conueniri non poterit pro integra dimidia parte totius dotis, ſed tantùm pro dimidia ſumma dictarum rerum: neque pro iſta ſumma conueniri poterit abſolutè, ſed ſolùm vt fideiuſſor, & ita prius facta excuſſione aduerſus ipſum Vincentium.

Verùm, his non obſtantibus, contrarium in hoc puto eſſe verius. Et primò conſiderandum eſt, quòd tam in inſtrumento ipſius dotis ſolutæ, quàm in alio quodam inſtrumento liberationis factæ erga Vincentium eodemmet die, ſemper ipſe D. Hieronymus, & vxor ſua ſibi reſeruarunt cætera omnia iura, ſi quæ haberent reſpectu illius dotis, tam cõtra ipſum Vincentium, quàm contra alios. vnde apparet, quòd iuribus ſuis non aliter renunciarunt, niſi quatenus fuit expreſſum? † Et ideò ſequitur, 11 quòd licet ſolutio cenſeatur partim facta nomine Zeneſij: non tamen cenſetur facta nouatio, ita decidit Bartol. in l. ex duobus. colum. ſeptima, nume. 28. verſic. ſeptimò quæro. ff. de duo. reis; & facit, quia nouatio multum conſiſtit in præſumptione, vt latè per Aretin. conſil. 5. In cauſa. colum. prima, & hodie faciliores eſſe debemus ad negandam nouationem, quàm ad inducendam, ſecundum Bartol. in l. penul. colum. 2. ff. de præto. ſtipu.

Secundò conſiderandum eſt, dato, quòd in caſu noſtro ea omnia acceſſiſſent, quæ neceſſaria ſunt ad delegationem, & per conſequens ad nouationem, & dato, quòd facta ſit nouatio: non tamen cenſeri poteſt hic facta nouatio abſolutè, ſed ſolùm ſi ipſe Vincentius ſoluat, non autem ſi promittat. nam mandatum Zeneſij tacitum, quod allegatur, non eſt factũ, neque per D. Hieronymum acceptatum ad aliquam promiſſionem vel obligationem de nouo faciendam per Vincentium, ſed ſolùm ad ſolutionem faciendam, vt patet ex ipſo inſtru- 12 mento. † Et ideo, ſi res datæ in ſolutũ ſint euictæ; perinde eſt, ac ſi ſolutum non eſſet. l. qui concubinam. §. hæres. ff. de lega. 3. ergo Zeneſius non eſt liberatus, ita eſt tex. in l. ſi debitõrem. ff. de noua. & latius declarat Pau. de Caſt. in d. l. delegare. colum. 2. verſicu. vnum tamen ſcias. & in d. l. qui vſumfructum. in fine, & ibi Alexan. colum. fin. qui tamen dicunt, quòd ſi creditor, id eſt, ipſe D. Hieronymus acceptaſſet pro ſolutione promiſſionem, tũc eſſet imputandum ſibi, ſed id non contigit in caſu noſtro; & ita verum erit, quòd Zeneſius erit liberatus, quotieſcunque cõſtabit, quòd Vincentius ſoluerit; alioqui idẽ erit, ac ſi nihil vnquã factum fuiſſet: & ad hoc fundamentum omnino aduertatur, quia tollit omnes difficultates.

Tertiò eſt aduertendũ, quòd intentio ipſius D. Hieronymi ſatis eſt fundata ex ipſo teſtamento. nam, ſi Zeneſius, mediãte perſona Iuliani, eſt hæres pro dimidia; ergo tenetur ad dimidiam partẽ dotis; & ideò non vlterius quærenda ſunt fundamenta, ſed ſolùm remouenda ſunt, quæ facere videntur in contrarium.

Non obſtat igitur, quod primò dicebatur, factam eſſe delegationem in caſu noſtro, & per conſequens factam eſſe nouationem; reſpon- 13 detur enim, negando iſtud. † nam præter tria ſupradicta, requiritur etiam aliud, videlicet quòd debitor delegatus promittat expreſsè, vt debitor illius delegantis, nec ſufficeret, quòd ſimpliciter promiſiſſet, ſecundum gloſſ. communiter approbatam in l. quamuis. §. ſi mulier. el ſecondo, & ibi clarius not. Pau. de Caſt. ff. ad Velleia. & Alexand. in d. l. qui vſumfructũ colum. 2. in princ. & in conſil. 10. Viſis depoſitionibus. colum. 2. in 2. volum. & Iaſ. in d. l. ſingularia. num. 38. & Deci. num. 27. vbi reprobãt id, quod in contrarium in fortioribus terminis volebat Aretin. in d. conſil. 5. in 2. colum. In caſu autem noſtro id non interuenit, quinimò eſt dubium, an Vincentius promiſerit nomine Zeneſij, vt patet ex his, quæ ſuprà dicta ſunt in primo articulo, ergo &c. Præterea diligentius conſiderando, videtur, quòd in caſu noſtro nihil ex his interuenerit, quæ neceſſaria ſunt ad delegationem. nam de mandato nõ conſtat, niſi fortè dicamus mandatum tacitũ, quòd certè non ſufficit in caſu noſtro, quia opus eſt, quòd expreſsè dicatur, quòd nomine illius ſoluit, vt per Alexan. in d. conſil. 10. Item non conſtat, quòd Vincentius eſſet debitor Zeneſij, nam de hoc nihil dicitur in ipſo inſtrumento. Et dato, quòd id in ſe eſſet verum, vt fortè probatur in inſtrumento illo de anno, 1526. non tamen id ſufficit in caſu noſtro, niſi in ipſa

in ipsa delegatione id fuerit expressum, secundum Doct. in locis suprà dictis, præsertim Pau de Castr. in d.l. qui vsumfructum. in fine. Et vltra istas omnes responsiones, dato quòd facta sit delegatio, & nouatio: illa tamen solùm censetur facta in casu, quo Vincentius soluisset, & & non aliter, vt modò dictum fuit in secundo fundamento.

Ad secundũ, de fideiussione, respondetur, verum esse, quòd Zenesius de communi consensu ipsorum contrahentium obligatus est solum pro scutis. 188. scilicet nomine fideiussorio; sed per hoc non sequitur, quòd remissum sit ei id, ad quod ipse ex persona sua tenebatur, quia talis consequentia non reperitur in iure. nam ex separatis non fit illatio iuribus vulga. & multò magis, quia ipse dominus Hieronymus, & vxor reseruarunt sibi omnia iura sua contra alios, vt suprà dictum fuit. Et licet dixerit Zenesius se nolle ad aliud teneri; illud intelligitur, nomine fideiussorio, secundũ terminos, de quibus tunc agebatur. Et dato, quòd intelligeretur generaliter, nihil operaretur, quia pars aduersa non consensit. l. fin. §. item si prædixerit. ff. naut. caupo. Et ita concludendũ est, quòd si dominus Hieronymus probabit sibi non esse solutam dotem scilicet cum effectu, quia fortè euincantur bona sibi insolutum data; poterit pro dimidia totius dotis agere contra Zenesium, tanquam principaliter obligatum ex testamento, non obstantibus dictis solutionibus iam factis, & fideiussione. verum est, quòd imputabitur dimidia ex scutis. 167. quos in bonis mobilibus habuit dominus Hieronymus, id est scuti. 83. quia videtur fuisse solutum communi nomine, poterit etiam pro dicta dimidia principali, quæ attinet ad Zenesium, conuenire Vincentium; quia, si facta non est nouatio, vt suprà dictum fuit; sequitur, quòd vterque pro eademmet dimidia restet obligatus. d.l. fin. C. de noua. & §. præterea. Insti. quibus modis toll. obli. & ita erunt vt duo rei debendi; adeò quòd, etiam si contra vnum agatur, & nihil obtineatur; agi adhuc poterit contra alium. l. fin. & l. reos. C. de fideiusso. declarando, vt per Bartol. in l. ex duobus. colum. 2. & melius in colum. 3. versicu. sed an aliis. ff. de duo. reis. Item pro alia dimidia, seu pro eius residuo, ad quam vsque ab initio tenebatur Vincentius; poterit ipse Vincentius conueniri; &, si nõ erit soluendo, tunc poterit fideiussorio nomine conueniri Zenesius ad dimidiam ex scutis. 375. id est ad scutos. 188. nam vt sonant verba instrumenti, Zenesius fideiussit nomine Vincentij, & ita pro illa parte, pro qua tenetur Vincentius; nec aliter præsumitur factum, quia pro sua obligatione nemo potest fideiubere. l. Vranius. ff. de fideiuss. & siue potuerit, siue non fideiubere pro se, standum est verbis instrumenti, & formæ exteriori, quòd sit fideiussor, Bartol. in l. hi qui ad ciuilia. columna fina. versicu. 4. ff. de fideiuss.

Tertiô principaliter est videndum, an legatum factum per Iulianũ imputetur in dotem. 14 Et omissa disputatione, cum clarũ sit, † quòd debitum dotis erat necessarium, quia ad hoc grauatus fuerat ipse Iulianus per Franciscum primum testatorem; concludendum est omnino, quòd tale legatum imputetur, vt communiter Docto, concludunt in authen. præterea. C. vnde vir & vxo. & Bartol. & cæteri in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. & Campes. in tracta. de dote in quinta prin. par. in 6. quæst.

Iacobus Mandell. Alben. I. V. D. saluo &c. Placentiæ. 1538. 26. Decembris. pro D. Hieronymo Saonensi.

ARGVMENTVM.

Debitor, qui soluit non vero creditori, seu hæredi, an sit liberatus, & an possit iterum conueniri à vero creditore. Et dato, quòd censeretur liberatus, an ipse verus creditor possit agere contra illũ falsum creditorem, non obstante quadam liberatione inter eos facta generaliter.

SVMMARIVM.

1. SI DEBITOR *errauit, & soluit non creditori, si habuit iustam causam errandi, an sit liberatus, & quando, & quæ sit iusta ignorantia, & vide nume. 8.*
2. *Debitor bona fide soluens in casu depositi, censetur liberatus, etiam si non habuerit iustam causam ignorandi.*
3. *Debitor generis si soluat falso creditori, non censetur liberatus à vero creditore, etiam quòd habuerit iustissimam causam erroris.*
4. *Genus perire non potest.*
5. *Pecunia deposita in arcâ, vel in sacculo obsignata, iudicatur tanquam species.*
6. *Depositarius quando teneatur de dolo, & lata culpa, & quando de leuissima, & leui.*
7. *Depositum fit quandoque simulatum, facta scilicet translatione de contractu venditionis in depositum, & iudicatur tunc, vt contractus venditionis.*
8. *In contractu venditionis venit dolus, lata culpa, & leuis.*
10. *Petens depositum, vt hæres, non auditur, nisi doceat esse hæredem.*
11. *Soluens falso creditori, repetit ab eo.*

Instru-

12 *Inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam, etiam quod ſit depoſitum ſimulatum, & irregulare.*
13 *Liberatio facta cum vno, non trahitur ad aliũ.*
14 *Liberatio quantumcunque generalis non trahitur ad incognita, etiam ſtante iuramento, neque trahitur ad cognita, in quibus error interuenit.*
15 *Ignorantia præſumitur in eo, qui nouus eſt ſucceſſor alterius.*
16 *Generalis liberatio facta nulla ſumpta occaſione, præſumitur captioſa.*

Conſilium III.

PRo declaratione caſus propoſiti, videnda ſunt duo, Primum eſt, an debitor iſte, qui iam ſoluit non vero creditori, ſeu hæredi, ſit liberatus, adeò, quòd amplius conueniri non poſſit à vero hærede. Secundum eſt, præſuppoſito, quòd debitor eſſet liberatus, an ipſe verus hæres poſſit conuenire creditorem, fortè legendum tutorem illum, cui facta fuit ſolutio, non obſtante quadam generali liberatione inter eos prius facta.

Et circa primum videretur dicendũ, quòd ſit debitor liberatus ipſo iure; poſtquam ſoluit tutori dato filiæ ipſius defuncti, cum quo contraxerat, nam, aliis filiis non exiſtentibus, præſumptio eſt, quod illa filia eſſet hęres, vt eſ-
1 ſe debet de iure communi; † & ita ſi debitor id credidit, licet errauerit; habuit tamen iuſtam cauſam errandi; ergo &c. l. fin. ff. de tranſac. & l. fugitiuus. ff. de ſolut. vel ſaltem videtur liberatus ope exceptionis, cedendo actiones contra eum, cui ſoluit. l. cui ſoluit. l. cum quis. §. 1. ff. de ſolu. Et quia ad iura iſta poſſet reſponderi, quòd ſolum procedunt, quando error deſcendit, eò, quòd aliquid prius factum fuerit in perſona illius, cui eſt ſolutum, veluti ſi ille ſemel ſit conſtitutus procurator, & deinde reuocatus, vel ſemel fuerit poſſeſſor hæreditatis, & deinde reuocatus, vel ſemel fuerit ſeruus probatæ vitæ, & deinde factus ſit fugitiuus, & huiuſmodi: nam in his caſibus iuſtiſſima eſt ignorantia. non autem procedant, quãdo nulla interuenerit mutatio in perſona illius, cui ſoluitur (vt in caſu noſtro) iuxta ea, quæ tradit Bartol. in l. filiæ inteſtatæ. ff. de ſolu. & probatur in l. qui hominem. §. ſi Titium. & §. ſi nullo. eo. tit. & in l. inuito. cum gloſ. C. de ſolu. & l. ſi nõ ſortem. §. qui filio. ff. de cond. inde. & Bartol. in l. cum fundus. §. ſeruum. colum. 3. verſicu. venio ad ſecundam. ff. ſi cer. peta. & in l. falſus. colum. 2. nume. 4. C. de furt. & Paul. de Caſtr. in d. l. cum quis. §. 1. de ſolu. nam tunc, licet ad ſit ign o rantia, non tamen eſt iuſta, vt per eos, vbi ſuprà. Ideo fortius pro hac opinione facit tex. in l. 1. §. ſi rem à ſeruo depoſitam. ff. depoſi. qui tex. ſpecialiter procedit in caſu depoſiti,
2 vt eſt caſus noſter, † vt ſcilicet debitor bona fide ſoluens cenſeatur omnino liberatus, etiam ſi non habuerit iuſtã cauſam ignorandi eo modo, quo ſupra dictum fuit, ſecundum Barto. & latius Alberic. Ang. & Salice. in l. ſi vrbana. ff. de condic. inde. quia in depoſito ſatis eſt quòd abſit dolus, & lata culpa, vt ibi per eos; & ita verus hæres, ſeu verus creditor ſolũ poterit agere aduerſus eum, cui ſolutum eſt, vt not. Bartol. in d. §. ſeruũ. col. 3. verſic. ſumus expediti.

Sed his non obſtantibus, tenendum eſt omnino, quòd debitor non ſit liberatus, neque ipſo iure, neque ope exceptionis. Nam primò
3 ſtat communis concluſio, † quòd quotieſcunque quis eſt debitor generis, & non rei in ſpecie, ſi ſoluat falſo creditori, etiam per quamlibet iuſtiſſimam cauſam erroris; nõ tamen cenſetur liberatus à vero creditore, ſecundũ gloſſ. in l. ſi quis vxori. §. apud Labeonem. & ibi Bartol. ff. de furt. & Alberic. in d. l. cum fundus. §. ſeruum. colum. 3. in fin. & clarius ibi Paul. de
4 Caſt. & Salice. in fin. ff. ſi cer. peta. † quia genus perire non poteſt. l. incendium. C. ſi cer. peta. ſi enim talis debitor non liberatur per caſum fortuitũ. d. l. incendium, ergo multo minus per culpam, ſeu errorem, vt etiam deducit Alberic. in d. l. ſi vrbana. Et licet Alexand. & Deci. in d. §. ſeruum, dicant, quòd hæc reſolutio non conuenit ad illum tex. non tamen negant, quin in ſe vera ſit, neque poſſunt negare. In caſu autem noſtro conſiderandũ eſt, quòd, licet cõtractus appellatus ſit per ipſos contrahentes contractus depoſiti; pecunia tamen, quæ debetur, non fuit depoſita, ſed debetur ex contractu venditionis, vt patet ex ipſomet inſtrumento; quo caſu pecunia dici non poteſt
5 debita, vt ſpecies, † perinde ac ſi in arca, vel in ſacculo obſignata, fuiſſet depoſita, iuxta text. in l. plane. §. ſi eadem. ff. de lega. 1. ſed eſt debita in genere, cum re vera nihil fuerit depoſitũ, & tale depoſitum cenſetur irregulare. l. Lucius. la. 1. ff. depoſi. & de eo iudicandũ eſt perinde, ac ſi pecunia deberetur ex contractu mutui, vel venditionis, vt infrà dicam. vnde ſequitur, quòd debitor non ſit liberatus, ſoluendo alijs per errorem, quia etiam per caſum non liberaretur; & expreſsè de tali depoſito tradit Deci. in l. contractus. colum. 2. nume. 5. ff. de reg. iur. & Ludo. Roma. conſil. 520. circa propoſitam. colum. 1.

Secundò etiam dato, quòd aliquid in ſpecie deberetur ex contractu depoſiti, nõ tamen ſemper verum eſt, quod depoſitarius teneatur

ſolum

6 solum de dolo, & lata culpa. † sunt enim tres casus: vnus est, quando depositū fit gratia deponentis tantum, & tunc venit solùm dolus, & lata culpa. Secundus est, quando fit gratia depositarij tantùm; & tunc venit omnis culpa, etiam leuissima, Tertius est, quando fit gratia vtriusque, & tunc eligitur media via, vt scilicet veniat culpa lata, & leuis, nō autem leuissima, vt Bartol. tradit in l. quod Nerua. in 8. quæst. nu. 30. ff. de posi. licet in multis sit corruptus,
7 & Deci. in d. l. contractus. in prin. † vnde, cum in casu nostro sit depositum simulatum; quia vt suprà dixi, est contractus venditionis translatus in contractum depositi, vt quotidie fit, iuxta tex. in l. Lucius. la. 2. ff. depos. sequitur, quòd de tali depositō idem iudicetur, quod de contractu venditionis, qui præcedit, vt tradit Ludo. Roma. consi. 238. Pro habenda. in 1. colum. & d. consil. 520. colum. 1. & Deci. consil. 216. col. 1. & And. Sicul. consi. 7. Sapienter. per totum, in 2. volum. & Alexand. consil. 80. circa primum. colum. 1. in 3. vol. & Roma. consil.
8 500. Summarium quæstionis. col. 2. † In contractu autem venditionis venit dolus, lata culpa, & leuis, licet non leuissima, quia est de contractibus, qui gratia vtriusque celebrantur. d. l. contractus. vbi Deci. nu. 26. ergo & in casu nostro veniet culpa leuis. quòd verò debitor inciderit in talem culpam leuem, patet ex his, quæ de culpa leui tradit Bar. in d. l. quòd Nerua. quia scilicet non vsus est ea diligentia, qua quælibet mediocris persona vteretur, putà quęrendo, an is, cui soluit, esset verus creditor, nec ne, & vt ait Bald. in d. l. falsus. col. fin. C. de furt. non potest dici soluisse per iustā ignorantiam is, qui nihil passus est, sed statim soluit.

Tertiò, dato (sine veri præiudicio) quòd essemus in vero depositō, & facto gratia deponentis tantùm, adeò quòd solùm veniret dolus, & lata culpa; videtur tamen adhuc, debitorem in casu nostro non fuisse liberatū. nam cum omnes personæ, de quibus nunc agitur, habitent in eadem ciuitate, & palàm notum esset, quòd illa filia non erat hæres, sed iste, qui nunc est verus creditor, & iam aliquot annis possideret hæreditatem, certè negari non potest, quin debitor, soluendo alijs, fuerit in dolo, vel saltem in lata culpa, secundum Bartol. in dicta l. quod Nerua. in diffinitione latæ culpæ, & probatur in l. regula. §. sed facti. ff. de iure. & fac. igno. & ad hoc etiam tendit dictum Bald. in d. l. falsus. colum. fi. dum inquit, quòd dici non potest in bona fide is, qui nihil passus est, antequam solueret.

Quartò, satis est fundata hæc opinio ex his, quę in prin. suprà dixi, quòd scilicet nō est iusta ignorātia. si nihil contigit de nouo in persona illius, cui solutum est, vel quid noui alio simili inopinato modo, vt in l. fin. §. fin. ff. de lega. 2.

Non obstant igitur duo, quæ sunt in cōtrariū adducta. nam, dum primò dicebatur, fuisse iustam causam ignorantiæ, eo, quòd credi-
9 dit filiam esse hæredem; † respondetur, quòd non est sufficiens causa in hoc proposito, quia scilicet nihil contigit de nouo, vt modò dictū fuit in quarto fundamento. nam iura hic requirunt causam, quæ sit iusta. & probabilis. §. rectè. Insti. de manda. id est, (secundum Docto.) si productum fuit testamentum, quod deinde detectum fuit falsum, vt per Bartolum in d. l. si vrbana. circa finem, & Paul. de Cast. in d. §. seruum. in fin. & Ange. & Paul. de Cast. in dict. l. si vrbana. vel quid simile; & hoc sentit text. in l. si quis inficiatus. ff. depos. & ibi expresse not. Bart. & clarius Pau. de Cast. † quòd
10 quando aliquis vt hæres petit depositum, non est audiendus, nisi doceat se esse hæredem, & Pau. de Cast. in l. 1. §. apud Iulianum. eodem titu. & Bal. in Rubri. C. depos. in 4. quęst. & eo magis in casu nostro, quia de consuetudine hodierna, rarò fit, vt fœminę sint hęredes. Respondetur etiam, quòd cum in casu nostro sit debitor generis, quęrendum non est de iusta causa ignorantię; quia, etiam si esset iustissima, non tamen est liberatus, vt dictum fuit suprà in primo fundamento.

Ad tex. in l. 1. §. si rem à seruo. ff. depos. patet ex supradictis responsio variis modis. nam primò respondetur, quòd ille tex. non procedit in depositō irregulari, id est, in quo debetur genus, vt suprà in primo fundamento. Respondetur secundò, quòd non procedit in depositō facto gratia depositarij tantùm, vel gratia vtriusque, vt suprà in secundo fundamento. Respondetur & tertiò, quòd non procedit in casu nostro; quia hic commissus fuit dolus, vel saltem lata culpa, vt suprà in tertio fundamento.

Non etiam obstat, si diceretur, quòd inconueniens est, vt bis idem soluatur. respondetur
11 enim, † quod datur repetitio contra falsum creditorem cui fuit solutū. d. l. si vrbana. Item non obstat, quòd ista, quę soluit, sit mulier. nō enim reperitur in hoc priuilegiata.

Concludendum est igitur, quòd, non obstante eiusmodi solutioue, quę habetur pro nulla, & nihil debet operari; teneatur dicta mulier soluere vero hęredi, & hoc sine aliqua figu
12 ra iudicij; † quia instrumentum depositi habet executionem paratam. l. pen. vbi Doct. C. depos. & l. fin. C. de compensa. etiam si sit depositum simulatum, seu transfusum de contractu venditionis in contractum depositi, vt suprà dictum fuit. nam cōtractus venditionis

est absolutè licitus; ideoq; licita est etiam talis transfusio, & habebit naturã depositi, vt cõpetat actio depositi. l. Lucius. la. 2. ff. depos. ergo nihil est, quod impediat, quin habeat executionem paratã; licet deinde tale depositũ sit irregulare, & in multis regulari soleat secundũ naturam contractus prẽcedentis, vt suprà dixi.

Circa secundum articulũ principalem, videtur superfluum insistere, stante conclusione modò facta, quòd debitor nõ sit liberatus. sed dato, quod debitor ipso iure esset liberatus, & opus esset agere aduersus eum, cui fuit solutũ: dicendum est, quòd nullo modo obstabit generalis liberatio vicissim cõcepta inter ipsum verum creditorem, & eum, cui fuit solutũ. Primò, quia solutio facta fuit illi, tanquam tutori cuiusdam filiæ. liberatio verò ei facta, nõ attinet ad personam ipsius filiæ neq; ad bona eius, neque ad tutelam; sed respicit eum, vt propriã personam, & proprio nomine, vt semper in dubio præsumitur. l. & magis. ff. de solu. vndè cũ iste in duobus istis actibus representet duas personas. §. si tutor. Insti. de inoffi. testa. sequi-
13 tur, † quòd liberatio facta cũ vna persona trahi non possit ad aliam. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & l. qui cum tutoribus. in princ. ff. de transac.

Secundò, † quia liberatio, quantumuis ge-
14 neralis, non trahitur ad incognita. d. l. qui cum tutoribus. §. 1. & §. 2. vt tradit Barto. in l. Aurelio. §. Caius. colum. fina. ff. de libera. lega. etiã si prẽstitũ sit iuramentũ, secundũ Ias. in l. cum Aquiliana. in prin. ff. de transac. nec etiã trahitur ad ea, quę sunt cognita, sed aliquis error interuenerit, secundũ Pau. de Cast. optimè. in l. fin. §. item quæsitũ. ff. de condic. inde. Et ideò dato quòd facta esset illi, vt tutori, non tamen cõprehendit summã, de qua agitur; quia nunquam fuit cognita ipsi hæredi, nisi nunc; & ipsi hoc asserenti est credendum, & onus probandi cõpetit aduersario, secundum Bart. in d. l. qui
15 cum tutorib. §. fi. & meritò, † quia hic successit alteri; ergo iusta est causa ignorãtiæ. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. nec obstat, quòd Bart. in d. §. Caius. in 5. q. in fin. videatur sentire, quòd præsumatur scientia; nisi probetur ignorantia dico enim, quòd nihil adducit, & nihil firmat, ideò non est curandũ de eo ibi, sed standum est dicto suo in d. §. fi. quod expressè probatur in illo tex. Et in casũ nostro, vt dixi, clarũ est præsumi ignorantiam, quia est nouus successor.

16 Tertiò, † quia liberatio fuit generalis, & nulla sumpta occasione ab aliquo negocio, sed simpliciter dictum, quòd liberant se &c. ergo præsumitur captiosa, secundum Bart. in l. cum Aquiliana versicu. vltimo nota, & ibi Ias. in tertio nota. ff. de transac.

Iacobus Mandellus Alben. Placentiæ. 1539. die 5. April. pro D. Nicolao Vicedomino, legum scholare, Ciue Placentino.

ARGVMENTVM.

Dotis constitutio facta per mulierem de omnibus bonis, an valeat renuntiatio donationis propter nuptias facta per vxorem. Item an valeat donatio inter virum, & vxorem, & quando, & quid cum iuramento. Et an donatio inter viuos collata post mortem valeat. Et quando valeat donatio sine insinuatione, vel cum insinuatione facta ex interuallo. Et de confirmatione actus facta alio tempore magis habili. Item an hæres dicatur contrauenire voluntati defuncti, patiens se conueniri in iudicium.

SVMMARIVM.

1 MVLIER *potest dare bona in dotem, & quid stante statuto. Quòd maritus lucretur totam dotem.*

2 *Bona futura non censentur dari, nisi expressè dicatur, sed solùm præsentia.*

3 *Donatio de omnibus bonis præsentibus valet.*

4 *Statutum, De lucrãda dote, nõ tollit vxori factionem testamenti, sed procedit ab intestato tantum.*

5 *Renuntiatio donationis propter nuptias facta per mulierem cum iuramento valet, item valet, si confirmata sit post biennium.*

6 *Remittere est dare, & quando.*

7 *Donatio inter virum & vxorem non valet, & quid quando est iurata, & quid tunc operetur iuramentum, & vide etiam nume. 12. & an iuramentum firmet eam ab initio, an verò solum post mortem donantis, vide numero 19.*

8 *Mulier, constante matrimonio, non potest donare dotem, neque de ea pacisci.*

9 *Conditio, per quam restringitur libera testandi facultas, est turpis, & improbata, etiam si respectu certæ rei tantùm.*

10 *In donatione continente enormissimã læsionem censetur esse dolus, & simulatio, quæ non tollitur per assertionem partium.*

11 *Vxor si donet viro, maxima est suspicio metus, vel reuerentiæ.*

12 *Donatio inter virum & vxorem cum iuramento valet, secundum veriorem, & magis communem opinionem.*

13 *Donatio inter virum & vxorem, etiam iurata, requirit traditionem.*

14 *Reseruatio vsusfructus, existentia in possessione ex alia causa, & clausula Cõstituti, hæc omnia habentur pro traditione, & vnumquodque traditioni æquiparatur.*

15 De-

15 *Donatio reciproca,& remuneratoria inter coniuges valet.*

16 *Donatio inter virum & vxorem collata post mortem,& in effectu collata in hærede valet, & collata in tempus soluti matrimonij.*

17 *Donatio facta coniunctæ personæ, viuente etiam marito, valet.*

18 *Donatio fit aliquando post mortem, quæ tamen non est donatio causa mortis, sed donatio inter viuos collata post mortem,& valet.*

20 *Donatio non requirit insinuationem, quando est appositum iuramentum, secundũ magis communem opinionem, neque valet statutum in contrarium.*

21 *Ad laicos non pertinet statuere de iuramento, & quid si tale statutum esset confirmatum à Pontifice, generaliter confirmante statuta laicorum.*

22 *Confirmatio generalis, & simplex, non conualidat actum nullum,& illicitum.*

23 *Confirmatio Principis obtinet locũ insinuationi.*

24 *Rescriptum intelligitur secundum tenorem supplicationis.*

25 *Clausula, non obstantibus, tollit statutum in cõtrarium, & cætera impedimenta omnia, & maximè etiam adiecta clausula, ex certa scientia.*

26 *Clausula, supplentes omnes defectus. tollit defectus iuris positiui tantùm.*

27 *Donatio remuneratoria, & reciproca non indiget insinuatione.*

28 *Statutum debet intelligi,& restringi secundum ius commune.*

29 *Donatio conditionalis, cum possit dissolui in defectum conditionis, non requirit insinuationem.*

30 *Dos potest alienari, stante iuramento.*

31 *Libera testandi facultas auferri dicitur, quando quis promittit, vel donat certã rem tantum, etiam sub conditione non reuocandi testamentum, &c.*

32 *Donatio facta de dimidia parte hæreditatis valet.*

33 *Donatio facta per aliquem sub conditione, si instituatur hæres à donatario, est valida, neque dicitur contra bonos mores.*

34 *Modus in dubio potius præsumitur, quàm conditio.*

35 *Remedium l. secundæ. C. de rescin. vendi. non habet locum in donatione, etiam data maxima læsione,& quæ sit ratio.*

36 *Metus, vel timor, seu reuerentia vxoris erga maritũ nunquã præsumuntur, nisi probẽtur, putà per verbera, seu minas præcedentes.*

37 *Donatio sæpius confirmata,& ex interuallo, excludit omnem præsumptionẽ fraudis, & metus, vel timoris.*

38 *Donatio,& omnis alius contractus fieri potest & inferi in testamento, neque potest reuocari.*

39 *Relatum censetur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

40 *Insinuatio si interueniat ex interuallo post donationem, an sufficiat,& vide infrà nume. 49.*

41 *Voluntas cognoscitur ex actu nullo.*

42 *Confirmatio inducitur etiam ex qualibet tacita voluntate.*

43 *Donatio reciproca, seu ob causam an dicatur, licet vna donatio excedat aliam.*

44 *Assertioni factæ in instrumento, quòd donatio fit propter merita, est credendum.*

45 *Plus, vel minus dicitur, etiam respectu temporis,& res tunc minus æstimatur.*

46 *Ad præsens oua cras pullis sunt meliora.*

47 *Spes est, quòd quotidie quis acquirat bona.*

48 *Casus aduersus futurus quando habendus sit in consideratione.*

49 *Insinuatio donationis, an fieri possit ex interuallo,& an perpetuò.*

50 *Decretum iudicis potest Interponi etiam ex interuallo post actum.*

51 *Actus censetur factus ab initio, si ab initio fuit conuentum de illo actu faciendo.*

52 *Actus factus sub conditione, si confirmabitur à superiore, valet.*

53 *Ad insinuationem faciendam non est necesse, quòd Iudex sedeat pro tribunali.*

54 *Ad insinuationem an requiratur præsentia vtriusq;, donantis,& donatarij; an verò sufficiat præsentia donatarij, vel donantis,& sic vnius tantùm.*

55 *Præsumitur pro decreto Iudicis, & quòd interuenerit causæ cognitio.*

56 *Clausulæ insolitæ faciunt suspicionem.*

57 *Confirmatio actus facta alio tempore magis habili, multùm operatur.*

58 *Verba enunciatiua quando non disponunt, probant saltem id, quod allegatur fuisse dispositũ, & disponunt, si sint prolata ab habente potestatem faciendi actum,& maximè stante iuramento.*

59 *Contrauenire quando quis dicatur.*

Consilium IIII.

CAsvs iste satis confusus propter multitudinem actuum, facit multas dubitationes: & procedendo iuxta ordinem ipsorum actuum,& Instrumentorum super eis factorum, nascitur prima dubitatio ex primo ipso instrumento, quod scilicet continet constitutionem dotis. Et videtur, quòd duplici respectu non subsistant, quę in eo continentur. Nam primò non videtur valere constitutio ipsius dotis facta de

omnibus bonis; quia, conſiderata diſpoſitione ſtatuti, quòd hic extat, volentis, quòd, ſi mulier in matrimonio decedat ſine liberis, maritus lucretur totã dotem; ſequitur, quòd mulier dando bona omnia in dotem, aufert ſibi penitus facultatem teſtandi, quod eſt con-
1 tra iura vulgaria. † Et quanquam aliâs licitum ſit mulieri dare bona omnia in dotem. l. mulier bona ſua. ff. de iure dot. illud procedit in caſu, quo non ſit eiuſmodi ſtatutum, quia eo ceſſante, ceſſat etiam ratio ſuprà dicta. Secundò, non videtur valere renunciatio antefacti, ſeu donationis propter nuptias facta per ipſam vxorem, de qua in dicto inſtrumento, quia licet paſſim liceat vnicuique renunciare fauori ſuo, ſuisque iuribus; ſecus tamen in caſu iſto, propter fragilitatem mulierum, vt eſt tex. expreſſus in authen. ſiue à me. C. ad Velleia.

Sed his non obſtantibus, dubitandum non eſt, quin ſupradicta ambo de iure valeant, nam de iure communi fundamentum ſtat, quòd licet mulieri dare bona omnia in dotem. d. l. mulier. Et ſolùm reſtat tollere impedimentum ſtatuti, quod certè tollitur, ſi conſideremus, quòd data ſunt in dotem bona omnia præſentia, non autem futura, vt expreſsè patet
2 in ipſo inſtrumento; † & id etiam tacitè ſemper de iure intelligitur, niſi expreſsè dictum ſit de futuris, vt notant Docto. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo. obligat. quo caſu dici non poteſt, quòd auferatur facultas teſtandi, reſtãt enim ad id bona in futurum acquirenda præſumptione iuris. l. cura. §. 1. ff. de mune. & hono. vt concludunt Docto. in d. l. ſtipulatio, vo-
3 lentes propter talem rationem, † quòd donari poſſint bona omnia præſentia, non autem futura, vt etiam tradunt in leg. fina. C. de pac.
4 † Prætereà tale ſtatutum non tollit factionem teſtamenti, ſed ſolum (De hoc tamen dicto vide latius per eundem D. meum infrà in conſil. 50. in princ. Vinc.) ab inteſtato, ſecundum Rapha. Cuma. conſil. 48. Procedit etiã ſecundũ, quòd ſcilicet renunciatio antefacti valuerit, nam fundata eſt etiam in regulis iuris communis. Et ad tex. in d. authen. ſiue à me, reſponde-
5 tur, † quòd non procedit, ſtante iuramento, vt in caſu noſtro, ſecundum Bal. ibi, & in l. etiam, eod. tit. & probatur in cap. cum contingat. de iureiuran. & in cap. licet mulieres. eo. tit. lib. 6. Item reſpondetur, quòd valet renũciatio etiã de Iure Ciuili, dummodò confirmata fuerit poſt biennium, vt vult tex. in d. authent. ſiue à me. & id factum fuit in caſu noſtro, non ſemel, ſed ſæpius. poteſt etiam reſponderi, quòd ille tex. corrigitur hic per ſtatutum, quod vult, vt liceat ipſis coniugibus paciſci ſuper lucro dotis, & donationis propter nuptias.

Secunda oritur dubitatio circa inſtrumentum conuentionũ, de anno. 1517. 21. Septembris. videtur enim prima facie dicendũ, quòd non valeant contenta in eo, pluribus rationibus. Primò, quia renunciatio, & ceſſio, & remiſſio facta per vxorem nihil aliud eſt in effe-
6 ctu, quàm donatio. † nam remittere eſt dare. l. ſi mulier. ff. de condic. ob cau. & l. peculium. la prima, in princip. ff. de pecul. cum ſcilicet fit remiſſio rei certæ, & ſine controuerſia, vt per Barto. in l. ſiue apud acta. colum. prima. C. de
7 tranſac. † donatio autem inter virum & vxorem non valet iuribus vulgaribus, etiam adhibito iuramento, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de donat. inter virum & vxo. Et dato (contra Bart.) quòd valeret cum iuramento, vt infrà dicam, habet tamen iuramentum tacitam conditionem, ſi donans prius decedat, vt ſemper intelligitur de iure communi. l. à marito. C. de donat. inter virum & vxo. operatur enim iuramentũ, quòd interim pendente euentu mortis, non poteſt donatio reuocari, quæ alioquin poſſet, vt latè per Deci. conſil. 240. & conſilio 536. Secundò non videtur valere huiuſmodi donatio: quia non fuit inſinuata, quemadmodum vltra ius commune extat diſpoſitio ſtatuti, ſi ſumma excedat 25. libras, nec talis defectus videtur ſuppleri ex confirmatione Principis, nam talis confirmatio fuit conditionalis, ſcilicet ſi actus erat validus, vt in ea expreſsè cõtinetur. hic autẽ fuit actus ipſo iure nullus, quia ſeruata nõ fuit forma ſtatuti, vt in terminis de ſtatuto inſinuationis tradit Barto. in l. ſi ita quis. §. ea lege. colum. 2. ff. de verborũ obligationi. Tertiò obſtat, quia generaliter vide-
8 mus, † quòd conſtante matrimonio donati non poteſt per mulierem ipſa dos, neque fieri aliquod pactum in eius præiudiciũ. l. 2, & l. Attilicinus. ff. de pac. dotal. vt latè per Baldum Nouel. in tracta. dot. in 7. par. priuil. 11. Et in caſu noſtro donata fuit propriè ipſa dos, ſeu bona in dotem data. Quartò, facta fuit huiuſmodi donatio ſub illa conditione, inter cæteras, ſi maritus ipſe redimeret, ſeu liberaret bona illa ipſius vxoris, quæ obnoxia erant emphytheoſi, & aliis, oneribus: & cum talis conditio non probetur fuiſſe impleta; ſequitur, quòd donatio, etiam valida à principio, reſoluatur, quaſi cauſa non ſecuta. l. 1. §. 1. ff. de donat. Quintò in contrarium facit, quia concepta fuit talis donatio ſub alia conditione, ſcilicet ſi maritus eo tempore, quo faceret teſtamentum reliquiſſet vſumfructum omniũ bo-
9 norum ſuorum ipſi vxori; † ideoque videtur eſſe ipſo iure nulla, tanquam cõcepta ſub turpi, & improbata conditione, videlicet ſub conditione, per quam reſtringitur libera teſtandi

facultas.

facultas.l.stipulatio hoc modo.ff.de verb. oblig. etiam si restringatur respectu certæ rei, secundum Ludo. Roma. consil.171. Pro decisione. Sextò videtur obstare; † quia, cum fit donatio omnium bonorum, & ita contineat enormissimam læsionem, non videtur esse absque dolo, vt tradit Deci. in l.fraudis.ff.de reg.iu. & in cons.26. Præsertim inter coniuges, quorum assertio non tollit, quin videatur actus simulatus, vt per Ludo. Roma. cons.193. Præsuppositio.colum.2. † & tanto magis, quando vxor ipsa est qui donat; quo casu maxima est suspicio metus, vel reuerentiæ, iuxta gloss. in l. 1. §.quæ onerandæ.in verbo, Metu. ff. quarum rerũ ac. non det.

Sed, his non obstantibus, contrarium in omnibus est de iure verius, nam pro validitate donationis stat primum fundamẽtum, † quia interuenit iuramentum; quo casu secundũ veriorem & magis communem opinionem valet donatio inter virum, & vxorẽ. vt sentit Bar. in l.si quis pro eo.in fin.ff. de fideiuss. latè Alex. cons.7. Viso instrumento. in 6. vol. & consi.53. Visis.col.penul.in 3.volum. & cons.8. Visis.in 2.volum. & consil. 157. Viso.colum.penult. & fin.eo.volum. & Deci.cons.202. Et nouissimè Ripa lib.3.de dona. cap.6. † Et quanquam donatio inter virum, & vxorem requirat traditionem.l.Papinianus.ff.de dona.int.vir.& vx.etiam stante iuramento, vt prę supponit Deci.cõsil.202. colum. 3. id tamen non obstat, † quia hic reseruatus fuit vsusfructus, & ita habetur pro traditione.l.quisquis. C.de dona. & in his terminis tradit Alexand.in d. consil.7. in prin. Præterea maritus erat in possessione ex alia causa, & hoc sufficit, vt per Deci. in d. consil. 202. colum. 3. Item fuit apposita clausula, Constituti.quę habetur pro traditione, secundum gl. in l.2. C.de dot. cau. & Bartol. in d. l. Papinianus. & est magis communis opinio, secundum Soci.in l.1.§.si vir vxori.colum.2. nume.14.ff. de acqui. poss. & hic fuit directa clausula, Constituti. in ipsos hæredes, quibus etiam verè ficbat donatio, vt infra dicam.

Secundum est fundamentum, † quia in casu nostro fuit donatio reciproca, & ita fuit remuneratoria, vt inferius probabo ad aliud propositum; ergo sine dubio valuit inter coniuges.l. quod autem.§.si vir.ff.de dona.int.vir. & vxo. latè Iaſ.in l.ex hoc iure.nume.55.ff. de iustit. & & Deci.cons.232.

Tertiò est aduertendũ, † quòd non fuit donatio inter virum, & vxorem. nam fuit collata post mortem vtriusque: dicitur enim expressè in ipso instrumẽto, quòd ipsa vxor donat in casu, quo ipse maritus præmoriatur, & ita in effectu donat, non ipsi marito, sed suis hæredibus. l.1.C.vt ac.ab hære. & l.scrupulosam. C. de cõtrah.stipu. & l.quocunque.§.1.&2. ff. de verb. oblig. &§.post mortem. Instit.de inutil.stipu. & ita hoc respectu valet, quia collata est in tempus soluti matrimonij.l.si cum seruum.in fine, cum.l.sequen.ff.de dona.int.vir.& vx. Nec dicatur, quòd, si prohibetur donari marito; ergo & eius hæredi, tanquam personæ coniunctę respondetur enim, † quòd, etiam si donaretur alicui personæ coniunctæ, viuente marito, (quod plus est) valeret tamen donatio, quia huiusmodi prohibitiones sunt restringendæ, quantum fieri potest, vt tradit Alexand. consil. 54. In casu. columna secunda, versicul. tertio, quia. in 7. vol. quinimò posset donari ipsimet marito, conferendo in tempus soluti matrimonij, putà si soluatur per diuortium. d. l. si eum. quia in his omnibus casibus cessant rationes omnes, quæ solẽt prohibere tales donationes. Alio etiam respectu confertur hæc donatio in tempus soluti matrimonij, scilicet ex parte ipsius mulieris. donat enim, reseruato sibi vsufructu: † & ita in effectu donat post mortem suam, vt tradit Alexand. in dicto consil.7.colum.penulti. in 6. volum. non quidem quòd sit donatio causa mortis, sed est donatio inter viuos, collata post mortem, de qua in l.2. C.de iu.dot.&l.cùm maritus.§. fin. ff. de pac. dotal.& Roma.in d.consil.26.in princ. & Alexand.in d. consil.7. Quæ solet valere, vbi aliàs non valeret, si non esset collata post mortem, vt per glossam in lege fin.in verbo Accommodauit. C.de pac.& Deci.in l.pactum. colum.2. versicul. ex his infertur. C. de colla. post Alexand.consil.83. Visa facti.colum.pen.in 2.vol. & ita etiam hoc respectu sumus in casu dictæ.l. si eum.

Non igitur obstant, quæ supra in cõtrarium fuêre adducta, respondetur enim ad primum, quòd Bart. malè loquitur, & quòd communis est in contrarium, scilicet quòd firmetur iuramento, vt dixi. Et dum subijciebatur, † quòd iuramentum habet conditionem tacitam, si vxor prius decederet, vt per Deci. in d. consil. 240. respondeo, quòd id non satis est clarum, & in contrarium quòd generaliter, & indistinctè firmetur iuramento ab initio, sentit Alex. in d.cons.54.col.2.in 7. quinimo id videtur fateri Deci. dum ponit fundamentum, quòd in casu suo contrahentes cogitauerant, quòd nõ aliter valeret donatio, nisi prius decederet donans. sed data opinione Decij pro vera: nõ tamen hic obstat; quia expressè hic facta fuit donatio, etiam in eum ipsum casum, quo maritus decederet prior, & expressum tollit tacitum. Item hic non fuit donatio inter virum, & vxorem, vt supra dixi.

Ad ſecundum verò de inſinuatione reſpon-
20 detur, † quòd ſtante iuramẽto, neceſſaria non
fuit inſinuatio, ſecundum magis communem
opinionem. vt tradit Abb. in c. cum contingat
colum. 12. nu. 17. & ibi Io. de Imola, nu. 90. de
iureiuran. & Roma. in d. conſ. 26. Et Alex. con-
ſil. 157. Viſo. in fin. in 2. vol. & cõſ. 83. Viſa facti,
etiam in fi. eo. vol. latè Aret. conſ. 2. Et latè per
Deci. conſ. 432. & conſ. 239. colum. 1. & conſi.
488. col. 2. & conſil. 336. colum. pen. nec quic-
quam facit ſtatutum diſponens contrarium
21 † nam tale ſtatutum non eſt validũ, quia ad lai-
cos non attinet diſponere de iuramento, vt la-
tè de tali ſtatuto tradit Alexand. conſ. 59. Viſo
inſtrumento. in primo vol. & conſi. 125. Viſis
colum. 5. eo. volum. & Deci. in d. conſ. 536. co-
lum. fin. & licet in hoc ſint variæ opiniones; vi-
detur tamen certiſſimum, quod non valeat ſta
tutum, quando ſimpliciter reprobat iuramen-
tũ, non adijciendo vlterius, quòd alioqui con-
tractus præſumatur dolo factus, vt tradit Bart.
in l. omnes populi. colum. 8. in 3. q. prin. nu. 25.
ff. de iuſti. & iu. & Abb. latius in d. c. cum con-
tingat. colum. 8. num. 10. & in conſ. 71. Quinq;
dubia. in 1. vol. & Roma. conſ. 12. Viſo facto, vt
eſt in caſu noſtro. Et dato, quòd ſimus in terris
Eccleſiæ, & cõfirmata fuerint ſtatuta à ſummo
Pontifice; non tamen iſtud obſtat. nam fuerũt
ab initio condita ſtatuta ipſa à Principibus ſe-
cularibus, qui non habent autoritatem ſuper
iuramento; & ideò ſtatutum iſtud non erat va-
lidum, quinimò erat omnino illicitum. ergo
non cenſetur confirmatum per ſimplicem &
generalem confirmationem Pontificis, vt per
Deci. conſ. 17. colum. 2. & clarius per Bart. qui
loquitur expreſsè de confirmatione ſtatutorũ
facta per ſummum Pontificem, in l. 1. ff. de iure
perſo. alias eſt, de ijs, qui ſunt ſui, vel al. iu. &
22 Roma. conſi. 218. Præſens. colum. 2. † & tantò
magis in confirmationibus ſimpliciter, & ge-
neraliter factis ſine ſpeciali cauſæ cognitione,
quæ ſolent dici confirmationes in forma com
muni, & non conualidant actum nullum, vel
illicitũ, vt per Abba. & cæteros, præſertim De-
ci. in c. 1. de cõfirma. vtil. & Deci. in Rubr. eiuſ-
dem tituli, & conſil. 72. In fine. Præterea dico
23 † quòd ſatis interuenit inſinuatio, cum inter-
uenerit aliud loco eius, quod quidem fuit po-
tentius, ſcilicet cõfirmatio Principis: quinimò
talis confirmatio cenſetur tollere impedimen
tum ſtatuti, etiam ſi nihil eſſet dictum de eo, vt
per Felin. in c. 2. colum. pen. verſi. limita quar-
tò, de reſcri. ſed in caſu noſtro id ſatis cenſetur
dictum expreſsè, poſtquàm in ſupplicatione
24 fuit facta mentio ſtatuti, † nam reſcriptum in-
telligitur ſecundum tenorem ſupplicationis
Iaſ. in l. Iuſtitia. col. 2. ff. de iuſti. & iu. & Deci.
conſil. 33. In princ. & tantò magis vigore illius
25 clauſulæ, † non obſtantibus, quæ poſita fuit in
reſcripto; quia ſine dubio tollit ſtatutum, &
cætera impedimenta in ſupplicatione conten-
ta, Barto. in extrauagan. ad reprimen. in verbo
non obſtantibus. in fine, & Deci. conſ. 10. col.
penul. præſertim etiam cum talis confirmatio
cenſeatur facta, non ſecundum formam com-
munem, ſed ex certa ſcientia; quia ſcilicet in
ſupplicatione fuit inſertus totus tenor rei, vt
per Deci. in c. 1. colum. 4. & in c. porrecta. col.
pen. & c. venerabilis. in princ. & vbique Abb.
de confir. vtil. vel inutil. Et verba illa appoſita
in reſcripto, modo aliâs actus eſſet validus &c.
debent intelligi, quòd eſſet validus, quia nul-
lus adeſſet defectus iuris naturalis, putà quòd
non vi, dolo, vel metu, vel errore fuiſſet cele-
bratus: non autem comprehenditur nullitas
proueniens ex defectu iuris poſitiui, veluti eſt
26 ſolemnitas ſtatuti, & ſimiles, † nam tales defe-
ctus iuris poſitiui tolluntur per Principem vi-
gore illius clauſulæ, ſupplẽtes omnes defectus,
vt tradit Vital. in tracta. de clauſul. in clauſu.
14. & Feli. in cap. 2. num. 50. & c. poſtulaſti. nu.
12. de reſcrip. & Deci. in d. c. 1. colum. 4. de con-
firm. vtil. Item alio etiam modo ad argumẽtum
principale de inſinuatione poteſt reſponderi,
27 † videlicet, quòd iſta eſt donatio remuneratoria, & reciproca, & ob cauſam, quæ non cõpre-
henditur ſub legibus loquentibus de inſinua-
tione, vt tradit Rom. in d. conſ. 26. Et Iaſ. in d.
l. ex hoc iure. num. 53. & Angel. conſ. 179. Viſis
prædictis. colum. pen. & Deci. in d. conſil. 202.
colum. 3. & ſi talis donatio non comprehendi-
28 tur à iure communi; ergo neq; à ſtatuto, † quia
ſtatutum debet intelligi, & reſtringi ſecundum
ius commune. Deci. conſ. 19. colum. 2. & conſ.
37. etiam colum. 2. & conſ. 17. colum. 3. poteſt
29 etiam reſponderi, † quod iſta donatio poterat
diſſolui in defectum conditionis, ergo non re-
quirit inſinuationem. vt per Alex. conſ. 53. Vi-
ſis. col. pen. in 3.

30 Ad tertium reſpondetur, † quòd ſtante iu-
ramento, poteſt alienari dos, vt eſt text. in c. li-
cet mulieres, de iureiuran. lib. 6. & in d. c. cum
contingat. quæ iura procedunt generaliter in
quibuſcunque locis. vt tradit Bald. nouel. in d.
11. priuil. ſeptimæ partis, col. pen. nu. 14.

Ad quartum reſpondetur tribus modis, pri-
mò, quòd illa mentio de prædijs redimẽdis fa-
cta fuit ſolum in verbis enunciatiuis, non au-
tem in diſpoſitiuis, vt patet inſpicienti ipſum
inſtrumentum. Secundò reſpondetur, quòd
etiam ſi ſit in verbis diſpoſitiuis; non tamen
facit conditionem, quia talis conditio modi-
cam, vel nullam vtilitatem affert ipſi mulieri
donanti; ſed potius attinet ad vtilitatem ipſius
mariti,

mariti, vt per glo. in l. 1. §. 1. in verbo Secutum. ff. de dona. & per Deci. consil. 238. in fin. Tertio modo respõdetur, quòd talis conditio verè, & plenè fuit impleta, vt probabitur in facto, si opus erit.

Ad quintum negatur, quòd promissio de relinquendo vsufructu in testamẽto sit turpis,
31 & contra bonos mores. † namq́;, cum sit promissio rei certæ, nõ dicitur auferre liberam testandi facultatem, non magis, quàm si quis donaret rem aliquam, vel etiam bona omnia præsentia; etiam si talis promissio fiat sub conditione non reuocandi testamentum, &c. vt tradit Roma. consi. 293. Præsupposito. col. 2. post Pau. de Cast. in d. l. stipulatio hoc modo, & clarius per Bal. in l. sancimus. in fi. C. de testamen. quia, vt ait Alex. in d. l. stipulatio. colum. 2. licitum est auferre sibi liberam testandi facultatem respectu certæ rei; & ita apparet, quòd Roma. in d. consi. 171. malè loquitur, & fuit sibi ip-
32 si contrarius: † quinimò donari potest pars dimidia hæreditatis, vt per Deci. consi. 30. in fin.
33 Præterea, dato † quòd facta fuisset donatio sub conditione, si eam institueret hæredem, quod plus est, adhuc tamen non diceretur inualida, sed expectandus esset euentus, an scilicet maritus eam instituat. nam si conditio impleatur, vt verè fuit impleta in casu nostro: certum est, quòd donatio est valida, secundum gl. in l. cum donationis. C. de transac. dum tenet opinionem Placen. quam vt magis cõmunem defendunt ibi Alexand. & Iaſ. aduersus Barto. & probant, quòd talis promissio non est contra bonos mores, quia in effectu non obligat ad instituẽdum, sed duntaxat spe lucri inuitat. Item
34 dici potest, quòd in casu nostro donatum fuit non sub conditione, † sed sub modo, vt semper in dubio præsumitur, quando verba non sunt satis clara, secundum Bart. in l. cum mota. column. 1. C. de transac. ergo indistinctè ab initio valuit donatio, siue fuerit impletus modus, siue non, & siue fuerit turpis, siue honestus, vt per gloss. Bartol. & cæteros in d. l. cum donationis.

Ad sextum respondetur, quòd hic nulla, vel minima est læsio, cum donans reseruet sibi vsumfructum, & sit donatio remuneratoria, &
35 reciproca. † Et dato, quòd esset læsio, etiam maxima; non tamen rescinditur donatio: nam tale remedium rescissionis, non habet locum in donatione, vt per Alexan. consi. 53. Visis. colum. 4. num. 21. in 3. vol. & Deci. consil. 180. colum. 4. nu. 4. Post Bart. in l. 2. col. 3. C. de rescin. vendi. alioqui sequeretur, quòd nulla donatio sustineretur, cum omnis donatio propria contineat læsionẽ. Et quæ tradit Roma. in d. consi. 171. col. 2. non obstant; quia procedunt, quando fit donatio, non expressè, sed tacitè, & fictè, scilicet simulando alium cõtractum, putà mutui; quod quidem alienum est à casu nostro. Neque etiam obstat metus, vel timor, seu re-
36 uerentia erga maritũ. respõdetur enim, † quòd ista nunquam præsumuntur, nisi probentur, saltem per coniecturas, putà quòd verbera, vel minæ præcesserint, vt tradit Bart. in d. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum ac. & Abb. in d. c. cum contingat. colum. 1. & Alexand. consil. 83. Viso processu. colum. 2. in 6. & Deci. in consil.
37 232. columna 2. in fin. † Et tanto magis in casu nostro cessat præsumptio fraudis, metus, & timoris, postquàm sepius confirmata fuit hęc donatio, & ex interuallo plurium annorum, vt latè in his terminis tradit Deci. in d. consi. 232. colum. 2.

Tertia principalis dubitatio est circa donationem repetitam in testamento ipsius mari-
38 ti: & nõ est dubium, † quin talis donatio facta, seu inserta in testamento valeat; sicut etiam valeret alius quilibet contractus, vt tradit Bar. in l. hæredes palam. §. si vno. ff. de testamen. neq; potuit reuocari, quia fuit donatio inter viuos, licet collata post mortẽ, scilicet facta hæredibus, & nõ marito, vt supra diximus. & licet ipsa vxor nihil sibi reseruauerit, nisi vsumfructum, quod quidem non sufficit, vt per Docto. in d. l. stipulatio; id tamen non obstat in casu nostro, quia nõ fuit donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed illorum bonorum tantùm, quæ data fuerant in dotem; quo casu nulla requiritur reseruatio, vt supra dictũ fuit in prima dubitatione. Præterea satis intelligitur facta reseruatio 200. librarũ, quæ facta fuerat iam pridem in prima donatione, ad quam secunda refertur expressè per ipsos contrahen-
39 tes. † nam relatum censetur esse in referente cum suis omnibus qualitatibus, vt per Deci. consil. 19. colum. 3. & consil. 77. colum. 1. Item fuit expressa ipsa reseruatio in confirmatione testamenti, in quo etiam fuit repetita ipsa donatio. Restat igitur tota difficultas, quia nõ fuit
40 donatio ista insinuata, † vel insinuata ex interuallo; quòd non videtur sufficere, præsertim stante statuto, vt sentit Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. & vnico verbo ad hanc difficultatem posset responderi, quod donatio ista non erat necessaria, ex quo iam prius facta fuerat valido modo, vt diximus in tertia dubitatione; & ita cõcedi posset (sine veritatis præiudicio) quod hæc donatio non sit valida pro-
41 pter defectum solennitatis: † negari tamẽ non potest, quin valeat ad cognoscendam voluntatem ipsius mulieris. l. fi. ff. de reb. eorum. quæ voluntas habet vim confirmationis præcedentis donationis iam factæ prius per aliquot annos,

annos, vt ſaltē excludat præſumptionem metus, vel fraudis: quinimò abſolutè habet vim
42 confirmationis, † quia (quod plus eſt) inducitur confirmatio, etiam ex qualibet tacita voluntate, vt in terminis noſtris tradit Deci. in d. conſ. 232. colum. 2. ſed præter hæc, dico, quòd donatio iſta eſt omni iure valida, etiam ſi alia non præceſſiſſet, quod ſatis patet ex ſupradictis, dummodò tollatur obſtaculum inſinuationis; quod quidem tolli poteſt pluribus modis. Primò, quia interuenit iuramentum, quod tollit neceſſitatem inſinuationis, & obſtaculū ſtatuti, vt dictum fuit in ſecunda dubitatione. Secundò reſpondetur, quòd fuit donatio ob cauſam, ſeu remuneratoria, vel reciproca, quæ non eget inſinuatione, vt ſupra etiam dixi. Neque ad hoc obſtat, ſi dicatur, quòd donationes non fuerunt æquales, quia ea, quæ donauit ipſa vxor, ſunt maioris æſtimationis;
43 † quo caſu quatenus iſta donatio excedit aliam, non cenſetur donatio ob cauſam, vt tradit Deci. conſ. 20. colum. 2. reſpondetur enim, quòd talis æqualitas ſolū conſideratur inter perſonas prohibitas, quod eſt alienū à caſu noſtro: quia hic non fit donatio ipſi marito, ſed ſuis hęredibus;
44 quo caſu † creditur ſimplici aſſertioni factæ in inſtrumento; quòd donatio fit propter merita, &c. vt tradit Bart. in l. ſi fortè. ff. de Caſtren. pecul. & Deci. in d. conſ. 20. in fin. prætereà, etiam ſi facta eſſet donatio inter ipſos cōiuges; non tamen videtur inæqualis. conſiderandum eſt enim, quòd ipſa mulier donat bona ſua, nō omnia, ſed præſentia tantùm, reſeruatis etiam. 200. libris. item non dat de præſenti, ſed in futurum, ſcilicet poſt mortem ſuam, quia reſeruat ſibi vſumfructum; quo caſu donatio recipit multo minorem æſtimationem, quàm ab-
45 ſolutè poſſent æſtimari ipſa bona, † quia plus, vel minus dicitur etiam reſpectu temporis. §. plus autem. Inſti. de actio. & l. 1. ff. de dot. prælega. & de æſtimatione reſpectu temporis eſt tex. in l. precia rerum. verſicu. nec expectandum. ff.
46 ad legem Falcid. † facit quod ait gl. in l. cū ij. in princ. ff. de tranſac. ſcilicet ad præſens oua cras pullis ſunt meliora; quod ampliat Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 103. ff. de acqui. poſ. per contrarium verò ipſe maritus donat ei, ſeu relinquit vſumfructum ſuorum omnium bonorum, non ſolū præſentium, verùm etiam futurorū. quod quidem non recipit cer-
47 tā æſtimationē, † quia ſpes eſt, quòd quotidie acquirat bona; & ita quòd amplietur vſusfructus. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono. item ipſam vxorem ſubſtituit ſibi hęredem vniuerſalem caſu, quo ipſi hæredes contrauenirent: & hoc continet maximam ſpem. Nec
48 dicatur, † quòd talis culpa hæredum habenda non ſit in conſideratione, tanquam caſus aduerſus. l. inter ſtipulātem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. quia reſpondetur, quòd habenda eſt in conſideratione, cum ſit caſus prouenies facto hominis, vt eſt tex. in l. fin. §. ſin autem auacto hominis, vt eſt tex. in l. fin. §. ſin autem auaritiæ. C. commu. de lega. quem ad hoc propoſitum adducit Bar. in d. §. ſacram. colum. 3. Item ipſe maritus redemit multa ex bonis ipſius vxoris, quæ erant ſubiecta iuri emphyteotico, vtpertè poteſt in facto probari, & in hoc expoſuit maximam ſummam pecuniarum, videlicet vlra lib. 200. ex quib. omnibus patet, quòd modica, vel nulla eſt inæqualitas donationum, & dato, quòd eſſet aliqua, nō tamen habenda eſt in cōſideratione, per ea, quæ tradit Deci. conſ. 202. colum. 3. Et duæ iſtæ reſponſiones ad difficultatem iſtam de inſinuatione dictæ ſunt ad bene eſſe, nō autem quòd ſint neceſſariæ. Nam tertio modo reſpondendo, dico, quòd hic verè interuenit inſinuatio, ſcilicet coram Prętore: & quanquam facta fuerit ex interuallo, ſcicet quatuordecim dierum; id tamen non ob-
49 ſtat. † nā nullus eſt, qui dubitet, quin inſinuatio fieri poſſit ex interuallo, vt eſt text. in l. fin. §. ſimilique modo. C. de don. ante nup. & tradit Bart. in l. Modeſtinus. ff. de dona. & Bal. in l. in hac. C. de dona. & in d. l. fin. colum. prima, quia nihil aliud eſt, quàm confirmatio, vt per eum ibi in 2. colum. quinimò poteſt fieri perpetuò talis inſinuatio, dummodò fiat ante-
tem motam, ſecundum Ang. in d. conſil. 179. Viſis prædictis inſtrumentis. colum. fin. vbi ta-
50 men eſt aliquantulum corruptus. † & generaliter videmus, quòd decretum quod liber iudicis poteſt ſequi ex interuallo, vt per Bald. in l. cum ipſe. col. ſecunda. C. de contrahen. emp. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hære. neque dici poteſt hic, quòd ſtatutum requirat inſinuationē inconti-
nenti. nam ſtatutum ſimpliciter loquitur; ergo debet intelligi ſecundum ius commune. & tādebet intelligi ſecundum ius commune. & tādebet intelligi ſecundum ius commune. & tādeb

contrahentes de impetrãda tali insinuatione. & aliis confirmationibus, de quibus inferius
51 dicetur, & constitutus fuit procurator, † ergo quandocunque fiat, censebitur facta ab initio, ex quo ab initio tractatum fuit de ea, per regulam, quam tradit Bart. in l. Modestinus. in prin-
52 cip. ff. de solu. † nam valet actus factus sub conditione, si cõfirmabitur à superiore, vt per Deci. in cap. venerabilis. in 2. nota. de confir. vtili. vel inutili. neque obstat, quòd Prætor non se-
53 derit in loco solito, † dico enim, quòd ad insinuationem faciendam nõ est necessariũ, quòd sedeat pro tribunali, vt firmat Ioan. de Imola in d. c. cum contingat. char. fin. colum. prima. nume. 93. præterea licet sederit in camera; censetur tamen sedisse pro tribunali, ex quo cæteras quoq; causas ibi tractabat propter infirmitatem quandam, vt expressè habetur in instrumento. neque etiam obstat, quòd ipsi insinuationi non fuerit præsens ipsa mulier donans;
54 † cum tamen necessaria videatur præsentia vtriusq;, vt per Bald. in l. illud. col. 2. C. de sacrosan. Eccle. & in d. l. fin. colum. 1. de dona. ante nup. respondetur enim, quòd illud non est verum simpliciter, sed sufficit præsentia donatarij, dummodo donans cõsentiat, vel saltẽ fuerit citatus, vt tradit Ang. in d. cons. 179. in fine. ergo multo magis valet in casu nostro, in quo constat per instrumentum exhibitum ipsi Prætori, quòd ipsa mulier consensit insinuationi faciendæ, vt supra dictum fuit: quinimò videtur, quòd quemadmodum sola præsentia donantis sufficit, vt tradit Bald. in d. l. in hac. C. de donatio. ita etiam sufficiat prẽsentia solius donatarij, vt firmat Alex. consil. 157. Viso instrumento. colum. secunda, in secundo volu. præterea, licet in ipsa petitione insinuationis solũ fiat mentio de ipso donatario, quia ipse est, qui principaliter instabat; non tamẽ potest ex hoc commodè inferri, quòd donans esset absens: quinimò videtur probari, quòd fuerit prẽsens, quia Prætor dicit se id fecisse causa cognita; ergo præsentibus partibus. l. in causæ. §. causa ¢o-
55 gnita. ff. de mino. † & ꝓ decreto Prætoris semper præsumitur, vt tradit Alex. consil. 80. Viso themate, &c. in 5. vol. qui etiam ait, quòd præsumitur causę cognitio, etiam si dictum non fuerit. Et quę dicta sunt de insinuatione Prætoris, etiam procedunt in cæteris cõfirmationibus subsecutis, scilicet per Reuerẽdissimum Vicelegatum, & per Reuerẽdum Vicarium Episcopi. Neque ad hoc obstat, si dicatur, quòd multitudo huiusmodi actuum videtur facere rem suspectam, quia non solent fieri vt pluri-
56 mũ tot actus in huiusmodi donationibus, † & clausulæ insolitę faciunt rem suspectam, vt per gl. & clarius per Bal. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. institu. & Ias. in l. 1. §. is videtur. col. 1. in fin. ff. siquis iusdicen. nõ obtempe. respondetur enim, negando, quòd hic factus sit actus aliquis insolitus. quotidie enim videmus fieri confirmationes per ipsos contrahentes; item per Principes, & per Iudices ad instantiam contrahentium: & licet non semper fiant simul actus isti omnes: id tamẽ non obstat, si facti fuerunt hic, censentur enim facti ad tollendã quãcunque dubitationem, & faciendam rem magis tutam. l. quę dubitationis. vbi Deci. ita declarans. ff. de reg. iur. & contrarium procedit, quãdo fiunt actus prorsus insoliti, vt tradit Ias. in vsib. feud. num. 90.

Quarta esset principalis dubitatio, an aliquid operetur cõfirmatio facta per ipsam mulierem post mortẽ mariti. Et videretur dicendum, quòd nihil operetur, quia celebratus fuit principaliter cõtractus locationis, & incidenter fit mentio de supradictis donationibus; & ita censentur verba enunciatiua, & propter aliud emissa; quæ non probant, vt traditur in l. ex hac scriptura. ff. de dona. Sed hoc non ob-
57 stante, † tenendum est, quòd talis confirmatio multum operetur, cum facta sit tempore magis habili, scilicet mortuo marito: quo tempore cessat penitus quælibet suspicio metus, vel minarum, &c. argu. l. ꝑ. C. si maior fac. & de tali confirmatione donationis facta tempore habili latè Abb. in d. consil. 71. colum. pen. versicu. condescendo ad secundum. in 1. vol. Et ad contrarium respondetur, negando, quòd hic fuerint verba enunciatiua: quinimò clarissimum est, quòd sunt dispositiua: quia vltra narrationem dictarum donationum factam copiosè in initio instrumenti, disponitur deinde in alia parte instrumenti de tali donatione: & ipsa mulier constituit se tenere bona nomine ipsorum donatariorum, etiam ex causa depo-
58 siti. Præterea dato, † quòd essent verba enunciatiua, si non disponerent; saltem probarent id, quod prius allegatur fuisse dispositum, & ab eo tollunt omne dubium, vt per Bart. in d. l. ex hac scriptura. col. fi. quinimò quòd indistinctè verba enunciatiua disponant, si prolata sint ab eo, qui merã habet potestatem faciẽdi actum, tenet Ias. in vsib. feud. vbi supra, scilicet. nume. 90. & tanto magis stante iuramẽto, vt per Docto. in d. l. ex hac scriptura.

Vltimò posset dubitari, an ipsi hæredes dicantur cõtraueniſse voluntati ipsius testatoris circa vsumfructum relictum vxori, quia passi sunt se cõueniri in iudicium. Ad quod breuiter respondetur, quòd non dicuntur contraueniſse, postquàm ipsi in iudicio nunquam negauerunt se teneri: quinimò semper se obtulerũt ad soluendũ id, quod debebant, dummodò liqui-

59 daretur quantitas. † non enim quis dicitur cõtraueniſſe, niſi ex proceſſu appareat, quòd negauit, vt tradit Bartol. in l. ſi prius. colum. ſecunda, in quinta oppoſit. ff. de no. op. nun. vel niſi tanquam actor mouerit litem ipſe, & controuerſiam, vt latè per Alexand. conſil. 52. Viſo teſtamento. in primo volumi. Prætereà dato, quòd in proceſſu negaſſent, adhuc tamen non dicuntur habuiſſe litem ſuper teſtatoris voluntate, quia hic facta fuit locatio dicti vſusfructus per vxorem ipſis donatariis, & petitio fundata fuit ſuper inſtrumẽto talis locationis; & per conſequens lis (ſi quæ fuit) dici non poteſt fuiſſe circa teſtamentum, neque circa voluntatẽ teſtatoris, ſed potius circa contractum factum per ipſam mulierem.

Iacobus Mand. Albenſis, Placentiæ. 1539.
Menſe Auguſto, pro Domino
Franciſco de Puteo.

ARGVMENTVM.

De regula, quòd victus victori condemnetur in expenſis, an ſcilicet procedat etiam in criminalibus, & an reus abſolutus poſsit petere expenſas contra teſtes, qui depoſuerunt in cauſa, & an contra Iudicem, vel an contra querelantem, ſeu accuſatorem.

SVMMARIVM.

1 VICTVS *Victori condemnatur in expenſis, etiam in criminalibus, ſecundum communem opin.*
2 *Et an, & quando tales expenſæ peti poſsint contra teſtes, qui depoſuerunt in cauſa.*
3 *An contra Iudicem, vel contra accuſatorem.*
4 *Tortus reus, & nihil confeſſus, cenſetur purgaſſe inditia, eſtq; abſoluendus perinde, ac ſi contrarium probaret expreſsè.*
5 *Victus victori non condemnatur in expenſis, quãdo habuit iuſtam cauſam litigandi, & quæ dicatur iuſta cauſa.*
6 *Lata ſententia abſolutoria, non amplius eſt tractandum de expenſis, quando veniunt officio Iudicis, ſi de eis non fuit facta condemnatio, & quid ſi Iudex reſeruauit.*

Conſilium V.

1 IACET communis cõcluſio ſit, † ꝙ etiam in criminalibus victus victori condemnandus ſit in expenſis, damnis, & intereſſe, vt tradit Bar. in l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expen. & Docto. in l. properandum. §. ſinautem alterutra.
2 C. de Iudi. inaudita tamen res eſt, † quòd iſta peti poſſint contra teſtes, qui depoſuerunt in cauſa, niſi fortaſſe conuicti ſint de falſo, iuxta tex. in l. 1. §. præterea. ff. ad legem Corn. de ſica. vel quolibet alio modo vacillauerint, iuxta ea, quæ tradit Barto. in l. ex libero. ff. de quæ-
3 ſtio. † Sed tota res vertitur aduerſus Iudicem inquirentem, ſi vel ſcueriter, vel iniquè ſe geſſit. l. ſcueriter. C. de excuſa. tut. vt per Bald. in d. l. non ignoret. colum. fin. vel aduerſus accuſatorem. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. vt per Bart. in dict. l. non ignoret. & latè de vtroque tradit Hippol. de Marſil. in ſua pract. in §. ſupereſt. & certum eſt quòd quando Iudex proceſſit, non ex mero officio ſuo, ſed ad inſtigationem querelantis, ſeu accuſatoris, non tenetur ad ſupradictas expenſas; vt idem Marſil. vbi ſupra tradit in §. conſtante. colum. fin. Et ſtantibus his, clariſſimũ eſt in caſu noſtro, quatenus ex proceſſu apparet, quòd neque aduerſus teſtes productos, neque aduerſus Iudicem debet audiri reus iſte, id eſt, Martinus, qui fuit abſolutus, ſed ſolum reſtat videre, an ſaltem ius habeat aduerſus ipſum querelantem, id eſt, Franciſcum Magnanum.

Et videretur prima facie dicendum, quòd
4 dictus Martinus ſit audiendus † nam cum ipſe ſufficienter fuerit tortus, & nihil omninò confeſſus ſit; cenſetur purgaſſe omnia inditia, & per conſequens abſoluendus fuit, ac ſi contrariũ expreſsè probaſſet, vt latè per Cæpol. conſ. 32. Quidam ruſtici. col. 8. & ſi fuit abſolutus vt verè fuit, ergo fuit victor, ergo victus fuit ipſe Franciſcus Magnanus, ergo, &c.

Sed hoc non obſtante, dubitandum nõ eſt, quin contrarium ſit verius: eſt enim limitatio vulgatiſſima ad ſupra dictam regulam, vt ſicili-
5 cet non procedat, † quãdo actor, vel accuſator habuit iuſtam cauſam litigandi. l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de lega. 2. & l. 3. C. de calumniato. & latè Doct. præſertim Iaſ. in d. §. ſinautẽ alterutra. & per Marſil. in repet. l. patre. col. 3. nu. 17. ff. de quæſtio. & iuſta cauſa cenſetur, quando quis habet inditia ſufficientia ad talem accuſationem, vt in terminis tradit. Iaſ. in d. §. ſinautem alterutra. colum. 7. num. 21. & 22. in 8. q. vbi refert alios multos ita concludentes; & id etiam tradit Bald. in l. fin. in 2. col. C. de proba. dum ait, quòd quælibet ſemiplena probatio eum excuſat, & tradit etiam Marſil. in d. §. conſtante. colum. fin. quinimò (quod plus eſt) excuſaretur, dato quòd teſtes non depoſuiſſent ſufficienter ad inditia; qui tamen prius iactaſſent ſe depoſituros, vt per Bald. in d. l. non ignoret. in fin. & in caſu noſtro clarè conſtat per proceſſum, quòd teſtes ſufficienter, & concludenter depoſuerunt, & fecerunt pleniſſimũ inditium ad torturam. ergo nulla penitus poteſt teme-

temeritas imputari dicto Francisco Magnano; & ita nullo modo potest in expensis molestari, vt etiam tradit Abb. consil. 78. Viso. col. fin. in 1. volum.

Non obstat, quod dicebatur in contrarium. respondetur enim, quòd licet per torturã purgentur indicia; non tamen sequitur, quòd censeantur reprobati ipsi testes, neque censentur expressè reprobata eorum indicia, sed solum fit, vt cesset eorum effectus interim contra ipsum reum, vt patet ad sensum, & colligitur ex dictis Cępollæ in d. cons. 32. vbi clarius, quòd si fiat transitus ad torturam stantibus probationibus, & fiat per Iudicem protestatio, quòd nõ intendit recedere à probationibus; tunc dato, quòd tortus nihil confiteatur: non tamẽ censebuntur sublatę precedentes probationes. ergo constat ex hoc, quòd talis purgatio nihil directò facit contra probationes, vel indicia. Et respondẽdo in forma, possunt admitti omnia in contrarium adducta, & dici, quòd non procedunt, quando quis habuit iustam causam litigandi, vt dictum fuit.

6 Accedat etiam, † quòd quoad dictum Martinum iam lata est sententia absolutoria; ergo amplius non videtur posse tractari de talibus expensis, si veniunt officio Iudicis. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. vt verè in casu nostro veniunt officio Iudicis, secundum Bartol. in l. 1. in princ. colum. fin. ff. ad Turpil. & tradit Marsil. in d. l. patre. numer. 28. nec valet reseruatio earum facta per Iudicem, secundum magis communem opinionem Doctorũ, de qua per Ias. in d. §. finautem alterutra. colum. fi. valet enim solùm reseruatio taxationis, si facta tamen fuisset expressa condemnatio, vt per Bartol. in d. l. terminato. Sed, vt dixi, casus noster est clarus ex supra dictis.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Placentiæ. 1540. 27. Februarij, in causa, quæ agitabatur in Rocha Arcesij.

ARGVMENTVM.

Casus difficillimus in materia fideicommissi, quando sunt facti varij gradus substitutionis, &c. Et an in legato florenorum veniant floreni aurei, an argentei. Et quomodo probetur bona fuisse in bonis eius qui fecit fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 FLORENORVM *Appellatione an veniãt aurei, an argentei.*

2 *In testamentis inspicitur communis vsus loquendi, & consuetudo regionis.*

3 *Bona fuisse in bonis primi testatoris, probari debet.*

4 *Conuentiones fideicommissarij non valẽt in præiudicium alterius fideicommissarij.*

5 *Fideicommissi bona nõ possunt alienari, & an possit constitui vsufructus.*

6 *Bona fuisse in bonis quomodo probetur, & an per famam in antiquis.*

7 *Testes de auditu ab alijs, & se legisse in instrumentis, quòd ita est, admittuntur in antiquis.*

8 *Bona fuisse in bonis, an probetur ex libro registri.*

9 *Et an per instrumenta, in quibus etiam enunciatiuè fiat mentio de ipsis bonis.*

10 *In antiquis nulla est melior probatio, quàm per instrumenta.*

11 *Filiatio probatur per quascunque coniecturas, etiam per testes de auditu, & fama, & communi reputatione.*

12 *Pluralitas nominis non præsumitur.*

Consilium VI.

PRÆSVPPONITVR in facto, ꝙ de anno 1450. dominus Antonius Dulzanus condidit testamentũ, in quo hæredes vniuersales instituit Andream filium suum, & Bertolinũ ipsius testatoris abiaticum: & tres filias, scilicet Catherinam, Ioannam, & Antoniam instituit in suis dotibus, & supra dictis duobus hæredibus fecit varios gradus substitutionis: quorum vltimus fuit de filijs quondam Ioannis Dulzani, & de liberis dictorum filiorum ipsius Ioannis. quorum liberorum asserit se esse vnum. D. Archangelus, qui nunc viuit. & eueniente casu huius vltimæ substitutionis, seu fideicõmissi, disposuit testator, quòd supradictis tribus suis filiabus, seu liberis earum dari deberent tria millia florenorum, videlicet mille pro qualibet earũ. Nunc igitur cùm euenerit casus supradicti vltimi fideicommissi, deducendo, vt latius habetur in narratione facti mihi missa; dubitatur de pluribus. Primò, an tres filiæ supradictæ, seu earum descendentes possint petere dictam summam florenorum. 3000. Et in hoc res videtur clara, quòd possunt petere, quia, cum in testamento nominentur etiam liberi ipsarum filiarum; cessat hic illa quæstio, an ius fideicõmissi, vel legati conditionalis transmittatur ad hęredes; & nihil apparet, quo minus possint petere, cum purificata sit cõditio. Verùm est, quòd probare debebũt, quòd D. Archangelus acceptauerit fideicommissum, vel saltem probent, quòd bona, quæ tunc ipse possidet; sint de bonis illius testatoris. nec sufficit, quòd sint tot bona, quæ possint ascendere ad summam florenorũ. 3000. sed opus est, quòd possideat tot

bona ſupra dicti teſtatoris, quæ aſcendant ad legitimam filij, & abiatici. id eſt, ad tertiam partē hęreditatis, quia clarum eſt, quòd fideicommiſſum non comprehendit legitimam; & prętер dicta bona, poſſideat alia bona ex bonis prę dicti teſtatoris, quæ ſaltem aſcendant ad ſummam florenorum. 3000. alioqui probatio non eſſet concludens. nam ſtant ſimul, quòd poſſideat aliqua ex dictis bonis, & tamen non ſint ſubiecta fideicommiſſo, ſed ſint libera, ratione ſcilicet legitimæ. Quòd autem deinde dubita-
1 tur, † an intelligantur floreni aurei, an verò argentei, ſcilicet conſtantes ex 32. ſolidis; habet facilem reſponſionē, ſcilicet quòd intelliguntur argentei, vt quotidie ſunt in ore, & in vſu
2 hominum in iſta regione. † nam in teſtamentis communis vſus loquendi inſpicitur. l. Labeo. ff. de ſupp. lega. & conſuetudo regionis. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. & in terminis eſt tex. in l. hæredes. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtamen. & vlterius facit, quia in ambiguis debent intelligi minores nummi. l. nummis. ff. de lega. 3.

Secundò dubitatur, præſupponendo aliud in facto, videlicet quòd Bertolinus, qui erat vnus ex hæredibus, deceſſit ſine liberis; adeo, quòd eius portio vigore cuiuſdam fideicōmiſſi deuoluta fuit ad alium cohæredē, id eſt, Andream, excepta tamen legitima, quæ per ſententiam arbitramētalem adiudicata fuit monaſterio ſancti Sixti. Itē quòd dictus Andreas deceſſit ab inteſtato, relictis quatuor filiis maſculis, vel verius (quantum ad propoſitum noſtrum attinet) relictis tribus, ſcilicet Antonio, Nicolao, & Ludouico; qui tres ſucceſſerunt in omnibus bonis Andreæ; quorum primus, ſcilicet Antonius, deceſſit ab inteſtato, relicto Andrea iuniore filio ſuo, qui Andreas deinde deceſſit ſine maſculis, & ſolùm reliquit filias quaſdam nunc monachas, & viuentes: ſecundus verò, id eſt, Nicolaus, pari modo deceſſit ſine maſculis, & condito teſtamento, reliquit vniuerſalem vſumfructum ſuorum bonorum dominæ Eliſabetæ vxori ſuæ: & poſt eius mortem reliquit vſumfructum dominæ Polyxenæ filiæ ipſius Nicolai; & finitis talibus vſufructibus, inſtituit ſibi, & ſubſtituit varios gradus, & vltimo loco dictum D. Archangelum; qui caſus etiam euenit: tertius autem, id eſt, Ludouicus, non attinet nunc ad nos; quia eſt in facultate D. Archangeli habere eius hæreditatē, ſi velit. Stantibus hiſ igitur, quæritur ſecundo loco principali, an D. Archangelus, in cuius perſona euenit caſus fideicommiſſi facti per ſupradictum D. Antonium ſeniorem de anno. 1450. poſſit de iure agere aduerſus ſupradictas filias Andreæ iunioris monachas, quę poſſident quædam bona ſubiecta prędicto fideicommiſſo. Et pro reſponſione puto rem eſſe deducendam in hunc modū, videlicet ponendo, quòd in hęreditate primi teſtatoris D. Antonij ſenioris eſſent ſolidi. 36. quorum tertia pars erat legitima duorum hęredum, id eſt, filij, & abiatici, & ita 12. ſolidi non cadebant in fideicommiſſum, ſed in fideicommiſſo remanebant 24. nam Trebellianica hic non habet locum, cum facta ſit prohibitio alienandi; pręſertim vt bona remaneant in familia, & ex dictis 36. peruenerunt 6. ad monaſterium ſancti Sixti pro legitima abiatici. 30. autem peruenerunt ad filium, id eſt Andream ſeniorem, videlicet. 18. ex perſona ſua, & 12. per fideicommiſſum ex perſona abiatici, quorum. 30. libræ erant 6. pro legitima ipſius Andreę, quę. 30. deuenēre ad tres filios Andreę, videlicet 10. Antonio iuniori. 10. Nicolao, & 10. Ludouico; adeò, quòd in effectu ſequitur, quòd quilibet ex his tribus potuit diſponere de duabus vncijs tantùm, quæ erant pro tertia parte legitimæ patris eorum, & reſiduos 8. debuit vnuſquiſque reſeruare fideicommiſſo, quia, vt iam dixi, opus eſt in omnem euentum, quòd ſemper in fideicommiſſo reperiātur 24. Dico igitur ad propoſitam quæſtionem, quòd monachæ ſupradictæ poſſunt moleſtari, quatenus aliquid poſſident, quod ſit de bonis ſupra dicti primi teſtatoris, vltra duos ſolidos ex. 36. quia earū pater Andreas iunior diſponere non potuit vltra duos ſolidos: & ſimilem deductionem facit Bald. in conſ. 94. Punctus quæſtionis. in 2. volu. licet errauerit in calculo, vt facilè colligi poteſt ex dictis ſuis. verum eſt, quòd
3 opus erit, vt D. Archangelus probet duo, † videlicet bona hæc fuiſſe in bonis primi teſtatoris, vt per Alex. cōſ. 51. col. pen. in 6. vol. ſecundò, quòd probet ſe eſſe talem, qualem ſe facit. l. ſi quæramus. ff. de teſtamen. & de vtroq; inferius dicam. Eſt tamen aliud, quod videtur contra ipſum D. Archangelum, nam Raphael iunior, qui ante D. Archangelum fuerat vocatus ad ſupradictum fideicōmiſſum, fecit quaſdam conuentiones cum prædictis monachis, recipiēdo partem illam in poſſeſſionem. quo
4 caſu, licet poſſet tentari, † quod non valuerint tales conuentiones in pręiudicium fideicommiſſarij, vt per Deci. cōſ. 39. col. 2. & conſ. 44. col. 2. nihilominus alia via tenetur D. Archangelus eas ſeruare, videlicet quia eſt hæres dicti D. Raphaelis. l. cum à matre. C. de rei vendica. erit igitur videndum, an adiuerit eius hæreditatem, & an cum beneficio inuentarij.

Tertia dubitatio, an D. Archangelus poſſit agere cōtra ſupradictam dominā Eliſabetam, & cōtra quemcunq; alium vſufructuarium, &

res eſt

5 res est clara; quòd potest agere, † quia res subiectæ fideicommisso censentur prohibitę alienari. authen. res quæ. C. commu. de lega. quin imò in casu nostro fuit expressè facta prohibitio; quo casu constitui non potest vsusfructus. l. fina. C. de rebus alie. non alie. scilicet post mortem constituentis, vt per Iaſ. in l. filiusfamilias. §. Diui. in 2. lectu. num. 83. ff. de lega. 1. & tradit Alexand. consil. 29. in 4. vol. & Curt. sen. consi. 15. in fin. dum eadem ratione volũt, quòd constitui non possit vsusfructus super legitima filiorum. & hic etiam opus erit; quòd D. Archan. probet duo supra dicta, scilicet bona fuisse in bonis, & quod ipse est, qui vocatus fuit ad fideicommissum.

Quartò igitur accessoriè ad prædicta videndum est, 6 † quo modo probari possit bona fuisse in bonis: & cum hic simus in re valde antiqua, scilicet 90. annorum, posset id probari per famam, secundum Alexand. consil. 139. colum. penult. & fin. in 6. volum. & licet dicat requiri tempus centum annorum; idem tamen est in tempore 90. annorum. quinimò & 80. vt idem Alexan. melioribus rationibus tradit in consil. 90. colum. 3. in 6. & ita probari potest per testes deponentes de auditu, vt per Bar. in l. de quæstione. §. plurium. ff. de quæstio. Et 7 est generale, † quod in factis antiquis admittuntur tales testes dicentes, se ab aliis audiuisse, vel se legisse in aliquibus instrumentis ita esse, vt tradit Pet. de Ancha. consilio 310. Tres 8 domini. in 2. colum. † Secundò probari potest ex libro regiſtri, in quo erant descripta bona illius Antonij primi testatoris vel prędecessorum, vt per Ludo. Roma. consil. 165. præsertim quia hic non agimus de probando dominio, sed tantùm de probando bona fuisse in bonis, quæ sunt diuersa, vt per Alexan. consil. 171. colum. 2. & 3. in 6. & quanquam ex libro regiſtri non inferatur præcisè, bona fuisse in bonis tempore, quo mortuus est testator; si tamen is coadiuuetur ex aliis coniecturis, putà quod ea bona deinde fuerint apud hæredes, vt facilè erit probare ex instrumento diuisionis factæ inter duos primos hæredes; satis erit, per ea quæ tradit Barto. in l. cum seruus. ff. de verbo. oblig. & Alexand. consil. 25. colum. 3. in 2. vol. 9 Tertiò erit facilior modus probandi, † si reperiantur instrumenta, in quibus fiat mentio de talibus bonis, etiã enunciatiuè, scilicet quòd essent illius Antonij senioris, veluti instrumenta inuestiturarum, & diuisionum, nam plenè probant, vt latè per Cur. consi. 76. Super motiuis. colum. 2. 3. & 4. & per And. Sicul. consil. 41. 10 Illud afferam. col. 1. & 2. in 1. volum. † nam in antiquis nulla melior probatio, quàm per instrumenta, vt tradit Deci. consil. 42. colum. 5. quia tamen non sufficit probare, quòd fuerint bona illius Antonij, vel prędecessorũ, sed opus est probare, quòd possessa fuerint per eum tempore mortis; ideò necessè est, quòd talia instrumenta, quæ sint celebrata inter descendentes supradicti testatoris; dicerent saltem enunciatiuè, quòd ea bona fuerũt ipsius testatoris: vel si talia instrumenta nõ reperiãtur, opus erit, q̃ sint alia instrumẽta, quæ probent, q̃ bona erãt prędicti testatoris, & coniungantur cum aliis instrumentis, in quibus probetur talia bona fuisse possessa per descendẽtes dicti testatoris. nam, probatis his duobus extremis, satis censetur probatũ, scilicet q̃ fuerint testatoris tempore mortis, vt per Doct. vbi suprà. Et ideo in casu nostro clarũ est, quòd bona, quæ continẽtur in inuestituris factis de anno. 1388. per D. Nicolinum patrem primi testatoris probant, si iungantur cum inuestituris factis per hæredes dicti testatoris de anno 1452. quinimò istæ inuestituræ factæ per hæredes probant per se, quia vltra præsumptionem modici temporis, scilicet anni à morte testatoris; adeò, quòd verisimile non est eos acquisiuisse ea bona tot, & tanta, tam paruo tempore; adest alia ratio vrgens, videlicet quia alter ex ipsis hæredibus erat pupillus, qui non potuit acquirere, &c. multum etiam facit instrumentum diuisionis inter ipsos hęredes, si cõiungatur cũ prędictis; itẽ multũ faciũt cõuentiones, & sentẽtia cum monasterio sancti Sixti. nam ibi fatentur hæredes, q̃ bona ibi enumerata sunt subiecta fideicõmisso; & facile erit cuicunq; mediocriter diligẽti reperire alias similes probationes.

Vltimò esset videndũ, quo pacto possit D. Archangelus probare se esse eum, qui vocatus fuit ad fideicommissum. Et in hoc res videtur clara, quia in testamento dicti primi testatoris vocantur in hoc gradu filij quondam Ioan. & filij filiorum, sed dicti Ioannis filius fuit alius Ioannes natus posthumus, vt dicitur in tribus instrumentis, quæ sunt in charta pergamena de an. 1442. & de anno. 1452. & istius secundi Ioan. est filius ipse D. Arch. vt probatur in testamento dicti secundi Ioan. & in testamento 11 D. Lud. ergo &c. † nam filiatio probatur per quascunq; coniecturas, vt per Deci. consil. 13. col. 3. & cõsil. 54. adeò, q̃ etiã sufficerent testes de auditu, & fama, & cõmuni reputatione, vt per eũ, & in terminis hoc tradit Alex. in d. consil. 90. in prin. in 6. vol. Et, si dicatur in cõtrarium fuisse alios eius nominis; opus est, q̃ hoc 12 probetur, † quia pluralitas nõ præsumitur, vt per Iaſ. & Deci. in l. 2. C. de bon. poſ. secun. tab.

Iacob. Mand. Alben. Placentiæ. 1540. die 11. Augusti, pro D. Archangelo Dulzano.

ARGVMENTVM.

De legitimato ſine præiudicio proximiorum,& legitimorum hæredum, quòd ſcilicet non ſuccedat,niſi ex teſtamento. Et de duabus quartis detrahendis per filium grauatum ſub conditione, quomodo id procedat. Et aliqua in materia prohibitæ alienationis per teſtatorem. Et maximè ſi teſtator habens tres filios,& vnam filiam,inſtituat filios,& filiam inſtituat in certa re tantũ, priuetq; filios hæreditate in caſu commiſsi delicti, & ne bona tranſeant in fiſcum, ſubſtituat ſuperſtites. Si contingat,quòd vltimus filius delinquat, & decapitetur,quomodo diuidenda ſint bona omnia inter fiſcum,& illã filiam,quæ ſola ſuperfuit, & quomodo vterque ſuccedat,vide hoc latè.

SVMMARIVM.

1 LEGITIMATVS *ſine præiudicio proximiorum,& legitimorum hæredum,nihil penitus poteſt petere,niſi fuerit ei relictum per teſtamentum,& eſt communis opinio.*

2 *Legitimatus limitatè in eo tantùm, quod patri videbitur, etiam reſpectu legitimæ, ſi pater nihil relinquat,nihil poteſt petere, etiam quò ad legitimam.*

3 *Excluſus ab inteſtato, cenſetur etiam excluſus à legitima,*

4 *Legitimatio quando propriè dicatur, non autem diſpenſatio.*

5 *Diſpenſatio dicitur duplici modo,& vna eſt odioſa,altera fauorabilis,& declarat.quomodo.*

6 *Filius grauatus reſtituere ſub conditione, detrahit duas quartas,idque procedit, etiam quod teſtator tacitè, vel expreſsè prohibuerit Trebellianicam,& abſolutè etiam in liberis primi gradus,&c.*

7 *Falcidia,& Trebellianica non poſſunt detrahi de re prohibita per teſtatorem expreſsè alienari, ſed id intelligitur in caſu, quo potuiſſet teſtator ſi voluiſſet,prohibere expreſsè,& non aliter,& non procedit in liberis primi gradus.*

8 *Si res ſit prohibita alienari eueniente certo caſu, eo caſu tantùm cenſebitur prohibita Trebellianica,& non aliter.*

9 *Per prohibitionem alienandi extra familiam inducitur fideicõmiſſum,non purè, ſed euenientecaſu alienationis.*

10 *Si quis interficiat aliquem, cui erat ſucceſſurus, hæreditas ab eo auſertur,tanquã ab indigno, non tamen tota applicatur fiſco, neque etiam tota venientibus ab inteſtato,& quomodo.*

11 *Prohibitus alienare,ſi alienet, non ſolùm priuatur parte ſua,ſed etiam prohibetur, ne admittatur ad partem aliorum cohæredum &c.*

12 *Prohibitio alienandi non excludit venientes ab inteſtato,niſi ſit facta in certam, & nominatam perſonam.*

13 *Prohibitio alienandi facta hæredibus, cenſetur facta contemplatione cohæredum, & eis deficientibus, contemplatione venientium ab inteſtato.*

14 *Filia,quæ accepta dote,iubetur eſſe tacita, & cõtenta,poteſt petere ſupplementum legitimæ, & quomodo, & an ſupplementum congruæ dotis.item an poſsit ſuccedere fratribus ab inteſtato.*

15 *Clauſula,de Plus non petendo, eſt ſtricti iuris,& ſtrictè intelligenda.*

16 *Filia,poſtquàm bona paterna tranſiuerũt in fratres,poteſt ſuccedere fratribus,dato, quod renunciauerit bonis paternis.*

17 *Bona prohibita alienari non tranſeunt in fiſcum.*

18 *Bona ſubiecta fideicõmiſſo non tranſeunt in fiſcũ, niſi delinquens ſit vltimus ex fideicõmiſſariis.*

19 *Fideicommiſſarius vltimus poteſt liberè alienare bona,quia in eo cenſetur extinctum fideicommiſſum.*

20 *Fiſcus quicquid auſert,opus eſt,quòd prius ſit radicatum in perſona illius,à quo vult auferre.*

21 *Prohibitio alienandi legitimam valet, quando eſt facta in fauorem filij,putà ne alienetur intra certum tempus, vel ſine conſenſu proximiorum &c.*

22 *Text.in l.cum auus,de condi.& demonſtr.non procedit,quando in teſtamento eſt facta mentio de maſculis. Item caſus illius legis admittere cenſetur filios,non ex teſtamento, ſed ab inteſtato.*

23 *Filiorum appellatione ſimpliciter facta, veniũt etiam fœminæ in teſtamentis.*

24 *Clauſula iubens filiam eſſe tacitam, & contentam,non excludit eam à ſubſtitutione.*

25 *Illud,quod eſt veriſimile, & correſpondens experientiæ, & rationi naturali, non eget alia probatione.*

26 *Prohibitio alienandi extra familiam non excludit filias,licet excludat deſcendentes ex ipſis filiabus.*

27 *Teſtator præſumitur in dubio ſemper ſenſiſſe ſecundum interpretationem iuris communis.*

28 *Subſtitutio inuicem facta inter multos fratres ſimpliciter, comprehendit etiam clericos, & moniales, licet facta fuerit ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,quæ talibus nõ conuenit.*

29 *Mentio facta de maſculis, ſæpe comprehendit etiam maſculos ex filiabus.*

30 *In dubio iudicandum eſt contra fiſcum, maximè fauore filiorum.*

31 *Admittendum eſt,id quod eodem modo reſpondiſſet teſtator,ſi fuiſſet interrogatus &c.*

32 *In fideicommiſſum,& in prohibitionem de non alienando venit etiã,quod quis habet ex ſucceſſione facta aliis per fideicommiſſum &c.*

33 *Bona alienata imputantur in legitimam.*

34 Alie-

Alienationes factæ post commissum delictum, & secutam sententiam condemnatoriam, non valent, quod procedit duntaxat in parte ad fiscum pertinente, secus in parte, quæ pertinet ad alios priuatos, seu ad venientes ab intestato.

Consilium VII.

IN CAVSA ista, quatenus attinet ad legitimationem, res est satis clara, per ea, quæ copiosè allegata fuerunt per alios Dominos consulentes; ex quibus constat, quod multis rationibus est ipso iure nulla eiusmodi legitimatio. Et dato, quod sit valida, vt fortè posset sustineri; certissimum est, quòd non præiudicat in casu isto
1 venientibus ab intestato. † nam cum facta fuerit (vt meritò fieri debuit) scilicet sine præiudicio proximiorum, & legitimorum hæredum; sequitur, quòd talis legitimatus nihil penitus possit petere, nisi fuerit ei relictum per testamentum, vt clarè indicant ipsa verba, & tradit Paul. de Cast. consil. 222. Visa. in fine. & consi. 225. Videndum. colum. fina. & est communis opin. vt tradit Deci. consil. 358. col. 1. & consil. 393. in prin. cum itaque in casu nostro nullum factum fuerit testamentum, ergo &c.

Addi etiam potest aliud clarissimum fun-
2 damentum, † nam cum legitimatio ista fuerit facta limitato modo, scilicet in eo tantum, ꝙ patri videbitur, etiã respectu legitimæ; sequitur, quòd si pater nihil ei reliquerit, nihil poterit petere, vt latè per Deci. consi. 257. & licet Deci. ibi in casu suo deinde concludat contrarium, facit illud alia ratione, videlicet quia ille legitimatus ibi semel fuerat vocatus ex testamẽto, vt per eum, & latius tradit idem Deci. consil. 264. vbi in 3. col. expressè ait, quod
3 tali casu peti etiam nõ poterit legitima, quod potest comprobari, † quia regula est, quòd exclusus ab intestato, censetur etiam exclusus à legitima, vt tradit ipse Deci. consil. 276. col. 2. & consil. 296. col. 1. fateor tamen quòd in casu nostro fuit legitimatio propriè, non autem dispensatio, vt voluerunt prædicti D. consul-
4 tores, † nam licet successio fuerit limitata, ipsa tamen persona fuit generaliter, & absolutè habilitata, & restituta ad omnes gradus, honores, &c. ergo propriè fuit legitimatio, vt tradit Deci. in d. consil. 264. col. 2. in fi. versic. in hoc tamen voluisse. & consi. 258. col. fin. & in l. pactum quod dotali. col. 5. C. de colla. vbi alios multos refert. Prętereà dato, quòd esset dispẽsatio, nõ tamen esset odiosa, vt volunt prædicti Domini consultores, quinimò est fauora-
5 bilis. † Dicitur enim dispensatio duplici modo. Primo, quando fit de illegitimè nato ex damnato coitu. Secundo modo, quãdo fit de naturali, id est, de nato ex soluto, & soluta, sed fit limitatè, vt solùm succedat certo modo, vt tradit Deci. in d. consi. 264. prima igitur est odiosa, quia agitur de spurio, qui quidẽ est odiosus: secunda verò est fauorabilis, quidquid dicant Doct. quia non potest dari ratio diuersitatis inter istã, & verã, seu absolutã legitimationem, nisi secundũ plus, & minus, quinimò ista est magis ęqua, & honesta, quàm absoluta legitimatio, quia per istam non succeditur, nisi limitato modo; ergo per eam minus læduntur agnati, ergo est magis fauorabilis. Et ista dicta sint ad hoc, ne fiat amplius fundamentum super illa ratione talis dispensationis. Et quicquid sit, satis est, quod quò ad casum nostrum talis legitimatio nullo modo præiudicat.

Reducitur igitur tota difficultas inter fiscũ, & Mariam: super quo passu, quia prædicti Domini consultores non videntur sustuliſſe difficultates, ideo latius insistam, præsertim quia multũ refert, quò ad commodũ istorũ bonorum acquirendorũ vel fisco, vel Mariæ, quo pacto res ista intelligatur. Et quia res est multùm confusa, idcò ante omnia permitto quædam
6 euidentia. Primum igitur præsuppono, † quòd communis, & notissima Doctorum cõclusio de duabus quartis detrahendis per filium grauatum restituere sub conditione, de qua per Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & per Cano. in cap. Raijnutius. & c. Raijnaldus. de testa. & per Alexand. consil. 142. circa, in 4 & 5. col. in 2. volum. & Deci. consil. 55. col. 5. & consi. 299. col. 2. vbi ait. quòd istæ duæ quartæ ascendũt dimidiã partem hæreditatis, & consil. 228. col. 2. procedit, etiam si testator tacitè, vel expressè prohibuisset Trebellianicã, nam talis prohibitio in liberis primi gradus reiicitur. l. iubemus. C. ad Trebel. & ibi Doct. & latè per Deci. consil. 218. col. 1. in fin. Et licet in hoc Docto. variis modis loquantur, (nam sunt, qui dicũt quod etiam in filiis potest prohiberi Trebellianica, quando sumus in casu, quo detraherentur duæ quartæ, vt latè refert Deci. consil. 480. col. 3. & alij sunt, qui velint; quod eo casu saltem fructus imputentur in Trebellianicã, vt per Alex. consi. 250. in 6. vol. licet non audeat firmare, & idem sentit Curt. consi. 51. col. pen.) videtur tamen verior, & magis æqua, & communis opinio quòd absolutè possint detrahi duæ quartæ supradictæ, vt latè per Deci. consil. 81. col. 2.

7 Secundum præsuppositũ sit, † quòd licet de re prohibita per testatorem expressè alienari nulla possit detrahi Falcidia, vel Trebellianica, authen. sed & in ea re, vbi Doct. C. ad leg. Falcid. istud tamen intelligitur in casu, quo potuisset testator, si voluisset, ꝓhibere expressè, & non

& non aliter, vt tradit Roma. conſil. 206. col. 2. & hoc habet rationem euidentem, videlicet ne tacitum plus poſſit, quàm expreſſum. ideoque ſi prohibitio alienandi ſit in liberis primi gradus, in eis non procedit diſpoſitio illius authenticæ, vt ait Roma. vbi ſuprà.

Tertium ſit, quòd quemadmodum ſi res abſolutè prohibita ſit alienari, cenſetur etiam abſolutè de ea prohibita Trebellianica. d. authen. ſed & in ea re. ſcilicet in caſibus, quibus
8 poteſt prohiberi, vt modò dixi; † pari modo igitur ſi ſit res prohibita alienari, eueniẽte certo caſu, ita cenſebitur eo caſu tantum prohibita Trebellianica, & non aliter, quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. & ſatis probatur in l. fina. §. ſed quia noſtra. & §. ſin autem ſub conditione. cum §. ſequen. C. commu. de lega. vbi res ſubiecta purè, & abſolutè fideicommiſſo cenſetur prohibita alienari purè, & abſolutè, ſi verò ſubiecta ſit fideicommiſſo eueniente certo caſu, tũc poteſt alienari indiſtinctè, excepto illo caſu; & quia hoc habet rationem euidentẽ,
9 non inſiſto. Et pari modo videmus, † quòd per prohibitionem alienandi extra familiam, inducitur fideicommiſſum, non quidem purè, ſed duntaxat eueniente caſu alienationis, vt per Deci. conſil. 287. col. 3. & latius in 5.

10 Quarto loco præſuppono, † quòd quotieſcunq; quis interficiat eum cui eſt ſucceſſurus, tunc, licet ab eo auferatur hæreditas, vt ab indigno; non tamen ita abſolutè eſt verũ, quòd hæreditas, ſcilicet illius defuncti, tota applicetur fiſco, vt prima facie videretur velle tex. in l. cum ratio. in fin. ff. de bon. damna. neq; etiam abſolutè eſt verum, quòd applicetur tota aliis venientibus ab inteſtato, qui ſunt in paritate gradus cum ipſo interficiente, vt videtur velle Bart. in d. l. cum ratio. ſed eligitur quædã media via, videlicet quòd portio, in qua ſucceſſurus erat ipſe interfector, applicatur fiſco, portio autem quæ pertinebat ad alios pares in gradu, reſeruatur eis, per tex. in l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliquem teſta. prohi. vt tradit gloſſ. in l. 1. in verbo, fiſco. eod. tit. quam ſequuntur Bald. Salic. & Alex. in l. hæreditas. C. de his quib. vt indign. & eam dicunt cõmuniter approbatã.

11 Quintum ſit, † quòd cùm teſtator prohibet hæredes alienare in quodam caſu, & ſi alienent, priuat eos; tunc ſi contingat, quòd vnus alienando contraueniat voluntati ipſius teſtatoris; certè quemadmodũ priuatur parte ſua, ita etiam prohibetur, ne admittatur ad partẽ aliorum quibus fuiſſet ſucceſſurus, ſi non contraueniſſet, tex. eſt in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & ſi aliter ſentiremus, eſſet ſatis abſurdum, vt ait ille tex.

12 Sextum præſuppoſitũ ſit, † quòd licet prohibitio alienationis facta per teſtatorem non excludat venientes ab inteſtato. l. cum pater. §. cum inter. & l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. ſi tamen facta ſit, ne alienetur in perſonam certam, & nominatam; tunc ad illam nullo modo poteſt tranſire talis res, etiam ab inteſtato. l. codicillis. §. matre. & ibi Bar. & Paul. de Caſt. eod. titu. de lega. 2. & per Docto. in l. fina. ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.

13 Septimò præſuppono, † quòd quando teſtator prohibet hæredib. alienationem, dato, quod non exprimat, cuius perſonæ contemplationis id faciat; cenſetur tamen id facere contemplatione aliorum cohæredum: & eis deficientibus, cenſetur facere contemplatione venientium ab inteſtato. l. peto. in princip. vbi Barto. ff. de lega. 2. & traditur in l. is cui ſub conditione. ff. de condi. & demon.

Octauò præſuppono vnum, quod eſt nouiſſimum, videlicet † quòd filia, quam inſtituit teſta
14 tor eſſe tacitam, & contentam accepta dote; poterit tamen petere ſupplementum legitimæ. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. vt per Deci. conſil. 228. col. 1. dato, quod acceptauerit id, quod ei à patre fuit relictũ, vt Deci. tradit conſil. 89. colum. fin. ſcilicet ſi nulla interuenerit renunciatio, vel nullum ſit ſtatutum, quod excludat filias dotatas, vt ibi per eum, qui tamen vult, quòd & eo caſu non prohiberetur petere ſupplementum congruæ dotis. Item poterit ſuccedere fratribus ſuis ab inteſtato, etiam in bonis quæ ipſi fratres habuerint à teſtatore, de quibus ſcilicet diſponere non potuit teſtator, veluti eſt legitima, & Trebellianica, quia cum poteſtas teſtatoris ad talia bona ſe non extendat, clarũ eſt, quod clauſula ſupradicta de plus non petendo ad ea ſe
15 non extendit, præſertim † quia talis clauſula eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi, etiam in his, de quibus teſtator poteſt diſponere. l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. vbi Bartol. ff. de lega. 3. præterea non dicuntur amplius bo
16 na patris, ſed bona fratris, † ideoque etiam ſi renunciaſſet bonis paternis, non tamen prohiberetur in iſtis ſuccedere, vt paſſim tradunt Docto. quos refert Deci. conſil. 230. colum. 2. & 3. maximè commiſſo delicto, vt per Deci. conſil. 235. colum. 2. Et tali caſu ſuccedit filia, id eſt, ſoror, etiã ſtantibus aliis fratribus. nam hodie omnes æqualiter admittuntur. authen. defuncto. C. ad Tertull. & authen. ceſſante. C. de legi. hære.

Iſtis ſic præmiſſis, & repetito breuiter caſu in facto, qui ſic ſe habet, videlicet quòd Comes Io. Franciſcus de Arcellis inſtituit hæredes vniuerſales Bartholomæum, Matthæum, & La-

& Lazarum filios suos & inuicem substituit, si decederent sine liberis & insuper priuauit eos hæreditate, si contingeret, quòd committerēt delictū, propter quod bona essent deuoluenda in fiscum; & tali casu etiam substituit alios, qui tunc essent superstites. Item in eodē testamento instituit in re certa Mariā filiā, de qua nunc agimus, & iussit eam esse tacitā, & contentam, &c. Et mortuo testatore, decessit primò Bartholomæus ab intestato, & sine liberis, secundò, decessit etiam ab intestato, & sine liberis Matthæus, quia fuit interfectus à Lazaro: deinde decessit Lazarus etiam ab intestato, & sine liberis, & fuit decapitatus, adeò quòd nunc tantum restat dicta Maria. Et Placentinum decretum disponit, quod propter homicidium bona deuoluantur ad fiscum. Quæritur igitur quo pacto sint diuidenda bona omnia suprà dicta inter fiscum, & Mariam.

Primò igitur circa portionē Bartholomæi, qui primus decessit, puto rem esse clarā, quod pro dimidia fuit æqualiter deuoluta ad Matthæum, & Lazarū, iure fideicommissi, alia verò dimidia, quæ scilicet pro legitima, & Trebel 19
lianica debetur venientibus ab intestato, pertinebit ad Matthæū, & Lazarū, & Mariā, æquis portionibus, per ea quæ dixi in octauo præsupposito. Et quamquā quidā clarissimus Doctor aliter scripserit, vt patet in allegationibus incipientibus, Agitur quantum perspicio &c. vult enim, quod Maria solū habeat portionē legitimæ, ego tamen nescio videre, cur idem non sit etiam in Trebellianica, quia vt dixi in primo, & secūdo præsupposito, hic sumus in casu quo Trebellianica prohiberi non potuit; & dato, quod potuisset prohiberi, vt volūt quidā Doc. vt ibi dixi, hic tamen nō censetur fuisse prohibita, nisi eueniente casu, ꝙ cōmitteretur delictum, vt dixi in tertio præsupposito, qui casus non euenit in persona Bartholomæi. ergo &c.

De bonis verò Matthæi, qui fuit interfectus per Lazarū, dicit supradictus Doct. quod legitima pertinet ad fiscū, scilicet qui aufert eam
17 à Lazaro, vt ab indigno, † alia verò bona dicit, quod pertinere nō debent ad fiscum, quia sunt prohibita alienari, secundum Bar. in l. Imperator. ff. de fideicom. liber. & Alex. consil. 23. in 1. vol. & non dicit vlterius, ad quem pertineāt talia bona, vult etiam quod Trebellianica nō pertineat ad fiscum, quia etiam hoc casu censetur fuisse prohibita, scilicet propter commissum delictum. Ego autem in his omnibus sum contrariæ opinionis. nam quò ad legitimam, scilicet ipsius Matthæi, in qua testator non potuit eum grauare, non est verū, quod tota pertineat ad fiscū, quinimò est æqualiter diuidenda inter fiscum, & Mariam, quę erat in pari gradu succedendi cum Lazaro in bonis Matthæi fratris, per ea, quę dixi in quarto præsupposito. dum verò dicit, quod cætera bona Matthæi nō pertinent ad fiscum, quia sunt prohibita alienari, certè hæc ratio nō videtur concludere in casu nostro: quia prohibitio, de qua in testamē to, facta sub conditione delicti, non pertinet ad partem Matthæi, qui quidem nullum commisit delictū. Et eadem ratione malè loquitur dum ait, quod prohibita hic fuit Trebellianica, quia etiā ipsa hic nō censetur prohibita, cū Matthæus nō cōmiserit delictū. Et si fortè sensit iste D. Doctor de prohibitione, quæ tacitè, & absolutè cōtinetur in substitutione fideicōmissaria prius facta inter fratres; tunc dico, quod talis prohibitio se non extendit ad Trebellianicam, vt patet: & vlterius quod talis tacita prohibitio nō impedit in casu nostro quin
18 bona transeant in fiscum. † nam licet alias bona subiecta fideicommisso nō transeant in fiscum, vt per Alex. in d. consi. 23. aliud tamen est in casu nostrō. dico enim, quòd hîc extinctum est fideicommissum. nam factum fuit inter ipsos filios, † quorum cum Lazarus sit vltimus; pars Matthæi ad eum deuoluta iure fideicommissi, potuisset per Lazarum liberè alienari, & in eo censetur extinctum fideicommissum. l. cum pater. §. liberis. ff. de lega. 2. facit tex. in l. quoties. la. 1. C. de fideicom. si igitur potuit liberè alienari, ergo & in fiscum potest transire. l. iura libertorum. vbi Bartol. ff. de iu. patro. & per Alex. in d. consil. 23. colum. 2. Et in effectu extinctum est fideicommissum, vt dixi, quia non supereſt amplius persona ex vocatis per testatorē. d. §. libertis. in fin. Puto itaq;, quòd in bonis istius Matthęi tractāda sit res alio modo, videlicet quòd primo cum Trebellianica, & legitima nullatenus in eo sint prohibitę, per ea, quæ dixi in primo, & secundo, & tertio prę-
20 supposito, pertineant ad venientes ab intestato æqualiter, id est, ad Lazarum, & Mariam, per ea, quæ dixi in octauo præsupposito: pars autē Lazari applicetur fisco, vt dixi in quarto præsupposito. alia verò dimidia, quæ videtur subiecta fideicommissō, licet prima facie videatur pertinere ad Lazarum, & per cōsequens ad fiscum, vt modò dixi, alia tamen ratione puto, quòd excluso penitus fisco, pertineat ad Mariam, considerandum est enim, quòd testator hic priuat Lazarum delinquentē propria portione sua, id est ipsius Lazari. ergo multò magis censetur eum priuasse portione Matthæi, per ea, quæ dixi in quinto præsupposito. si igitur ista portio Matthæi non potest peruenire ad Lazarum; ergo nec ad fiscū, † quia quicquid habet fiscus, opus est, quòd prius sit radicatū in persona illius, à quo vult auferre, vt per Ias.

in l. ſororem. col. 2. C. de his. quib. vt indign. & cùm non perueniat ad Lazarum, neque etiam extet alia perſona vocata per fideicommiſſum; ergo reducitur res ad cauſam inteſtati, & ita ipſa Maria tanquam proximior admittitur. facit etiã, quia ſi teſtator expreſsè prohibet, ne portio Lazari delinquentis nõ tranſeat in fiſcum; ergo multò magis idem cenſetur voluiſſe in parte Matthæi, qui nõ deliquit. Neq; obſtat, ſi dicatur, quòd iſtæ prohibitiones, per quas excluditur fiſcus, & Lazarus, non procedũt in caſu iſto, ſi verum eſt quod extinguatur fideicõmiſſum, vt modo dixi; quia ſcilicet non extat amplius perſona aliqua vocata per teſtatorem: ergo perinde eſt, ac ſi circa hoc nulla eſſet diſpoſitio teſtatoris, ſed reducitur res ad cauſam inteſtati, & ita Lazarus, & Maria ſuccedere videntur æqualiter Matthæo, & pars Lazari deinde applicatur fiſco &c. Reſpondeo enim, quòd, licet reducatur res ad cauſam inteſtati; nullo tamen modo fiſcus poteſt admitti: quia cum ſemel teſtator prohibuerit, ne bona deueniant in fiſcum: ſufficit hoc, ne vllo modo fiſcus poſſit habere, etiam ab inteſtato, per ea, quæ dixi in ſexto præſuppoſito: & excluſio fiſci extenditur etiam ad excluſionem Lazari, quia per eum acquireretur fiſco. nam prohibito vno, cenſentur omnia eſſe prohibita, per quæ peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de ſponſal. Et, licet non extet aliqua perſona vocata à teſtatore, dico, quòd tacitè cenſetur vocata Maria, vt proximior ab inteſtato, per ea quę dixi in ſeptimo præſuppoſito. Et ita puto in effectu, quòd de bonis Matthæi pertineat quarta pars fiſco, mediante perſona Lazari: reſiduum verò pertinet ad Mariam. Poſſet etiam dici, q̃ Maria etiam cenſeatur vocata expreſsè iure fideicommiſſi appellatione filiorum, ſcilicèt in vltima ſubſtitutione facta ad excludendũ fiſcum, vt dicam paulò inferius. Et quoad effectum eſſe idem, quia dimidiam partem totius hæreditatis haberet iure fideicommiſſi, alia verò dimidia, quæ capit legitimam, & Trebellianicam, vt deuoluta ab inteſtato ad Lazarum, & Mariam; eſſet diuidenda æqualiter inter Mariam, & fiſcum, vt ſuprà dixi.

Reſtat tertius caſus, ſcilicet de bonis Lazari. Et ſuprà dictus Dominus Conſultor tenet, quòd legitima pertineat ad fiſcum, quia non potuit prohiberi: reſiduum verò pertineat ad Mariã, quia non eſt dicendũ, quòd excluſio patris extendatur ad hunc caſum, quia etiã ſi expreſsè renunciaſſet &c. adducit etiã in arg. tex. in l. cum auus. ff. de condi. & demon. Sed & in his puto, quòd longè aliter ſe res habeat. nam qua ratione fiſcus, ſcilicet vigore decreti, habet legitimã, certè eadem ratione deberet habere etiã Trebellianicã, quia non videtur potuiſſe prohiberi, vt dixi in primo præſuppoſito, niſi fortè dicamus, q̃ hoc caſu cõmiſſi delicti potuit prohiberi, quia talis prohibitio tendit in fauorem ipſius grauati, videmus enim
21 eadem ratione, † quòd licet prohibitio alienãdi legitimã nõ valeat; valet tamen, ſi fiat in fauorẽ ipſius filij, putà ne alienetur intra certum tempus, vel ne alienetur niſi cum cõſenſu proximiorũ, & huiuſmodi, vt Docto. tradunt in l. filius familias §. diui ff. de lega. 1. & ita per hãc rationem in hoc teneo cum ſuprà dicto Domino conſultore, videlicet quòd legitima tantũ tranſeat in fiſcum. ſed quò ad reſiduum, videtur difficultas. nõ enim rationes ſuæ, vt puto, concludunt. nam fateor, quòd filia hoc caſu non eſt excluſa à teſtatore, ſed ex hoc non ſequitur, quòd ſit vocata, ſed remanet res in terminis iuris communis, quia ſcilicet reducitur ad cauſam inteſtati; & ita dico, quòd Maria deberet admitti ab inteſtato, eam fiſcus excludit
22 vigore decreti. † Neq; text. in l. cum auus. facit ad caſum noſtrum, quia non procedit, quãdo in teſtamento facta fuit mentio de maſculis, vt ibi per Bar. & latius per Socin. nu. 96. & dato; quòd procederet, intelligitur tamen, quòd diſpoſitio illius legis admittat filios non ex teſtamento, ſed ab inteſtato, vt ſentit Pet. de Ancha. conſi. 426. incip. quod ſuprà. & hoc eſt clarum, quia, ſi fuiſſet expreſſa conditio de liberis; adhuc venirent ab inteſtato, vt per gloſſ. cõmuniter approbatam in l. Lucius. la. 2. ff. de hęre. inſti. Puto igitur, quòd alia ratione bona hæc pertineant ad Mariã, videlicet, quia *nominatim* prohibita ſunt tranſire in fiſcum; ergo etiam tranſire nõ poſſunt ab inteſtato, *per ea*, quæ dixi in ſexto præſuppoſito: & cum *non ſit* alia perſona de vocatis, cenſetur tacitè *id fuiſſe factum contemplatione* venientiũ ab inteſtato, per ea, quæ dixi in ſeptimo præſuppoſito, vt modo dicebã in caſu præcedenti. Poſſet etiã ſuſtineri, quòd vltima ſubſtitutio facta ad excluſionẽ fiſci cõprehendat etiã filias fœminas,
23 † qa cũ ſimpliciter loquatur de filiis; ergo etiã fœminas cõprehendit, ſcilicet in teſtamentis. l. ſi quis ita dixerit. ff. de teſta. tutel. & latè per Deci. conſ. 236. in 3. col. etiã ſi adſint illa verba, ſi quis, vel ſi aliquis. l. 1. ff. de verbo. ſignifi. Nec obſtat, quod in priori parte teſtamenti fecerit mentionem de filiis maſculis per ſe &c. dico enim, quod retorquetur hoc in cõtrariũ, nam, ſi quando voluit diſponere de filiis maſculis tantũ, nominauit eos maſculos, & appellauit etiam eos, hæredes vniuerſales: ergo in vltima ſubſtitutione, vbi ſimpliciter appellat filios, neq; dicit maſculos, neq; hęredes vniuerſales; datur intelligi q̃ voluit diſponere de omnibus

filiis,

filiis, nam si de masculis tantum sensisset, certè id expressisset. l. 1. §. sin autem ad deficiētis.
24 C. de cadu. tollen. †. Et clausula, quòd filia esset tacita, & contenta, nō excludit eam à substitutione. d. l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. de lega. 3. verū est, quod obstare videtur, quia in vltimis verbis huius substitutionis videtur fieri expressa mentio de filiis masculis. potest responderi, quòd talis mentio masculorum nō ponitur in substitutione facta de filiis, sed ponitur inferius in eam, quæ fit de filiis filiorū. ergo nō est trahenda ad aliū casum, quia satis sciuisset eam testator exprimere, si voluisset. d. §. sin autē ad deficientis. & latè traditur in istis terminis inter consil. Alex. in cōsil. 55. in 4. vol. Et potest esse ratio, quia licet testatoris voluntas esset potius prouidere masculis, quàm fœminis; voluit tamen in primo gradu substitutionis factæ contra fiscum etiā admittere filias, non autem alios vlterius descendentes ex ipsis filiabus, quia ipsas filias iam natas tempore testamenti præsumitur diligere, sicut ipsos filios, quia omnes sunt in pari gradu, & eodem sanguinis vinculo cōiunguntur. l. maximum vitium. C. de libe. præte. quia tamen per filios masculos, & eorū descendentes masculos ius agnationis, & honos familiæ conseruatur, dispositit testator, quòd excepto primo gradu cæteri nō admitterentur, nisi essent masculi, scilicet descendentes ex filiis masculis, quia in hoc secundo, vel vlteriori gradu cessat amor testatoris, id est, diminuitur, præsertim in casu nostro, quo nullus nepos, neq; neptis nati erant; adeò, quod semota quacunque affectione, disponit testator in eum modū, per quem magis cōseruatur honor, & commodū
25 agnationis. † Et cum ista, vt opinor, sint verisimilia, & correspondeant experientiæ, & rationi naturali; non egent alia probatione, vt nota. in l. cum ratio. ff. de bon. damna. & nihilominus possunt cōfirmari autoritate iuris, quia scilicet videmus, quòd Ius Ciuile in multis casibus admittit filias primi gradus vnà cū masculis, non autem descendentes ex filiabus, vt patet in §. cæterum. Insti. de legi. agna. succes.
26 & nota. in d. l. maximū vitium. † Et prohibitio alienandi extra familiam non excludit filias, licet excludat descendentes ex eis. Deci. cons. 287. col. 5. Et firmior est voluntas testatoris, quæ sumit interpretationem à iure communi,
27 † quia in dubio semper est præsumendū, quòd testator ita senserit. vt notat Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 1. ff. ad Treb. & Deci. consi. 278. col. 4. Nec obstat, si dicatur, quòd in aliis substitutionib. testator excluserit filias, & excluserit etiam in institutione, quia scilicet iussit eas esse tacitas, & cōtentas certis rebus; ergo idem videtur dicendum etiā in substitutione facta ad exclusionem fisci, quia scilicet dari non potest ratio diuersitatis. Respondetur enim primò, quòd in aliis substitutionib. vsus est verbis, quæ solum comprehendebant masculos: in ista verò vsus est verbis, quæ de sui proprietate includūt etiā fœminas; ergo in dubio recedendū non est à proprietate verborū. l. non aliter. ff. de lega. 3. Prætereà ratio diuersitatis videtur esse manifesta, quia in aliis substitutionibus considerauit testator, quòd fœminæ in subsidiū possent venire casu, quo extingueretur substitutio. potuissent enim venire ab intestato, vel si nō fuissent admissæ fœminæ, venissent alij proximiores descendentes filiorū: ideoq; nō fuit testator ita diligens in facienda substitutione adeò plena: sed in substitutione facta contra fiscū cōsiderauit testator (scilicet legis præsumptione) quòd fiscus excluderet venientes ab intestato; ideoq; voluit substitutionem facere pleniorem. Et in effectu pro casu nostro est decisio Decij in fortiorib⁹ terminis in consi. 299. In casu. col. 4. versic. septima
28 cōclusio. & versic. 8. cōclusio. vbi vult, † quod substitutio inuicem facta inter multos fratres simpliciter, cōprehendat etiā clericos, & moniales, dato, quòd fit facta sub illa conditione, si decesserint sine liberis, quæ quidē conditio nō conuenit clericis, & monialibus; & tamen vult, &c. vt dixi, quia scilicet initium substitutionis fuit generale. l. regula. §. & licet. versic. nam initiū. ff. de iur. & fac. igno. Item sæpe cō-
29 tingit, † quod mentio facta de masculis cōprehendit etiā masculos ex filiabus, vt per Deci. consil. 303. col. 3. Et quicquid sit de ista substitutione, quia negari non potest, quin possent multa in contrariū adduci: res tamen est clara in fauorem Marię, per alia superius dicta, videlicet quia testator prohibuit nominatim, ne bona ista transirent in fiscū. ergo nullo modo possunt transire, etiā ab intestato. Et cessantibus iis, qui vocati sunt per substitutionē, censetur factum fuisse istud contēplatione veniētium ab intestato, vt suprà dixi. Et in omnem casum, siue teneamus hoc fundamentum, siue teneamus, q̄ Maria fuerit vocata per fideicommissum, considerādum est, quòd res agitur cō-
30 tra fiscum, ergo dato, † quod casus haberet aliquā dubitationem, iudicandū esset contra fiscum. l. non puto. ff. de iu. fisci, & tantò magis fauore huius filiæ, cuius causa est fauorabilis. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Et nemo est, vt puto, qui neget; † quòd si
31 testator fuisset interrogatus de isto casu, respō disset sine dubio, quòd cessantibus masculis, filia præferretur fisco. ergo &c. vt per gloss. in l. tale pactum. in fin. ff. de pac. & latè per Deci. con-

ci.consil.89. Concludo igitur; quòd de bonis Lazari pertineat quarta pars fisco, residuũ verò pertinet ad Mariã, per supradicta. Et intelligo hoc solũ procedere in bonis, quæ Lazarus habuit à Co. Francisco. scil. vel ex persona sua, vel ex persona aliorũ fratrũ, quatenus eis successit per fideicommissum. † nam id etiã venit
32 in fideicõmissum, seu in prohibitionẽ factam per testatorem. Bar. & Doct. in l. Marcellus. §. quidã. ff. ad Trebel. & Deci. cons. 80. & cõs. 81. col. 2. & cons. 86. col. 1. si verò acquisiuisset alia bona, tunc sine dubio pertinerent ad fiscum. Quod autẽ dixi, quartã partẽ pertinere ad fiscũ, illud procedit ratione legitimæ, quã testator nullo modo potuit prohibere. Erit igitur aduertendũ, an Lazarus, antequã cõmitteret delictũ, scilicet per interuallũ tẽporis, alienauerit aliqua bona, quę fortè ascenderẽt ad legitimã; tunc enim esset fiscus omninò excluſus,
33 quia notissimũ est, † quòd bona alienata imputãtur in legitimã, vt per Deci. cons. 202. col. 4. & cõs. 236. col. 5. nã satis est, q̃ quouis modo ea fuerint de bonis testatoris, vt imputẽtur in legitimã. Bar. in l. in quartã. col. 4. ff. ad leg. falci.

Aduertendum tamen erit ad supradicta omnia, quia nunc mihi relatum fuit, extare statutum quoddam Placentiæ, quòd interfector penitus remoueatur à successione interfecti, ideò erit considerandum, quod fortè vigore talis statuti omninò excluditur fiscus. nam quando fiscus succedit, est opus, q̃ hæreditas prius radicetur in personam delinquentis. Iaſ. in l. fororem. C. de indign. vel erit videndum, an tale statutum intelligatur secundũ ius commune, scilicet quod fiscus succedat.

Restat etiam videre, quid iuris sit de conuentione facta per Co. Lazarum cum filia legitimata, & hoc satis diffusè fuit discussum per alios Dominos consulentes, qui concludunt quòd talis conuentio sit nullius momenti, quia facta fuit per Co. Lazarum post commissum delictum, quo casu iam erat priuatus per testatorẽ &c. Et hoc puto verũ, inferendo semper, quòd hoc solum habet locum in ea parte quã prohibere potuit testator, nam cessante ista prohibitione testatoris, aliud esset: quia li-
34 cet passim dicamus, † quòd post cõmissum delictũ alienationes non valeant, scilicet secuta sententia cõdemnatoria. l. post contractũ. vbi latè Bar. ff. de dona. illud tamen solũ procedit in ea parte, quæ pertinet ad fiscum, non autem quò ad illam, quæ pertinet ad priuatos, seu ad venientes ab intestato, vt ibi concludit Barto. in fin. sed in casu nostro stante prohibitione, & priuatione per testatorem, quę scilicet videtur priuare ipso iure, per illa verba, priuo, & priuatos esse volo, iuxta nota. per gloss. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. & quæ extenditur ad totam portionem Lazari, excepta legitima, vt sæpius suprà dixi; res videtur clara, quòd nõ potuit disponere de talibus bonis, sed deuoluuntur ad Mariam, vel tanquam substitutam, vel tanquam proximiorem ab intestato, & tacitè à testatore vocatã, per supradicta.

Iaco. Alb. Mediola. 1541. die 16. Iulij, pro D. Maria Arcella.

ARGVMENTVM.

Clerici an teneantur ad collectas, quæ imponuntur per laicos, & ad quæ onera teneantur. Et quando statutum dicatur cõtra libertatem Ecclesiasticam, & an valeat statutum laicorum ligans etiam Ecclesiam. Item an statutũ prohibens alienari in non subditum comprehendat clericos. Et latè de statuto, quòd si bona alienentur in personam potentem, aut priuilegiatam, vt in Ecclesiam &c. bona ipsa non amoueantur de registro alienantis, sed ipse alienans teneatur ad onera.

SVMMARIVM.

1 PERSONAE *Ecclesiasticæ nõ tenentur ad collectas, quæ per laicos imponuntur, neque ad alia extraordinaria onera, & quid respectu bonorum patrimonialium. Item quid de collectis præteritis, antequam bona essent Ecclesiæ, & quid in casu vrgentis necessitatis.*

2 *Ecclesia tenetur ad tributa, & onera omnia perpetua, & vniformia, quæ sunt affixa ipsirei.*

3 *Statuta contra libertatem Ecclesiasticam quæ dicantur.*

4 *Cautela statuti facientis prædia tributaria non valet.*

5 *Tributaria res, seu tributum, quando propriè dicatur.*

6 *Statutum disponere non potest, quòd munus mixtum censeatur munus merè reale.*

7 *Statutum, an, & quando comprehendat clericos, si vinculum iniecit ante clericatum.*

8 *Statutum laicorum faciens mentionem expressam de Ecclesia absolutè non valet; & quid si loquatur generaliter, an tunc comprehendat etiam clericos, & quando.*

9 *Statutum prohibens alienari in non subditum, non comprehendit clericos, neque eis præiudicat.*

10 *Libertas Ecclesiastica quomodo intelligatur.*

11 *Generalis dispositio non comprehendit ea, quæ speciáliter non venirent.*

12 *Ratio, quòd statutum comprehendat clericos, ne scilicet contingat laicos nimium grauari ad onera sustinenda, si facultates eorum minuantur, an sit bona. & vide etiam infrà nu. 20.*

13 Sta-

13 *Statutum disponens, Quòd si per subditos fiat alienatio in personam priuilegiatam, bona non amoueantur de registro alienantis, &c. an valeat.*

14 *Verisimile quod non est, censetur quid impossibile, & veluti imago falsitatis.*

15 *Paria sunt, non vendere, vel nimis carũ vẽdere.*

16 *Paria sunt, prohibere alienationẽ in Ecclesiã, vel eam admittere, sed cum aliqua difficultate.*

17 *Dictio, Liberè, remouet omne impedimentum.*

18 *Statutum non potest tollere priuilegia data per ius commune in fauorem Ecclesiæ, neque data per aliud statutum.*

19 *Dispositio principalis si non tenet, non etiam tenet adiectio pœnæ.*

21 *Iniustitia Principis reputatur casus fortuitus, & etiam sententia iniusta cuiuslibet Iudicis.*

22 *Statutum laicorum quando comprehendat personas Ecclesiasticas per indirectum.*

23 *Interpretatio semper facienda est, ne quis videatur tollere, quod semel concessit.*

24 *Ad tributa, & publicas pensitationes tenentur etiam clerici.*

Consilium VIII.

PRo resolutione præsentis casus, q̃ versatur in materia satis confusa, præmittendæ sunt sex cõclusiones magis communes, & per Doct. approbatæ vt veriores.

1 Prima cõclusio est, † q̃ personæ Ecclesiasticæ non tenentur ad collectas, quæ per laicos imponuntur, neq; ad alia extraordinaria onera. l. placet. C. de sacrosanct. Eccle. & authen. item nulla. C. de Episc. & cleri. & c. clericis laicos. in prin. de immu. Eccle. lib. 6. & Clemẽ. 1. eo. tit. etiam si loquamur de bonis patrimonialibus, vt per Abba. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. in primalect. col. 10. nu. 21. & ibi Deci. nu. 45. de cõstitu. nisi fortè loquamur de collectis præteritis, id est, iam impositis, & declaratis, antequã res peruenirent ad Ecclesiã, vt tradit Feli. in d. c. Ecclesia. nu. 77. post Ang. cons. 24. Ecclesia. q̃a tunc eiusmodi bona sunt realiter obligata pro ipsis onerib. præteritis, vt latius tradit idẽ Angel. cons. 206. & Deci. cons. 285. col. pen. post Bald. in l. 1. §. quod si nemo. col. 2. ff. q̃d cuiusq; vniuer. no. tenetur etiã Ecclesia ad supradicta onera, quando cõmunis vtilitas, vel necessitas vrgeret, & tunc debet cõsuli Põtifex. c. nõ minus. vbi latè Abb. & c. aduersus. de immu. Eccle. & d. c. clericis. §. nõ verò. eo. tit. lib. 6. & in extrauagan. cõmu. q̃d olim, sub eod. tit. de immu. Eccle. & latè per Ripam li. 2. Respon. c. 20. & aliquando sufficit autoritas Episcopi, distinguendo, vt per Abb. in d. c. non minus. col. fin. & ibi ait in pen. col. quòd si Ecclesia debet cõtribuere, debet prius vocari, & vnà cum laicis deliberare de eiusmodi exactione facienda.

2 Secunda cõclusio est, † quòd Ecclesia tenetur ad tributa, & ad onera omnia perpetua, & vniformia, quæ affixa sunt ipsi rei. glo. in c. 1. in verbo, bonorum. de immu. Eccl. lib. 6. & Bar. in d. l. placet. in prin. in prima lect. & in repeti. nu. 59. & ibi Ias. nu. 17. & Bart. cons. 180. & Bal. in authen. item nulla. C. de Epis. & cleri. & Pet. de Ancha. cons. 217. Abb. in c. 1. de cens. & in c. fin. colum. pen. de vi. & honest. cleri. & consil. 3. colum. 2. in fi. & cons. 9. in 1. vol. & cons. 13. in 2. vol. quia res transit cum suo onere. c. cum non sit. de decim, quæ conclusio satis probatur in c. si tributum. 11. q. 1. & in l. de his. vbi Doct. C. de Epis. & cleri.

3 Tertia conclusio est, † quòd statuta illa dicuntur cõtrà libertatem Ecclesiasticã, per quæ impediuntur personæ Ecclesiasticæ facere ea, quæ sibi ex priuilegio competunt, vel ex iure communi; vel si quouis modo reddãtur timidiores ad faciendum id, quod liberè facerẽt de iure, cessante tali statuto, vt deducit Felin. in d. c. Ecclesia. col. 24. num. 69. & ibi Deci. col. 1. & Feli. in c. nouerint. de senten. excõ. & Soci. cõs. 241. circa primam. in 3. col. per ea, quæ tradunt Bar. & alij in authen. cassa. C. de sacrosan. Eccl. & Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarũ rerum ac. & dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam, siue directè id fiat, siue per indirectum. c. statutum. de hæreti. lib. 6. & c. quanto. de priuileg. siue verbis expressis procedãt, siue sermone velato, vel quouis alio colore vtantur. d. c. clericis. §. fin. & §. nos igitur. de immu. Eccle. lib. 6. etiam si non loquantur de ipsis personis Ecclesiasticis, sed de illis tantùm loquãtur, qui cum Ecclesiasticis contrahunt. c. fi. de immu. Eccle. in 6. & d. c. quanto.

4 Quarta conclusio est, † quòd non valet cautela statuti facientis prædia tributaria. Abb. in cap. fi. in fin. de vi. & ho. cleri. Ang. in d. consil. 24. Bal. in d. authen. item nulla. latè Felin. in d. cap. Ecclesia. in 5. q. nu. 76. & ibi Deci. colum. 20. qui omnes reprobant opinionem Bartol. in l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. & Barto. in d. l. placet. vbi latè Ias. colum. pen. &
5 fin. † quia res non potest dici tributaria, nisi expressa sit certa species, & qualitas, & quantitas tributi, vt per Bald. in l. neminem. C. de sacrosan. Eccl. & Pau. de Cast. & Ias. in d. l. placet. q̃ Ang. in d. cons. 24. quinimò, etiam si sint expressa hæc tria; adhuc tamen non dicitur res esse tributaria, nisi re vera, & ipso facto fiat solutio suis singulis temporib. nam tributũ sumit nomen ab ipsa re, & effectu, id est, à cõtributione. l. ager. §. stipendiũ. ff. de verb. signifi.

ergo ſi non fiat contributio, dici non poteſt tributum, ſicut neque dicitur mutuum, neq; depoſitum, niſi re ipſa fiat. Bart. in l. iuriſgentium. in princ. ff. de pac. neque diſtributiones dicuntur, niſi verè ita fiant. Deci. conſil. 280. col. 1. & ideo bene ait Felin. in d. c. Eccleſia. in
6 5. q. colum. 28. † quòd ſtatutum diſponere nõ poteſt, vt munus mixtũ cenſeatur munus merè reale, quia implicaret contradictionem, & eſſet mutare nomina appellatiua; quod eſt impoſſibile, vt not. in l. ſiquis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1. vt prius tradidit Bal. in l. fi. colum. pen. C. ſine cenſu. qui ambo rationes multas adducunt, impugnando opinionem Bart. ſupradictam, præſertim quia ſtatutũ volens prouidere oneribus, quæ adhuc nõ ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpicione fraudis, vt per eos. nec quicquam facit id, quod ait Abb. in d. c. Eccleſia.
7 dum concludit, † quòd ſtatutum comprehendit etiam clericos, ſi inijciat vinculum, antequàm adſit clericatus. nam illud ſolum procedit in his actibus, qui principiũ, & eſſentiam, ac fundamentum habent ante clericatum, nõ autem ſi actus ſit omninò cõſumandus in futurum, ſicut in caſu noſtro, vt ibi declarat Deci. colum. 19. num. 52.

Quinta concluſio eſt (quæ ſub ſe multa ha-
8 bet capita) † quòd ſtatutum laicorum faciens mentionem expreſſam de Eccleſia abſolutè, non valet. d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. & tradit Bart. in d. l. cunctos populos. in 5. q. & Docto. in d. c. Eccleſia. Si vero loquatur generaliter, etiam non præiudicat Eccleſiæ, niſi factum ſit bona aliqua, & honeſta ratione, ſecundũ Bart. vbi ſupra, cuius opinio communiter reprobatur, ſecũdum Deci. in d. c. Eccleſia. colum. 21. num. 52. ſed verius loquendo, nõ reprobatur, imò reſtringitur, ſcilicet vt procedat, duobus copulatiuè interuenientibus, primò quòd appareat aliqua cauſa rationalis, etiam reſpectu Eccleſiæ, ſecũdò vt illud, de quo agimus, poſſit obſeruari ſine magna difficultate, vt latè deducit. & comprobat Feli. in d. c. Eccleſia. in 8. q. & ibi Deci. colum. 21. 22. & 23. poſt Card. latè in c. perpendimus. in 4. & 5. char. verſi. his attentis, de ſenten. exco. & Alber. de Roſa. in 2. q. ſecundæ par. ſtat. in fi. veluti ſi ſtatutũ imponat aliquam ſolennitatem contractui, vel teſtamẽto, vel executioni faciendæ: vel ſi prohibeat alienationem certarum rerum in caſu particulari, putà in minoribus, in mulieribus: vel ſi prohibeat alienari prædia in confinibus exiſtentia, ne fortè contingat confines variari, vel ſi prohibeat arma alienari, aut ſi auget legitimam filiorum, & huiuſmodi. tunc enim in actibus futuris comprehenduntur etiã cle-
rici, ne alioqui actus laicorũ omninò ſubuertantur; vt patet in exemplis omnibus poſitis per Bart. & Docto. vbi ſupra. & Gemini. in d. c. fin. colum. fin. de immu. Eccle. & per Abb. in c. quòd clericis. col. 6. de fo. compe. & tradit etiam Abb. conſ. 63. in 1. vol. maximè in colum. fin. verſic. concludo ergo, vbi concludit, quòd ſi ratio ſtatuti tẽdat ad præiudicium Eccleſiæ, tunc ſtatutum non valet, ſiue directò, ſiue per indirectũ procedat: ſi verò ratio tendat euidẽter ad alium finem rationabilem, & communem tam clericis, quàm laicis, tunc comprehendit etiam clericos, licet incidenter, & in aliquo caſu particulari fiat eis aliquod præiudicium, vt optimè etiam tradit Bald. in d. l. cunctos populos. colum. 7. verſic. ſed hic vlterius. & latè Alexand. conſil. 93. Viſis. in 2. volum. & latè etiam per Federic. de Sen. conſil. 85.

9 Sexta concluſio eſt, † quod ſtatutum prohibens alienari in non ſubditum, non comprehendit clericos, neque eis præiudicat. c. fi. de immu. Eccle. li. 6. vt per Bart. in l. filiusfam. §. diui. colum. 3. ff. de leg. 1. & ibi latè Alexand. colum. 5. & Iaſ. in prima lectu. num. 72. & in ſecunda lectu. num. 107. latè Alberic. in 2. q. ſecundæ par. ſtatu. vbi refert rationes concludentes, reprobatis omnibus adductis per Signorol. conſil. 21. Et vltra eũ, poteſt dici, quòd rationes Signoroli omnes corruũt, ſi præſupponimus, † quòd libertas Eccleſiaſtica intelligatur non ſolum reſpectu eorũ, quæ ſunt conceſſa Eccleſiæ in priuilegium, vt ipſe præſuppoſuit, verùm generaliter etiam reſpectu eorum, quæ competunt de iure communi, vt dictum fuit ſupra in 3. cõcluſione. Et ſunt etiam
10 rationes ſuæ contra text. in d. c. fin. de immu. Eccl. lib. 6. Nec valet reſpõſio aliquorum, qui dicunt, quòd ille text. procedit, quando fit expreſſa mentio clericorum: non autem procedat, quando ſtatutum ſimpliciter, & generaliter loqueretur. nõ enim valet hæc reſponſio,
11 quia notũ eſt, † quòd generalis diſpoſitio non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent in obligatione generali. ff. de pigno. Et quid differant generale ſtatutum, & ſpeciale, dictum fuit in 5. q. Et volentes, quòd ſtatutum comprehendat clericos, adducunt rationem prima facie multum vrgentem, quæ tamen in
12 effectu nihil valet. dicunt enim, † quòd ratio ſtatuti eſt æquiſſima, ne ſcilicet contingat ipſos laicos nimium grauari ad onera ſuſtinẽda, ſi facultates eorum minuantur. Quę ratio prę- terquam quòd magis communiter per Doct. reprobatur, vt refert Feli. in d. c. Eccleſia. in 8. q. num. 87. & 89. nihil penitus concludit. nam ſatis eam conſiderârunt Principes tam ſecula-

res,

res, quàm Ecclesiastici, qui ab initio disposuerunt; quod personæ Ecclesiasticæ nõ tenerentur ad onera extraordinaria pro rebus, quas acquirerent; & tamen ea ratione non obstante, concesserunt priuilegia. Cum ergo eadem ratio adesset illo tempore, non potest nunc allegari. argu. in l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. cõsiderarunt enim Principes, quòd bona, quæ transferebantur in Ecclesiam, eroganda erant in bonos vsus. c. expellit. 12. q. 1. & c. cessio. cum sequen. 12. q. 2. & dato fortè, q̃ temporibus nostris id non ita præcisè seruetur, nihil ad nos, quia inspiciendum est, nõ quod est, sed quod esse debet. l. qđ te. ff. si cer. peta. quòd autem Principes, seu legum latores dictam rationem considerauerint, etiam euenientibus oneribus valde excessiuis (vt hodie sunt) patet, quia statuerũt eo casu, quòd Ecclesia teneatur, sed consulto Pontifice. d. c. non minus. & c. aduersus. de immu. Eccl. & si eo casu Ecclesia tenetur, ergo cessat inconueniens, ad quod ratio prædicta allegabatur. Potest etiam dicta ratio tolli; quia si æstimum territorij est dimidium propter bona, quæ in priuilegiatos transeunt, debent ipsi tanto minus soluere. l. forma. §. illam. ff. de censi. nec obstat, si dicatur, quòd ille tex. procedit, quando æstimũ diminutum fuit casu fatali, non autẽ facto, & voluntate hominis, vt in casu nostro. respondetur enim quòd etiam procedit ille tex. in facto hominis, dummodo præstitum fuerit, dando operam rei licitæ, vt patet ibi, nisi causam excidẽdi, &c. & in casu nostro alienatio, quæ fit per laicos, est actus licitus, & vt plurimũ necessarius, & quem iura & admittunt, & exhortãtur, scilicet versus Ecclesias. l. 1. C. de sacros. Eccl. & vlterius alienatio non est causa immediata, quòd æstimum territorij minuatur, sed causa est dispositio legis, quæ dat priuilegium.

Et stantibus his, deueniendo ad casum nostrum, videtur prima facie, † quòd valeat statutum disponens, quòd si per subditos fiat alienatio in personam non æquè idoneã, quia potentia, aut priuilegio sit munita; ipsa prædia, & bona nõ amoueantur de regiſtro, & æstimo dicti alienatoris, & ipse teneatur ad onera, &c. nã hoc statutũ videtur rationabile, & æquũ, propter rationem, quam allegat, ne alios cõtingat prægrauari, & in paupertatem deduci: & videtur ipsis statuentibus licuisse ex causa ipsos subditos posse ligare, præsertim cum hoc non tendat in præiudicium Ecclesiæ acquirentis. nam fateor, quòd per statutum alienatio nõ prohibebitur, neq; Ecclesia tenebitur ad onera; sed tenebitur ipse alienator; & dato, quòd aliquod præiudicium inferatur Ecclesiæ, id venit in cõsequentiam, & non principaliter. Et videtur etiam hoc decisum per ius commune, vt iam dictum fuit per scribentes pro contraria parte, videlicet per text. in authen. sed & periculum. C. sine censu vel reliq. vbi Bald. expresse trahit illum text. ad casum nostrum, & cum simpliciter sequuntur ibi Salice. & Pau. de Cast. nec videtur ille text. corrigi de Iure Canonico, cum nullum inferat præiudicium Ecclesiæ, vt dictum fuit.

Sed his non obstantibus, videtur, quòd dictum statutum non valeat, etiã respectu ipsius laici, scilicet alienãtis in personam Ecclesiasticam, & quòd sit contra Ecclesiasticam libertatem, & Ecclesijs afferat prçiudiciũ, & in effectu prohibet rem alienari in Ecclesiam. nam quis erit tã leuis, & fatuus, qui velit bona sua in personam Ecclesiasticam alienare, subiturus deinde onera in perpetuum? † hoc enim cùm nullo modo sit verisimile, censetur quid impossibile, & veluti imago falsitatis, vt ait Bald. in l. 1. col. 3. C. de ser. fugi. & Deci. cons. 43. col. 2. vel si alienabit, verisimile est, quòd alienabit lõgè maiori precio, quèm res ipsa patiatur, & hoc etiam est contra libertatem Ecclesiasticã, † quia paria sunt, non vendere, vel nimis carum vendere, vt ait Alberi. in d. 2. q. secundæ par. col. 4. & latius col. pen. & fi. & vbi agitur de onere pecuniario, quælibet minima pars, seu summa censetur esse cõtra libertatem Ecclesiasticam. d. c. clericis. in princ. & in §. nos igitur. ibi, quãuis aliam quantitatem, portionem, &c. de immu. Eccle. in 6. † & quòd paria sint, prohibere alienationem in Ecclesiam, vel eam admittere, sed cum aliqua difficultate, tradit latissimè Feli. in d. c. Ecclesia. in 8. q. num. 85. & 86. vers. secundum notabile. & Deci. ibi colũm. 23. post Cardi. in dict. c. perpendimus. in 4. aliàs quinta col. de senten. exco. & deducendo in hunc modum constat, quòd statutum est cõtra libertatem Ecclesiasticam, secundum ea, quæ fuerunt dicta supra in 3. conclusione. Et quanquam ratio hæc per se sufficiat, potest tamen ipsa conclusio vlterius comprobari. nam, si iura volũt, quòd laici possint liberè alienare in clericos, d. c. fi. de immu. Eccle. li. 6. ergo nullam pœnam, vel grauamen debent pati. l. Gracchus. C. de adulte. nec talis pœna potest addi per statutũ, quia in effectu eluderetur dispositio tex. in d. c. fi. Item iura concesserunt, quòd laici possint liberè conferre bona sua in Ecclesiam l. 1. C. de sacros. Eccl. ergo sine vllo penitus impedimento, † vt de dictione, Liberè. tradit Deci. cons. 131. in princ. & 152. col. 1. & statutum licet possit corrigere ius commune inter suos subditos; † non tamen potest tollere priuilegia data per ius commune, quæ respiciunt fauorẽ Ecclesiæ, & etiam sunt acquisita, vt tradit Ancha. in d. cons-

13 14 15 16 17 18

conſil.155.colum. 2. & 3. quia non poteſt ſtatutum tollere priuilegia per aliud ſtatutum iam Eccleſiæ conceſſa. Bart.in l.priuilegia.in fin. C. de ſacroſan. Eccle. Soci.in d. conſ. 241. colum. 3. ergo multo minus quæ ſunt conceſſa per ius commune. Poteſt etiam dicta concluſio comprobari per tex.in c.quanto. de priuil.qui text. vult, quòd pœna, quæ perſonis Eccleſiaſticis per laicos imponi non poteſt, non etiam poſſit imponi laicis ſubditis ſtatuentium, ſi cum Eccleſiaſticis cõtrahunt.& faciunt multa,quæ tradit Fel.vbi ſupra in 13.q.dum tractat de conſanguineis clericorum, & eorum colonis, qui non poſſunt grauari; & poſt multa concludit, quòd ſi non valet ſtatutum prohibitoriũ alienandi,non etiam valet ſtatutum pœnale: & eſt
19 regulare, † quòd ſi diſpoſitio principalis non tenet, non etiam tenet adiectio pœnæ.l. 3. in prin.ff.de arbitr. ſcilicet quãdo principalis diſpoſitio non tenet,quia eſt contra legem,vt traditur in l. non dubium. C. de legibus. maximè quando pœna eſt quid extrinſecũ ab ipſo contractu.vt tradit Deci. conſ. 265. in fi. & non eſt dubium, quin in caſu noſtro propriè ſit pœna, cum quis patitur onera pro re quæ ſibi abeſt, gloſſ. in §. rei perſequendæ. in verbo, conducto.Inſtitu.de ac.& Angel.Aret. in §.pœnales. colum.1.eo.tit. & caſum noſtrum ſatis decidit Bald.conſ.132.incip. Caſus quidã vocatus Ruffinus. in 3.vol.

Non obſtant adducta in contrarium: negatur enim quòd illa ratio, † Ne alios contingat
20 prægrauari, ſit bona in hoc propoſito, vt latè dictum fuit ſupra in ſexta concluſione: & negatur,quòd in hoc caſu licuerit ſtatuentibus ligare ſuos ſubditos, cum res tendat contra libertatem Eccleſiaſticam, quia in effectu prohibetur alienatio in Eccleſiam, timore pœnæ adiectæ. & non eſt verum,quòd ratio huius ſtatuti non ſit principaliter contra Eccleſiam, eſt quidem verum, quòd eſt contra Eccleſiam per indirectum: ſed tamen eſt cõtra eam ex intentione principali ſtatuentium. ratio enim & intẽtio ſtatuti eſt, quòd ſi Eccleſia, vel alia perſona priuilegiata haberet ea bona, ipſi laici quotidie magis grauarẽtur, ideò, ne tale grauamen contingat, conatur ſtatutum omnibus modis prouidere, ne alienatio fiat. ergo ſtatutũ principaliter conſiderat Eccleſiam, & omnes perſonas priuilegiatas: & licet non principaliter moueatur in odium, & damnum Eccleſiæ, & aliorum priuilegiatorum, ſed moueatur ad bonum finem,ſcilicet vt laici minus grauentur; hoc tamen non ſufficit,quia,vt dictum fuit ſupra in ſexta concluſione,hęc ratio eſt communiter reprobata; & meritò, quia etiam aderat ipſa ratio eo tempore, quo erant legumlatores, & tamen ea non obſtante,cõceſſerunt immunitatem Eccleſiæ in præiudiciũ laicorum. opus eſt igitur,quòd laici æquo animo, velint, nolintve, immunitatem iſtam Eccleſiaſticorũ patiantur, cùm ſemel fuerit conceſſa probonis acquiſitis, & acquirendis. d. c. 1. de immu. Eccle.in 6. & d. authen. item nulla. C. de Epiſc. & cleri. quæ tamẽ introducta fuit bonis rationibus, vt ſupra demonſtratum fuit, & quæ etiam nullam affert iniquitatẽ laicis. nam, ſi eorum Territorium, ſeu patrimonium minuitur propter perſonas priuilegiatas, impetrent à Principe ſuo ſeculari, vt minuatur eis æſtimũ, & minuantur onera, vt dixi in ſexta concluſione; &,ſi Princeps id nõ faciat,facit iniuſtitiam;
21 † & iniuſtitia Principis reputatur caſus fortuitus,& præter omnem opinionem contingens. l.Lucius.ff.de euic.vt tradit Alexand. conſ.57. colum. 2. in 1. vol. ſicut & ſententia iniuſta cuiuſcunq; Iudicis cenſetur caſus fortuitus. Bart. in l.ſi per imprudentiam.ff.de euic. Deci.conſ. 7.in prin.ergo patienter eſt talis caſus tolerandus, vel ſi onera contingentia ſunt adeò exceſſiua, vt nullum habeant modum, neque ordinem,veluti ſunt deprædationes, & deuaſtationes militum, & facultates laicorum non ſufficiant; tunc tenetur quidem Eccleſia, ſed conſultis prius ſuis Eccleſiaſticis Principibus,vt dictum ſupra fuit in prima concluſione. Quod ſi perſonæ ipſæ Eccleſiaſticæ recuſant accedere ad ſuos Principes, & tali rei prouidere, tunc ad illos Principes accedant ipſi laici, & eis veritatem facti,& iuris exponant,vt tradit Abb.in d. c.non minus.colum.fin.de immu.Eccle.Et vt
22 dictum fuit ſupra in 5. q. † ſtatutum laicorum comprehendit aliquando perſonas Eccleſiaſticas per indirectũ,quando interueniunt duo, quinimò tria, vel quatuor copulatiuè. Primò, quòd cauſa, ſeu ratio ſtatuti ſit æqua, & bona, tam reſpectu clericorum, quàm laicorum. Secundò, quòd tractetur de modico præiudicio, quia ſcilicet id,quod à ſtatuto requiritur,facilè poſſit adimpleri. Tertiò, ꝙ principalis, & immediata, & finalis intentio ſtatuti euidenter tendat ad alium finem, quàm ad præiudicium clericorum. Quartò, quòd præiudicium illud, quod clericis reſultat, reducatur ad caſus particulares, non autem ſi contineat generale aliquod impedimentum. videtur etiam requiri quintum: ſcilicet quòd tale ſtatutum diſponat de re,quę ſoleat pertinere ad laicos,vt ſunt cõtractus, non autem de re ſpirituali, vt per Cardinal. vbi ſupra, vt patet in exemplis ibi remiſſiuè adductis. quæ omnia ſunt multum remota à caſu noſtro,ſi bene conſiderentur.

Non etiam obſtat, quod in contrarium adducebatur de tex.in authen. ſed & periculum.

cum

cum decisione Baldi ibi. nam respõdetur quatuor modis. Primò, quòd illud non potest procedere de Iure Canonico in personis Ecclesiasticis, quia est contra eorum libertatem, cùm non sit verisimile, quòd laicus velit eis vendere timore pœnæ, vt modo dictum fuit circa statutum. Secundò respondetur, quòd est contra tex. in d. c. fin. de immu. Eccle. lib. 6. qui vult, ꝙ laici possint liberè in Ecclesiasticos alienare: ergo nullam pœnam merētur. l. Gracchus. C. de adulte. vt etiā supra de statuto dictum fuit. Tertiò, si volumus in hoc inducere differentiam inter Ius Canonicum, & Ciuile, potest responderi, quòd ille text. qui simpliciter loquitur, non comprehendit clericos, quia hoc esset cõtra priuilegia, quæ ipsimet Imperatores Ecclesiis cõcesserunt. d. authen. item nulla com-
23 munitas; † & faciēda est semper interpretatio, ne quis videatur tollere, quod semel concessit. Deci. cons. 190. col. fin. & cons. 239. col. fi. esset autem contra priuilegia ipsorum, deducendo, vt supra dictū fuit de dispositione statuti. nam, si laicus in perpetuum esset obligatus ad onera, non est verisimile, quòd vnquam alienet in Ecclesiam, &c. Quartò, si nolumus inducere differentiam inter Ius Ciuile, & Canonicū, neque inter laicos, & clericos in terminis illius tex. respondetur, quòd text. ille nõ loquitur de collectis, & eiusmodi onerib. extraordinarijs, sed solū de tributis, vt expressè constat ex verbis text. & de tributis loquitur totus ille titulus; & titulus præcedens, vt declarat Odoffred. in Rub. vtriusque tituli. vnde non benè infertur ad collectas respectu clericorum: & ratio
24 differentiæ est, † quia ad tributa, & publicas illas pensitationes, de quibus loquitur ille text. tenentur etiam clerici, vt est tex. in l. de his. C. de Epis. & cleri. qui non est correctus, vt ibi tradunt Bar. & Salic. & alij: ideoq;, cùm text. in d. authen. sed periculum. faciat mentionem de persona minus idonea; non potest intelligi de clericis, quia ipsi in hoc proposito sunt idonei. ergo ille tex. malè per Bald. trahitur ad clericos in proposito collectarum. nec dicatur, quòd, licet text. loquatur de tributis, & de alijs personis, præter clericos; potest tamen trahi à paritate rationis ad collectas in persona clericorū, qui eo respectu censentur minus idonei, quia ad eas non tenentur. replicabitur enim semper, quòd talis extensio est contra libertatem Ecclesiasticam. nam, si laicus in perpetuum tenebitur ad onera, non est verisimile, quòd alienet in clericos, &c. Et hæc responsio non coincidit eum prima, quia illa corrigit textum. ista verò eum restringit, vt solùm procedat in terminis suis, id est, in tributis. Apparet igitur, quòd decisio Baldi ibi non procedit, quia est contra quamlibet ex quatuor supradictis responsionibus, & Salice. & Paul. de Cast. ibi nihil noui adducunt, sed simpliciter referūt Baldum, & tanto minor adhibenda est fides Baldo, quia ipsemet contrarium, & melius tenuit in d. cons. 132. in 3. volum. Et ex his redditur res satis clara in fauorem Ecclesiæ, & quando aliqua subesset dubitatio, esset in fauorem Ecclesiæ semper pronunciandum. l. sunt personæ. ff. de religios.

Iacob. Mandell. Alben. Mediolani. 1541. Mense Nouembri, pro Reuerendissimo Episcopo Albensi, contra Communitatem Murræ, &c.

ARGVMENTVM.

De materia contractus simulati, quot sint species simulationis, & quòd debet allegari, & probari certa causa, & species simulationis, & quis possit allegare, & opponere simulationē, & quę præsumptiones, & coniecturæ excludant simulationem, item quæ coniecturę eam inducant, & præsumi faciant. Et an quis possit vti instrumento, nõ obstantibus his, quæ olim in contrarium dixit, & fecit, & quomodo admittatur variatio etiā allegando contraria, & maximè propter instrumentum, vel aliud de nouo repertum, & propter errorē, &c. Et aliqua in materia instrumentorum de nouo repertorum.

SVMMARIVM.

1 QVI *Dicit contractum simulatum, siue agendo, siue excipiendo, debet exprimere certum modum, & certam causam simulationis; & quæ sit ratio.*

2 *Simulationum quædam sunt reprobatæ, & quædam permissæ.*

3 *Simulationum reprobatarum multæ sunt species.*

4 *Diuersæ sunt causæ, propter quas fiunt simulationes.*

5 *Simulatio non præsumitur, nisi probetur.*

6 *Certa persona, propter quā facta sit simulatio, deduci etiam debet.*

7 *Causa simulationis debet esse ad propositum, sufficiens, & verisimilis, &c.*

8 *Causa simulationis non solùm debet allegari, sed etiam probari.*

9 *Paria sunt, non esse, vel esse, sed non apparere.*

10 *Simulationem opponere quis possit, & an ipsi contrahentes possint opponere, & an tertius.*

11 *Quæ præsumptiones excludant simulationem.*

12 *Locatio iuncta cū quolibet alio adminiculo, probat possessionem, & dominium.*

13 *Solutio censetur facta vigore præcedentis promissionis.*

14 *Actus positiui in faciendo magis vrgent, quàm actus priuatiui in omittendo, & vide etiam. numer. 16.*

15 *Coniecturæ quædam an ſint ſufficientes ad inducendam ſimulationem.*
17 *Iuſtitia conſiſtit in naturalibus argumentis.*
18 *Ratione cõſanguinitatis, & familiaritatis, actus poſitiuus non operatur effectum, quem de ſui natura ſolet operari.*
19 *Partitæ, quæ reperiuntur ſcriptæ in libro Rationum, præſumuntur ſcriptæ nomine illius, cuius eſt liber, & de eius mandato.*
20 *Effectus poſtea ſubſecutus declarat præcedentia.*
21 *Super teſtibus, & probationibus partis cõtrariæ poteſt quis ponere fundamentum, licet ab initio negauerit intentionem partis aduerſæ.*
22 *Teſtium contrarietas debet euitari, quantũ fieri poteſt, fœdere diſtinctionis.*
23 *Teſtes, qui generalius loquuntur, debent intelligi, & diſtingui ſecundum depoſitionem teſtis, qui magis ſpecialiter loquitur.*
24 *Inſtrumento vti an quis poſſit, non obſtantibus his, quæ prius in contrarium dixit, & fecit.*
25 *Variatio, etiam allegando contraria admittitur inter eaſdem perſonas in diuerſa inſtantia, & quando allegans contraria, fuit victus in prima inſtantia; quod Amplia, & declara, vt infra. num. 26. 27. & 28.*
29 *Cõfeſſio mea facta in iudicio mihi nõ præiudicat, ſi aduerſarius eam non acceptauit, ſed conatus eſt impugnare.*
30 *Propter inſtrumentum, vel aliquid aliud de nouo repertum, licitum eſt mutare propoſitum, etiam impugnando proprium factum, & etiam ſi ſit concluſum in cauſa.*
31 *Inſtrumenta de nouo reperta reſcindunt iam facta, dummodo producantur ante latam ſententiam, licet ſit concluſum in cauſa.*
32 *Ex magna cauſa poteſt Iudex quandoque admittere nouas probationes, licet iam ſit in cauſa concluſum, & eſt magna cauſa, ſi reperta ſint de nouo Inſtrumenta.*
33 *Productio inſtrumentorum de nouo repertorum poteſt fieri, etiam abſque reſtitutione in integrum.*
34 *Inſtrumenta de nouo reperta dicuntur quatuor modis, & quomodo.*
35 *Inſtrumẽta eſſe de nouo reperta, probatur per iuramentum producentis.*
36 *Ignorantia probatur per iuramentum.*
37 *Ea, quæ quis fecit per errorem facti extra iudicium, vel in iudicio, poſſunt reuocari vſque ad concluſionem in cauſa, & an etiam vſq; ad ſententiam.*
38 *Quælibet perſona de nouo ſuperueniens facit nouum iudicium, licet prior proceſſus adhuc duret, & perſeueret.*
39 *Veritati omnia cedunt, & veritati ſemper debet eſſe locus.*
40 *Inſtrumentum per me productum poſſum poſtea impugnare, & è conuerſo per me impugnatum allegare, & quomodo.*
41 *Variatio ſi admittatur, an habenda ſit ratio expenſarum, & quando.*
42 *Quælibet iuſta cauſa excuſat ab expenſis.*
43 *Ignorantia inſtrumenti an probetur per iuramentum, dato, quòd præſumptio ſit contra iurantem.*
44 *Ignorantia an probetur per veriſimilitudines, & vrgentes præſumptiones, abſq; iuramento.*
45 *Maxima legalitas, & dignitas perſonarũ ſuppletet, &c.*
46 *Doctoris teſtimonium remiſſiuè.*
47 *Ignorantia, & error differunt, & quomodo.*
48 *Error non probatur per iuramẽtum, ſed per circumſtantias, etiam in facto proprio.*
49 *Error cenſetur probatus, ſi conſtat euidẽter, rem aliter ſe habere.*
50 *Quicquid factum eſt ad falſam aſſertionem aduerſarij, poteſt reuocari, detecta falſitate, & quæ ſit ratio.*
51 *Non debet quis ex ſuo dolo, & improbitate commodum reportare in præiudicium tertij.*
52 *Quilibet error, & quælibet iuſta cauſa excuſat à dolo & à periurio.*
53 *Dubitans æquiparatur erranti.*
54 *Allegare quis non debet illud, quod probare non poteſt.*
55 *Periurium non poteſt allegari per eum, qui eſt in dolo, & repellitur replicatione doli.*

Conſilium IX.

EX HIS, quæ iam bis deducta fuerunt in motiuis, & reſponſionibus datis, ſatis cõſtat, totam vim huius cauſæ reduci ad duas difficultates, quarum prima eſt, an inſtrumentũ, de quo agitur, ſit verum, vel ſimulatum. Secunda, dato, quòd inſtrumentum ſit verum, an D. Chriſtophorus poſſit in eo ſe fundare, non obſtante cõtrarietate, nec periurio, nec cæteris, quæ adueruſus eum allegãtur. Et circa primum copioſè, & eruditè ſcriptum fuit per Magnificũ Do. Aduocatum ipſius D. Chriſtophori. Verumtamen, quia adhuc non quieſcit animus Magnifici D. Commiſſarij, vt ipſemet ait, nam re vera negari non poteſt, quin prima facie res habeat dubitationẽ propter multas coniecturas hinc, & inde exiſtentes: ideo ſubijci poſſunt adhuc pauca quædam; ex quibus (vt opinor) dilucidè conſtabit, nullam hic fuiſſe ſimulationem, neque etiam ſi eſſet, eam poſſe allegari.

Et in primis reaſſumpto fundamento illo,
1 † quòd qui dicit contractum ſimulatum, ſiue agendo, ſiue excipiẽdo, debet exprimere certũ modũ, ſub quo facta ſit ſimulatio: item exprimere

mere causam certã propter quam talis simulatio facta sit, vt per Barto. in allegato consil. 65. Factum tale. & Bald. in l. ab Anastasio. in fin. C. manda. & Paul. de Cast. in l. iuris gentium. §. dolo. ff. de pac. à qua conclusione nemo discrepat, vt tradit Cæpo. in trac. simula. in 24. præsump. & latius in 26. præsump. col. fin. Pet. de Ancha. cons. 227. Ad corroborationẽ. col. 2. Alexan. cons. 111. Viso superiore themate. in prin. vol. 3. & cons. 28. In causa & lite. col. 3. in 5. vol. Deci. cons. 36. col. 4. & latius in cõs. 463. col. 2. Ang. Arc. Inst. de excep. in prin. scil. super ipso text. à nu. 28. vsq; ad nu. 40. Deci. in l. imaginaria. in fin. ff. de reg. iur. Et ratio est euidens. † nam simulationũ quædam sunt reprobatæ, & quędã sunt permissæ, quemadmodum post Bar. & Pau. vbi supra tradit Bal. in Rub. C. plus vale. quod agi. & ꝓbatur in l. si ex precio, vbi Bar. C. si cer. pet. & tradit Bar. in l. si sub specie. in fi. C. de postulan. & in l. emptor. ff. de aq. plu. arcen. † & earũ, quæ sunt reprobatæ, multæ sunt species, videlicet vel ratione personarũ, vt patris, & filij spurij, mariti, & vxoris, item ratione rerũ, velut in bonis Ecclesiæ, quæ tanquam bona sua clericus donat cõcubinæ: item ratione temporis, vt in alienatione post delictum, quæ tamen verè facta sit prius; itẽ ratione contractus, veluti cum de pignore fit cõtractus venditionis. † sunt etiam diuersæ causæ, propter quas fiũt huiusmodi simulationes. fit enim aliquando simulatio ad vtilitatem illius, qui alienat, vt patet in alienationibus, quæ fiũt per delinquentes. aliquando autem fit simulatio ad vtilitatem illius, in quẽ fit alienatio, veluti in contractu pignoratitio, vel vsurario, vel in donatione clerici erga concubinã. aliquando fit simulatio ad vtilitatẽ tertij, putà ad vtilitatem vnius creditoris in damnum alterius. † Cumque igitur simulatio non præsumatur, nisi probetur. l. cum precibus. C. de proba. l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. item dato, quòd probetur, de se tamen non est prohibita, nisi prohibitus sit modus, sub quo fit, vel causa, propter quam fit, vt per Bar. & alios vbi supra. Item cum simulationum prohibitarum variæ sint species, & variæ causæ, & varij effectus, & per consequens variæ rationes, præsertim quòd aliquando simulatio facit actum ipso iure nullum, quandoque facit ipso iure validum, & potest aliquando simulatio opponi per ipsos cõtrahentes, aliquando per tertiam personam, aliquando per neminem; meritò his rationibus introductum fuit, vt qui dicit actum simulatum, deducere debeat & speciem simulationis, & certam causam, † quinimò & certam personã, propter quam facta sit simulatio, vt ait Ancha. vbi supra; alioqui succumbit, neq; vllo modo est audiendus, vt tradunt Bar. & cæteri vbi supra. † Et talis causa, quæ allegatur, debet esse ad propositum, de quo agitur, & sufficiens, atq; idonea, vt verisimile sit, quòd propter eam deuentum fuerit ad huiusmodi simulationem, vt tradunt prædicti, nam allegare causam, quæ sit extra propositũ, perinde est, ac si nihil allegaretur, gl. & Doct. in l. 1. ff. de eden. † item debet talis causa nõ solum allegari, sed etiam probari, id est, constare debet, quòd illud, quod dicimus fuisse causam simulationis; fuerit in rerum natura eo tempore, quo factus fuit contractus, vt per Bart. in d. cons. 65. col. pen. vers. Secundò videndum est propter, dũ ait, quòd apparere debet talis causa, & allegat tex. in l. sed si maritus. §. fin. ff. qui & à quibus manumis. qui tex. ait, quòd dilucidis probationibus debet id approbari: facit etiam Bartol. æquiparationem ad donationem causa mortis, quæ requirit, quòd verè instet periculum mortis. Et quòd constare debeat de tali causa, tradit etiam Cæpol. in d. 24. præsump. dum ait, quòd cõstare debet de tali causa, sicut cõstare debet de creditoribus, in quorum fraudem allegatur aliquid esse factũ. idem etiam ait Anchara. in d. cons. 227. col. 2. & est notissimum, † quòd paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere. l. in lege fundi. ff. de contrahen. emp. l. duo sunt titij. ff. de testa. tutel. Et si nõ opus esset probare talem causam, certè elusoria esset requisitio ipsius. nam facilè esset vnicuiq; allegare causam aliquam simulationis, siue verã, siue falsam. Et quòd talis causa debeat ostendi, & probari, sentit etiam Deci. in d. cons. 36. col. 4. & cons. 463. col. 2. ponit etiam Alexand. in d. cons. 111. in prin. dum ait, quòd quis debet specificè exprimere, & probare, &c. Deueniendo igitur ad casum nostrũ, licet hîc allegetur causa simulationis, quòd instrumentum celebratum fuerit ad excludendum quosdam colonos, & per consequens licet censeatur fuisse expressa certa species simulationis per expressionem ipsius causæ; hæc tamen non sufficiunt: nam talis causa probata non fuit. non enim constat, quòd illis temporibus expulsus fuerit aliquis colonus; ideoque perinde est, ac si nulla fuisset expressa causa, vel species simulationis. Præterea dato, citra præiudicium, quòd fuisset expulsus aliquis colonus; id tamen non sufficeret ad concludentem probationem causæ simulationis, nisi etiam probaretur, quòd post expulsionem coloni factum fuisset aliud instrumentum retrotraditionis, quia hæc species simulationis ad expellendum colonum est de illis, quas secundo loco ponit Bart. in d. cons. 65. id est, de illis, quæ durare debent modico tempore. In casu autem

autem noſtro nullum factum fuit tale inſtrumentum, neque aliquid aliud æquipollens, vt inferius dicetur. ergo ceſſat ſuſpicio ſimulationis, cùm effectus ſubſequens ei non correſpõdeat. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. Et ex vnico hoc primo capite videtur poſſe imponi ſilentium aduerſarijs, quia, vt ſupra dictum eſt, ſi non probatur cauſa veriſimilis, & cõcludens ſimulationis, nihil vlterius eſt quærendum. Et præter hæc, vrget etiam naturalis ipſa ratio: quis enim credat cõtrahentes adeò dementes reperiri, qui ſimulatè contrahant, nulla ſubſiſtente cauſa finali, propter quam id faciant? præſertim in eiuſmodi caſibus, qualis eſt caſus noſter, in quo ipſe alienans ſubijceret ſe periculo amittendi bona deſcripta in inſtrumento, & alius ſubijceret ſe periculo ſoluendi in futurum notabilem penſionẽ pro ipſis bonis præter intentionem ſuam.

Secundò eſt aduertendum, dato etiam citra præiudicium, quòd inſtrumentum iſtud eſſet ſimulatum ex cauſa per aduerſarios allegata, non tamen poſſet opponi huiuſmodi ſimulatio per ipſum Bernardigium, ſi viueret, & multo minus nũc poteſt opponi per eius hæredes.

10 † Nam ſecundum veram, & communem Doctorum intelligentiam, contractus ſimulatus aliquando ſolum concernit præiudicium, vel intereſſe ipſorum contrahentium, veluti eſt contractus pignoratitius, contractus ſimulatæ dotis, & huiuſmodi: & tunc poteſt opponi talis ſimulatio per alterum ex ipſis cõtrahentibus aduerſus alium, quia tunc nõ allegat turpitudinem aliquam propriam, ſed potius allegat defectum conſenſus; ita procedit titulus. C. plus vale. quod agi. & titulus. C. ſiquis alte. vel ſibi. aliquando autem cõtractus ſimulatus reſpicit præiudicium tertij, vt ſunt contractus, qui fiunt in fraudem creditorum, vel fiſci, vel alterius; & tunc poteſt quidem ſimulatio allegari per tertium illum, in cuius fraudem fuit facta. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. non autem poteſt allegari per aliquem ex ipſis contrahentibus, quia allegarẽt turpitudinem propriam. l. cum profitearis. C. de reuocan. dona. l. ſi creditoribus. C. de ſer. pigno. dat. neq; poteſt allegari per eorum hæredes. l. filios. C. de his quæ in frau. credi. ita diſtinguit Bart. in l. poſt contractum. col. 3. verſ. ſed an venditor. ff. de dona. & latius in d. conſ. 65. licet ibi ſit multum corruptus; ita etiã concludit Pet. de Ancha. in d. conſ. 227. in prin. & Pau. de Caſt. in l. contra legem. ff. de legi. Cùm igitur hic dicant aduerſarij, contractum iſtum fuiſſe ſimulatum ad excluſionem coloni, & ita in fraudem tertij, ſequitur ex prędictis ſine dubio, ꝙ neq; Bernardigius, qui fuit vnus ex contrahentibus, neque eius hæredes poſſunt talem ſimulationem allegare. Neque huic concluſioni obſtat, quòd Bartol. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. colum. pen. & colum. fin. ff. de iureiur. velit, quòd etiam ſimulatio facta in fraudem tertij poſſit allegari per vnum ex ipſis contrahentibus aduerſus alium, ſaltem excipiendo, vel replicando, reſpondetur enim præterquàm ꝙ Bart. id non ſatis clarè probat, dato tamen, quòd verum ſit; non procedit abſolutè, ſed duntaxat procedit, quando ille, contra quem allegatur ſimulatio, certat de lucro, & allegans certat de damno; quo caſu hoc admittitur ex æquitate quadam contra regulas iuris, ne ſcilicet is, qui certat de lucro, locupletetur cum iactura alterius; licet etiam ille alter participauerit fraudem, & allegget turpitudinem ſuam: ceſſante autem lucro, ceſſat limitatio ſupradicta, ita tradit ipſemet Bar. in d. §. procurator. in duobus locis. In caſu autem noſtro D. Chriſtophorus, contra quem allegatur ſimulatio, nõ tractat de lucro, ſed de damno euitando, vt per ſe patet; ergo hic ceſſat limitatio Bar. An autem ipſi aduerſarij tractẽt de damno, vel de lucro, id parum facit ad rem, quamuis etiam ſi cõſideremus perſonam eorum, quia veniunt vt hæredes; certè veniunt ex cauſa lucratiua. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. ff. de verb. obli. & prædicta latius tractat Alex. in conſ. 111. Viſo ſuperiore themate. col. 1. & 2. in 3. volu. vbi ſatis apertè decidit caſum noſtrum. & ex ſecundo etiã hoc capite videtur poſſe imponi ſilentium parti aduerſæ.

Sed & vlterius diſcurrẽdo per ſingulas coniecturas, quæ circa ſimulationem huius cõtractus adducuntur hinc, & inde, conſtat etiam, nullam hic fuiſſe ſimulationem. Et ſuccinctè agẽdo, quia diffusè ſuper hoc iam fuit ſcriptũ, videtur in effectu, quòd pro inſtrumento extent tres præſumptiones concludentes. † Pri-

11 ma eſt, quia per teſtes multos probatur Bernardigium percepiſſe fructus, & per conſequens poſſediſſe. Bart. in l. 2. C. de acqui. poſſe. quinimò & geſſiſſe vt dominum. l. titia. vbi Bart. ff. de ſolutio. Deci. cõſ. 57. col. 2. Secunda principalis pręſumptio eſt, qa Bernardigius fecit multas locationes, quarum multæ probantur per inſtrumenta, ſcilicet vna. 1519. die. 18. Iulij, & ita quaſi ſtatim poſt celebratũ inſtrumentum, de quo agimus. nam celebratum fuit de anno. 1519. die. 18. Aprilis: item fecit Bernardigius aliam locationem. 1521. die. 2. Maij. item aliam eodem anno. 1521. die. 2. Iulij. item aliam. 1524. die. 16. Auguſti. item aliam nomine ipſius Bernardigij fecit frater D. Chriſtophori; licet iſta adducãtur in cõtrarium per partem aduerſam, ſed non obſtat, vt inferius dicetur. Iſtæ igitur

igitur locationes non est dubium quin faciant concludentem præsumptionem pro instru-
12 mento. † nam solet locatio iuncta cum quo-
libet alio adminiculo probare possessionem,
& dominium. Bart. in l. ad probationem. C. lo
ca. Prac. Papien. in for. libel. pro turba. posse.
in gloss. Hodie tenet. col. 2. Deci. consil. 146.
col. 5. num. 14. multo magis igitur probat, iun-
cto adminiculo ipsius instrumenti conferen-
tis titulum, & vnum coadiuuatur ab alio. Ter-
tia deinde præsumptio est, quia in instrumen-
to ipso principali Bernardigius expresse pro-
misérat se soluturum prioribus dominis dire-
ctis libras. 40. singulis annis nomine ipsorum
dominorũ fratrũ de Mirabilijs, super pensione
ipsorũ bonorũ: & ita reperitur in effectu, quòd
soluit, vt patet ex instrumento nuper reperto.
in quo continetur solutio duorũ annorũ, sci-
licet. 1524. & 1525. nõ enim capi potest alia cõ-
13 iectura, † nisi quod soluerit vigore dictæ pro-
missionis precedentis. Bar. in l. 1. §. si parens. ff.
si quis à paren. fuc. manu. latè Alexan. cons. 25.
Viso instrumento. col. 3. versi. nec habent ob-
stare. in. 2. vol. item etiam soluit alijs credito-
ribus ipsorũ de Mirabilijs, præsertim D. Mar-
co Antonio de Curionibus de Assio, vt extat
instrumentum. 1525. die 27. Octobris. Et tres
istæ præsumptiones sunt vrgentes, quia sunt
de principalibus, quæ possint considerari; &
respondent optimè ipsi instrumento. & sunt
14 per actus positiuos, id est, in faciendo, † qui
quidẽ magis vrgẽt, quàm actus priuatiui, id est,
in omittẽdo. Inno. in c. olim. el. 3. in fi. de resti.
spolia. Abb. in c. nõne benedicim°. col. 3. vers.
item fallit quartò. de præsum. & latius per De-
ci. cons. 79. col. 2. in fin. & consil. 267. col. 3.
15 Per contrarium verò, † quòd instrumentũ
sit simulatum, adducuntur plures coniecturæ,
sed leuiores pondere, quæ in effectu non ob-
stant, si distinguãtur, vt sunt distinguẽdæ, nam
earum quædam consistunt in actu positiuo:
quædam in actu priuatiuo; & quædam depen-
dent à facto D. Christophori, qui fuit in erro-
re iusto; & harum omnium diuersa est ratio, vt
statim apparebit. In primis igitur adducitur,
quod post celebratum instrumentum D. Hie-
ronymus de Mirabilijs fecit quãdam locatio-
nem de quibusdam ex ipsis bonis, nomine ta-
men Bernardigij. Ad quam coniecturã respon
detur, quòd si facta fuit nomine Bernardigij;
ergo nihil obstat: quinimò confirmat ipsum
instrumentũ, & præsupponit, quòd bona per-
tinebãt verè ad Bernardigiũ: neq; valet repli-
catio, quòd Bernardigius esset homo sagax,
qui verisimiliter non permisisset negocia sua
expediri per aliũ &c. Dico enim, quod quæren
dæ non sunt tot subtiles imaginationes, quã-
do actus de se est clarus, & correspõdet ipsi in-
strumento principali, & multis aliis locationi-
bus, quas & ante istã, & post istã Bernardigius
fecit proprio suo nomine. l. continuus. §. cum
ita. ff. de verb. obliga. & realis interpretatio se
ipsam offert, videlicet, quod cum hæc esset res
pauci momenti, permisit Bernardigius, tan-
quã valde occupatus, quòd alius, qui erat sibi
nepos, & velut filius, & qui secum simul habi-
tabat; id expediret, quinimò potuit esse, quod
locationem istam fecerit nomine Bernardi-
gij, eo inscio, vel absente, cum fortè vrgeretur
res ab aliquo rustico conductore, quorum ge-
nus non libenter solet singulis horis accedere
ad ciuitates; & in effectu non tam subtiliter est
agendum, præsertim ad impugnandũ instru-
mentum. Adducitur deinde secunda præsum-
ptio ex iuramento, quod apponi non solet in
huiusmodi contractibus. Responsum iam fuit
ad hoc per alios dominos scribẽtes, quòd ne-
cessitas statuti requirentis tale iuramentũ in
venditionibus rerum locatarũ excusat à suspi-
cione. Tertia præsumptio adducitur, quod de
anno. 1524. Bernardigius fecit locationẽ quã-
dam de parte istorum bonorum nomine D.
Christophori, & hæredũ alterius fratris, & pri-
ma facie negari non potest, quin hæc præsum-
ptio aliquantulum vrgeat: sed clarissimè tolli-
tur, nam locatio ista fuit facta solùm de quo-
dam sedimine, & de illomet fecerat prius aliã
locationem ipse Bernardigius proprio suo no-
mine. 1521. die 2. Maij: & prima illa locatio
benè respondebat instrumento, de quo hic
agimus, quia erat ei magis vicina respectu tẽ-
poris, ideoque tollit præsumptionem malam,
quæ resultat ex ista secunda, & necessariò su-
menda est alia interpretatio ratione contra-
rietatis euitandæ, putà quòd de hoc sedimine
aliquid postea specialiter fuerit conuentum
inter eos. Et quòd secunda hæc locatio supra-
dicti sediminis non præiudicet instrumento
ipsi principali respectu aliorum bonorum, de-
monstratur clarius. nam facta fuit de anno.
1524. mense Augusto, & eodemmet anno, &
mense, scilicet die 16. Augusti, Bernardigius
fecit locationẽ de quibusdã ex ipsis bonis pro-
prio suo nomine: item anno sequenti. die 22.
Septembris soluit libras. 80. primis dominis
directis nomine ipsorum de Mirabilijs iuxta
conuentionem factam in instrumento, vt su-
prà dictũ fuit; ergo &c. Adducuntur deinde
tres aliæ præsumptiones, quæ consistunt in nõ
faciendo, videlicet, quod non cõstat de aliqua
solutione ficti libellarij in tot annis, neq; con-
stat de solutione illarũ librarum. 800. quæ sol-
uendæ erant pro melioratiõnibus: item quod
in libris ipsorũ de Mirabilijs nulla fit mentio

de huiuſmodi ſolutionibus. Et pro reſponſione dici poſſet, quod tres iſtę coniecturæ conſiſtentes in non faciendo parũ operantur. ſtantibus aliis coniecturis ſupra dictis in contrariũ pro inſtrumento, quæ conſiſtunt in actu poſi-
16 tiuo; † qui quidẽ eſt potentior, & ſuperat actũ omiſſiuum, vt per Deci. in d. conſil. 267. col. 3. in duobus locis, & per alios ſuprà allegatos. Sed præter hoc non deſunt ſingulis iſtis præſumptionibus ſuæ reſponſiones. Nam ad primam de annua ſolutione ficti, reſpondetur, quod conſtat in genere, ipſum Bernardigium ſoluiſſe talem fictum, eo ipſo quod ſoluebat creditoribus ipſorum de Mirabiliis, de quibus ſuprà dictum fuit. & licet non conſtet de aliqua præciſa ſolutione ipſius ſummæ annuæ ad rationẽ ſolidorum. 28. pro ſingula pertica; id tamen non debet eſſe mirum in caſu noſtro, ſi conſideremus affinitatem creditoris, & debitoris, & eorum cohabitationem, & communem victum, item ſpem, quam ipſe creditor habebat ſuccedendi Bernardigio, mediante perſona vxoris; quemadmodum deinde effectus ſubſecutus declarauit: & pari modo ſi cõſideremus quod Bernardigius præſtabat alimenta ipſi creditori, & eius vxori; certè ſtantibus omnibus his, non eſt mirandum, ſi non ita præcisè fiebat exactio ipſius ficti, hæc enim, vt
17 per ſe patent, habẽt rationem naturalem, † & vt ait Bald. in l. ædem. colum. 3. C. loca. iuſtitia in effectu conſiſtit in naturalibus argumentis.
18 & probãtur hęc etiam ex iure poſitiuo, † nam ratione cõſanguinitatis, & familiaritatis actus poſitiuus non operatur effectum, quem de ſui natura ſolet operari, vt tradit Bar. & latius Alex. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſe. dum loquũtur de actu filij in bonis maternis, & de actu fratris in bonis ſororum, & de actu mariti in bonis vxoris. ergo multo magis hoc dicendũ eſt in actu omiſſiuo, vt ſcilicet ratione familiaritatis. & coniunctionis nihil operetur talis omiſſio, quia, vt ſæpe dictum eſt, talis actus omiſſiuus debilior eſt actu poſitiuo. Præterea, ſi poſſent haberi omnes libri ipſorũ de Mirabiliis, fortè clarius conſtaret de huiuſmodi ſolutionibus, ſed tales libri, quemadmodum & cætera bona, peruenerunt ad aduerſarios, qui ſunt hæredes Bernardigij, apud quem & vixit, & obiit ipſe frater D. Chriſtophori. Ad aliam coniecturam ſupra dictam de ſolutione librarum. 800. quæ facta non fuit, cadũt etiam omnes reſponſiones modò datæ. Et vlterius dici poteſt, quod ſolutio dictarũ librarum. 800. facta non fuit, quia parum emolumenti verſabatur ex parte vtriuſque contrahentis, ſiue fieret, ſiue non fieret. nam ſi facta fuiſſet ſolutio, fuiſſet detracta ſumma canonis ad ratam, eſt quidem verum, quòd verba inſtrumenti præcisè obligant Bernardigium ad ſoluendũ: ſed res in ſe reſoluitur veluti in meram facultatem, quia vt dictum eſt, ſiue fieret ſolutio, ſiue non fieret, parum referebat. Ad aliam præſumptionem, quod in libris ipſorũ de Mirabiliis, nulla fit mentio de huiuſmodi ſolutionibus, quinimò quod tales libri indicant, quod ipſi fratres poſſiderent bona iſta, quia in ipſis libris extant parcellæ dati, & recepti, pertinentes ad fructus iſtorum bonorum, & ſcriptæ manu propria ipſorum fratrum &c. reſponſum iam fuit per D. Aduocatum huius cauſæ, quod non ſunt libri ipſorum fratrũ, ſed potius Bernardigij: quod ſtante, hoc non refert, quod in eis reperiãtur aliquæ partitæ ſcri-
19 ptæ ſimpliciter per ipſos fratres. † præſumuntur enim ſcriptæ nomine Bernardigij, & de eius mandato. Bald. in Rubri. C. de fide inſtru. colum. 9. verſic. ſed hic quæro pone. & latius per Iaſ. in l. admonendi. in 2. lectu. nume. 112. ff. de iureiuran. Adducuntur aliæ quatuor coniecturæ contra inſtrumentum, quæ dependẽt à facto Domini Chriſtophori, videlicet quia ſcripſit literas illas priuatas; item quia in contradictione creditorum dixit bona ad ſe pertinere; & quia in ſupplicatione dixit Bernardigiũ poſſediſſe iure familiaritatis; item quia dedu-
xit in capitulis, & per tres teſtes probauit ſe vna cum fratre poſſediſſe hęc bona vſque ad annum. 1522. & ita per triennium poſt celebratũ inſtrumentum. Sed quatuor iſtæ coniecturæ dependent, vt dixi, à facto D. Chriſtophori, ideoque habent aliam rationem, & parũ obſtant. nam D. Chriſtophorus fuit in errore iuſto, & quicquid fecit, & dixit, poteſt de iure reuocari, vt inferius dicetur in ſecundo articulo principali huius cauſæ. Et quatenus ad præſens propoſitum pertinet, dico, quòd literæ illæ priuatæ ſatis parum concludunt, neque conſtat, quod præcisè faciat mentionem de bonis iſtis, & dato, quòd de eis loquantur, eſt ſatis veriſimile, quòd D. Chriſtophorus ſcripſerit, ſeductus perſuaſione Bernardigij, & ſecundi marити, ad quem ſcribebantur literæ in modum reſponſionis, aſſerentium, quòd cura talium bonorum pertineret ad ipſum D. Chriſtophorũ, quia videbat Bernardigius contractum iſtum quotidie magis eſſe ſibi grauem, ſi perſeueran-
dum ei fuiſſet in ſolutione ficti ad ſolidos 28. pro ſingula pertica, cum eo tempore, quo ſcriptæ aſſeruntur huiuſmodi literæ, id eſt, de anno. 1528. declinaſſent redditus, & æſtimationes bonorum propter peſtes, & bella, vt eſt notorũ. & calumnia hæc Bernardigij facilè credi
20 debet, † quia effectus poſtea ſubſecutus declarauit eam. l. quædam ſunt. ff. de rebus dub. Deci. con-

ci.consi.130.col.2.& consi.283. col.5. & 6. nam de anno.1530. posuit ipse, vt procurator, huiusmodi bona ad cridas, tanquam bona aliena, & quemadmodum commisit calumniam in ipso negotio principali, ita etiam cõmisit in circunstantijs. nam curauit, vt eiusmodi bona ponerẽtur ad cridas eo tempore, quo sciebat D. Christophorum esse absentem, & valde remotum, scilicet in partibus Pedemontanis, vt tũc probatum fuit per testes: nec curauit, quòd ipse citaretur specialiter, & nominatim, qui tamen citãdus erat, cum esset futurus certus aduersarius. Bart. in l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. Et facile erat ei hoc modo variare, cùm iam mortuus esset frater D. Christophori, qui solus gerebat negotia; & facile fuit eo modo imponere D. Christophoro, qui semper fuit absens, & parum curabat de huiusmodi bonis, & qui verisimiliter debuit credere Bernardigio, & secũdo illi marito, propter affinitatem, præsertim quia post factum instrumentũ lapsi iam erant nouem anni; adeò. quòd ex tali lapsu temporis iuncta absentia D. Christophori, etiam longo anteriori tempore, & iuncta modica cura, quam semper demonstrauit se habere de istis bonis; non est difficile credere alterum de duobus, vel quòd Dominus Christophorus memoria non teneret tunc præcisum tenorem ipsius instrumenti, vel quòd credidesti. non est absurdum intelligere, quod testes illi, qui olim producti per D. Christophorum dixerunt, quòd eius frater possedit bona ista semper, dum vixit, dixerunt id, iusto errore ducti, quia scilicet videbant, quòd frater ipse, etiã post contractã affinitatem cum Bernardigio, accedebat ad ipsa bona, & eorum curam adhuc videbatur gerere. nam cum moraretur in domo ipsius Bernardigij, non est mirum, si tanquam melius instructus id faciebat: & cum vidissent eum testes possedisse vsque ad annum. 1519. & verè possederat; facile fuit, quòd crediderit eum etiam verè possidere per bienniũ post, vel paulo plus, eo ipso quòd accedebat adhuc ad ea bona. Et hoc comprobatur, quia vnus ex ipsis testibus productis per D. Christophorum, videlicet D. Bertus de Grassis, qui est quartus testis, expressè dicit, quòd post contractam affinitatem cum Bernardigio, fuerunt dicta bona per Bernardigium possessa: & est testis benè instructus, quia ipsemet vẽdidit olim ista illis personis, à quibus postea ipsi de Mirabilijs habuerunt causam: & frequenter conuersabatur in loco, vbi sunt bona: & conuersabatur etiam cum Bernardigio, & cum ipso fratre D. Christophori; & scit præcisè, quo anno, & mense mortuus est frater iste. vnde sequitur alterum de duobus, videlicet vel quòd iste testis debilem reddit depositionem duorum supradictorum, cum sint omnes ex eadem parte, iuxta nota. per gloss. & Docto. in cap. in nostra. de testi. † vel quòd alij duo testes, qui generalius loquuntur, debent intelligi, & distingui secundum depositionem istius, qui magis specialiter loquitur, vt per Innocen. in c auditis. col. penult. de præscrip. Alexan. consil. 88. Quoniam. col. 2. versic. quintò etiã videtur, cõs. 150. In causa. col. 5. vers. præterea iste testis, in 5. vol. Et tenenda est prædicta interpretatio, quia per eam tollitur contrarietas inter testes vnius partis, & alterius: item tollitur cõtrarietas inter ipsosmet testes productos ex parte D. Christophori; tollitur etiam mala hæc suspicio contra instrumentum, de qua hic agimus. Et insuper vrget multùm ratio iam adducta per Magnificum Aduocatum huius causæ, videlicet, quòd si testes omnes saltem cõueniunt in hoc, quòd Bernardigius cum effectu possederit à decem annis citra; certè non videtur posse dari ratio, cur possederit, nisi vigore ipsius inuestituræ præcedentis. Bart. in l. 2. C. de acqui. posse. ergo etiam credendũ est, quòd possederit per duos, vel tres annos vltra, quam dicãt aliqui testes; id est, quod possederit semper, postquam facta fuit inuestitura; & testes id nõ audent omnes firmare, quia tunc videbat etiã fratrem Domini Christophori accedentem

22 gis stãte iusto errore, vt infrà dicetur. † Et cum debeat euitari, quantum potest, contrarietas testium fœdere distinctionis. c. cum tu. de te-

23 stra. de testi. †

ad

ad ipſa bona, vt dictum fuit. Ad cæteras ſupra dictas coniecturas, ſcilicet de confeſſione D. Chriſtophori facta in contradictione cridarũ, & ſupplicatione porrecta, reſpondebitur in ſequenti articulo de contrarietate ipſius euitanda, quia ibi melius cadit. Et ſupradicta omnia circa huiuſmodi præſumptiones, hinc, & inde adductas, melius etiam procedunt, ſi cum eis iungatur primum fundamentum ſupra deductum, quòd hic nulla eſt probata veriſimilis cauſa, propter quam contrahentes voluerint ſimulatè agere; nam hoc tollit omnem dubitationem. Et dato (circa præiudicium) quòd hic aliqua eſſet dubitatio, tenenda tamen eſſet in dubio opinio, quæ fauet inſtrumento, & quæ repellit ſimulationem iuribus vulgaribus. Et dato in omnem euentum, quod contractus iſte eſſet ſimulatus; allegari tamen non poſſet ſimulatio hæc per aduerſarios, vt ſuprà dictum fuit in ſecundo fundamento.

Reſtat ſecunda principalis difficultas huius
24 cauſæ, † an D. Chriſtophorus poſſit vti inſtrumento ſupra dicto, non obſtantibus his, quæ olim in contrarium dixit, & fecit. Et prima facie videtur res multum inclinare contra eum, nam, cùm inſtrumentum transferat ius vtile iſtorum bonorum in Bernardigium, & tamen in contradictione cridarum dixerit D. Chriſtophorus hoc ius vtile ad ſe omninò pertinere, & iurauerit, & conatus fuerit etiã id probare tam in illo iudicio cridarum quàm etiam in principio præſentis iudicij; videtur repellendus, tanquam allegans contraria, & tanquam periurus, & vt veniens contra factum propriũ, & tanquam volens reuocare propriã confeſſionem; quæ cum facta ſit in iudicio, videtur irreuocabilis. Sed diligentius re conſiderata, non eſt dubitandum, quin poſſit D. Chriſtophorus vti ipſo inſtrumento, & in eo ſe fundare. Et vt res clarior deducatur, præmittendæ
25 ſunt concluſiones tres. Prima ſit, † quòd variatio, etiam allegando contraria, admittitur inter eaſdem perſonas, quando ſumus in diuerſa inſtantia, & is, qui eo modo allegat contraria, fuit victus in prima inſtantia, ita eſt tex. in l. poſt legatũ. in ſecundo reſponſo. ff. de indign. vbi qui dixit teſtamentum inualidum, & ſuccubuit, poteſt in alia inſtantia dicere teſtamentum validum, & petere legatum in eo teſtamẽto contentum; ad idem eſt tex. in authen. item poſſeſſor. C. qui potio. in pigno. vbi negãs rem eſſe Titij, ſi ſuccubuit, poteſt deinde dicere rem eſſe Titij, ſed ſe habere ius in ea, ſcilicet in alio iudicio, vt ibi ait gloſſ. in fin. probatur etiã in l. Aurelius. §. fin. ff. de liber. lega. & in l. qui Romæ. §. Scia. vbi Bar. in princ. ff. de verb. obliga. & tradit Bar. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſta. & in l. 1. col. 2. verſi. ſecundo caſu. C. de furt. Bald. in l. 1. col. penul. verſic. ſed quid dices. C. de falſ. cau. adiec. & latè Doct. Moder. præſertim Alexand. Socin. & Iaſ. in dicto §. Scia. latè etiam Bart. in d. l. poſt legatum. & ſentit Innocen. in c. mulieri. de iureiuran. Et quod dictum eſt, hanc concluſio-
26 nem procedere, quando quis fuit victus, † ampliatur, vt idem etiam ſit, quando lapſa eſt inſtantia, non facta aliqua condemnatione, vel abſolutione, ſecundum Bar. in d. l. poſt legatũ. colum. 3. verſicu. procedo vlterius. & Felin. in c. capitulum. colum. 9. de reſcrip. quia dummodò non vicerit, ceſſat ſemper contrarietas, vt per Bartol. in d. l. 1. C. de furt. ideoque text. in d. l. poſt legatum. loquitur abnegatiuè, dum
27 ait, nec obtinuit &c. † procedit etiam iſta concluſiò, quando quis non fuit expreſsè victus, neque adhuc inſtantia eſt lapſa, ſed ſponte ſua deſtitit à primo remedio intentato. l. alia. C. de indign. & hoc caſu, quãdo quis expreſsè deſiſtit ſponte ſua, conceditur tranſitus ad aliud remedium contrarium, etiam in eadem inſtãtia, vt tradit Bartol. in d. l. poſt legatum. col. 2. verſic. ſed quæro, ſi dixi nullum, vbi dat conſilium, quòd ante cauſæ expeditionem quis deſiſtat, & clarius id etiam tradit. in d. verſic. procedo vlterius, vbi expreſsè ait, quòd ſi deſiſtit,
28 poterit in eodemmet iudicio audiri. † Et hæc procedunt, dato, quòd nullus interuenerit error, vt patet in dictis iuribus, & id clarè ſentit gloſſ. quinimò ipſe text. in dicta authen. item poſſeſſor. dum vult quod propter mendaciũ, ille reſtituat prius poſſeſſionem, deinde intendet, ſi velit, aliud remedium contrariũ, & Bar. in d. l. 1. C. de furt. expreſsè loquitur etiã quando quis ſcienter agit, & rationem inferius ſubiiciam. Et hæc concluſio ita declarata cõpro-
29 batur ex eo, quod alibi dicunt Docto. † quòd confeſſio mea facta in iudicio mihi non præiudicat, ſi aduerſarius eam non acceptauit, ſed conatus eſt ſemper eam impugnare. Bald. in l. cum precum. colum. 1. C. de libera. cau. & in l. ſi quis teſtibus. col. 1. C. de teſti. vbi ait, quòd eiuſmodi confeſſio mea cenſetur eneruata per impugnationem aduerſarij; ideoque ſi ipſe probauit, potero & ego reprobare eam, quaſi ipſe mihi viam aperuerit. argu. l. ſi poſt mortẽ. §. fin. ff. de contra tab. vt per eum.

30 Secunda concluſio ſit, † quòd propter Inſtrumentum, vel quicquid aliud de nouo repertum, licet mutare propoſitum, etiam impugnando proprium factum. c. nulli. de elec. in 6. etiam ſi ſit concluſum in cauſa, vt tradit Bar. in l. admonendi. colum. 1. verſic. & ex hac notabili lectura. ff. de iureiurã. nam, licet propter inſtrumenta de nouo reperta, ſoleant ſolùm

lùm retractari sententię latæ super iuramento necessario, vt patet in d.l.admonendi.non autem cæteræ sententiæ. l. Imperatores. ff. de re
31 iudica. † nihilominus in alijs causis etiam rescinduntur quæ fuerunt facta, dummodò producantur talia instrumenta ante latam sententiam, licet sit concluſum in causa, vt per Bart. vbi supra, & ibi Bald.col.2. & cæteri Doct. magis communiter. Et licet Pau.de Castr. ibi nu.
25.velit restringere dicta Bar. communiter tamen reprehenditur, vt ibi tradit Alexan.col.6. nu.21. & latius confirmat Iaſ. in prima lectu.
32 nume.49. † quia ex magna causa potest quandocunq; Iudex admittere nouas probationes, licet iam sit concluſum in causa. Specul.in tit. de renuncia.& conclu.in princ. versic. & scias quòd post concluſionem. Instrumenta autem esse de nouo reperta, est magna causa, vt ait tex. in l. videamus. §. fina. ff.de in litem iuran. ergo &c.& hoc sequitur etiam Bald. in l. 1. colum.3. C.de condic.inde.Felin.in c.pastoralis. col.3.num. 9.& nu.17.de excep.& in c. intimauit.col.2.de testi.& in c.cum dilectus. col.2. &
33 3.de fide instr.Soci.fallen.184. † Et potest fieri talis productio, etiam absque restitutione in integrum, vt tradit Pau.de Cast.in l. oratione. col.2.ff.de ferijs.latè Iaſ. in d. l. admonendi.in prima lectu.nu.49. & latius in secunda lectu. num.58.tunc enim solùm requiritur restitutio in integrum, quando producuntur talia instrumenta post latam sententiã, quia tunc potest rescindi quælibet sententia ex generali restitutione, si qua mihi iusta causa &c. vt communiter tradunt Docto.in d. l. admonendi. præfertim Iaſ. col. 3. & Felin.in d.c. intimauit. col.1.
34 † Dicuntur autem instrumenta de nouo reperta quatuor modis, videlicet, siue quis penitus ignorabat ea, quia scilicet nunquam de eis habuit notitiam, vel si olim habuit notitiam, sed nunc ampliusmemoriã eorũ non tenebat: siue eorũ memoriam teneret, sed ignorabat, vbi essent; vel si sciebat, vbi essent, sed illa consequi non poterat, vt declarat Excellens Iurisconſ. Moder.Purpura.in d.l.admonendi. nume. 26. post Paul.de Castr.ibi col.2.& hoc prius tradit Abb.in c.pastoralis.col.1.in fin. & ibi Feli. nu.
20.de excep.per text.in c. vt circa.de elec. in 6.
35 † Item instrumẽta esse de nouo reperta, probatur per iuramentũ ipsius producentis. d. c. vt circa.d.c.nulli.de elec.in 6.& d.c.pastoralis.de excep.tradunt Bar. & cæteri in d. l. admonen-
36 di.quemadmodũ generaliter videmus,† quòd ignorantia probatur per iuramentum.gloſſ.& Barto.in l.si cui. §. ijsdem.ff.de accusa. latè Cano.in c. 2.de constitu.quinimò videtur,quòd. si sit multũ verisimile, talia instrumenta fuisse de nouo reperta; tunc non requiratur iuramentum, per tex.in c.fi.qui matri. accu.pos. qui tex.ponit exemplum,quando quis diu fuit absens,& eo casu non requirit iuramentum,& iuramentum,de quo dictum est, potest quandocunque præstari, etiam in calculo ferendæ sententiæ, quia non censetur noua probatio, sed est declaratio retro actitatorum. Bald. in l. in bonæfidei. col. pen. versicu. sed hic dubitatur. C.de reb.credi.vbi loquitur in fortioribus terminis,scilicet de iuramento litis decisiuo, quod est pars probationis principalis; multò magis igitur id debet admitti in iuramẽto isto quod venit accessoriè ad qualitatem incidentem ipsius probationis.

Tertia cõclusio erit velut accessoria ad præcedentem,& ab ea differens, tanquam genus à
37 sua specie, † quòd ea, quæ quis fecit per errorẽ facti possunt reuocari, siue facta fuerint extra iudicium. l. si post diuisionem. C.de iur. & fac. ign. siue sint acta iudicialia, tã decisoria, quàm præparatoria.l.error.vbi Docto.cod.tit.l.non fatetur.vbi Bar.ff.de confes.c.fin.de confes. & talis reuocatio videtur posse fieri vsque ad sententiam.d.l.error.quod tamen Docto. restringunt, vt solùm fieri possit vsque ad concluſionem in causa, Bal.ibi in 2.& 4. quæst.& Iaſ. col. 2.in fi.negari tamen nõ potest, quin subsistente iustissima aliqua causa, admitti debeat talis reuocatio post concluſionem in causa, per ea, quæ diximus supra de productione instrumenti nouiter reperti. nam & is,qui tale iustrumẽtum producit,intendit in effectu errorem suũ reuocare. quomodo autem probetur talis error,& quis dicatur iustus error, & probabilis, dicetur inferius.

His ita præmissis, puto, quod intentio D. Christophori fundata sit ex qualibet trium supradictarum concluſionum.nam primò constat,quod potest D. Christophorus dicere contrarium eorum omnium,quæ in contradictione cridarum asseruit,extinctum est enim nunc illud iudicium,& in eo D. Christophorus non obtinuit. Potest etiam dicere contrariũ eorum omnium,quę dixit, & fecit initio iudicij, quo Domina Catherina cœpit petere dationem in solutũ pro dotibus suis,scilicet de anno. 1532. & 1533. dum produxit capitula, & conatus est probare, quòd bona ista, etiam ratione vtilis dominij, ad se pertinerent. nam in effectu ipse id non probauit, & siue probauerit, siue non; satis est, quòd non obtinuit, ergo nunc potest mutare propositum, & tentare contrarium, quia sumus in diuerso iudicio, saltem respectu hæredum Bernardigij,qui postea superuenêre:
38 † quælibet enim persona de nouo superueniẽs facit nouum iudicium, licet prior processus adhuc duret,& persecueret, vt per Deci. cõ-

fil. 62. In causa quæ agitur. col. pen. & fin. quinimò etiam in iudicio cœpto cum ipsa Domina Catherina, potest D. Christophorus tentare remedium contrarium, dato, quòd adhuc duret primum iudicium, nam desistendo, & renunciando his, quæ prius dixit, potest id facere, & censetur desistere, & renuntiare, eo ipso, quòd producit instrumentum de nouo repertum; & ita optimè hic cadunt ea omnia, quæ dicta fuerunt in prima conclusione, quamuis etiam adhuc res clarior reddatur, quia intentio Domini Christophori dirigitur principaliter contra hæredes Bernardigij, & quo ad eos clarum est, quòd sumus in diuerso iudicio; ergo &c. & hæc procedunt, dato, quod D. Christophorus non fuisset in aliquo errore. nam quoquomodo constet de veritate contrarij, debet semper admitti, vt dixi in ipsa prima conclusione: & ratio est, quia quòd bona ista ratione vtilis dominij pertineant ad Bernardigium, seu eius hæredes, sub allegato fictu, non dependet nunc à voluntate D. Christophori, neque ab eius negatione vel affirmatione, sed dependet à contractu, & instrumento olim facto; ideoque reperto tali contractu per instrumentũ, vel per quamcunque aliã probationẽ, censetur reperta veritas, † veritati autem omnia cedunt. c. veritate. 8. distin. & veritati semper debet esse locus, vt ait text. in l. pen. §. mulier. ff. de proba. & ibi ponitur casus satis ad propositum, scilicet quòd falsa confessio circa filiationem etiam scienter facta, nõ præiudicat veritati, & ideo Bart. in d. l. post legatum. colum. 1. item & col. 2. in fin. ff. de indign. concludit, † quòd instrumentum per me productũ possum postea impugnare: & è conuerso instrumentum per me impugnatum, possum postea allegare ad intentionẽ meã, quando causa impugnationis, vel causa validitatis nõ dependet à potestate mea; tradit etiam Deci. cons. 317. in fin. si enim talis causa dependeret à voluntate mea, tunc variatio non admitteretur, nisi probato errore, vt per Barto. vbi suprà; & est id, quod aliis verbis tradit ipse Bar. in l. 1. col. 2. C. de furt. Infertur ergo, quòd, etiam si non adesset hic instrumentum de nouo repertũ; posset tamen D. Christophorus recedere ab his, quæ olim fecit, & dixit, dum modò per aliquẽ modum probaret, veritatem se habere, vt nunc asserit. Et ideo si instrumentum ipsum nõ sufficit, potest D. Christophorus coadiuuare intentionem suã ex ipsismet probationibus partis aduersæ olim factis. vt per Bar. in d. l. post legatum. col. fin. versic. quæro, ego negaui. Nec † prædictis obiici potest, † quod fortè in huiusmodi variatione habẽda sit ratio expensarum. respondetur enim, quòd præterquam quòd Doctores non dicunt tales expensas deberi, videtur ratio manifesta, quòd non debeãtur, saltem in casu nostro, in quo is, qui variat, est reus conuentus. nam si talis variatio fit in diuersa instantia, tunc res videtur clara, quòd quærendum non est de expensis factis in alia diuersa instantia, quæ tendebat ad alium finem; & tantò magis, si is, qui petit expensas, est actor, vt est in casu nostro. Si verò simus in eadem instantia, tunc res videtur habere aliquam dubitationem, quia sicut actori non licet variare, nisi refectis expensis. l. edita. C. de eden. ita etiam dicendum videtur in reo. Sed quicquid sit de hoc, cessat dubitatio in casu nostro, quia respectu ipsorum hæredum Bernardigij, contra quos principaliter tendit instrumentum; sumus in diuersa instantia: & dato, quòd siue respectu eorum, siue respectu D. Catherinæ, essemus in eadem instantia, cessat etiam hic dubitatio expensarum, propter iustum errorem Domini Christopho- 42 ri, de quo infrà dicemus, † quia quælibet iusta causa excusat ab expensis. Deci. in l. quod re. in vltimo nota. ff. si cer. peta. & habetur in locis vulga. & si iusta causa litigandi excusat cõdemnatos per sententiam, multò magis debet excusare eos, qui non sunt condemnati, ne scilicet plus operetur dilatio temporis, quàm victoria, vt tradunt Docto. Moder. in d. l. edita. præsertim Purpura. col. pen. quinimò deberet potius pars aduersa reficere expensas hactenus factas ipsi Domino Christophoro. quia dedit causam talium expensarum, dum scilicet tacuit tenorem instrumẽti, & hactenus ipsum celauit, præsumitur enim in dolo. l. sub præ- textu. la. 1. C. de transact. Constat igitur ex his omnibus Dominum Christophorum habere intentionem fundatã ex prima conclusione supra dicta.

Habet etiam D. Christophorus intentionem fundatam ex secunda conclusione supra- dicta. nam licet instrumentum, de quo hic agimus, contineat proprium negotium ipsius D. Christophori, & ita dici non possit absolutè nouum primo modo ex quatuor supra dictis; potest tamen dici nouum alijs tribus modis, videlicet, quia ipse amplius memoriam non habebat, quid præcisè contineretur in eo, neque recordabatur de nomine Notarij; & per conse- quens nõ poterat habere ipsum instrumentũ. Neq; obstat, quòd in facto proprio tam notabili nõ detur præsumptione iuris oblitio. nam id procederet, si D. Christophor[9] stetisset præsens, & curã habuisset patrimonij sui: sed constat ex testibus hinc, & inde productis, ipsum semper fuisse absentem, non solùm post tempus confecti instrumenti vsq; ad tẽpus proclamationum,

mationum, quòd in effectu fuit spatiũ annorũ vndecim; sed etiam stetisse absentem per longum tempus ante confectum instrumentum, & nunquam habuisse curam proprij patrimonij, vt etiam, si opus erit, poterunt quandocunque ante sententiã dari informationes Magnifico D. Commissario huius causæ, ideoq; mirandum non est, si memoria non retinuit præcisum tenorem ipsius instrumenti; præsertim etiam cum frater suus, qui curã habebat ipsorũ bonorum, habitaret cum Bernardigio, in quẽ translata erant bona, & curam adhuc haberet dictus frater ipsorum bonorum nomine Bernardigij; adeò, quòd etiam si contigerit D. Christophoro aliquando venire Mediolanũ, non potuit videre aliquem notabilem actum, ex quo appareret de huiusmodi translatione bonorũ in Bernardigium, & per quem actum renouaretur ei memoria instrumenti. quæ omnia si non reddunt rem claram pro D. Christophoro, reddunt saltem verisimiliter dubiã.
43 ergo negari non potest, † quin deferendum sit ei iuramentum, vt supra dictum fuit in ipsa secunda conclusione: quinimò text. in c. fin. qui matrimo. accu. pos. vult etiam deferendum esse iuramentum, dato, quòd præsumptio sit contra iurantem. quia tamen in hoc videtur contrarium velle tex. in c. nulli. de elec. in 6. debet res intelligi de præsumptione non omnino concludenti, vt declarat Abb. in d. c. fin. col. pen. & clarius in c. 2. col. fin. de constitu. & in casu nostro ex supradictis satis apparet, quòd præsumptio, seu verisimilitudo est pro eo, & non contra eum. Sed, vt penitus cesset dubitatio; & dato, quòd D. Christophorus præcisè memoria teneret totum tenorem instrumenti; dicit tamen, quòd non recordabatur de Notario, & in hoc omnes coniecturæ sunt pro eo, quia, vt dictum est, ipse semper stetit absens, neque vnquam habuit curam patrimonij. ergo negari non potest ei iuramentum super hoc passu: & quòd ipse non haberet memoriã vel instrumenti, vel saltem Notarij, extant duę vrgentissimę præsumptiones: quarum prima est, quia si habuisset, seu habere potuisset tale instrumentum; fuisset ei vtilius producere illud, & dicere, bona esse translata in Bernardigium, & petere annuum fictum solidorum. 28. pro singula pertica, tam pro tempore præterito, quàm pro tempore tunc præsenti; vtilius (inquam) quàm dicere, bona ad se pertinere, quia eo tempore, id est. 1530. notissimum est, quòd redditus, & æstimationes bonorum multum declinauerant in toto statu Mediolani. Secunda præsumptio est, quia ex dicto instrumento facilius probasset intentionem suam, quã per testes: quinimò per testes nihil in effectu probauit; nec mirum, nam conabatur probare id, quod non erat, & ipse in effectu ignorabat, quid ageret. Et duæ istæ præsumptiones, iudi-
44 cio meo, adeò vrgent, † quòd per se videntur sufficere absque iuramento, per tex. in d. c. fin. qui matrimo. accu. pos. & per gloss. in c. præsumitur ignorantia. de reg. iu. in 6. quæ ponit verisimilitudinem, vt speciem probandi ignorãtiam absque iuramento. Adest etiã fides, quã de huiusmodi ignorantia D. Christophori faciunt Illu. Senator. D. Franciscus Lampugnanus, & Magnificus D. Ambrosius Curio, Aduocatus huius causæ, & licet eam faciant extra
45 iudicialiter, id tamen non refert. † nam maxima legalitas, & dignitas personarum supplet. vt in simili proposito multa tradit Ias. in l. iubemus. col. pen. & fin. C. de iudi. multa Marsil.
46 in sua practi. crimi. in 2. char. † faciunt quæ de testimonio Doctoris dicit Alexand. consil. 27. In causa & lite. in fin. volum. 2. Quod autem subijcitur per partem aduersam, quòd D. Christophorus est varius in huiusmodi assertione ignorati instrumenti, quia in supplicatione quadã dixit, quòd erat immemor contractus, in alia verò dixit, quòd diu perquisiuit talem contractum, seu instrumentum, sed nõ potuit reperire nec instrumentum, nec nomen Notarij; certè hoc parum obstat, quia sanè intelligendo verba, & non calumniando, nulla hic est varietas, nec contradictio. erat enim immemor contractus, vel instrumenti; id est, tenoris in eo contenti, non autem immemor absolutè, ideoque nimirum si dicit se diu quæsiuisse.

Ex tertia etiam conclusione supradicta habet D. Christophorus fundatã intentionem, videlicet, quòd ea omnia quæ ante repertum instrumentum dixit, & fecit; possunt reuocari, quia facta fuerunt per errorem: & differt hoc fundamentum à præcedenti in sui ratione. †sicut etiã differt ignorantia ab errore. nam propriè loquendo secundum rectã intentionem
47 Doctorum, ignorantia est velut causa, & error est effectus ex ea procedens: id est, cũ dicimus ignorantiam, præsupponimus nihil fuisse factum, sed potius fuisse omissum id, quod erat faciendum. cùm verò dicimus errorem, præsupponimus fuisse aliquid factum, licet malè
48 factum; ideoque volunt Docto. † quòd ignorantia probetur per iuramentum, vt supra dictum fuit, non autem error, vt tradit Abb. in cap. fin. de confes. sed probari debet error etiã in facto proprio per circunstantias, vt ibi per eum. colum. fina. post Barto. in l. non fatetur. colum. 4. ff. de confes. vnde in casu nostro satis probatur error D. Christophori, eo ipso, quòd probantur circunstantiæ, quæ explicatæ fuerũt

in fundamento præcedenti. & in effectu poſt admiſſum inſtrumentum, tanquam nouiter repertum, vt verè admitti debet, mediante iuramento D. Chriſtophori, vel etiam ſine iuramento, vt dictum fuit; cenſetur probatus er-
49 ror, † quia conſtat euidenter, rem aliter ſe habere. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. igno. qui tex. licet loquatur in errore extra iudiciali; procedit tamen etiã in iudiciali, maximè ſtantibus alijs coniecturis, vt per Bart. & Abb. vbi ſupra, & ita hoc fundamentum gradatim dependet à fundamento præcedenti; & ratione inter ſe differunt, ſed quantum attinet ad caſum noſtrum, effectu conueniunt; & poſitum fuit hoc tertium fundamentum ad remouenda quædam, quæ per aduerſarios adducuntur, vt ſtatim dicetur.

Addi etiam poteſt quartum fundamentũ. nam Bernardigius, & D. Catherina eius neptis, & tanquam filia, ambo fuerunt in dolo tempore cridarum: & ſucceſſiuè, dum ſcilicet celauerũt, quòd bona iſta ratione vtilis dominij pertinerent ad ipſum Bernardigium ſub annuo ſictu verſus D. Chriſtophorum. fuerunt etiam in dolo, dum facto ipſo aſſeruerunt talia bona pertinere ad ipſam Do. Catherinam; adeò, vt ipſi liceret ponere ea bona ad cridas. Ideo quicquid dixit, & fecit D. Chriſtophorus, fecit vt coactus, ſtante eiuſmodi falſa aſſertione ipſo-
50 rum. vnde ſuccedit communis concluſio, † q̃ quicquid factum eſt ad falſam aſſertionem aduerſarij, poteſt reuocari, detecta falſitate. Bar. in l. quæſitum. per illum textum. ff. quan. ac. de pecul. gloſſ. fin. & ibi Bar. col. 2. in d. l. error. C. de iur. & fac. igno. & Bart. in dict. l. non fatetur. colum. 4. Felin. in c. intimauit. colum. r. de teſti. facit tex. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & hoc habet rationem euidentem, ſci-
51 licet, † ne quis ex ſuo dolo, & improbitate cõmodum reportet in præiudicium tertij. c. & ſi neceſſe. de donatio. inter virum & vxo. l. itaq; fullo. ff. de furt.

Et ex his ſatis conſtat, ſublata eſſe, quæ adducuntur in contrarium. Et ſolùm reſtat id, quod dicitur de periurio. ſed iam reſponſum fuit per D. Aduocatum huius cauſæ, quòd D. Chriſtophorus non iurauit præcisè, quod ea, quæ aſſerebat, eſſent præcisè vera; ſed duntaxat iurauit, ſe nõ per malitiam, nec per dolum procedere. Et vlterius dici poteſt, quod, etiã ſi abſolutè iuraſſet, ea, quæ tunc dicebat, eſſe vera; nõ tamen cecidit in periuriũ, ſtante eius probabili erro-
52 re, de quo ſupra dictum eſt. † nam quilibet error, quælibet iuſta cauſa excuſat à dolo, & per conſequens à periurio, vt paſſim tradunt Docto. & tantò magis à periurio excuſatur, quia non ex mera voluntate ſua, ſed ex neceſſitate iuris, ſcilicet municipalis, iurauit; ſunt verba tex. in l. fi. ff. de in litem iuran. & dato quod D. Chriſtophorus veriſimiliter præſumeretur habere memoriam, ſe olim vnà cum fratre ſuo fecciſſe contractum ſuper his bonis; non tamen præcisè tenebat tenorem ipſius contractus, vt ſuprà dictum eſt; ideò vel errabat, vel dubita-
53 bat; † & dubitans æquiparatur erranti. Ias. in d. l. error. in princ. Prætereà dato, quod teneret memoriam ipſius contractus; non tamẽ apud ſe habebat inſtrumentum, neque habere poterat, vt ſupra concludenter deductum fuit; & per cõſequens ipſum contractum probare nõ
54 poterat. † nemo autem debet allegare, quod probare non poteſt. c. vt circa. de elec. in 6. & tunc bene procedit, quod dictum fuit in prima ſolutione, ſcilicet quòd ſaltem verum eſt, eum verè iuraſſe, quòd nõ per malitiã, nec per dolũ
55 &c. Item dici poteſt, † q̃ ſtante dolo ipſius Bernardigij, & Dominæ Catherinæ, nõ poteſt per eos allegari periurium D. Chriſtophori, ſunt enim repellendi replicatione doli, vt tradunt Innoc. & Bal. in d. c. intimauit. de teſti. quorũ dicta ait eſſe aurea Felin. ibi. colum. 1.

Iacob. Mandell. Albenſis, Mediolani. 1542. Menſe Maio. pro D. Chriſtophoro de Mirabilijs de Affori Mediolanenſi.

ARGVMENTVM.

Quòd ſtandum ſit originali, ſi inſtrumentũ extractum aliter ſe habet. Et an in venditione poſſint addi confines ex interuallo, etiam ſi reperiantur mutati. & quid ſi erratum eſt in confinibus. & an ſufficiat, quòd conſtet de re ipſa, abſq; confinibus, qui fuerunt omiſsi tempore venditionis, & an ſint poſtea addi in inſtrumento. Et generaliter an Notarius poſsit addere, vel corrigere &c.

SVMMARIVM.

1 SI *Inſtrumentum extractum habet aliquã dictionem, quæ non reperitur in originali, delenda eſt talis dictio, ſtandumq; eſt originali, ſeu protocollo.*

2 *Omiſsio, an dicatur error.*

3 *In venditione etiam facta ſine inſtrumento poſſunt addi confines ex interuallo, & ſi fuerunt appoſiti, ſed nunc reperiuntur mutati, poſſunt addi præſentes, quando conſtat de re.*

4 *Omiſsio confinium non vitiat venditionem, neque etiam error ipſorum confiniũ vitiat, dummodo probetur certitudo corporis.*

5 *Demonſtrationes duæ ſufficiunt, & aliquando etiam vnica.*

6 *Si quis dicat, vendo fundum, in quo eſt oliuetum, perinde eſt, ac ſi nominarentur confines. & idẽ in legato.*

7 De

7 Demonstratio rei venditæ potest probari etiam ex post facto.
8 Generalis sermo habetur pro specificato, quando in vna re tantùm potest verificari.
9 Testator si legat fundum pratiuum, quem habet iuxta Titium, valet legatū, quamuis reperiatur, quòd fundus sit vineatus, si tamen cōstat, quòd nullum alium fundum habebat testator iuxta Titium.
10 Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus valet.
11 Testator si legat equum suum album, valet legatum, quamuis nō haberet nisi vnum nigrum, & debetur ille equus niger.
12 Venditio fundi, cuius demonstratio fuit omissa, valet, si probatur postea, de quo fundo senserint contrahentes.
13 Promissio cuiuscunque rei in genere facta valet, dummodò ex probabilibus coniecturis constet postea, de qua re senserint contrahentes.
14 Confines, qui ab initio non fuerunt appositi, an possint postea addi in instrumento.
15 Notarius potest addere in instrumento id, quod fuit omissum, dūmodò probetur, ita fuisse cogitatum tempore contractus.
16 In Notarijs maximè attenditur, quod fieri solet.
17 Notarius potest ex interuallo addere tempus, vel locum omissum, & quando, & an requiratur consensus vtriusque partis.
18 Notarij non possunt de facili addere instrumento ex capite suo, sed debet interuenire autoritas Iudicis, &c.
19 Probato errore, etiam in pertinētibus ad partes, Notarius potest illum corrigere ex interuallo, & maximè quando fuit error in omittendo.
20 Prohibita additione, vel detractione, non censetur prohibita declaratio.
21 Confines, seu coherētiæ possunt addi per Notariū.
22 Ex duabus demōstrationibus, sufficit, quòd vna sit vera.
23 Pars aduersa potest compelli ad faciendum nouum instrumentum, cum suis omnibus demonstrationibus, ad firmiorem rei memoriam in futurum.
24 Aliqua admittuntur ad coadiuuandū aliquid, quæ aliàs non admitterentur.
25 Moniales possunt de iure communi dicere testimonium pro causa pertinēte ad monasterium.
26 Statutum simpliciter faciens mētionem de vniuersitate, non cōprehendit vniuersitatem Ecclesiasticam.
27 Testes, qui deponūt, credere suo, & recordari suo, probant.
28 Testes quot requirantur ad probandum errorem contractus, vel ad declarandum.
29 Interpretatio fieri debet, vt actus valeat, maximè factus bona fide, & qui si non valeret, remaneret alter ex contrahentibus deceptus.
30 Contractus, qui fuit obseruatus iam pluribus annis, non facilè debet rescindi.

Consilium X.

VT semel imponatur finis huic liti, fundāda est prius intentio istarum Dominarum monialium; deinde clarè apparebit, non obstare motiua eleuata.

1 Et in primis † in originali, seu in protocollo nō adest illa dictio, vineæ. vt in facto mihi præsupponitur; non est dubium, quin standum sit originali, & quòd delenda est dictio, vineæ. posita in instrumento extracto, Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden. Alex. cons. 103. Reuerende. colum. 1. in 2. vol. Bar. in l. si librarius. colum. 2. vers. sed qualiter constare. ff. de reg. iu. & tantò magis, cum Notarius rogatus de instrumento sit mortuus, & instrumentum fuerit extractum per alium Notarium, vt per Bal. in Rubr. C. de fide instr. colum. 7. vers. quartò quæritur. vnde cum error sit notorius, debet corrigi per ipsummet Notarium. Bar. in d. l. si librarius. colum. 1. Bal. in l. Imperator. la. 1. ff. de statu homi.

Et stante hoc, difficultas, quæ restat in casu nostro, non versatur propriè circa correctionem alicuius erroris, sed potius consistit in additione eius, quod fuit omissum. nam in instrumento dicitur nominatiuè de perticis centum ex petia vna terræ buschi sita in territorio loci de Belluscho pleb. Vicomercati Duc. Mediol. cui toti petiæ terræ cohæret, &c. quæ verba de se sunt clara, & nullū continent errorem, & solum deficiunt cohærentiæ; de quibus tunc fuit quidem cogitatum, quòd apponerentur, quia
2 relictum fuit spatium chartæ. † Et licet omissio, dicatur error, vt per Bald. in dict. l. Imperator. la. 1. colum. 2. in fin. id tamen est impropriè, vel verius est error leuior, quàm si fuisset oppositum vnum pro alio, vt ibi ait Bald. colum. penult.

Et vt clarior res procedat, distinguenda est
3 in tria capita. Primò videndum est, † an generaliter in venditione etiam facta sine instrumento, possint addi confines ex interuallo; & de hoc est text. in l. Titius hæres. ff. de ac. emp. qui vult quòd dummodò constet de re vendita, possunt confines addi, & cogitur venditor illos demonstrare. hinc etiam videmus, quòd si ab initio vendita fuerit res, demonstratis confinibus, qui postea ex longo tempore fuerint penitus mutati; si tamen constat de re, possunt de nouo addi confines præsentes. Bartol. in l. demonstratio. in fin. ff. de condi. &

demon. Deci. conſ. 109. colum. 2. & latius per Feli. in cap. 2. colum. 5. verſ. quarta concluſio, de libel. obla.

Secundò videndũ eſt, an in caſu noſtro conſtet de re vendita, ſeu data in ſolutum: & de iu-
4 re certum eſt, † quòd omiſſio confinium non vitiat venditionem. d. l. Titius hæres. neq; etiam error ipſorum confinium vitiat, gloſſ. in l. forma. in verbo, Vicinos. ff. de cenſ. Alexand. in l. ſiquis in fundi. colum. 1. ff. de lega. 1. Felin. in cap. ſignificante. colum. 3. de reſcrip. & Bar. in d. l. demonſtratio. colum. pen. vbi concludit, quòd ſiue erratum ſit in confinibus, & alijs demonſtrationibus, ſiue iſta fuerint omiſſa: valet tamen diſpoſitio, dummodò probetur certitudo corporis, & patet in l. patronus. §. Sempronio. & §. libertis. ff. de lega. 3. & ait tex. in l. cum ſeruo. §. fina. ff. de contrahen. empt. quòd demonſtratione fundi facta, ſuperuacuũ eſt confines nominare. & eſt nota. & commu-
5 nis concluſio, † quòd duæ demonſtrationes ſufficiunt. Alexand. conſ. 92. Viſo. colum. fin. in 5. volum. Areti. conſ. 102. In cauſa. colum. 3. Deci. conſil. 13. colum. fin. & ex eis eſt fundata intentio, niſi probetur contrariũ. Pau. de Caſt. in d. l. demonſtratio. colum. 2. quinimò ſufficeret vnica demonſtratio, quæ redderet rem certam. Bartol. in d. l. demonſtratio. colum. 5.
6 † vnde ait gloſ. in d. l. ſi quis in fundi. in verbo, nominauerit, quòd dicendo fundum, in quo eſt oliuetum, perinde eſt, ac ſi nominarentur confines; & eam communiter ſequuntur Docto. ibi, & latius tradit Alexand. conſ. 8. Videtur. in 4. vol. hinc etiam eſt, quòd ſi quis dicat, lego vxori illum fundum, qui ad me propter illam peruenit, valet legatũ perinde, ac ſi nominaſſet confines, dummodò poſtea probetur, quòd ſit ille fundus. l. 1. in fi. ff. de dot. præ-
7 lega. † & demonſtratio rei venditæ poteſt probari etiam ex poſt facto. l. in venditionibus. §. planè. ff. de contra. emp. l. qui ex pluribus. vbi Doct. maximè Iaſ. ff. de verb. obli. vnde in caſu noſtro, ex ſupradictis verbis inſtrumenti, iuncta nunc depoſitione duorum teſtium, dicentium concludenter, quòd venditor nunquam habuit alium fundum iſtius menſuræ in dicto territorio, niſi fundum in inſtrumento nominatum, & nunc deſignatum per cohærentias, de quibus in proceſſu res videtur pluſquã clara, quòd valuit venditio, ſeu datio in ſolutum perinde, ac ſi fundus ipſe fuiſſet in inſtrumento deſignatus cum omnibus demonſtrationi-
8 bus, & confinibus, † quia generalis ſermo habetur pro ſpecificato, quando in vna re tãtum poteſt verificari. l. 2. ff. de libe. & poſthu. & hoc in fortioribus terminis tradit Iaſ. in d. l. ſi quis in fundi. colum. 5. nume. 40. 41. & 42. vbi con-
9 cludit, † quòd ſi teſtator legat fundum pratiuum, quem habet iuxta Titium, qui fundus tamen re vera ſit vineatus; valet legatum, ſi probetur, quòd teſtator non habebat alium fundum iuxta Titium, niſi fundum nominatum in legato; & concluſio Iaſonis videtur aperte probari in l. pen. §. paterfam. ff. de lega. 3. multò magis igitur id procedit in caſu noſtro, cùm hic non fuerit expreſſa aliqua erronea demonſtratio, ſed duntaxat fuerit omiſſa perfecta de-
10 ſignatio fundi. † Et valet argumentum de vltimis voluntatibus ad cõtractus. l. pactum inter hęredem. ff. de pac. vt in hac materia arguit Bart. in d. l. ſi quis in fundi, & Alexand. in l. ita ſtipulatus. la grande, num. 31. ff. de verb. oblig. facit etiam deciſio Pau. de Caſt. & Alexand. in
11 d. l. ſi quis in fundi. in fi. vbi cõcludunt, † quòd, ſi teſtator legat equum ſuum album, & tantũ habeat vnicũ, qui ſit niger; debetur ille equus. facit etiam text. in l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtru. Et omiſſa argumentatione de vltimis voluntatibus ad contractus, caſus noſter ſatis deciditur per Bartol. in d. l. ita ſtipulatus, col. 4. verſic. vt igitur iſta materia liqueat: vbi
12 concludit, † quòd valet promiſſio fundi, cuius demonſtratio fuit omiſſa, ſi probetur, de quo fundo ſenſerint contrahentes tempore ipſius contractus; & idem Bart. in l. quicquid aſtringendæ. colum. fin. eod. tit. de verbor. oblig. & clarius, quàm Bart. concludunt Docto. in d. l. ita ſtipulatus. maximè Alexand. colum. 8. & 9. num. 30. & 31. ſuper gloſſ. in verbo, nomine. & Iaſ. colum. 7. & 8. nu. 15. quòd ſiue quis habeat vnum fundum, ſiue habeat plures, valet venditio fundi ſimpliciter nominati, dummodo poſtea poſſit probari, de quo fundo ſenſerint
13 contrahentes. † Et valet promiſſio cuiuſcunque rei in genere facta, dummodò ex probabilibus coniecturis conſtet poſtea, de qua re ſenſerint contrahentes. l. triticum. ff. de verb. oblig. quem tex. ita ibi ſummant Bartol. & cæteri Doct. Et tota diſputatio Doctorum in l. ſi domus. ff. de lega. 1. & in d. l. ita ſtipulatus, conſiſtit in hoc, quòd promiſſio fundi ſimpliciter videtur eluſoria, quia poſſet dari fundus vnius palmitis; ideoque ſi aliquo modo probari poſſit, contrahentes ſenſiſſe de aliquo fundo, qui non faciat promiſſionem eluſoriam, concludunt valere promiſſionem: quæ omnia ſunt communiter approbata; & ex eis infertur ad caſum noſtrum, quòd, etiam ceſſante depoſitione iſtorum teſtium, videtur valuiſſe datio in ſolutum facta, & videtur conſtare præcisè, & ſpecificè de fundo, licet omiſſi fuerint confines: nam nominata fuit petia terræ buſchi, quæ erat perticarum cẽtum, & quæ erat in territorio loci de Belluſcho, & quæ erat ipſius domini

rhini Ludouici venditoris: quæ verba satis videntur continere duas demonstrationes, quæ sufficiunt, nisi probetur contrarium, scilicet quòd tales demonstrationes conueniant etiam alij petiæ buschi ipsius D. Ludouici, vt per Pau.de Cast.in d.l.demonstratio.col.2. & pluralitas rerum non præsumitur, nisi probetur, iuribus vulgaribus. Stante autem depositione etiam ipsorum testium, res videtur sine dubio per supradicta. Si itaq; ex verbis ipsius instrumenti, iuncta depositione testium, vēditio est valida, & constat præcisè, de qua re fuit facta; non esset necessarium vlterius quærere, quòd confines addantur in ipso instrumento. Sed vt nihil omittatur, possunt etiam aliqua subijci de hoc passu.

14 Tertio igitur loco est videndum, † an in casu nostro possint addi confines in ipso instrumento, qui ab initio non fuerunt appositi, &
15 puto, quòd possint addi, † quia regulariter videmus, Notarium posse addere in instrumento id, quod fuit omissum, dūmodò probetur, quòd tempore ipsius contractus ita fuit cogitatum, vt tradit Bar. in l. fi.col.pen.ff.de tabu. exhiben. Feli. in c. ex literis.col.pen.vers.& in hac materia, de fide instru.& in casu nostro cōstat, quòd fuit cogitatum de confinibus apponēdis, quia relictum fuit spatium in imbreuiatura; & quotidie videmus Notarios relinquere spatium pro apponendis confinibus, vel cognominibus personarum, & similibus demonstrationibus, & postea eas apponunt ex interuallo, quia in effectu nihil de nouo censentur
16 addere. † Et in Notarijs maximè attenditur id, quod fieri solet, Bar.in d.l.si librarius. col. fin. Et cōcludit Cardi.Zabarel.in prooe. Clemen.
17 in verbo, Data. † quòd Notarius potest ex interuallo addere tempus, vel locum, vel quid aliud omissum, dummodo omissio prouenerit ab errore, id est, dummodò cogitatum fuerit de tali re apponenda, sed propter obliuionem, vel propter aliquod simile impedimentū, non fuerit apposita; secus si per malitiam fuerit omissa, vt per Deci. in d.l.si librarius. in fin. qui tamen ait, quòd in dubio non præsumitur malitia. Vult etiam Cuma. cōs. 23. Viso compromisso. quòd in instrumento compromissi possit Notarius ex interuallo addere illa verba, ꝙ litigatum fuit occasione talis hæreditatis, meā tē persona Benedicti, &c. & ait, ꝙ Notarius nihil censetur addere, sed potius, quod tacitè intelligebatur declarare. Et licet Cuma. loquatur, quando vtraq; pars consentit; idem tamē admittit etiā altera parte dissentiente, dūmodò eo casu interueniat causæ cognitio, citatis omnibus, quorū interest, vt paulò inferius ibi tradit; & idem etiam sentit Bal. in l. cū propo-
18 nebatur.col.fi. ff. de lega.2. † Et quamuis Notarij non ita de plano possint addere ex capite suo, interueniente tamen autoritate Iudicis, coram quo probetur, ita fuisse cogitatum per cōtrahentes ab initio, possunt addere id, quod fuit omissum; & Iudices debent ita eis præcipere, etiam si iam sit data copia instrumenti, & iam cœpta sit lis, vt latè per Bald. in d. l. Imperator.la.1.ff.de statu homi.& in Rubri. C.de fide instru.col.7.& 8.& Feli.in d.c. ex literis. eo. tit. de fide instr. Bal.in d.l.cum proponebatur.
19 † Et indistinctè probato errore, etiam in pertinentibus ad partes, potest Notarius ex interuallo ipsum corrigere, vt per Bartol.in d.l.si librarius.qui communiter est approbatus, vt ibi per Dec. multò magis igitur debet hoc admitti, quando non est error in committendo, sed in omittēdo. nam error omissionis est minor, vt ait Bal.in d.l.Imperator.col.pen.Item Bart. in d.l.si librarius. & in d. l. fin.de tab.exhiben. & Docto.omnes supradicti loquuntur de correctione, vel additione, etiam in his, quæ sunt de substantia, & quæ sunt veluti capita principalia: multò magis igitur debet hoc cōcedi in casu nostro, cum agatur de qualitatibus accessorijs; adeò, quòd censetur potius declaratio,
20 quàm additio. † Et prohibita additione, vel detractione, non censetur prohibita declaratio vulga.l.hæredes palàm. §.si quid post. ff. de testa.latè Felin.in cap.qualiter.el.1. nu. 23. de accusa. vt in hoc proposito ait Cuma. in d. cons.
21 23. † Et quòd confines, seu cohærentiæ addi possint, tradit Specu. de instru. edi. §. ostenso. col.6.vers.quid si abbreuiatura.

Et licet in casu nostro agatur solùm de addendis confinibus omissis, non autem de correctione alicuius erroris in cōmittendo, vt dictum est, quia in imbreuiatura nō adest illa dictio, vineæ. dato tamen, quòd adesset, procedunt supradicta. nam etiam ex depositione testium apertè probatur, quòd illa dictio, vineæ.
22 fuit apposita per errorē, † & ex duabus demonstrationib. illis, Vineæ, & Buschi, sufficit quòd vna, scilicet buschi sit vera, licet alia sit inepta, Ias.in d.l.si quis in fundi.nu.34.quia quòd fundus sit pratiuus, vel vineatus, vel sit alio modo, non facit differentiam in substantia, sed solùm in qualitate, vt ait ibi Soci.col.2.

Inferuntur ergo ex prædictis duæ cōclusiones. Prima est, quòd debēt omninò addi in instrumento confines, qui nunc probātur extare. Secūda est (quæ fuit prima in ordine) quòd, etiam si non addantur in instrumento ipsi confines; valet tamen instrumentum de se, & satis constat de re vendita, & nominata in ipso instrumento, maximè iuncta depositione
23 duorum testium. † hinc etiam infertur, quòd de no-

de nouo poteſt compelli pars aduerſa ad faciẽdum nouum inſtrumentum, cũ ſuis omnibus demonſtrationibus ad firmiorem rei memoriam in futurum. l. ne caſu. vbi gl. C. de diſcuſſo. lib. 10. Bald. in Rubr. C. de fide inſtru. col. 8. & melius per Bart. in l. dedi. la. 1. col. 1. in fin. ff. de cõdic. ob cau. & in authen. de hære. & Falci. in prin. col. fin.

Non obſtant modò ea, quę deducta fuerunt in mortuis. Dicitur enim ad primũ, quòd hic non agitur de probando rem emphyteoticam per teſtes: ſed agitur de ſuſtinendo inſtrumentum, ex quo deinde probatur ipſa res emphy-
24 teotica. † Et videmus alibi, quòd reus non edit actori ad fundandam intẽtionem; edit tamen ad coadiuuandam. l. fin. C. de eden. vbi Deci. colum. fin. aliqua tradit ad propoſitum maximè dictum Innocen. & Abb. in c. cum clamor. de teſti. quòd prohibitus producere teſtes ad probandum poſt concluſionem in cauſa, non prohibetur producere teſtes ad priorem probationem coadiuuandam. Prætereà principaliter hic agitur de probanda datione in ſolutũ: emphytheoſis autem venit ácceſſoriè. ergo, ſi conſideremus id, quod principaliter agitur; ſumus extra caſum probandi emphyteoſim.

Ad ſecundum dicitur, quòd de errore propter illam dictionem, Vineæ. conſtat ex inſpectione imbreuiaturæ, in qua nõ eſt talis dictio. Si verò loquimur de errore in omittẽdo confines, reſpondetur, quòd de eo euidenter conſtat ex inſpectione ipſius inſtrumenti, in quo fuit dimiſſum ſpatium. Quod autem tempore rogitus appellaretur la valletta, vel non, eſt ſuperfluum, cum habeamus alias demonſtrationes ex inſtrumẽto, iuncta depoſitione duorum teſtium.

Ad tertium de depoſitione monialium, nõ videtur neceſſarium reſpondere, quia ſtantib. ſupradictis, ſuperflua eſt talis atteſtatio ipſarum: quatenus tamen eſſet neceſſaria, reſpon-
25 detur, † quòd de iure communi poſſunt dicere teſtimonium pro cauſa pertinẽte ad monaſte-
26 riũ, vt per Deci. conſ. 62. col. 1. † Et ſtatutũ ſimpliciter faciens mentionẽ de vniuerſitate, non cenſetur voluiſſe comprehendere vniuerſitatem Eccleſiaſticam, nec poteſt eam comprehendere, authen. caſſa. & c. Eccleſia ſanctæ Ma-
27 riæ. † Et licet deponãt credere ſuo, & recordari ſuo, probant, ſecundum Barto. in l. 1. in prin. ff. de vent. inſpicien. & Paul. de Caſt. in l. 1. in fine princ. ff. de iuſti. & iu. Et dum ſubijcitur, quòd Procurator ipſarum monialium confeſſus eſt, quòd tempore rogitus non fuit nominata ipſa petia terræ, &c. certè ſi bene inſpiciantur dicta ipſius procuratoris, ſcilicet ſub die ſabbati, 12. Auguſti, hoc non dixit: quinimò penitus contrarium, videlicet quòd tunc dictum fuit nomen ipſi Notario, ſed non ſcriptum, &c.

Ad quartum, quòd hic agatur de probando
28 errore circa ſubſtantiam contractus, † *ideoq;* requiri videntur tot teſtes, quot ad confectionem inſtrumenti, & videtur requiri illimet teſtes, &c. reſpondetur quòd hic agitur de probanda qualitate rei, nõ autem ſubſtantia, quia ex inſtrumento cõſtat, quòd venditur fundus centum perticarum; & dubitatio ſolùm ſtat, an ſit fundus vineatus, vel aratorius, vel prauus, vel boſciuus, & teſtes dicunt, quòd eſt boſchiuus; & iſtæ omnes ſunt qualitates, vt ait Sochiuus; & iſtæ omnes ſunt qualitates, vt ait Soci. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. colum. 2. ergo duo teſtes ſufficiunt, ſecundum Iaſ. in allegata. l. errore. in fi. C. de teſtamen. Prætereà teſtes nihil noui dicũt, ſed ſolum coadiuuant inſtrumentum, quia etiam in inſtrumẽto fuit dictum, quòd erat petia buſchi, & non probant directò, ſed per indirectum, ſcilicet aſſerendo, quòd illa petia nominata in inſtrumento, non poteſt eſſe alia, niſi iſta, quæ nunc datur cohærentiata. ergo duo teſtes etiam non inſtrumentarij ſufficiũt, ſecundum rectam intentionem Bartol. in l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. & cõſiderando id, quod principaliter eſt probandum in caſu noſtro, certè ſolùm agitur de probando confines, qui ſi in inſtrumento fuiſſent poſiti, ceſſaſſet omnis difficultas. vnde quouis modo deponant teſtes, ſatis eſt, quòd probatio dirigitur ad confines, & ita ad declarãdum; ergo duo teſtes ſufficiunt.

Et ex his omnib. tandem puto rem eſſe clarum: &, ſi aliquod ſubeſſet dubiũ, pronunciandum eſſet in fauorem Eccleſiæ, maximè cũ hic agatur de cauſa dotis, dotis ſcilicet ſpiritualis, quæ eſt fauorabilior; quinimò coniunctim agi videtur de cauſa alimentorum. nam ipſa mo-
29 nialis, pro qua fuit aſſignata talis dos, viuit. † Et fieri debet interpretatio, vt actus valeat, maximè factus bona fide, & qui ſi nõ valeret, remaneret alter ex contrahentibus deceptus. l. vbicunque. ff. de reb. dub. vt in ſimili caſu ait Alex.
30 in d. l. ita ſtipulatus. nu. 31. † Et tantò magis cũ ipſe contractus fuerit obſeruatus iam pluribus annis; ideoq; non facilè debet admitti reſciſſio, vt per Deci. conſ. 36. col. 3. verſ. quintò non interuenerit. & fuerit etiam approbatus tacitè per ſententiã Magnifici Cottæ; alioqui ſequeretur maxima iniquitas, ſi ſupradicta benè cõſiderentur.

Iacob. Mandell. Alben. ſaluo, &c. Mediolani. 1542. 14. Decembris.

ARGVMENTVM.

De ceſsione, ſeu renunciatione facta per filiam erga matrem. Et an valeant cõtractus inter parentes, &

tes,& filios, præsertim donatio. Et de cõtractu facto per minorem cum iuramento, quòd valeat, & quando non infringatur per restitutionem. Et an l.2.C.de rescin.vendi.locum habeat in donatione, vel in renunciatione mulieris. Et renunciatio filiæ erga matrem an infringatur propter metum reuerentialem, & quando cessent metus, & fraus. Et quando concedatur absolutio à iuramento. Et an renunciatio filiæ valeat respectu hæreditatis fratris viuentis. Et quando valeat pactum de hæreditate viuentis. Item an valeat trãsactio facta per minorem. Et quando diuisio præsumatur ex possessione decem annorum.

SVMMARIVM.

1 IVS *Tertij non exclusiuum intentionis agẽtis ipso iure, opponi non potest.*
2 *Contractus inter filios, & parentes, quando valeant, & an donatio, & quid stante iuramento.*
3 *Omnis contractus factus per minorem cum iuramento valet.*
4 *Authen. sacramenta puberum, procedit etiam in alienatione immobilium, & in renunciatione hæreditatis, & in quocunque pacto, etiã si fiat donatio rerum iam acquisitarum.*
5 *Iuramentum tollit restitutionem in integrum.*
6 *In donatione non consideratur enormis læsio, & omnis donatio, quæ prouenit ex liberalitate, continet læsionem ex parte donantis.*
7 *Lex.2. C. de rescin. vendi. non habet locum in donatione secundum communem opin. & an habeat locum in renunciatione puellæ, seu filiæ facta de hæreditate, &c.*
8 *Metus reuerentialis erga matrem an consideretur, sicut consideratur in patre, & marito.*
9 *Metus reuerentialis ad hoc vt consideretur, oportet probare, quòd minæ, vel verbera solita essent inferri.*
10 *Metus, & fraus cessant, propter præsentiã amicorum, & consanguineorum: item & propter præsentiam, & decretum Iudicis, vide infra. num.12.*
11 *Præsumẽdum est pro viris, qui sunt maximæ auctoritatis, & notæ integritatis, ac fidei.*
13 *Absolutio à iuramento conceditur solùm in casibus, quibus iuramentum fuit extortum dolo, vel metu, vel præstitum super re illicita.*
14 *Minor, si postquam factus fuit maior, permisit labi decennium, non auditur amplius aduersus donationem.*
15 *Pactum de hæreditate viuẽtis negatiuum, id est, de non succedendo, an valeat cum iuramento, & quando, & maximè si sit super hæreditate tertij.*
16 *Pactum de hæreditate viuentis valet, quãdo certa persona non designatur.*
17 *Renunciatio iuris futuri, intelligitur de iure futuro, quod tamẽ habet causam de præsenti, nisi verba sint multum generalia, & vrgentia.*
18 *Transactio facta per minorem an valeat, & quid si sit iurata.*
19 *Maior factus si perseuerat in contractu facto, dum esset minor, & non contradicit, censetur comprobare, & intra quantum tempus possit fieri contradictio.*
20 *De differentia inter restitutionem, quæ petitur ex l.fin.C.de tempo.in integ. & eam, quæ petitur ex l.fi.C.si maior fac.*
21 *Contractus minorum non rescinduntur, nisi adsit læsio, quæ sit magna.*
22 *Lex.2.C.de rescin. vendi. non habet locũ in transactione, nisi adsit valdè enormis læsio.*
23 *Diuisio dat titulum, & facit rem suam.*
24 *Diuisio præsumitur ex possessione decem annorũ facta separatim, & quomodo id procedat.*
25 *Tractãtur multa, quæ non perficiũtur, ideoq; inspici debet effectus vltimo loco subsecutus, &c.*
26 *Dictio, &, de sui natura ampliat, & extendit, & copulat per se, & principaliter, & idem importat, quod dictio, Item.*
27 *Inducta augmentum, non debent operari contrarium.*
28 *Dictio, Prædicta, nõ refertur ad immediatè præcedentia, sed ad aliquantulum remota.*
29 *Superfluum non dicitur, quod particulariter exprimitur, & ad tollendam dubitationem, & quælibet minima ratio tollit argumentum superflui, & verba quandoque ponuntur ad demonstrandum id, quod re ipsa erit.*
30 *Legata hodie fiunt per quæcunque verba.*

Consilium XI.

SVCCINTE, & remissiuè agendo, quãtum angustia temporis, & strepitus causarum forensium patiuntur, puto, quòd res sit satis clara pro Magnifico D. Vespasiano, secundum dubitationes in facto propositas. Et in primis non videtur dubitandum de cessione, seu renunciatione olim facta per filiã magnificæ matri suæ, quia, etiam si talis contractus non valeret; opponi tamen nõ potest de eius inualiditate per
1 Magnificum D. Fabritium, † cum sit ius tertij, quod non est exclusiuum intentionis agentis ipso iure, si ille nolit, iuxta nota. per Bar. in l.2. ff. de excep. rei iudica,

Sed præter hoc videtur ipsa cessio omninò esse valida, neq; posse infringi, etiam per ipsam filiam, vt patet discurrendo per singula capita, quæ aliquam possent facere dubitationẽ. Non enim potest impugnari ex eo, quòd sit contra-
2 ctus inter matrem, & filiam, † nam, cessante
11 patria potestate, valent contractus, & iudicia inter filios, & parentes. l.fi. C. de in ius vocan. l.

congruentius. C.de pat. poteſt. l.ſiue emancipatis. C.de dona.& de donatione inter matrẽ, & filios,eſt text.in l.ſi cõſtante. C.de dona.int. vir.&vxo.& tantò magis ſtante iuramẽto,quia tunc valeret donatio patris in filium ſub poteſtate conſtitutum.Bar.& Iaſ.in l.frater à fratre. col.fi.ff.de condic.inde.& multò magis donatio filij fam.erga patrẽ, vt per Alciat. in c. cum contingat.nu.214.de iureiuran.

3 Non etiam videtur poſſe infringi,† eò,quòd contractus ſit factus per minorem,maximè de rebus immobilibus,quorum alienatio ſine decreto eſt ipſo iure nulla.ſtante enim iuramẽto, valet omnis co ntractus factus per minorẽ,authen.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.vendi. ſecundum opinionem Marti. communiter ibi
4 approbatam per glo.& Doct.† Et procedit ille text. etiam in alienatione immobiliũ,& in renũciatione hæreditatis, & in quocunq; pacto, Deci.conſ.31. col.1.in fin. etiam ſi fiat donatio rerum iam acquiſitarum,vt latiſſimè per Alex. conſi. 53. Viſis & conſideratis.col.4.cum quatuor ſequen.in 3.vol. & eſt repetitum in conſi. 125.in 1.volu. & loquitur Alex. in terminis noſtris de donatione facta per mulierẽ minorem; tradit etiam Soci. conſ. 279. Viſa donatione. in prin.Deci.conſ.181.col.2.

Nec poteſt infringi per reſtitutionem in integrum,quia præter quàm quòd in caſu noſtro fuit expreſsè, & cum iuramento renunciatum
5 tali reſtitutioni;† iuramentũ ſimpliciter præſtitum tollit eam,ſecundum Bar. in d. authen. ſacramenta.colum.3.Alexan.in d.conſ.53. colum.6. Deci.in d. conſ.31. & latius per Alexan. in l.ſciendum.col.9.& 10. num.34. ff. de verb. oblig. quamuis etiam in caſu noſtro nulla videatur adeſſe læſio, quæ ſcilicet tanquam proueniens ab aliquo errore mereatur reſtitutionem,vt ſtatim patebit.

Nec videtur infringi ratione alicuius enormis læſionis,quaſi tunc nõ habeat locum text. in d. authen. ſacramenta . quia eſſet iuramentum iniquitatis vinculũ, vt latè per Deci. con-
6 ſil.45.† hoc enim non procedit in contractu donationis,quia donatio prouenit ex liberalitate,& non poteſt eſſe donatio , niſi contineat læſionem ex parte donantis. l. 1. ff. de dona. vt
7 tradit Deci.in d.conſ.181.col.2.vbi ait,† quòd ſecundum cõmunes opiniones, diſpoſitio legis.2. C.de reſcin.vendi.non habet locũ in donatione,& tradit Bar.in d.l.2.col.3.& ibi Bald. & cæteri ſequuntur,tradit Alex.in d.conſil.53. col.6. & 7.in 3. vol. vbi loquitur de puella, quæ in manib.patrui renunciauit proprio patrimonio valoris ſcutorum. 5000. acceptis ſolũ ſcutis quingentis. Neq; ad hæc obſtant ea, quæ latè tradit Deci.conſ.180.col.4.& 5. dum cõcludit,quòd renunciatio magnę hæreditatis facta per filiam debet reſcindi propter enormem læſionem , etiam nõ impetrata abſolutione à iuramento,quia in effectu potiſſimũ fundamentum Decij in caſu ſuo dependet ex eo, quòd filia illa renunciauerat , ignorãs ſe habere patrimonium,quod ſub generalitate verborum donabat,vt ipſe Deci. ibi fatetur col. pe. & col.fi. vbi expreſsè ait,quòd,ſi conſtitiſſet, eã habuiſſe animum donandi ; nõ inſpiceretur enormis læſio : & licet alia multa ibi ſubijciat Deci.ſunt tamen contra cõmunes opiniones,vt patet ex his, quæ ipſemet tradit in eodemmet cõſ. 180. col.1.2.& 3.& conſ.181.& conſ.26. & per Alex. in d.cõſ.53. in 3. & in caſu noſtro clariſſimè cõſtat ex tenore ipſius ceſſionis , q̃ hæc filia habuit plenam,& perfectam notitiam eorũ,quæ donabat,& non facilè eſt credendum,quòd ipſa errauerit, vel permiſerit ſe decipi , cum eſſet maior viginti annis. Prætereà ceſſat hic enormis læſio,quam cõſiderat Deci.in d. conſ.180. videlicet,quòd filia non reſeruauerat ſibi dotẽ competẽtem, id eſt, ſaltem vſq; ad legitimam, vt ibi tradit in 2. col. quia in caſu noſtro dos aſcendit ad legitimam ; quinimò eam excedit. Et vlterius cum ſit dos trium millium ducatorum , cenſetur competens , attenta qualitate perſonæ,& conſuetudine regionis,& cenſetur idonea ad inueniendum cõdignum maritum; ideoq; ceſſat illa enormis læſio,quam Doctor. conſiderant ad reſcindendas donationes, maximè cùm etiam reſeruauerit ſibi facultatẽ redeundi in caſum viduitatis ad domum maternam,ſeu fraternam, cũ facultate conſequendi condecentem victum , & veſtitũ, vt de his tradit Deci.conſ.26.col.2.

Non etiam videtur poſſe impugnari ex me-
8 tu aliquo† reuerentiali,qui fortè interuenerit, propter matrem,iuxta nota.in l.1. §. quæ onerandæ.ff.quarum rerum ac. non det. quia præterquàm quòd nõ videtur eadem ratio in matre,quæ eſt in patre,& in marito, de quib. duobus loquuntur Doctor.in d. §. quæ onerandæ. maximè cum filia excedit vigeſimum annum,
9 vt experientia docet ;† opus eſſet probare, quòd mater ſolebat inferre minas , vel verbera, prout de patre,& de marito dicit Bart. in d. §. quæ onerandæ.in fin.Abb.in c.cum contingat. colum.1. de iureiuran.Deci.conſil.232.colum.2, in fi.† Prætereà ceſſare videtur hic omnis me-
10 tus , & omnis fraus propter præſentiam amicorum,&conſanguineorum.l.tranſactionem. C. de tranſact. Et dato fortè, quòd hoc non multum operaretur, cum eſſent proximiores ipſi matri , videlicet fratres , quam ipſi filiæ;
11 †præſumendum eſt tamẽ pro eis, cum ſint viri maximæ autoritatis, & notæ integritatis, ac fi-

dei,

dei, vt multa huiusmodi tradit Ias. in l. iube-
12 mus. col. pen. & fi. C. de iudi. † Et cessare debet hic omnis fraus, dolus, & metus, propter præsentiam, & decretum Iudicis. l. fin. in princ. ff. quod met. cau. Bart. in l. frater à fratre. col. antepe. vers. tertiò quæro. ff. de cõdic. inde. Alex. in terminis nostris. in d. cons. 53. col. 5. vers. tertiò autem. in 3. vol.

Nec est concedenda absolutio à iuramen-
13 to, stantibus prædictis. † cũ soleat concedi solùm in casibus, quibus iuramentum fuisset extortum dolo, vel metu, aut præstitũ fuisset super re illicita, veluti super vsuris: alioqui fructuatorium esset iuramentum si posset semper relaxari, vt multa remissiuè per Deci. in d. cons. 180. colum. 3. & in terminis nostris latè hoc prosequitur Alex. in d. cons. 53. col. 6. & 7. vbi dicit communem opinionem, & Deci. consil. 31. col. 1. in fin.

Insuper videtur cessare omnis dubitatio,
14 † quia postquam ipsa filia facta fuit legitimæ ætatis, per misit labi decennium; ideoque non amplius videtur audienda aduersus donationem, vt est text. in l. fin. C. si maior fac. aliena. rat. Alex. cons. 117. Viso processu. in 5. vol. Deci. cons. 232. col. 2. in fin.

Solùm videtur subesse aliqua difficultas re-
spectu portionis fraternæ, id est, Magnifici D. Traiani, qui decessit post huiusmodi contractum iam factum; quia si dicimus portionem ipsius D. Traiani, quæ potuisset pertinere ad ipsam filiam; fuisse comprehensam in cessione, sub illis verbis, quibus expressè renunciatur successioni, quæ potuisset obuenire propter mortem alicuius ex fratribus; videtur talis renunciatio non valere, etiam in vim pacti, quia
15 est pactum de hæreditate viuentis. l. fin. C. de pac. † Et quamuis, mediante iuramento, soleat valere pactum negatiuũ, id est, de non succedendo. c. quamuis. de pac. in 6. istud procedit, quando fit pactum cum ipsomet, de cuius successione tractatur; secus autem si fiat cum tertia persona, vt tradit Alexan. in l. stipulatio hoc modo. col. 4. nu. 12. ff. de verb. obli. Deci. in l. pactum. col. 4. in 6. limita. C. de colla. Respondet ad hoc Deci. cons. 31. col. 2. vers. ic. nec obstat si dicatur. quòd inspici debet principalis intentio, quæ scilicet fuit, vt fieret pactum de non succedendo, & nõ debet attendi, quòd in consequentiam id cedat in vtilitatem alterius, quæ tamen responsio non videtur tuta, quia posset dici, quòd imò principalis intẽtio contrahentium est, vt huiusmodi successio transferatur de persona vnius in personam alterius; & ita principaliter videtur pactum de succedendo. Præterea Deci. loquitur in casu, quo renunciatio cedit ad vtilitatem aliorum omnium æqualiter, qui successuri sunt ab intestato, & ita succedunt non vigore pacti, sed ex iure suo: & pactũ, seu renunciatio solùm operatur, quòd renunciãs videtur nunquam fuisse in rerum natura. in casu autem nostro renunciatio fit solùm ad vtilitatẽ matris, & vult mater præferri cæteris fratribus, seu filijs in portione istius præmortui. ergo necesse est fateri, q̃ veniat vigore pacti de succedendo. Et quod subijcit Deci. in d. cons. 31. satis esse, quòd ille, de cuius hæreditate tractatur, id postea sciens, non contradicat; non videtur sine difficultate procedere, si benè consideretur, videtur itaque melior responsio, quòd debetur saltem portio fratris postea mortui vigore aliarũ clausularum, & renunciationum, seu pactorum, videlicet, dum generaliter cedũtur omnia iura, & bona, tam in re, quàm in spe, & quæ sibi etiã
16 in futurum spectare possent, &c. † valet enim pactum de hæreditate viuentis, quando certa persona non designatur. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. † Nec dicatur, quòd renunciatio iuris futuri intelligitur solùm de iure futuro, quod tamen habet causam de præsenti, vt per Bart. in l. post emancipationem. §. illud. ff. de liber. lega. quia id non procedit, quando verba sunt multum generalia, & vrgentia, vt tradit Deci. in l. 1. col. pen. C. de pac. & in casu nostro sunt generalia, & vrgentia, quia dictum est, quouis modo, ac quandocunq;, & qualitercunq;, &c. & talis congeries verborum fuit sæpius repetita. & vlterius fatetur Barto. in d. l. 1. col. 2. C. de pac. quòd valeret pactum, etiam pro causa de futuro, si id exprimeretur, & in casu nostro videtur fuisse expressum per verba æquipollẽtia, dictum enim fuit, iura eidem spectantia nunc, vel in futurum, & quæ eidem spectare possent, quia si dari debet differẽtia inter vnum casum, & alium, illa verba, in futurum spectantia. debent referri ad causam de præsenti, & illa verba spectare posset. debent referri ad causam de futuro. Et quod cõtrahentes senserint etiam de iure ex causa de futuro, non est dubiũ, quia sæpius fecerunt mentionem de hæreditatibus, quæ possent obuenire. Et hæc, quatenus attinet ad validitatem cessionis.

Circa validitatem transactionis, non video
18 iustam aliquam dubitationẽ, † quia licet, transactio, quæ fit per minorem super rebus immobilibus, sit ipso iure nulla. l. 1. & ibi glo. C. si aduer. transac. conualidatur tamen instrumento, vt ibi per Bal. & tradunt Doct. omnes in authen. sacramenta puberum. vbi etiam (quod plus est) volunt, quòd per iuramentum minoris conualidetur donatio, vt dictum fuit in articulo præcedenti. Nec videtur posse rescindi per Magnificum D. Fabricium eo prætextu,

quòd nõ renunciauerit expreſsè beneficio reſtitutionis in integrum. iuramẽtum enim tollit huiuſmodi reſtitutionem ſecundum Bar. & cæteros, in d.authenti.ſacramenta, vt dictum fuit ſupra circa validitatem ceſſionis. Prætereà poſt completam maiorem ætatem, lapſum eſt quadriennium, quinimò & longe maius tempus; ergo amplius peti non poteſt reſtitutio. l. fi. C.de tempo.in integ.reſtitu. Item,vt intel-
19 ligo, † ipſe factus maior comprobauit tranſactionẽ,perſeuerando in ea,& ſeruando illa omnia,quæ in ipſa tranſactione continebantur,ac faciendo multos huiuſmodi actus comprobatorios, ideoq; &c. l.1. C.ſi ma.fac.ra.habu.qui tex.procedit,etiam ſi non verbis expreſſis, ſed ipſo facto fiat comprobatio,ſecundum gl. ibi, & Doct.iuxta regulam.l. Paulus.ff.rem rat.habe.ſed & dato,quòd nulla expreſſa comprobatio verbis, vel facto interuenerit, quia tamen non cõtradixit intra quinquennium poſt maiorem ætatem,vel ſaltem intra decennium, in contractu lucratiuo nõ eſt amplius audiendus. l.fin. C. ſi ma.fac.alie.rat.qui text. loquitur de donatione facta per minorẽ,tradit Alex. conſ. 117. Viſo proceſſu.in 5. Deci. conſil.209.col.2.
20 & conſ.232. col. 2. in fin. † Et differt diſpoſitio d.l.fin. à diſpoſitione legis fin. C. de tempo. in integ.quia reſtitutio præſupponit contractum ipſo iure eſſe validum,ideoq; dantur ſolũ quatuor anni ad eam petendam: ſed tex. in d.l.fin. loquitur de contractu, qui poterat dici ipſo iure nullus,vt per Deci.in d. conſil. 232. col. 2. & conſ.254. col.3. verſ. non obſtat quòd conſentiendo. & propterea datur maius tempus, ſcilicet quinquennium,vel decennium. Differũt etiam,quia reſtitutio debet peti expreſsè; alioqui currit tempus quatuor annorum,ſed diſpoſitio d.l. fin. poteſt impediri per quancunq; tacitam proteſtationem, vt ibi per Bartol.& hæc omnia concurrunt in caſu noſtro.

21 Accedit etiam, † quòd contractus facti per minorem non reſcinduntur, niſi adſit læſio. l. non omnia.ff.de mino.l.ſi maior.§.1. C.commu. diuidun. & ſi aliqua adeſſet læſio non magni momenti,nõ eſſet inſpicienda.l.ſcio. ff. de in integ.reſtitu.Et in caſu noſtro,vt audio,non adeſt læſio. Et difficilius etiã propter læſionem ſolet reſcindi contractus tranſactionis,cùm ſit contractus fauorabilis propter extinguendas
22 lites. † hinc eſt, quòd dubitant Doct. an remedium l. 2. C. de reſcin. vendi. habeat locum in tranſactione,&videtur magis communis concluſio quòd nõ, niſi adſit valde enormis læſio, vt per Dec.conſ.23.colum.2. in fi. & 3. & conſ. 216. col. 2. & conſ.479. col.pen.& fin.& conſ. 597. col. fin. & firmior etiam debet remanere huiuſmodi tranſactio,cũ celebrata fuerit, mediante tractatu, & opera cognatorum, & amicorum maximæ autoritatis, & integritatis, de quibus in ea fit mentio.l. tranſactionem. C.de tranſact. & dictum fuit ſupra ad aliud propoſitum.

Reſtant nunc, quæ dependent ex teſtamẽto magnificæ matris.Et in primis quod dubitatur circa legatum bonorum loci Lù,quaſi non valuerit,quia factum ſit de re aliena; non videtur habere difficultatem.nam,cùm talia bona peruenerint ipſi matri ex diuiſione, facta ſunt ſua,
23 † quia diuiſio eſt ſufficiens titulus.l.1. C.cõmu. vtri.iudi.Alex.conſ.24.Ponderatis.col.pen.in
24 5. † quòd autẽ interuenerit diuiſio, probatum eſt ipſo iure, ex eo, quòd per decem annos, & vltra, quilibet poſſedit ſeparatim partẽ ſuam, ſecundum gloſſ.in l.ſi maior. C. commu.diui. quam ibi ſequuntur Doctor. dummodò inter ipſas portiones non ſit maxima inæqualitas,& latè per Alex. conſil. 92. Viſo & diſcuſſo.col.1. in 2.vol.Iaſ.in §.quædam.num.40.Inſti.de ac. multa remiſſiuè per Deci. conſil.79. col. fi. Et procedit illa glo. quando aliunde non conſtat, fuiſſe factam aliquam diuiſionem. multo magis igitur debet ꝓcedere in caſu noſtro, in quo cõſtat,fuiſſe olim tractatum de diuiſione,licet diſceptetur de modo,ſecundũ quem facta fuerit.argu.l. videamus.verſic.an igitur.ff.de in litem iuran.&præſumuntur poſſidere vigore diuiſionis inter eos factæ,iuxta nota. per Bart. in l.2. C.de acqui.poſſe. & ipſa poſſeſſio declarat, qualis fuerit diuiſio, vt in ſimili propoſito ait Bal.in l.ſi certis annis.col.3.in prin.& in fin. C. de pac. quòd origo cauſæ præſumitur *fuiſſe* talis, qualis eſt ſecuta præſtatio; item *quòd* qualis apparet ſolutio, talis præſumitur *præceſſiſſe* conceſſio. Nec quicquam facit, quod ex quibuſdã notulis,ſeu quadernetis reperitur, fuiſſe tractatum de diuiſione facienda alio modo, quia tales notulæ nõ faciunt fidem, & vlterius
25 non fuerunt deductæ ad effectũ, † & multa tractantur,quæ non perficiuntur, vt ait Bald. in l. multum intereſt.col.2. C. ſi quis alte. vel ſibi. ideoque inſpiciendus eſt effectus vltimo loco ſubſecutus,& longo ſpatio temporis comprobatus,vt multa huiuſmodi tradit Deci. conſil. 36.col.3.verſ.quintò non interuenit.

Quòd autem dubitatur, an legatum ipſius de bonis loci Lù, reſtringatur fortè ad portionem D. Traiani, quia appoſita ſunt illa verba, &pro parte prædicti quondã Magnifici D. Traiani,&c. poſſent multa ſecundum corticẽ verborum adduci: puto tamen, quod ex ingenua interpretatione debeat legatum intelligi generaliter de omnibus bonis loci Lù,quæ ex diuiſione obuenerũt ipſæ teſtatrici, nam *id prius* dicitur clarè ibi,omnia prædia,& bona,quæ habet,&

bet,& quæ obuenerunt in diuisione prædicta &c. vnde licet postea dicatur,& pro parte prædicti &c. hæc verba non restringunt, sed am-
26 pliant, & extendunt, † prout est de natura dictionis, Et. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Deci. consil. 289. col. fin. versic. non obstat quòd prima clausula; & eius natura est copulare per se, & principaliter. Bar. in authen. ingressi. col. 3. in prima lectu. C. de sacrosan. Eccle. l. si ancillas omnes. ff. de leg. 1. Et si posita fuisset dictio, Itē. res nō haberet dubiū, sed copula Et, idem importat, quod dictio, Item, secundū Bar. in l. Scia. §. Caio. col. 2. ff. de fūdo instruc. ergo &c.

Præterea, cum prius fuerit perfecta clausula omnium bonorum cum tribus demonstrationibus, scilicet quæ habet, & quæ obuenerunt ex diuisione prædicta, & quæ sunt sita super finibus Lù in loco &c. sub suis cohærentijs, & modis, & formis, quibus &c. esset absonus intellectus, quòd illa verba, & pro parte, quæ fuerunt posita inferius in modū clausulæ imperfectæ; restringerent orationem prius positam, quæ est perfecta, vt per Bart. in d. §. Caio.

Tertiò, quia & verba præcedentia, & subsequentia tendunt ad ampliandum legatū. dicitur enim omnia prædia, & inferius dicitur, qualiacunq;, & quantacunq; sint, & sunt verba ge-
27 minata, quæ magis vrgent. Si ergo restringeretur legatū per illa verba, & pro parte; esset contra mentem, & verba testatricis; & ex præcedē-tibus, & sequentibus debent declarari media. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. † & inducta ad augmentum, non debent operari contrarium, iuribus vulgaribus, maximè in l. in ratione. la. 2. §. tametsi. ff. ad leg. falcid. & in l. 3. §. duæ. versic. cæterum idoneos. ff. ad Carbo.

Quartò, quia statim postquam dictum est, & pro parte quondam D. Traiani, subijcitur, qualiacunque, & quantacunque sint, & esse reperiantur bona prædicta; certè illa dictio, prædicta. non potest referri ad bona D. Traiani, quia esset superflua, satis enim fuisset dicere, &
28 pro parte D. Traiani, qualiacunque, & quantacunque sint. † Et vlterius de natura sua huiusmodi verbum prædicta, non solet ferri ad immediatè præcedentia, sed ad aliquantulum remota, vt patet ex communi vsu loquendi; & probatur in l. quicunque. ibi, Prædictam æstimationem. C. de ser. fugi. necesse est igitur, quòd verbum, Prædicta. reseruatur ad superiora, scilicet ad omnia bona in loco Lù, de quibus paulò ante dictum fuerat.

Quintò, quia in diuisione, ad quam legatū se remittit, non fuerunt assignata aliqua bona in loco Lù separatim pro portione D. Traiani; sed super tota hereditate habita fuit ratio quotæ partis spectanti ipse testatrici tam ex persona sua, quàm ex persona D. Traiani, & postea fuit ei data vnica quota pars hæreditatis. debet igitur legatum dubium intelligi secundū diuisionem, ad quam refertur, quia relatum est in referente, & cum suis qualitatibus. l. asse toto. ff. de hære. insti.

Nec prædictis obstat, si dicatur, q̄ illa verba & pro parte D. Traiani, nihil operarentur, nisi restringerent legatū, quia sub verbis præcedentibus satis continebātur omnia bona loci Lù, quę obuenissent testatrici; respondeo, q̄ expressum fuit id, quod tacitè inerat, & fuit expressum ad tollendā omnem dubitationē, ne fortè posset intelligi solū de bonis, quæ ei peruenerant ex persona sua, maximè propter illā
29 dictionem, sibi, quæ prius fuerat posita. † Et dici non potest superfluum id, quod particulariter exprimitur, vt ait Deci. in l. edita. col. 13. nu. 68. C. de edend. & quæ dubitationis tollendæ causa inseruntur, non debent nocere. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. bonus tex. in l. 1. versi. Ego puto quòd dubitationis tollendæ causa. ff. de ædil. edic. & alibi ait Cal. quòd quælibet minima ratio tollit argumentum superflui; & non est nouum, quòd aliquando verba ponantur ad demonstrandum illud, quod re ipsa erit, vt per Deci. consil. 216. Visa transactione. colum. 2. in fin.

De legato omnium mobilium, & se mouentium facto inter ipsas institutiones, non puto subesse aliquod dubium; quia, licet testatrix vsa sit paucis verbis, sunt tamen de se clara, & perfecta. nec quicquā facit, quòd prolata sint in modum exceptionis, dum dicitur, reseruatis mobilibus, & se mouentibus &c. † quia le-
30 gata hodie fiunt per quæcunq; verba. l. 2. C. cō mu. de lega. & dummodò in legatis vel fideicō missis de voluntate constet, nihil interest, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit, ait tex. in l. in legatis. C. de lega. facit text. in l. peto. in princ. ff. de lega. secūdo. & l. fideicommissa. §. si quis ita scripserit. el secundo. ff. de lega. tertio. & fortius vult Deci. consil. 289. non est parui ponderis, quòd legatum factum per illa verba, scilicet Quòd non debeat auferri, neque diminui res aliqua vxori de his, quas tenet, & possidet; debet intelligi, vt etiam operetur noui iuris acquisitionem; & ibi aliqua dicit, quæ commodè trahi possunt ad nostrum propositum, si videantur.

Iacob. Mandellus Alben, Mediolani. 1543. die 9. Martij. pro Magnifico D. Vespasiano Bobba, legato apud Marchionem Vasti pro Duce Mantuæ, & pro Marchionibus Montisferrati.

ARGVMENTVM.

Si frater, vel mater, dent ſimpliciter in dotem rem propriam, vel communem, an cenſeantur donare, etiam quòd aliàs ſint adminiſtratores bonorum puellæ. Et de deciſione Baldi in l. fi. C. de dot. promiſ. circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 FRATER, *vel mater, dantes in dotem ſimpliciter rem propriam, vel communem, cenſentur donare, etiã ſi aliàs ſint adminiſtratores, & hæc eſt verior, & magis communis opinio.*

2 *Si vnus ex fratribus donat rem communem vxori, & alij fratres id ſciant, & non contradicãt; cenſentur etiam portiones ſuas donaſſe.*

3 *Maior conſanguinitas præſumitur matris erga filios, quàm fratris erga fratrem.*

4 *Filia fratris dotata de bonis cõmunibus cum alio fratre, cenſetur pars alterius fratris fuiſſe donata, ſi ipſe non expreſsè contradixit.*

5 *Circa ius reale cenſetur quis ſibi facere præiudiciũ, eo ipſo, quòd non declarat animum ſuum in cõtrarium, ſecus ſi ſit ius perſonale.*

6 *Geſtor negociorum alicuius ſi præſtat alimenta, vel pecunias, vel quid aliud, an cenſeatur donare.*

7 *Donatio præſumitur, quando alia cauſa tranſlationis non apparet, & adeſt charitas ſanguinis.*

8 *Adminiſtrator, cui facilè fuit animum declarare, ſi id non fecit, præſumitur de induſtria omiſiſſe.*

9 *Tutores, & Curatores, finito officio, non tenentur de euictione, etiam quòd ſimpliciter promiſerint de euictione.*

10 *De deciſione Bald. in l. fin. C. de dot. promiſ. ſcilicet quando frater, vel mater gerentes negotia puellæ, dant ſimpliciter dotem.*

11 *Fauore dotis præſumitur donatio, etiam vbi poſſet præſumi alia cauſa.*

12 *Verba hæc, nomine filiæ, ſonant in effectu, perinde, ac ſi diceretur, Pro filia, vel ad vtilitatem filiæ.*

Conſilium XII.

PRAESENS caſus habet latiſſimũ campum diſputationis, quia verſatur in materia coniecturali, eamq; ob cauſam Docto. ſunt varij, & ſibi ipſis non conſtant. vtcunque tamen puto in puncto iuris veriorem eſſe opinionem Cini,

1 † quòd frater, vel mater, dantes ſimpliciter in dotem rem propriam, vel communem, cenſeantur donare, etiam ſi aliàs ſint adminiſtratores, & eam eſſe magis cõmunem. nam eam tenet Cin. in l. fin. in 3. quæſt. poſt Marti. de Fano, quem ibi refert. C. de dot. promiſ. & Iaco. de Are. quem ibi refert Bald. eam etiam latius ibi approbat Salice. & eam habere videtur *pro* expedita, Ioan. de Imo. in l. 1. col. 2. ſuper *gloſſ.* in verbo ſemper. ff. ſolut. matri. Bald. in l. Neſennius. colum. 2. ff. de neg. geſt. nec aliquem hactenus vidi. qui ſentiat contrarium, niſi Bal. in d. l. fin. de quo infrà dicetur.

Primum igitur fundamentum ſumitur ex l. Neſennius. ff. de nego. geſt. vbi dubitabatur, an mater donaſſet alimenta, quia incertum erat, de quibus bonis ea præſtitiſſet. ſi enim probatum fuiſſet, quod de bonis ſuis præſtitiſſet, ea iudicandum erat fuiſſe donata, vt expreſsè vult ille tex. ex contrario, & deducit Cin. vbi ſupra, & tradit ipſemet Bald. in d. l. Neſennius. verſi. ſecundò nota.

Secundò per tex. in l. ſi ſeruus communis. ff.

2 de dona. inter vir. & vxo. vbi † ſi vnus ex fratribus donat rem communem vxori, & alij fratres id ſciant, & non contradicant; cenſentur etiã portiones ſuas donaſſe; vnde ſi in caſu illo donatio rei communis inducitur ex taciturnitate, & omiſſione, abſque facto aliquo ipſius donantis; multò magis id dicendum videtur in caſu noſtro, cum interuenerit expreſſum factum ipſius matris, cuius erat portio, quam dicimus donatam argumen. gloſſ. & Docto. in l. ſi mora. ff. ſolu. matri. cum præſertim ratio d.

3 l. ſi ſeruus communis. conſiſtat in conſanguinitate, vt declarat Bar. in l. Quæ dotis. colum. penul. ff. ſolu. matri. † quæ vtique maior præſumitur eſſe matris erga filios, quàm fratris erga fratrem. l. nam & ſi parentibus. ff. de *inoffi.* teſta. & eo fortius id videtur dicendum *in caſu* noſtro, cum præter rationem ſanguinis adſit etiam fauor dotis. vt in ſimili propoſito tradit Deci. conſil. 68. colum. penult. & fin. inferens,

4 quòd, † ſi filia fratris ſit dotata de bonis communibus cum alio fratre, cẽſetur pars alterius fratris fuiſſe donata, ſi ipſe non expreſsè contradixit.

5 Tertiò conſiderandum eſt, quòd † regulariter circa ius reale cenſetur quis ſibi facere præiudicium eo ipſo, quod non declarat animum ſuum in contrarium. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pigno. ſecus autem circa ius perſonale. *l.* filius fam. §. inuitus. ff. de procura. tradit Barr. *in d. l.*

6 quæ dotis. colum. penul. & fin. vnde † cum geſtor negotiorũ præſtat alimenta, vel pecunias, vel quid aliud, quod in ſuo genere functionem recipiat; meritò procedit diſputatio, an donauerit, nec ne, & recurritur ad coniecturas, de quibus in d. l. Neſennius. vt ait ibi Bald. col. 2. cum poſſibile ſit, quòd eiuſmodi pecuniæ, vel res prouenerint ex bonis illius, qui eſt ſub adminiſtratione alterius; vel dato, quòd re vera pro-

prouenerint ex bonis administrantis, quia tamen functionem recipiunt, finguntur prouenisse ex bonis illius, qui est sub cura. l. 2. in princip. ff. si cer. peta. scilicet occultato circuitu. arg. l. 3. §. pen. & fin. ff. de donat. int. vir. & vxo. & in effectu censentur præstationes personales. l. item Labeo. §. fi. ff. fam. hercis. §. quædã. cum gloss. Insti. de a c. adeò, quod sumus in secũda regula supradicta, scilicet ꝙ in iurib⁹ personalibus, vel in habentibus similitudinẽ cum eis, per taciturnitatem non fit præiudicium. cùm verò gestor negotiorum tradit rem suam immobilem, in qua non cadit functio secundum genus suum, cessant prædicta omnia; & nulla ibi cadere potest compensatio, vel eiusmodi fictio: sed succedit regula prima, quòd per taciturnitatem fit præiudiciũ, & actus traditionis factus à vero domino operatur effectum suum, scilicet translationem dominij: &
7 cum † non alia appareat causa eiusmodi trãslationis, & adsit charitas sanguinis; necesse est præsumere donationem. l. Campanus. ff. de ope. libert. cum similibus.

8 Quartò, † cum sit facile administratoribus sanguine coniunctis declarare animum suum, & id non fecerint; præsumuntur id de industria omisisse. l. 1. §. sin autem ad deficientis. vbi Pau. de Cast. C. de cadu. tollen. & videtur probari in l. cum post. §. 1. ff. de admi. tut. ibi, quoniam in instrumento ita scriptum sit ille patruus & curator, præsupponit enim text. ille, quòd, nisi in instrumento fuisset apposita illa dictio, curator, res nõ habuisset dubium, quin fuisset donatio. & tradit Bart. in l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de no. op. nun. Nec dicatur hoc esse contrà tex. in d. l. Nesennius. vbi, etiam si nõ dixerit se fecisse administratorio nomine, potest tamen aliquando repetere; respondeo id procedere in actibus habentibus tractum successiuum, in quibus difficile esset singulis horis protestari, veluti in præstatione alimentorum, maximè cùm ratio administrationis de sui natura exigat talem præstationem alimentorum; secus autem in actu momentaneo, & valde præiudiciali, & in quo verisimiliter quis debuit credere, id non videri factum administratorio nomine, cum in hac materia multũ inspiciatur verisimilitudo, vt patet in d. l. Nesennius. Et cui dubium, quòd administrator dans rem propriam in dotem, egreditur metas officij sui? ergo de simili actu non videtur habenda ratio, d. l. cum post. §. 1.

Quintò, quia in casu nostro mater ista euidenter egressa est officium curatricis alia ratione. nam post simplicem promissionem de euictione, etiã pro dato, & facto suo, quæ præcesserat; subiectum fuit pactum, quod in casum euictionis, quæ posset contingere intra 12. annos, posset gener agere ad dotem, & cætera bona ipsius matris, post eius mortem tamen. quæ res procul dubio non conuenit tutoribus, vel
9 curatoribus. † ipsi enim finito officio non tenentur de euictione. l. 1. in fin. C. quan. ex fac. tuto. l. post mortem. §. 1. ff. eod. tit. etiã si promiserint de euictione, scilicet simpliciter, secundum glos. & Doct. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procura. quinimò cum per tale pactum fiat expressa transfusio, & veluti nouatio in ipsam matrem, iudicandum est ex hoc, ꝙ ipsa voluerit absolutè contrahere proprio nomine, non autem vt curatrix. l. 4. §. in eum. ff. de admi. rerum ad ciuita. pertinen. vt ait Bart. in d. l. post mortem. §. 1.

10 Restat decisio Bald. † in dict. l. fin. C. de dot. promis. vbi videtur velle contrarium & in fratre, & in matre, cum scilicet generaliter gerunt negotia puellæ. Et pro responsione, in primis quò ad decisionem de fratre, satis apertè constat, quòd Bald. seipsum cõfundit, quia allegat Cinum, qui tamen dicit penitus contrarium, scilicet in 3. quęst. Et distinctio illa, an gerat negotiũ, nec ne, solùm fuit posita per Cinum in 2. q. quando scilicet datur non res propria, vel cõmunis, sed aliquid, quod in genere suo functionem recipit, in 3. autẽ quæst. loquitur Cin. absolutè, & indistinctè, etiam si gerat negotia, quia allegat. l. Nesennius. & de ea semper argumentatur, & alioqui nõ differret secunda quęstio à tertia, nam licet in secunda loquatur de extraneo, comprehenditur tamen etiam frater in hac materia. l. 1. §. extraneum. C. de rei vx. ac. Et pari modo nihil valet ratio, qua mouetur Bald. dum scilicet ait, quòd quælibet cõiectura etiã leuis tollit donationem, hæc enim
11 ratio non procedit in causa dotis, nam † fauore dotis præsumitur donatio, etiam vbi posset præsumi alia causa, vt tradit Bal. Nouel. in tractatu de dot. par. 6. in 45. priuile. & patet ex l. prima. §. accedit. C. de rei vxo. ac. & l. cum is. §. si mulier. ff. de condic. inde & l. ex morte. §. similiq́ue modo. C. de pac. conuen. quin imò ipsemet Bald. in dict. l. Nesennius. contrarium vult eius, quod voluit in dict. l. fina. & mouetur bonis rationibus. Quo ad aliam verò decisionem Bald. de matre, vbi etiam videtur sentire contrarium, quia negari nõ potest, quin mater curatrix dicatur habere administrationem necessariam, patet responsio ex prædictis, quia sicut malè locutus est Bal. in quæst. de fratre, ita & in ista. Prætereà decisio Bal. applicata ad casum nostrum, retorquetur contra matrem, quia hîc egressa fuit officium suum, dando rem propriam in dotem, & subrogando expressè alias res suas in casum euictionis,

nis, vt ſupra dictum fuit, adeoque in actu iſto non fuit adminiſtratrix neceſſaria, ſed voluntaria, ergo cenſetur donaſſe, vt expreſsè vult Bald. Et quicquid ſit de mente Bald. conſtat ex prædictis cõmunem opinionem & magis fundatam eſſe in contrarium.

12 Non etiam obſtant verba illa, † nomine ipſius filiæ, nam etiam ſi mater voluiſſet expreſsè donare, neceſſe fuiſſet apponere eiuſmodi verba: & ſonant in effectu, perinde ac ſi dictum fuiſſet, pro filia, vel ad vtilitatem filiæ, ſcilicet quando eſt actus, qui geri poteſt ſine mandato, vt per Bar. in dicto §. nunciatio. & in terminis de dote tradit Bald. Nouel. vbi ſuprà, in 6. par. priuil. 46. colum. fin.

Ad l. cum poſt. §. 1. ſatis patet reſponſio ex ſupradictis, videlicet, quòd loquitur nõ in promiſſione rei propriæ, vel cõmunis, ſed rei, quæ in ſuo genere recipit functionem, vt per Bald. in d. l. Neſennius. colum. 2. Poſſet etiam dici, quòd procedit, quando expreſſum fuerat nomen Curatoris, vt patet ex ipſo tex. quod vtique in caſu noſtro factum non fuit.

Iacob. Mandell. Albenſis, Iuriſcon. Mediolani. 1543. 4. Nouembris. pro D. Io. Ba. Poſbonello.

ARGVMENTVM.

De ſubſtitutione, ſi filij, & quilibet eorum decederent &c. an locum habeat, aliquo eorum decedente, an verò omnibus copulatiuè decedentibus. Et quando cenſeantur etiam ſubſtituti, & vocati filij ſororum in caſu, quo facta fuit prohibitio, ne bona exirent de domo, & agnatione. Et an procedat illa argumentatio, excluſit proximiores, vt ſorores, ergo etiam remotiores, vt filios ſororum. Item quòd onus legatorum pertineat ad fideicommiſſarium vniuerſalem, non ad hæredem.

SVMMARIVM.

1 PERICVLOSVM *eſt interpretari mentem teſtatoris, & in ea ſæpe erramus.*

2 *Actum videtur, quod ex verbis colligitur.*

3 *Dictio, quilibet, de ſui natura, & proprietate, idẽ importat, quod dictio, aliquis.*

4 *Clauſula illa, ſaluo vt infra, de ſui natura modificat, ſeu limitat illud, ad quod immediatè opponitur, & reſeruat aliquid inferius.*

5 *A ratione agnationis conſiderata per ſtatutum, vel per teſtatorem, non ſemper arguitur indiſtinctè, neque fit extenſio, ſed reſtringitur ad perſonas nominatas, &c.*

6 *Prædilectus in primo gradu ſubſtitutionis, an cenſeatur etiam prædilectus in ſecundo gradu.*

7 *Teſtator ſi excluſit proprias ſorores, an cenſeatur etiam excluſiſſe filios ipſarum ſororum.*

8 *Teſtatores ſæpe vocant deſcendentes maſculos ex filiabus, non autem ipſas filias.*

9 *Argumentum ab excluſione filiarum ad excluſionem deſcendentium ex ipſis filiabus, non valet, quando verba teſtatoris indicant contrarium.*

10 *In fideicommiſſo vniuerſali onus legatorum pertinet in totum ad ipſum fideicommiſſarium vniuerſalem, non autem ad hæredem.*

Conſilium XIII.

1 VM periculoſum † ſit interpretari mentem teſtatoris, & in ea ſæpe erremus, vt ait Bal. in l. præcibus. colum. 7. C. de impub. ſubſti. meritò iura introduxerũt, quòd à verbis teſtatoris recedendum non ſit, niſi clarè conſtet de eius voluntate, vulga. l. non aliter. ff. de lega. 3. † quia

2 actum videtur id, quod ex verbis colligitur. l. Labeo. §. idem Pubero. ff. de ſuppl. lega. & l. Nepos Proculo. ff. de verb. ſignifi. Accedendo igitur ad rem noſtram, videtur fundata intentio filiorum natorum ex ſororibus &c. ex verbis ipſius teſtamenti, dum dictum fuit, ſi filij, & quilibet eorum decederent &c. cum dictio

3 † quilibet, de ſui natura, & proprietate, idem importet, quod dictio, aliquis. l. ſi pluribus hęredibus. ff. de lega. 2. & l. non diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. Bar. in l. 2. colum. 1. ff. de duob. reis. Et tantò magis, quia dictum fuit, ſi filij, & quilibet eorum. nam, ſi intentio teſtatoris fuiſſet, quòd ſubſtitutio non haberet locum, niſi omnibus filiis copulatiuè decedentibus; ſatis erat, quòd dixiſſet, ſi filij deceſſerint; ſed cum addiderit illam dictionem, quilibet. videtur voluiſſe comprehendere *alium* caſum. l. ſi quando. ff. de lega. 1.

Secundò videtur fundari eorum *intentio* ex alijs verbis teſtamenti, videlicet ex clauſula illa, ſaluo † vt infrà; quæ ter, aut quater fuit re-

4 petita, vt maiorem indicaret deliberationem, & fuit appoſita immediatè ipſi ſubſtitutioni, quæ fiebat de quatuor filijs D. Iacobi; & natura talis clauſulæ eſt modificare, ſeu limitare illud, ad quod immediatè apponitur, & reſeruare aliquid inferius, vt de ſe patet, & tradit gloſſ. in l. item Labeo. in verbo, ſi purè. ff. fam. herciſ. & in l. ſi debitor. §. ſi in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hipo. ſol. vnde, cum hic faceret teſtator ſubſtitutionem de prædictis quatuor filiis D. Iacobi, & de ipſorum filiorũ filijs maſculis, & deſcendentibus, & adiecerit dictam clauſulam, ſaluo, vt infra; non poſſumus negare ſecundũ rationem recti ſermonis, quin voluntas teſtatoris fuerit vocare dictos filios D. Iacobi, & eorum deſcendentes, non abſolutè, ſed limitatè, videlicet excludendo eos aliquo caſu, & cùm in tota parte ſubſequenti non reperiatur aliquis caſus poſteà exceptus per teſtatorem,

statorem, nisi casus, de quo nunc agitur; necesse est, quòd supra dicta reseruatio verificetur in co.l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruc.

Non obstant tria, quæ videntur posse adduci in contrarium. Primò scilicet, quòd intentio testatoris fuerit conseruare bona in agnatione, vt sæpius fuit repetitũ in ipso testamento, isti autem filij sororum non sunt de agnatione, & dictio, quilibet. resoluitur aliquando in dictionem, omnes. si voluntas testatoris id suadeat, dicta l. hoc articulo. Respondetur enim, quòd in prçsenti casu verba testatoris tollunt eam dubitationem, quia supradicta clausula, saluo vt infra, fuit apposita non solùm in ipsa substitutione, sed etiam in ratione ipsius substitutionis, & prohibitionis. nam postquã dictum fuit, quòd bona remanere deberent in domo de Glussiano; fuit statim repetita dicta clausula, saluo semper prout infra. adeò, quod non solùm possibile est, quòd testator vocauerit istos filios sororum in casu, de quo nunc agitur, sed etiam id videtur necessarium, quia alioqui non possent verificari dicta verba, neque dari aliquis casus, in quo bona exirent de familia, & domo de Glussiano. Et præter hoc
5 etiam dici posset, quòd † à ratione agnationis consideratæ per statutum, vel per testatorem, non semper arguitur indistinctè, & ad exclusionem omnium personarum, neque fit extensio absoluta: sed solet restringi talis ratio agnationis ad personas nominatas expresè, neque trahitur ad fauorem aliarum personarum, etiam si in eis sit maior ratio, neq; etiam trahitur in odium aliarum personarum, etiã si sint remotiores, vel in eis sit mãior ratio odij, vel minor ratio fauoris, vt multa huiusmodi tradit Deci consil. 287. incip. In ciuitate Placentiæ. col. 3. & 4. versicu. secundò proprius ad casum, cum sequentibus, & sentit Alexan. con
sil. 97. Viso themate. col. 2. in 2. vol.

6 Secundò non obstat, si dicatur, quòd † illi quatuor filij D. Iacobi in primo gradu suæ substitutionis fuerunt prædilecti istis prouenientibus ex sororibus, quia illi fuerunt vocati, & isti non; ergo etiam censeri debent prædilecti in secundo gradu substitutionis, vt scilicet si aliquis eorum decedat superstitibus cæteris, tales superstites succedãt. l. Lucius. §. pater puerum. ff. ad Trebell. Respondet Bart. in l. fin. ff. ad Trebel. quod huiusmodi argumentum non procedit, quando ratio recti sermonis nõ patitur, prout propriè contingit in casu nostro, attenta proprietate illius dictionis, quilibet. & inspecta clausula reseruatoria, & limitatoria, de qua supra dictum fuit.

7 Non obstat tertio loco si diceretur, † quòd si testator excluſit proprias sorores, & eis prætulit istos filios D. Iacobi, & eorũ descendentes, videtur multò magis excluſisse filios ipsarum sororum, & ei prætulit filios D. Iacobi. argu. l. si viua matre. versic. nam licet. C. de bon. mater. Ad hoc enim facilis est responsio, quòd cessant hic tales coniecturæ, & eiusmodi argumenta, cùm clarũ sit, quòd testator magis dilexit ipsos filios sororum, quàm ipsas sorores. nam ipsos vocauit per substitutionem & nunquã vocauit sorores. neq; id debet esse mirum;
8 quinimò sæpe contingit, scilicet † quòd testatores vocant descendẽtes ex filiabus, dummodò sint masculi, licet non vocauerint ipsas filias; quia considerant testatores sexum masculinum tanquam magis idoneum ad conseruanda ea, quæ sibi relinquuntur, quàm sexum fœmineum, quod communiter soleat transire ad alias familias, vt in simili casu considerat Paul. de Cast. consil. 341. alias. 339. incip. Præsuppositio quòd dictum statutum. in fin. in antiqui. &
9 Deci. consil. 303. col. fina. Quod autem † non valeat argumentum ab exclusione filiarum ad exclusionem descendentiũ ex eis, quando verba testatoris indicãt contrarium, tradit Curt. sen. consil. 44. alias 45. statuto. col. 10. versicu. & si ex premissis clara, seu in versi. sequenti ibi. Ad secundum quòd in fideicommissis, & tradit ibi Curt. multa facientia ad casum nostrũ, maximè quòd testator in dubio præsumendus est minus grauasse proximiores, & quod inspiciendum non est, quid testator cogitauerit in mente sua, nisi eatenus, quatenus ad dispositionem peruenit; & quod non potest allegari voluntas defuncti ad detrahendum verbis, & quod propter nimiam subtilitatem erramus in coniecturanda mente defuncti, cum animũ ipsius non videamus, vt ibi per eum.

Quò ad petiam terrę existentem in loco Robiani, admittitur quòd res consistit in facto.

Quò autem ad onera legatorum, res videtur clarissima pro hærede aduersus fideicommissarium omissa disputatione, an extarent bona mobilia, nec ne, quia, si bene inspiciamus, fideicõmissum est vniuersale. licet enim prohibitio alienandi referatur ad immobilia tantum, fideicommissum tamen est vniuersale, cùm dictum sit in bonis meis immobilibus, & iuribus, & statim etiam sequatur hæredes vniuersales &c. & paulò inferius, dum legat florenos. 200. sororibus, repetitur, hæredes meos &c. & inferius in vltima substitutione, dum vocat filios masculos ipsarum sororum, dicit, in dicta hæreditate & bonis meis immobilibus hæredes vniuersales, &c. si enim posteriore in gradu vult testator sibi esse hæredes vniuersales in hæreditate, necesse est fateri, quòd sint vniuersales hęredes illi, quibus tales posteriores

riores ſuccedunt, ſeu quorum medio admit-
10 tuntur. Stante † igitur fideicommiſſo vniuerſali, res eſt ſine dubio quòd onus legatorũ pertinet in totum ad ipſum fideicommiſſarium vniuerſalem, cùm hæres nihil apud ſe habeat vltra quartam Trebellianicam. l. 1. §. fin. & ibi gloſſ. & Doct. ff. ad Trebel. & l. fin. C. co. tit. & per gloſ. & Cyn. & alios in l. 2. eod. tit.

Iacob. Mandellus Alben. Mediolani. 1544. Menſe Februario, pro D. Franciſco de Beſana Aromatario.

ARGVMENTVM.

Quòd ab executione non poſsit appellari. Et de exceptione proueniente poſt ſententiam, an poſſit opponi in executione, & maximè proueniens ex confeſsione partium. Et an vbicunque licet excipere, liceat etiam appellare, & quomodo in hoc intelligatur gloſſ. in c. intelleximus. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Ab executione non poteſt appellari, neque etiam à pronuntiatione de exequendo.*
2 *Exceptio proueniens poſt ſententiam, an poſsit in executione opponi.*
3 *Executio rei iudicatæ impeditur, ſi de iniquitate conſtet per cõfeſsionem partis, & quomodo id intelligatur.*
4 *Litigare quis poteſt re vera pro alio, licet in cortice videatur litigare pro ſeipſo.*
5 *In iure pignoris non licet vti interpoſita perſona. Et quomodo procedat tex. in l. & qui ſub imagine. C. de diſtrac. pigno.*
6 *Exceptio, quæ fuit ſemel oppoſita, & ſuper qua fuit iam cognitum, & diſputatum, non poteſt amplius opponi, etiam quòd ſit de illis, quæ poſſunt opponi poſt ſententiam.*
7 *Appellare licet, vbicunque licet excipere, & de intelligentia gloſſæ in c. intelleximus. de iudi.*
8 *Appellare non licet poſtquam res tranſiuit in iudicatum; & tamen in executione poſſunt opponi multæ exceptiones.*
9 *Ab executione non licet appellare; & tamen licet contra eam excipere, ſi nondum fuit exceptum.*

Conſilium XIIII.

1 PRAESVPPOSITA communi concluſione, quòd † ab executione non licet appellare, ſiue ſit executio ipſa facti, ſiue ſit pronunciatio de exequendo, vt per Bart. in l. ab executore. in prin. ff. de app. & eam communem dicit Alexand. conſil. 95. Viſis proceſ. colum. 2. in 2. volum. & latius per Felin. in c. quod ad conſultationem. colum. 8. & 9. de re iudica. non obſtant, quæ in motiuis fuerunt excitata.

Et cùm motiuum videatur continere in effectu tria capita, quorum primum eſt, quòd
2 exceptio † proueniens poſt ſententiam poteſt in executione opponi, veluti videtur exceptio ſimulati contractus in caſu noſtro proueniens ex confeſsione partium, poſt duas ſententias. &c. Pro reſponſione dicitur primò, non eſſe verum, quòd ex tali confeſsione inferatur, quòd contractus ſit ſimulatus, quia, licet in inſtrumento dicatur contractum fuiſſe factum fiducialiter; illud intelligitur reſpectu precij, quia de eo fuit habita fides, prout innuunt verba ſubſequentia, ſcilicet cùm dictũ fuit, (quòd D. Baſſianus tunc non numerauit precium, nec aliud loco precij,) prout latius deductum fuit & oretenus, & in ſcriptis, dum cauſa pendebat coram Magnifico d. Prætore; & neceſſe eſt fateri vnum de duobus, ſcilicet vel quòd dicta confeſſio non inferat dictum contractum fuiſſe ſimulatum, vel ſaltem quòd id ſit diſputabile, & vtroque caſu repellendi ſunt Magnifici Do. Viſtarini; quia quod dicunt
3 Docto. † executionem rei iudicatæ impediri, ſi de iniquitate conſtet per confeſsionem partis; non procedit, quando huiuſmodi confeſſio non eſt omninò clara, & liquida, ſed recipit aliquam diſputationem, vel dubitationẽ, vt tradit Felin. in c. inter cæteras. colum. ante-penult. verſic. ſecunda declaratio. & verſi. tertia declaratio. & verſic. & hanc declarationem de re iudica.

Reſpondetur & alio modo, quòd talis confeſſio, etiam ſi contineret apertam ſimulationem contractus; non videtur potens ad annullandum duas ſententias, quæ tranſiuerunt in iudicatum, & quæ habentur pro veritate, quia talis confeſſio, vel ſimulatio non poteſt dici continere aliquam iniquitatem. nam, ſicut nõ eſt prohibitum, quòd vnus litiget procuratorio nomine pro alio, ita etiam † nõ debet cen-
4 ſeri prohibitum, quòd vnus litiget re vera pro alio, licet in cortice videatur litigare pro ſeipſo. id enim videtur ſolũ prohiberi, cũ res tranſfertur in potentiorem aduerſarium, vt ſunt iura vulgata. ergo in cæteris caſibus videtur eſſe permiſſum. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maio. & hoc nunquam negauerunt Domini Aduocati ipſorum Dominorum Viſtarinorum: ſed alia ratione inferebant iniquitatem, ſeu nullitatem ſententiarum ex prædicta confeſſione ſimulationis, eò, quòd ius domini Tyberij cedentis Baſſiano Bonono fuerat cauſatum ex apprehenſione facta vigore pactorum executiuorum, & ita iure † pignoris; quo caſu nõ licebat vti interpoſita perſona. l. & qui ſub imagine.

imagine. C. de distrac. pig. Ad quod fundamẽtum post multas responsiones fuit tutissimè responsum, quòd ille text. non procedebat, quãdo adest pactum, quod quis possit propria autoritate sibi in solutum accipere, vt per Bar. in l. 3. col. 3. versic. vlterius iuxta prædicta. C. de pigno. Et quãuis corã d. Prætore responderetur ad hoc, ꝙ Bar. ibi loquebatur in hypotheca non generali, sed alicuius rei singularis. Item quod Bar. loquebatur, quando pactũ accipiendi in solutum fuerat appositum ex interuallo, non autem ab initio, vt in casu nostro; fuit tamen ad vtranque rationem replicatum per D. Sidoniam, & benè, videlicet quòd decisio Bar. procedebat etiã in hypotheca generali, vt tradit idem Barto. in l. si fundus. §. fin. in fin. ff. de pign. nec poterat dari ratio diuersitatis inter specialem, & generalem hypothecam in hoc proposito. Et ad secundam rationem fuit replicatum, quòd distinctio illa, an pactũ accipiendi in solutum apponatur ab initio, vel ex post facto &c. procedit in pacto accipiendi in solutum pro ipsa summa debita, secus autem in pacto accipiendi in solutum pro iusto precio, vel simpliciter, vt per Barto. in l. quamuis. ff. de solutio. & in d. l. si fundus. Si igitur sumus extra casum dictæ l. Et qui sub imagine. non est curãdum, an contractus fuerit simulatus, vel non simulatus, per supradicta.

Respondetur & tertio modo, per quem vnico verbo cessare debet omnis disputatio, vi-
6 delicet, † quòd ista exceptio simulationis fuit post dictas duas sententias semel opposita coram D. Prætore; & super ea fuit latissimè cognitum, & disputatum; ideò amplius non est admittenda. glos. in l. Nesennius. §. fi. ff. de re iudi. Bar. in l. ex diuerso. §. fin. ff. solu. matri. vbi adducit rationem, & ibi etiam tradit Bald. & idem Bal. in l. ab executione. col. penul. versic. quęro quomodo cognoscam. C. quorum app. non recip. vbi ait, quòd, etiam si sit exceptio de illis, quæ solent posse opponi post sententiam, veluti sunt illæ, quæ non minuunt obligationem, sed moderantur executionem; non tamen potest amplius opponi, si de ea fuit semel disputatum; tradit etiam Ias. in l. 1. col. penult. versic. secundò limita. C. de iur. & fac. igno. & tradit Abb. in c. de cætero. col. 3. & 4. in tertio membro principali de re iudi.

Secunda pars motiui tendit ad appellatio-
7 nem admittendam, cò, quòd † vbicunque licet excipere, liceat etiã appellare, iuxta glos. in c. intelleximus. de iudi. Et ad hoc respondetur duobus modis. primò non esse verum, quod liceat excipere, vt modò dictum fuit, ergo nec appellare: & vt æquiparatio sit bona, debet intelligi in terminibus paribus, id est, de exceptione & appellatione in eodemmet iudicio. Et verum est, quòd corã d. Prætore sicut potuit excipi, ita poterat appellari, scilicet si ipse non admisisset exceptionem; nunc verò cum non liceat amplius excipere, non etiam licet appellare.

Respondetur & alio modo, quòd glos. in d. c. intelleximus. æquiparat exceptionem, & appellationem, in eo proposito tantum, quòd vtrunque sapit vim defensionis; ideoque sicut excommunicatus potest excipere, ita potest appellare, vt etiam habetur in c. cum inter. de excep. non tamen vult glos. absolutè, quòd vbi potest excipi, possit etiã semper appellari, & si id voluisset, malè fuisset locuta: nam videmus,
8 † quòd postquàm res transiuit in iudicatum, non amplius licet appellare; & tamen in executione talis rei iudicatæ possunt opponi multæ exceptiones, vt per glos. & Bart. & Doct. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudi. & per prac. Papien. in for. execu. senten. diffini. Et cui dubium, quòd dum glos. in d. c. intelleximus. videtur æquiparare exceptionem, & appellationẽ, debet intelligi, stantibus cæteris habilibus. l. qui testamento. in prin. ff. de testa. videlicet, quòd qui potest excipere, potest etiam appellare, dummodò scili-
cet regulæ in materia appellationum non ob-
9 stent. Et in terminis nostris, quòd † ab executione non liceat appellare, & tamen liceat contra eam excipere, scilicet si nondum fuit exceptum, tradit Ang. Aret. in d. l. ab executore. ff. de app. & sequitur Felin. in c. quod ad consultationem. colum. 9. num. 14. de re iudi.

Tertia pars motiui tendit etiam ad appellationem admittendam, si commissus sit excessus in executione, & inferatur causa talis excessus, quæ si vera esset, sufficiens esset, sicut dicimus in interlocutoria &c. Sed ad hoc satis colligitur responsio ex his, quæ supradicta fuerũt circa primam partem motiui: dicimus enim, quòd causa, quæ in hac appellatione inferitur, scilicet de confessione simulationis, non est sufficiens, dato, quod esset vera; quia, cùm semel super ea fuerit cognitum, non amplius potest in medium adduci; & paria sunt, nullũ habere ius, vel habere, sed illud producere tempore in competẽti. l. sub prætextu. C. de transac. Item dicitur, ꝙ nõ est sufficiens causa, quia, vt dictum fuit, talis confessio non concludit, quod contractus fuerit simulatus, sed ꝙ fuerit habita fides de precio. Item non est sufficiens causa, etiam si ipsa confessio concluderet contractum simulatũ, quia stante pacto accipiendi sibi in solutum, non habet locum rex. in d. l. Et qui sub imagine. vt dictum fuit. Et hæc aliquantulum latius fuerũt deducta, vt appareat,

q̃ non solùm reijcienda est appellatio, verùm etiã q̃, si admitteretur, esset tamẽ frustratoria.

Iacob. Mandellus Albensis, Iurisc on. salu-
uo &c. Mediolani. 1544. die 7. Apri-
lis. pro D. Sidonia.

ARGVMENTVM.

De Monitorijs, quando, & contra quos concedantur, & an post, & ante litem cœptam.

SVMMARIVM.

1 IVDEX *Ecclesiasticus ad instantiam cuiuscunq; petentis potest concedere monitorias generales contra detinentes res alienas, item & contra testes, qui sciunt veritatem & cætera.*

2 *Monitoriæ possunt concedi non solùm post litem cœptam, sed etiam ante.*

3 *Iudicia fieri non debent frustratoria.*

4 *Stylus, Quòd monitoriæ concedantur solùm post litem cœptam, non valet, tanquam contrarius indagandæ veritati.*

5 *Probationum facultas non est coangustanda, neq; valet pactum, statutum, iuramentum, vel consuetudo, si tendant ad restringendam facultatem probationum.*

6 *Stylus an possit allegari abnegatiuo modo &c.*

7 *Propalationes fieri possunt cum iuramento, si id præcipiatur in monitorijs.*

Consilium XV.

NON est dubium de iure, quin Iudex † Ecclesiasticus ad instantiam cuiuscunque petentis possit concedere monitorias generales contra detinentes res alienas, vt, nisi intra certum tempus restituant, sint excommunicati, vt per glo. in Clemen. dispendiosam. in verbo; præmoniti. de iudi. & gloss. Bar. & alios in l. Ciuile. C. de furt. & id pro regula tradit Neuiza. in sua Sylua nuptiali, in verbo, Monitorię. in prin. & eadem ratione possunt concedi eiusmodi generales monitoriæ contra testes, qui veritatem sciunt de aliquo negotio, cum eorum nomina ignorantur, vel aliter nolunt deponere, vt est tex. in c. ad nostram. el. 2. de iureiu. & ait ibi Abb. col. 1. quòd ille tex. procedit indistinctè, nõ solùm vbi agitur de materia peccati, sed etiã vbicunque testes possunt compelli: & ibi etiã infert, posse fieri hæc pro causis tractandis coram Iudice seculari, & posse etiam concedi cõtra personas certas, & proprio nomine expressas, si recusant ferre testimonium; tradit etiam Neuiza. vbi suprà in 2. col. versic. amplia tertiò.

2 Et possunt † huiusmodi monitoriæ concedi, non solùm post litem iam cœptã, sed etiam ea nondum cœpta, vt patet in d. c. ad nostram. qui text. in verbis illis, vsuras repetere non attentent. clarè probat, q̃ non cœpta erat lis, & indistinctè eas semper vidi concessas ante cœptam litem, & hanc pro notoria practica tradit Neuiza. vbi supra colum. 7. versicu. superest pro complemento. vbi ait, quòd obtentis propalationibus, datur postea libellus, & parte citata postea repetuntur, vt ibi per eum, colum. fina. Et naturalis ipsa ratio suadet, quòd concedendæ etiam sint antè litem cœptam, si id petitur: nam propalationes veritatis quærunt, vt quis scire possit, an habiturus sit probationes, quibus valeat deducere ius suum in iudicium, & illud legitimè prosequi; & frustratorium esset inchoare iudicium, nisi quis prius in manu haberet exitum verisimilem, & inridicũ ipsius iudicij. Et Iura hoc maximè curant, &
3 quotidie id iniungunt Iudicibus, ne † videlicet fiant iudicia frustratoria. l. si prætor iusserit. in princip. ff. de iudi. & ne inanibus litibus, atque expensis homines vexentur. l. 2. in princip. ff. de aqua plu. arcen.

Neq; habenda hic videtur aliqua difficultas,
4 quod fortè stylus † huius Curiæ eas monitorias duntaxat consueuerit cõcedere post litem cœptã. nam præterquam quòd puto non valere huiusmodi stylum, tanquam contrariũ indagandæ veritati, cui iura semper volunt esse
5 locum. l. Imperatores. §. pen. ff. de proba. † nec probationũ facultas est coangustanda. l. quoniam. in fin. C. de hære. & regulariter reprobatur pactum, statutum, iuramentum, consuetudo, si tendunt ad restringendã facultatem probationum. not. Doct. in c. 2. de proba. *videtur,*
6 quòd † allegari non possit stylus eo *modo abnegatiuo*, videlicet, quòd si conceduntur post litem cœptã, censeantur tacitè denegari ante cœptam litem. potest enim esse, quòd casus nõ euenerit, quemadmodum de cõsuetudine negatiua dicunt Docto. in l. de quibus. ff. de legi. & in dubio recedendum non est à dispositione iuris scripti, præsertim quæ rationes habet euidentes tam iuris naturalis, quàm positiui, & quam vsu seruari attestantur scribentes in hac materia, vt suprà dictum fuit.

Nec video, quid timendum sit de subornatione testium, si deponant ante litem cœptam magis, quàm post eam cœptam. Si enim obijciatur, quòd post eorum depositionem erit notum eorum nomen, & ita poterunt subornari antequàm rursus deponant *in iudicio, parte citata*: Respondeo, quod pari modo possunt subornari, si eorũ propalationes sumantur post litem cœptam, cum etiam eo casu sint posteà repetendi testes, parte citata; & possent subornari post eorum propalationem, antequàm

quàm sint repetiti, & idem in effectu est vtroque casu. Et nullo modo est verisimile, quòd permittant se subornari, postquàm semel deposuerint, quia detegerent euidēter se varios.
7 Et id tanto minus est verisimile, si † in propalationibus deponant cū iuramento, quod fieri potest, dummodò id præcipiatur in monitorijs, vt per Neuiza. vbi suprà, colum. fin. tunc enim essent periuri, si variarent; ideò nullatenus id est credendum.

Iacobus Mandell. Alben. Mediolani. 1544. 7. Maij, pro Illust. D. Dominico. Saulo.

ARGVMENTVM.

Castra seu fortalitia de sui natura an sint de reseruatis Principi, & an præsumantur feudalia. Et quòd aliquando pertineant ad dominum, iure superioritatis, non iure pleno. Et de iure piscandi, an sit de regalibus, & ad quos pertineat. Itē ad quem pertineant fossata loci, & ripę fossatorum, & arbores in ipsis ripis existentes.

SVMMARIVM.

1 QVÆLIBET *Res præsumitur libera.*
2 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, non autem feudalia.*
3 *Debet prius cōstare de re, quàm de ea disputare, & debet constare prius de homicidio.*
4 *Locus pertinet aliquando ad dominum iure superioritatis, non autem iure pleno.*
5 *In antiquis nulla melior est probatio, quàm per instrumenta, & scripturas.*
6 *Dominium probatur per instrumēta locationum, iunctis alijs coniecturis.*
7 *Liber Cōmunitatis probat etiam pro ipsa Cōmunitate, si seruatus fuit in archiuis.*
8 *Euidentia superat omnes alias probationes.*
9 *Regalia præscribuntur per tantum tempus, de cuius initio &c.*
10 *Ius piscādi an sit de regalibus, & quando, & quid de iure piscandi in fossatis oppidi.*
11 *Ius piscandi non semper est de regalibus, sed tunc tantū quando Princeps ex longa consuetudine exigit vectigal ex commodo piscandi.*
12 *Per tempus 30. vel 40. annorum Cōmunitas præscribit alueum fluminis publici.*
13 *Generalis dictio posteà subiecta, cōprehendit omnes alios casus similes expressis.*
14 *Condemnationes sunt de regalibus.*
15 *Exceptio, & reseruatio declarant concessionem.*
16 *Meliorationes pertinent ad eum, ex cuius facto, & industria proueniunt, & ipsius lucro cedunt.*
17 *Ripa fossatorum loci, & arbores in ea existentes, ad quem pertineant.*

Consilium XVI.

CAsvs iste, qui vertitur inter Communitatem, & homines loci Trecatæ, & Magnificos dominos, seu feudatarios ipsius loci, videtur aliquantulum cōfusus, propter longum processum diuersis temporibus inter eos agitatum: sed si reducatur res ad punctum iuris, non videtur habere maximam difficultatem. Et cùm ipsa Communitas, & homines sint rei cōuenti, satis esset eis docere, quòd fundamenta ipsorum dominorum feudatariorum non concludunt, cū regulare sit, quòd actore non probante, reus absoluitur. Nihilominus, vt res clarior, & tutior reddatur, non solùm respondebitur fundamentis ipsorum actorum, sed & illinc sumpta occasione, deducētur fundamenta ipsius Communitatis, ex quibus plenè constabit de bono iure suo.

Sigillatim igitur procedēdo iuxta ordinem trium dubiorum in facto propositorum, videlicet, quoad locum appellatū el Castellazzo, secundò, quò ad fossas, seu fossata, & ius piscandi, tertiò, quo ad ligna, seu arbores, quæ proueniunt ex ripis dictarū fossarū. Et primò quoad ipsum locum Castellatij, seu Castri, dicunt ipsi Magnifici domini, se habere intentionem fundatam duplici ratione, videlicet, quia castra, seu fortalitia sunt de rebus reseruatis Principi, vel gerentibus locum Principis. Item quòd in iuramētis fidelitatis, & recognitionis, ipsi homines recognouerūt ipsos feudatarios, etiam in dominos fortalitiorum.

Et pro responsione, posset ipsa Cōmunitas primò dicere, non esse verum, quòd castra, seu fortalitia sint de sui natura de reseruatis Principi; quinimò fortius videtur, quòd Castra de
1 sui natura nō præsumuntur feudalia, quia † est regula cōmunis, quòd quælibet res præsumitur libera. l. altius. C. de seruitu. & aqua. Bal. in l. libertas. in prima lectura. ff. de sta. homi. Et
2 † quòd bona præsumūtur allodialia, in dubio, est vulgatum, vt traditur. in cap. 1. §. 1. & 2. si de feud. defunc. conten. inter domi. & agna. & specialiter in castro, tradit Deci. consil. 269. in prin. & cons. 252. col. 2. vers. secundò principaliter. alioqui non laborarent Doct. an concesso castro, censeatur cōcessa iurisdictio, saltem ex aliquibus verbis ipsius concessionis, vt latè per Oldrad. cons. 252. Ad quæstionē, qua quæritur. Et quòd reperiantur fortalitia, quæ sint allodialia, docet ipsa experientia, ideò non opus est circa hoc insistere.

Sed complectendo vtrunq; fundamentum partis aduersæ, quia ambo ad idem tendūt, respondetur in primis, quòd extra propositum

videtur petitio iſtius caſtri, ſeu fortalitij, cùm non probauerint ipſi domini, in eo loco eſſe de præſenti, vel vnquam fuiſſe aliquod fortalitiũ.
3 eſt enim ſine dubio, quòd †prius debet conſtare de re, quàm de ea diſputare. l. diuus. vbi Bar. ff. de teſta. mili. prout etiam dicimus, quòd ante omnia conſtare debet de homicidio cõmiſſo. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. Nec quicquam in hoc propoſito probauerũt ipſi domini feudatarij, nec poſſunt ſe iuuare ex aſſertione facta per ipſos homines in inſtrumento recognitionis, quia præterquã quòd illa verba inſtrumenti habent aliam intelligentiam, vt ſtatim dicetur, nihil faceret talis confeſſio, ſi non conſtaret de re, cùm hic tractetur de re, quæ non dependet ab animo ipſius confitentis. Barto. in l. poſt legatum. col. 2. & 3. ff. de indign. Et quòd nullum vnquam ibi fuerit fortalitium, etiã ab initio, id eſt, tempore primæ inueſtituræ, ſatis patet ex inſtrumentis mãdati facti per Illuſtriſſimos Duces ad inferendum ipſum locũ Trecatæ, & ex inſtrumẽto primæ inueſtituræ; nam in huiuſmodi inſtrumentis nullum verbum de caſtris, ſeu fortalitijs.

Reſpondetur & ſecundo modo, quòd ipſa Communitas non negat, quin dictus locus per-
4 tineat ad dominos, ſcilicet iure † ſuperioritatis, nõ autem iure pleno, quia verba ipſiuſmet recognitionis arguunt contrarium. dicitur enim in dicto inſtrumento, quòd ipſi homines recognoſcunt eum in dominum dictæ terræ Trecatæ, & fortalitiorum ſuorum, & omnium iurium, reſeruata tamen ſuperioritate ſtatus Mediolani, &c. Si itaque ipſi domini petunt hunc locum iure ſuperioritatis, prætendentes ſolùm ſe habere in eo iuriſdictionem, prout habent in reliqua parte ipſius loci Trecatæ, bene petunt, & ſi Communitas id recuſaret, malè faceret. Si verò petunt pleno iure, malè petunt, & verba ipſius inſtrumenti retorquentur contra eos, quia vnico ſtructu verborum continetur locus Trecatæ, & fortalitia ſua, & iura. vnde quemadmodum reſpectu loci Trecatæ ipſi domini duntaxat habẽt ſuperioritatem, id eſt, dominium directum, ſeu iuriſdictionem feudalem, iuxta nota. per Specula. de feud. §. quoniam. in 40. q. col. 2. ita etiam neceſſe eſt fateri, quòd reſpectu dictorũ fortalitiorum idem ſit, &c. argu. l. iã hoc iure. ff. de vulga. Et id clarius etiam patet ex inferiori parte inſtrumenti, dum dicitur, quòd ipſi homines dictam terram Trecatæ cum ſuis fortalitijs, & iuribus tenebunt, & conſeruabunt, & cuſtodient ad ſtatum, & honorem ipſius domini feudatarij &c. quæ verba apertè denotãt meram recognitionem reſpectu ſuperioritatis tantùm, quia ſi ibi fuiſſet aliquod caſtrum habens formam fortalitij, & quod pleno iure fuiſſet ipſorum dominorum, certè à communiter accidentibus nõ tradidiſſent illud in manus ſubditorum: & ſi tale caſtrum fuiſſet pleno iure ipſorum dominorum, fuiſſet extra propoſitũ, quòd ipſi ſubditi promiſiſſent illud tenere, & cõſeruare, &c.

Tertio modo reſpondetur, quòd ipſa Communitas clarè probauit, nũquam ibi fuiſſe fortalitium, tam ex ſitu ipſius loci, in quo videlicet eſt Eccleſia parochialis antiqua, & cœmeteriũ, & ædificia priuata, quàm ex multis actibus olim factis per homines in dicto loco, videlicet per inſtrumenta, quibus locabantur, & vendebantur ædificia priuatorum hominum, & locabantur etiam aliqua ædificia per Cõmunitatem exiſtentia in dicto loco, & producti ſunt libri ipſius Communitatis antiqui, in quibus etiam continentur eiuſmodi locationes, & venditiones, ſcilicet tempore tam primæ inueſtituræ, ſeu infeudationis, quàm ſequentiũ.
5 Et in †antiquis nulla melior eſt probatio, quã per inſtrumẽta, & ſcripturas, vt per Deci. conſ.
6 42. colum. 5. & conſ. 146. colum. 5. Et †per inſtrumenta locationum probatur dominium, iunctis alijs coniecturis. Bart. in l. ad probationem. C. loca. & Dec. conſ. 146. colum. 5. Felin.
7 in c. inter dilectos. col. 5. de fide inſtru. Et †liber Cõmunitatis probat etiam pro ipſa Communitate, ſi probatum fuit, quòd ſeruatus fuerit in archiuis, ſeu in ſimili loco, vt hic probatum fuit. Roma. cõſ. 165. Liber regiſtri. & probatur. in §. ſi verò etiam ex publicis. authen. de ijs qui ingred. ad appellan. & Alex. conſ. 92. Viſo. col. 3. in 2. Aret. in c. cum cauſam. el 1. col. 3. de proba. Feli. in c. ad audientiam. colum. 4. in 2. conclu. de præſcrip. Ad ſunt etiã teſtes multi, qui depoſuerunt de certa ſcientia, id eſt, de viſu per quinquaginta annos, & vltra, & de auditu ab corũ anteceſſoribus, iuxta l. ſi arbiter.
8 ff. de proba. & †euidentia ipſius loci, quæ etiam de præſenti patet, ſuperat omnes probationes. l. ſi irruptione. in fin. ff. fin. regund. Et ex ipſiſmet teſtibus partis aduerſæ ſatis conſtat, hunc locum nunquam habuiſſe formam fortalitij, quia deponunt, quòd ipſi domini mittebant aliquando equos ſuos ad purgandum, ſeu paſcendum in dicto loco, quamuis in cæteris non concludant teſtes ipſorum dominorũ, quia non deponunt de certo tempore: & ferè omnes etiam patiuntur exceptionem, quia vel ſunt domeſtici, vel affines. Nec obſtat prædictis, ſi dicatur, quòd nullo exiſtente ibi fortalitio, non poſſent verificari verba recognitionis aliquo modo, ſcilicet, neq; reſpectu pleni dominij, nec reſpectu ſuperioritatis. Reſpondetur, quòd illa verba, cum ſuis fortalitijs, ſunt enunciatiua, & veniunt acceſſoriè; & poſſunt intelli-

intelligi de muris, & aggeribus ipsius loci Trecatæ, neq; necessario inferunt aliquod fortalitium, maximè cum nullum ibi reperiatur.

Quarto modo respondetur, quòd, etiam si ipsi domini habuissent dictum locum pleno iure, cum tamen amiserunt per præscriptionem, quæ plenissimè probata est per testes, etiam de tempore, de cuius initio, &c. Et nō † est dubium, quin per tantum tempus præscribantur etiam regalia. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. quamuis hic re vera sufficeret tempus. 30. vel 40. annorum, quia in effectu non agitur de præscriptione fortalitij, seu rei feudalis, sed de præscriptione rei priuatæ, quia ipsi homines non denegant superioritatem, vt dictum fuit. Sed dato, quòd requiratur præscriptio longissimi temporis, de cuius initio, &c. illa adest, vt dictum fuit. neq; ei obstat recognitio facta de anno. 1499. in qua homines confitentur dicta fortalitia; quia illa facta fuit per vim, & metum, etiam cum assistentia militum, vt probatum fuit; & id est verisimile, saltem quòad mentionem dictorū fortalitiorum; quia illa nusquam fuerat facta in alijs inuestituris, & probatum est etiam in processu, quòd homines descripti in dicta recognitione quasi omnes erāt forenses. Prætereà talis recognitio, & confessio fuit facta de fortalitijs quòad ius superioritatis tantùm, vt supra concluderter fuit deductum; ergo non debet extendi ad aliud propositum.

Secundus articulus principalis est respectu 12 fossarum, seu fossatorum ipsius oppidi Trecatæ, seu commoditatis piscandi, quæ ex eis percipitur. Et in hoc ipsi domini feudatarij duntaxat deducunt pro fundamento suo, quòd † ius piscandi est de regalibus; ideò pertinet ad dominos. c. 1. quæ sint regal. verum potest ad hoc 10 responderi multis modis.

Primo, quòd ius piscandi dicitur de regalibus, si versetur circa flumina publica, secus autem si sit in locis priuatis. argu. tex. in l. 1. §. hoc interdictum. & §. item si amnis. ff. ne quid in flumi. publi. Et fossata alicuius oppidi vidētur loca priuata, id est, loca ipsius oppidi, & nō publica, sicut sunt flumina, vt de se patet; & commodum, quod inde percipitur, non videtur pertinere ad ipsos dominos, quia ipsi solū habent superioritatem; ergo pertinet ad ipsum oppidum.

Secundo modo respondetur, q̄ ius piscandi 11 † non semper est de regalibus, sed tunc tātùm, quando ex longa consuetudine Princeps, vel fiscus solet exigere publicum vectigal ex huiusmodi commodo piscandi, & non aliter, vt declarat Aluarot. in d. c. primo, col. 4. quę sint regal. & sentit ibi Bal. colum. 1. & sequitur Decius consil. 197. col. pen. qui omnes ita intelligunt illum textum. cessante autem tali consuetudine, vel præscriptione Principis, seu fisci, ius piscandi non est de regalibus, quinimò est commune omnibus, & nemini debet prohiberi. §. flumina. Instit. de rerum diui. & l. 2. & 3. ff. eod. tit. vnde, cùm in casu nostro non cōstet, quòd ipsi domini consueuerint habere apud se tale ius piscandi, neq; ex eo vnquam perceperint aliquod publicum vectigal, seu commodū, frustratoria est eorum petitio.

Tertio modo respondetur, quòd dato (citra præiudicium) quòd hoc ius piscandi fuisset de regalibus; nunc tamen est acquisitum ipsis hominibus Trecatensibus per præscriptionem, de cuius initio &c. vt concludenter probatum est per locationes multas factas nomine Communitatis de ipsa commoditate piscandi. d. c. super quibusdam.

Quarto modo respondetur, quòd cū re vera hoc ius piscandi nunquam fuerit de regalibus, sed ab initio vel fuerit semper ipsius Communitatis, vel fuerit promiscuum inter Communitatem, & Dominos, quia videtur saltem semiplenè probatum, quòd etiam ipsi domini fecerint aliquando aliquot actus piscandi, dicitur nunc, quòd tale ius est acquisitum absolutè ipsi Communitati per præscriptionem triginta, vel quadraginta annorū, quod tempus sufficit etiam in flumine publico, quando tale ius erat de regalibus. l. si quisquam. vbi gloss. & 12 Doct. ff. de diuer. præscrip. † Et per tempus. 30. vel 40. annorum Communitas potest præscribere alueum fluminis publici, vt tradit Brunus Asten. consil. 55. ergo multo magis fossata, vel ius piscandi in flumine, vel in fossatis. Et in similibus in effectu debet inspici cōsuetudo, vt ait Aluarot. in dict. c. 1. col. 4. quæ sint regal. Et quòd modò dixi esse probatum, quòd ipsi Domini fecerint aliquando aliquos actus piscandi; potest etiam euitari alio modo, videlicet quod cum plenè probatum sit, quòd iam longissimo tempore ipsa Cōmunitas locabat huiusmodi redditum piscandi; sequitur, q̄d quicquid fecerunt ipsi Domini, censetur factū iure familiaritatis, seu ex mera facultate, & gratia ipsius Communitatis; ideoq; non obligati in futurum. l. qui iure. ff. de acqui. posse. Et puto etiam, quòd in præsenti ipsa Communitas nō denegabit dominis talem facultatem piscandi pro eorum vsu, sed satis est, quòd id nō facit ad præsens iudicium.

Quinto modo respondetur, quòd stante cōuentione facta de anno. 1460. scilicet, quòd mediantibus florenis. 900. ipsi Domini nihil amplius possent petere ex quacunq; causa, &c. videtur clarum, quòd eorum petitio non procedit,

cedit, & seruanda est conuentio. Nec est dubium, quin talis conuentio intelligatur etiam de regalibus; quia expressè in ea dictū fuit, pro omni censu, phytis, redditibus, prouentibus, datijs, imbotaturis, ac emolumentis, &c. quæ verba clarè denotant emolumentum ex regalibus, & quicquid est ex eo genere quod præstari solet feudatarijs, seu dominis. ideò, licet
13 nō omnes casus fuerint expressi, cùm † tamen subiecta fuerit illa dictio generalis, emolumētis. censetur comprehendere omnes alios casus similes expressis. l. sed & si quis. §. quæsitum. vbi Docto. ff. si quis cau. Et cùm nō constet, quòd Trecatenses solerent præstare ipsis Dominis alia emolumenta, nisi prouenientia ratione infeudationis: sequitur, quòd cōuentio, etiam si simpliciter esset facta, deberet intelligi de talibus emolumentis. l. fundus, qui
14 locatus. ff. de fund. instruc. & † cùm de iure cōmuni condemnationes sint de regalibus, d. c. 1. quæ sint regal. & in ipsa cōuentione ipsi Domini sibi reseruauerint solùm dimidiā partem talium condemnationum; censentur cætera omnia regalia fuisse concessa ipsi Communi-
15 tati: quia † exceptio, & reseruatio declarat concessionem, vt in terminis nostris tradit Deci in d. cons. 197. vers. tertiò ad prædictam. & adsunt hic illa verba, quacunq; causa, & occasione, quæ sunt generalissima, & repetita.

Neque obstat hic vnū, quòd dicunt ipsi domini, tam respectu iuris piscandi, quàm respectu supradicti Castri, seu Castellatij, videlicet mutatam esse faciem rerū, quia tempore conuentionis nondum aderant pisces in fossatis, nec locus dicti Castri erat redactus ad culturā; quia respondetur, quòd verba ipsius conuentionis sunt generalissima, vt dictum est, & sunt indeterminata, etiam respectu temporis, si vi-
16 deantur. Præterea, † cùm eiusmodi meliorationes prouenerint ex facto, & industria ipsius Communitatis; cedunt eius lucro, secundum glo. in l. si merces. §. vis maior. & ibi Barto. colum. fin. ff. loca. Alexan. in l. si ex toto. in prin. colum. fin. ff. de lega. 1. Et vlterius si castrum, & fossata pertinent ad Dominos solùm respectu superioritatis, vt dictū fuit, nihil pertinet ad ipsos Dominos, an ipsæ res sint redactæ ad culturam.

17 Tertius, & vltimus † articulus est reipsa ipsorum fossatorū, & de arboribus in ea existentibus: Et hoc satis est expeditū ex supradictis, quia dicta de fossatis, cēsentur dicta de eorum ripis. & minor hic cadit difficultas, quia sumus extra ius piscandi, quod aliquando est de regalibus. Et hîc procedunt superius deducta de præscriptione, & de iure superioritatis tātum, & de conuentione facta cum ipsis Dominis. Et in terminis, quòd Communitas possit libe-
rè disponere de ripa fossatorum oppidi, vel ciuitatis, & de toto sedimine, seu planicie existē-
te inter muros ciuitatis, & fossata, præsertim si Cōmunitas diu possedit; tradit Brunus Asten. cons. 23. quamuis in casu nostro res sit clarior, stante supradicta cōuentione. Et quod dicitur de ripis, censetur dictum de arboribus in ipsis ripis existentibus. l. riparum. ff. de rerum diui.

Iacob. Mandell. Alben. I. V. Doct. saluo, &c.
Mediolani. 1544. septimo Augusti, pro Communitate Trecatæ.

ARGVMENTVM.

An quis possit copulatiuè petere fideicommissum ex testamento paterno quòd ad portionem fratris sui, & legatum sibi relictum in testamento dicti fratris, qui frater alium quendam instituit, etiam in ipsis bonis fideicommissi. Et an quis possit impugnare testamentum, & ex eo petere legatum. Item si debitor legat creditori suo, an censeatur velle cōpensare, & maximè creditori ex fideicommisso. Et casu quo vnum tantùm peti possit, scilicet vel fideicommissum, vel legatum, cui competat electio, an petenti, an vero illi hæredi instituto per fratrem. Et an Bannitus sit capax legati consistentis in rebus mobilibus, & nominibus debitorum, & sub cuius Territorio censeantur esse nomina debitorum.

SVMMARIVM.

1 QVI *Petit legatum, censetur approbare testamētum, & voluntatem legantis.*
2 *Vniuersalis institutio comprehendit omnia bona, etiam subiecta fideicommisso.*
3 *Impugnans testamentum, an possit postea ex eo petere legatum, & quando.*
4 *Dictiones istæ, Omne, vel Totum, solent omnia cōprehendere, etiam si talia sint, quæ aliàs nō includuntur.*
5 *Testator si grauat aliquem restituere omnia bona sua, vel totam hæreditatem, censetur tūc prohibuisse Trebellianicam.*
6 *Legatum factum creditori, censetur in dubio factum animo compensandi, quando debitū erat necessarium. Et quando dicatur debitum necessarium.*
7 *Legatum factum fideicommissario per hæredem primi testatoris, censetur factum animo compensandi fideicommissum.*
8 *Debitum voluntarium quando dicatur.*
9 *Legatum factum filiæ per patrem, compensatur in dotem per ipsum patrem iam promissam.*
10 *Confessio, seu assertio facta in iudicio præiudicat, quando non fuit impugnata per partem, sed acceptata.*
11 *Confessio, vel responsio, vel quilibet alius actus ambi-*

ambiguus factus in iudicio, debet interpretari in fauorem proferentis.

12 *Cautela est, quòd quãdo quis impugnat actus, aduersarius faciat notari in actis talẽ impugnationem, & è conuerso impugnans desistat, antequàm impugnatio notetur.*

13 *Legitima, & Trebellianica ascendunt ad dimidiam bonorum.*

14 *Duæ quartæ detrahi possunt, scilicet legitima, & Trebellianica, quando quis fuit grauatus sub conditione, & hæc est communis opinio.*

15 *In fideicommissis succeditur secundum ordinem succedendi ab intestato.*

16 *Bannitus an sit capax legati consistentis in rebus mobilibus, & nominibus debitorum.*

17 *Nomina debitorum cõcernunt personam creditoris & ei adhærent, & dicuntur esse sub territorio, vbi est creditor.*

18 *Bannitus, qui propter bannum priuatur bonis, censetur etiam priuatus nominibus debitorũ, & bonis mobilibus, vbicunque sint. Et sic in confiscationem bonorũ veniunt etiam nomina debitorum.*

19 *Bannitus si potest impunè offendi per statutũ, potest etiam priuari bonis nõ tantùm per fiscum, sed per quemlibet priorem occupatorem.*

20 *Bona post bannum acquisita nõ veniunt in confiscationem.*

21 *Bona post bannum acquisita possunt à bãnito auferri, tãquam ab indigno, stante statuto, quòd banniti possint impunè offendi, vel quòd sint extra protectionem iuris communis.*

22 *Bannitus restitutus de gratia, & non de iustitia, non censetur restitutus ad bona, sed tantũ quò ad personam.*

Consilium XVII.

MISSA (citra præiudicium) disputatione, an D. Alexander fuerit capax successionis, de qua agitur, videlicet vel fideicommissi, vel legati, videtur tamen in primis non posse procedere eius petitionem, dum copulatiuè contendit, sibi deberi fideicommissum ex testamento paterno de portione D. Bartholomæi, & legatum ex testamento D. Bartholomæi fratris sui, cùm hæc duo sint inuicem cõtraria, & nullo modo videãtur posse simul stare. Nam cùm D. Bartholomęus, qui grauatus erat à patre per fideicommissum, condiderit testamentum, & hæredem vniuersalem instituerit D. Andream, & reliquerit legatum particulare ipsi D. Alexand. sequitur, quòd si D. Alexan. petit † legatum, censetur approbare testamentum, & voluntatem ipsius domini Bartholomæi. l. si pars §. fin. ff. de inoffi. testa. & per consequens censetur approbare institutionem factam de ipso D. Andrea; & per consequens censetur repudiare fideicommissum, quod potuisset petere
2 ex testamento paterno, quia † sub prædicta vniuersali institutione comprehenduntur omnia bona ipsius instituentis, vndecunque prouenientia, etiam si sint subiecta fideicommisso. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pup. & solent fideicommissa postea peti de manibus ipsorum hæredum. l. si fideicommissum. ff. de iudi. c. Raynutius. & c. Raynaldus. extra de testa. cùm vero petit fideicommissum ex testamẽto paterno, censetur omninò impugnare testamentum ipsius domini Bartholomæi, quia expressè impugnat voluntatem ipsius, scilicet q̃ non potuerit disponere de bonis suis subiectis fideicommisso; ideoq̃ue nullo modo potest eo casu petere legatum. l. post legatum. in prin. ff.
3 de his quibus vt indign. Nam, † licet impugnans testamẽtum, tanquam nullum, putà quia non sit seruata solennitas iuris, non prohibeatur postea petere legatum, si re vera testamentum subsistit. l. pen. ff. de indign. & d. l. post legatum. secus tamen est, quando impugnat testamentum, tanquam inofficiosum. d. l. post legatum. in princ. vel quando quouis alio modo impugnat voluntatem testatoris, vt ibi per gl. in verbo, cõtendere. Et ratio differentiæ est manifesta, quia qui dicit solennitatem deficere, remittit se ad dispositionem iuris, cum hoc non dependeat à voluntate sua, nec censetur impugnare testamentum, vel voluntatem testatoris, nimirum si postea reperto testamento solenni, non prohibetur petere legatum, & approbare voluntatẽ testatoris, quia non incidit in aliquam contrarietatem. Sed quando dicit testamẽtum inofficiosum, vel aliter iniquum, seu excedens facultatem testatoris, impugnat expressè voluntatem ipsius testatoris, vt de se patet; & talis impugnatio dependet ab eius voluntate, quia ipse posset approbare, si vellet, scilicet tacendo. quicquid igitur postea succedat, non potest amplius petere legatum, quia tunc approbaret voluntatem testatoris, quam tamen prius impugnauit; & ita incideret in manifestam contrarietatem, vt declarat Bar. in d. l. post legatum. col. 1. vers. quæro, videris. & colum. 2. vers. sed quæro de ratione. & Salice. in l. alia. C. de indign. Deci. consil. 317. Visis. in fin. quòd autem hic petẽdo fideicommissum, fiat contra voluntatem D. Bartholomæi secundi testatoris; patet, quia etiã portio illa; quæ subiecta est fideicommisso, non minus erat in dominio ipsius D. Bartholomæi, quàm reliqua eius bona, vt per Alex. & Ias. post alios, in l. domus hæreditaria. ff. de lega. 1. dum loquuntur de expensis per hæredem factis in re subiecta

fideicommiſſo. Et patet etiam, quia videmus, quòd poſt reſtitutionem remanent directæ actiones apud ipſum hæredem reſtituentem. §. reſtituta. Inſtitu. de fideicom. hæredita. Et D. Bartholomæus fecit inſtitutionem cũ illis verbis, ſuper omnibus bonis ipſius D. teſtatoris, quibuſcunq; in locis ſint, & quomodocunque ſint, &c. & ita verbis expreſſis videtur feciſſe inſtitutionem generaliter de omnibus bonis
4 ſuis, etiam de ſubiectis fideicõmiſſo, quia † huiuſmodi dictiones vniuerſales, omne. vel totum. ſolent omnia cõprehendere, etiam ſi talia ſint, quæ aliàs nõ includerentur. Deci. conſil. 69. col. 2. & conſ. 195. col. 2. quamuis, vt dictum eſt, non ſit dubiũ, quin etiam ſi inſtitutio facta fuiſſet ſimpliciter, & vnico verbo, cõprehenderentur tamen etiam bona ſubiecta fideicommiſſo, quia eſt totum vnũ patrimonium; & fideicommiſſum eſt pars hæreditatis. l. 1. C. vbi de fideicom. agi. Si itaq; D. Alexander petit fideicommiſſum ex teſtamento paterno, & non vult, quòd omnia bona D. Bartholomæi (excepto legato) remaneãt apud D. Andream; impugnat voluntatem ipſius D. Bartholomei, non ſolùm præſumptam à iure, ſed etiã expreſſam proprijs verbis, cũ inſtituerit D. Andream hæredem in omnibus bonis ſuis. Et quemad-
5 modum volunt Doctor. quòd † ſi teſtator grauat aliquem reſtituere omnia bona ſua, vel totam hæreditatem, ſeu totum patrimonium; cẽſetur prohibuiſſe Trebellianicam. l. decem. in fin. & ibi gl. ff. de fideicom. liberta. Bart. in l. centurio. col. 8. nu. 27. ff. de vulga. Iaſ. in l. precibus. col. 11. & Deci. col. 12. C. de impub. ſubſti. quia eiuſmodi verba vniuerſalia denotant, id quod ſonant, ſcilicet vt omnia bona tranſeant in fideicommiſſarium. Ita è conuerſo, ſi teſtator dixit, quòd omnia bona remaneant apud hæredem, &c. vnde concludendo dicendum eſt, quòd ſi D. Alexander petit fideicommiſſum, impugnat voluntatem teſtatoris, ſi autem petit legatum, approbat ipſius teſtatoris voluntatem. ergo debet eſſe altero contentus, ne alioqui incidat in manifeſtam contrarietatem.

Secundò videtur alia ratione, quòd ipſe D. Alexander debeat eſſe altero contentus, quia
6 eſt communis Doctorum concluſio, † quòd legatum factum creditori, cenſetur in dubio factum animo compẽſandi, ſi ipſum debitum erat neceſſarium. authen. prætereà. C. vnde vir & vxor. Barto. & cæteri Docto. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. & dicitur debitũ neceſſarium, quando non habuit originem ab ipſo debitore, ſed prouenit aliunde, vt declarat Iaſ. in d. authen. prætereà. col. 7. nu. 18. in vltimo notabili. Et talis eſt caſus noſter, quia ipſum debitum fideicommiſſi non prouenit ex facto D. Bartholomæi ſecũdi teſtatoris, ſed ex facto, & ex teſtamento primi teſtatoris, id eſt patris eorum, & ita quò ad D. Bartholomæum erat debitum neceſſarium abſolutè. ergo legatum cenſetur factum animo compenſandi, vt dictum eſt. Et cùm legatũ ipſum excedat quantitatem fideicommiſſi, vt infrà dicetur, nõ eſt tractandum, an vltra legatum, poſſit D. Alexander aliquid vlterius petere, vſq; ad ſupple-
7 mentum fideicommiſſi. Quod autem † legatum factum fideicommiſſario per hæredẽ primi teſtatoris, cenſeatur factum animo cõpenſandi in fideicõmiſſum, tradit in terminis Pau. de Caſt. conſ. 64. incip. Videtur dicendũ quòd vtrunq; legatum, in antiquis. maximè pertex. in l. huiuſmodi. §. ſi Sempronius. ff. de lega. 1. nec non & per ſupraſcriptam communem cõcluſionem, quòd legatum cenſeatur in dubio factum animo compenſandi in debitum neceſſarium: & ibi in quinto argumento mouet Pau. de Caſt. difficultatem, quia fideicommiſſum relictum à primo teſtatore, videtur prima facie eſſe debitum voluntarium quò ad ſecundum teſtatorem, qui poſtea facit legatũ, quia erat in libera voluntate ipſius ſecundi teſtatoris adire, vel non adire hæreditatem teſtatoris primi, & ſe obligare, vel nõ obligare; & reſpondet vt ibi per eum. Sed melior reſponſio colligitur ex Iaſ. & cæteris in d. authen. Præterea dũ
8 dicunt, quòd † debitum dicitur voluntarium quando procedit ex facto debitoris, quod tendit principaliter ad cauſandum tale debitum, non autem ſi incidenter, vel acceſſoriè id fiat, quia ſemper debet inſpici id, quod principaliter agitur, iurib. vulga. Ita igitur eſt in caſu noſtro, quia is, qui adit hæreditatem, nõ adit eam ad hoc principaliter, vt obliget ſe ad reſtitutionem alicuius fideicommiſſi; ſed principaliter adit eam cauſa lucri, vt de ſe patet. ergo licet in cõſequentiam veniat obligatio fideicommiſſi, non cenſetur prouenire ex mera, & principali ipſius voluntate, ſed habet originem à defuncto: & per conſequens non definit debitum eſſe neceſſarium. Et ad hoc etiam tendit exemplum, quod ponit Pau. de Caſt. vbi ſupra
9 ſcilicet, quòd † legatũ factum filiæ per patrem compenſatur in dotem per ipſum patrem iam promiſſam. d. §. ſi pater. Et tale debitum dotis participat de voluntario, ſcilicet reſpectu ſum mæ, quia poterat pater ab initio omittere maiorem, vel minorem dotem, & tamẽ in effectu tale debitum cenſetur abſolutè neceſſariũ, & in eo compenſatur legatum. Prætereà videtur clarior eſſe res in caſu noſtro, quã in caſu Paul. de Caſtr. quia hic videtur ꝙ D. Bartholomæus teſtator expreſſius voluiſſet, quòd fieret compenſa-

pensatio, quia dixit expresse, quod omnia bona deberent remanere apud D. Andream. vt supra dictum fuit in primo fundamento. Et post factam huiusmodi institutionem expressis verbis comprehendentem omnia bona, fecit legatum, de quo hic agimus, & adiecit illa verba, saluis prædictis legauit, &c. & ita fecit legatum sub expressa conditione, dummodo prædicta remanerent salua, & intacta, & eiusmodi verba non possunt referri, nisi ad institutionē de omnibus bonis factam in D. Andream, quia vlla alia dispositio non præcesserat. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruc. ergo si nunc peteret fideicommissum, diminueret ipsa bona relicta D. Andreæ; & per consequens non seruaret conditionem, sub qua factum est legatum. ergo necesse est, vt vnum duntaxat amplectatur, vel aliud, ad quod multum facit text. in l. cum pater. §. Titio. in fin. ff. de lega. 2.

Stante igitur suprascripta cōclusione, quòd vnum tantum possit peti per D. Alexandrū, videndum nunc est, cui competat electio, an scilicet D. Andreæ, vt præstet legatum, vel præstet fideicōmissum; an vero sit electio D. Alexandri petere, & consequi in effectu illud, quod ei magis placet. Et in hoc res erat clara ab initio, videlicet quòd facultas, & electio competebat ipsi D. Alexandro. d. l. cum pater. §. Titio. de lega. 2. & est de se manifestum, quia non poterat D. Alexander astringi ad accipiendum legatum, si non voluisset. Sed nunc videtur, quòd translata sit electio in ipsum D. Andream, eò, quòd D. Alexāder sibi præiudicauit per ea, quæ hactenus deduxit in iudicium. nam in causa appellationis, quæ etiam nūc pendet coram Magnifico. D. Hercule Vicecomite, dum responderet ipse D. Alexander quibusdam positionibus productis per D. Andream, dixit in responsione ad nonam, quòd, cùm Dominus Bartholomæus decessisset sine filijs; pertinebat ad ipsum Dominum Alexandrum dimidia pars hæreditatis illius, vigore fideicommissi paterni, &c. & ita perijt expresse fideicommissum. Et, licet dixerit etiam se velle legatū, (prout semper dixit,) nihilominus ista duo non possunt simul stare, vt supra dictum fuit. vndè cum Dominus Andreas etiam iudicialiter acceptauerit in partibus sibi vtiliorib. dictas petitiones, & responsiones, non videtur amplius licitum 10 Domino Alexandro variare. nam † confessio, seu assertio, vel petitio iudicialis præiudicat. l. non fatetur. ff. de confes. cū simi. quando scilicet non fuit impugnata per partem aduersam, sed fuit acceptata, vt hic fuit, secundum Bald. in authen. contra qui propriam. colum. fin. C. de non nume. pecu. & in l. cum precum. C. de libera. cau. & in l. si quis testibus. colum. 1. C. de testi. Et quamuis Dominus Andreas simpliciter, seu generaliter acceptauerit cōfessionem, seu petitionem Domini Alexandri, neque expresserit quam partem, seu quam petitionem ex duabus prædictis acceptaret; censetur tamen acceptasse illam partem, quę sibi esset vti-
11 lior; quia regulare est, quòd † confessio, vel responsio, vel quilibet alius actus iudicialis ambiguus, debet interpretari in fauorem ipsius proferentis. Bart. in l. inter stipulantem. §. 1. col. 2. ff. de verb. obli. Alexan. cons. 183. Viso puncto. col. 2. in 5. vol. Deci. cons. 278. col. pen. Et tāto magis id procedit in casu nostro, quia D. Andreas dixit se acceptare in parte, & partibus, id est, in partibus sibi vtilioribus. quæ autē sit pars vtilior, potest quandocunque declarare, pendente iudicio, & potest facere comparationem particularem cōram Iudice de huiusmodi declaratione. vt tradit Alex. in d. consil. 183. col. 3. & si. vtilior autem pars pro D. Andrea est, quod præstetur fideicommissum, non autem legatū per ea, quæ infrà dicentur. Et pro confirmatione prædictorum, possunt videri ea, quæ latè tradit Felin. in c. capitulum. col. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. secundū nouas impressiones, de rescrip. vbi post lōgam disputationem dat cautelam. in 13. col. paulo ante versic. demum in hac sexta. &c.
12 dicens, quòd † cùm quis impugnat actum, debet aduersarius esse cautus, vt faciat notari in actis talem impugnationē, & vicissim dat cautelam, quod impugnans desistat antequam aduersarius impugnationem acceptet, & Feli. latè respondet ad ea, quæ habentur in d. l. post legatum. ff. de indign. vbi habetur, quòd impugnans aliquem actum vel allegans cōtrarium, potest desistere ante finem causæ. nam nō procedunt hæc, quando aduersarius præuenit, & acceptauit sibi vtilius, vt per ipsum Feli. vbi supra, colum. 12. quia est acquisitum ius ipsi acceptanti, vt per Bal. in d. authen. contra qui propriam. colum. fin. quinimò cum in casu nostro impugnatio dependeat à voluntate ipsius impugnantis, quia erat in facultate ipsius D. Alexandri non impugnare testamentū, seu voluntatem fratris, scilicet non petendo fideicōmissum, sed dūtaxat legatum, prout debebat facere; sequitur clarius, quod nō potest se amplius fundare in dicto testamēto fratris, & petere legatum, vt per Bartol. in d. l. post legatum. col. 1. vers. quæro, videtis. & col. 2. vers. sed quæro de ratione. & vers. sed quæro, si dixi nullū. Et meritò in talibus casibus non conceditur reuocatio, quia non est verisimile, quod possit probari aliquis error, cum id depēdeat à mera voluntate ipsius impugnantis, nisi fortè error iuris, qui tamen non sufficit, vt per Barto. in d. l. non fatetur. col. 3. ff. de confes.

Quòd autem sit vtilius D. Andreæ præstare fideicõmissum potius, quàm legatum, patet, quia totum fideicommissum, quod in summa potest petere D. Alexãder ex bonis D. Bartholomæi vigore testamenti paterni: est quarta duntaxat pars illorum bonorum, quæ habuit ipse D. Bartholomæus à patre: nam legitima, & Trebellianica non veniunt in fideicommissum, iurib. vulga. præsertim cum hic non extet
13 aliqua prohibitio ipsius Trebellianicæ. Et † ascendunt legitima, & Trebellianica ad dimidiã bonorum, vt deducit Alex. cõs. 68. Circa præmissum. col. 1. in 4. volu. Deci. cons. 299. col. 1.
14 in fin. Nec est dubium, quin † possint detrahi duæ quartæ, scilicet legitima, & Trebellianica, cùm D. Bartholomæus nõ fuerit grauatus purè, sed sub conditione, si decederet sine liberis, Bart. in l. Papinia. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & est communis opinio, vt per Deci. cons. 25. col. pen. & in d. cons. 299. col. 1. De alia autem dimidia dictorum bonorum, quæ est subiecta fideicommisso, constituendæ sunt duæ partes: videlicet vna debetur D. Alexãdro, alia D. Andreæ, cùm ambo sint in paritate gradus, & ambo sint vocati ad fideicõmissum ex testamento paterno; adeò, quòd sine dubio cõstat, solùm posse peti per Dominum Alexandrum quartam partem fideicommissi. Et prædicta procedũt, siue Dominus Andreas adeat hæreditatem Domini Bartholomæi, siue nõ adeat; quia, si adit hæreditatem, debẽtur ei legitima, & Trebellianica, tanquam hæredi insolidum, si verò succedit ab intestato, debentur ei dicta legitima, & Trebellianica, tanquã proximiori, quia ipse est coniunctus vtroque latere. authen. defuncto. C. ad Tertul.

Et præter supradicta, etiam posset attẽtari, quòd D. Alexander nihil penitus possit petere de fideicommisso, quia D. Andreas fuit frater vtrinq; coniunctus D. Bartholomæi, sed Dominus Alexander fuit frater duntaxat vterinus ipsius D. Bartholomæi: vnde, quemadmodum in successione ab intestato præferretur ipse D. Andreas, d. authen. defuncto. ita etiam videtur dicendum, quòd præferendus sit in succes-
15 sione fideicommissi, quia † in fideicommissis succeditur secundum ordinem succedendi ab intestato. Deci. consil. 236. col. 3. vers. ad tertiũ dubium. & in terminis nostris videtur hoc deducere Deci. cons. 299. col. 3. vers. subsequenter videndum.

Quæ autem hactenus fuêre dicta procedũt, præsupponendo, quòd Dominus Alexander esset capax successionis, siue legati, siue fideicommissi, non obstante banno. Sed cum fortè verius sit, quõd ipse non sit capax, seu non fuerit capax tempore delatæ successionis, vt latè deductum fuit per Excellentem Iureconsultum Dominũ Vincemallam cessarent omnes dubitationes; & ipse D. Alexander esset penitus repellendus.

Nec obstat illud, quod potissimum adducit D. Alexander in cõtrarium, scilicet quòd ipse
16 † saltem est capax legati, quia consistit eiusmodi legatum in rebus mobilibus, videlicet rebus mercantilibus, & nominibus debitorum, quæ non dicuntur esse sub territorio bannientis. Nam vltra responsiones datas per prædictum D. Vincemallam, præsertim illã, quòd decreta ducalia prohibẽt omninò, ne detur auxilium, vel beneficium bannitis; videtur posse etiam dici, quòd, cum huiusmodi legatum consistat in nominibus debitorum; iudicandum sit de eo, ac si consisteret in bonis immobilib. suppositis territorio, seu dominio Mediolani, quamuis ipsi debitores etiam forent forenses, quia
17 † nomina debitorum, & bona mobilia cõcernunt personam ipsius creditoris, & ei adhærent: ideoque, † si ipse priuatur propter bannum bonis suis, censetur etiam priuatus talibus nominibus debitorum, & mobilibus, vbicunque sint, vt latè deducit Alex. cons. 31. Viso titulo. in 1. vol. quod est repetitum. in 4. vol. in cons. 211. incip. Viso themate. & latius per Dominũ Iacobi. de San. Georgio, in tracta. feud. scilicet sub tit. De Roydis. colum. 4. 5. & 6. ergo multò magis id procedit, si ipsi debitores sunt sub dominio Mediolani, vt sunt in casu nostro. Et quamuis fiscus non apprehenderit, seu non prosequutus fuerit huiusmodi credita, vt poterat facere secundum Doct. præd. ctos; id tamen nihil facit ad rem, neque ex eo, quòd fiscus non apprehenderit, censetur Dominus Alexãder factus magis capax, sed remanet in suis terminis, & statu ac gradu; & quod fiscus nõ capit, remanet apud proximiores ipsius banniti, qui sunt capaces. Et tantò magis,
19 quia extant decreta, † & statuta, quòd banniti possint impunè offendi; quo casu possunt priuari bonis suis, non tantum per fiscum, sed per quemlibet priorem occupatorẽ, vt per Curt. seu. cons. 59. Dux Philippus. colum. 12. ideò, si fiscus nõ apprehendidit talia bona, meritò potuit D. Andreas ea occupare, neq; amplius debet eis priuari.

Præterea considerando rem, prout contigit in casu nostro, Dominus Alexander iam erat bannitus, quãdo D. Bartholomæus fecit testamentum suum, & decessit: nimirum igitur, si fiscus non apprehendidit dicta bona prouenientia ex testamẽto D. Bartholomæi; quia vulgare est, quòd † bona post bannũ acquisita non
20 veniunt in confiscationem. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. Alex. cons. 23. in 1. vol. vnde,

vndè, si † post bannum superuenerunt bona
21 (dato citra præiudicium, quod fuisset eorũ capax, tanquam acquisita per aliquem modum proucnientem à iure communi, vt volunt multi Docto.) potuerunt tamen talia bona ab eo auferri, tanquam ab indigno, vt per Bart. in l. 1. in fin. C. de hære. insti. & licet Bart. non firmet pedes; est tamen verum eius dictum, stante decreto, vel statuto, ꝙ banniti possint impunè offendi, vel quòd sint extra protectionem iuris communis, vt ibi per Alex. in fin. & per Curt. in d. cons. 59. concludentem, vt suprà dixi, ꝙ ciusmodi occupatio fieri potest non tantũ per fiscum, sed & per quemlibet alium. Si igitur D. Andreas occupauit, & occupat aliqua eius bona, seu ei delata, vel acquisita, meritò id fecit, & facit, neque tenetur amplius retrotradere talia bona ipsi Domino Alexãdro, sub prætextu for
22 tè, quòd sit restitutus; quia † cùm non sit restitutus de iustitia, sed de gratia; frustra tractat de restitutione bonorum, vt per Felin. in c. inter quatuor. col. pen. & fin. de maio. & obed. & in c. super eo. col. 2. de offi. de lega. Et quãuis extet quædam restitutio etiam ad bona, nõ prodest, quia vt in ea narratur, fuit concessa ad vnũ effectum particularem, scilicet propter dominum Hieronymum Morefinum de Lugano; & prima restitutio fuit facta duntaxat ad personã. Præterea eiusmodi secunda restitutio fuit facta solùm quò ad bona, quæ ipse habuerat ante tempus commissi delicti. ergo nõ comprehendit bona ei delata post delictum, maximè cùm nunquam habuerit ea cum effectu. Nec prædictis obstat, si dicatur, quòd D. Andreas nõ acquisiuit sibi huiusmodi bona, quia nunquam apprehendidit ea, scilicet mobilia, & res mercantiles, & nomina debitorũ; quia respondetur, id esse alienum à veritate, prout in facto mihi fuit præsuppositũ. Et cùm ipse D. And. sit hæres, & adierit hæreditatẽ, & ipsa bona hereditaria possideat, & exigat etiã ab ipsis debitoribus hæreditarijs, facit id, quod de iure potest, & debet facere, etiam si possideat res legatas, quia legata debent capi de manibus hæredum, & non aliter. l. non dubium. C. de lega.

Iacob. Mandellus Albensis, Iurisc on. Mediolani. 1544. 12. Septemb. pro D. Andrea Patherio Comensi.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum quando petitur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. & allegatur ignorantia, qualis ignorantia requiratur. Et quomodo præsumatur ignorãtia, & de discussione istius regulæ vide hic optimè.

SVMMARIVM.

1 QVI *petit restitutionem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. & asserit se habuisse ignorantiam; necesse est, quòd ignorantia fuerit probabilis, & iustissima; & quando dicatur probabilis, & iusta, & quando non.*

2 *Ignorantia regulariter præsumitur.*

3 *Fallit hæc regula, quando quis habuit notitiam de aliqua parte rei.*

4 *Item fallit, quando res est talis, quam quis scire tenetur ratione officij sui, & ad eum pertinebat inuestigare.*

5 *Item fallit quando quis allegat ignorantiam pro fundamento intentionis suæ.*

6 *Item fallit in casibus, in quibus requiritur ignorantia iusta, & probabilis.*

7 *Scire aliquid non sufficit, nisi cum suis qualitatibus, & quomodo id intelligatur.*

Consilium XVIII.

SI TVTOR iste habuit scientiam pacti luendi, vt conceditur in motiuo, & est verum; res videtur clarissima de iure contra eum, & per consequens cõtra pupillum: quamuis ipse tutor asserat, se non habuisse scientiam termini præfixi ad luendum: quia vt aliquando dictum
1 fuit in hac causa; is, † qui petit restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. asserens se habuisse ignorantiã; necesse est, quòd habuerit ignorantiam probabilem. & iustissimam, vt tradit Aretin. consilio 15. Reuerendissime. in fin. Roma. consil. 127. Posito. colum. fina. Alexand. consilio 71. Videretur. col. 1. in 1. volum. Felin. in c. Vigilanti. colum. 3. in 3. limita. de præscrip. Deci. in l. si bonorum. quæ est. l. 2. colum. 2. C. qui admit. & latius in consil. 267. colum. fin. & consi. 266. in fin. & consil. 328. col. 3. vnde videtur ꝙ nullo modo possit quis dicere, se habuisse ignorantiam probabilem, cùm sciuerit partem rei, vt tradit Soci. in fallen. 176. argu. l. nõ est ferendus. ff. de transac. Et nihil aliud est, esse ignorantiam iustam. & probabilem, nisi esse talem, quæ omni ex parte sit excusabilis, & circa quã nulla interuenerit negligentia, vt tradunt Doctores prædicti, qui omnes in terminis huiusmodi restitutionis concludunt, quòd ad eam impediendam sufficit scientia ex coniecturis, etiam remotis; veluti si agatur de negotio inter coniunctos sanguine, inter quos solet præsumi scientia. vt per Decium in consilio 272. in fin. & consil. 29. in fin. vel si præsumptio sit, quod quis haberet notitiam testamẽti, saltem in genere, vt per ipsum Deci. in d. consil. 267.

in fin. iunctis his, ad quæ ibi ſe remittit, videlicet his, quæ dixit in col. 1. verſic. ſed tamen his. vbi concludit, quòd ſufficit notitia ex coniecturis; & idem etiam eſt, ſi quis habuerit apud ſe inſtrumenta, vel libros, vel alias ſcripturas, ex quib⁹ poterat ſcire illud, de quo agitur. nam id ſufficit ad impediendam talem reſtitutionē, vt tradit Aretin. in d. conſil. 15. in fin. & Deci. in d. conſil. 328. col. 3. cum itaq; tutor iſte habuerit notitiam pacti de luendo, non poteſt dici probabilis, & iuſta ignorantia, & excuſabilis circa ipſas qualitates pacti, vt de ſe patet. & quia etiã veriſimile eſt, quòd, cùm eſſet tutor haberet apud ſe omnes ſcripturas pertinentes ad ipſum pupillum, quia ſolent, & debent poni in inuentario ſummatim, vt tradit Barto. in l. tutor qui repertorium. colum. 2. in fin. & colum. 3. verſic. quæro an inſtrumenta. ff. de admi. tut. videtur inferri id, quod tradit Aretin. vbi ſupra.

Et cùm hic, vt dictum eſt, requiratur ignorantia iuſta, & probabilis; nõ poſſet tutor eam allegare, etiam ſi non conſtaret, quod habuiſſet notitiam in genere illius pacti de luendo. nam cùm ſit tutor, & habeat curam, & adminiſtrationem ipſius pupilli, & rerum ſuarum; pertinebat ad eum inueſtigare de huiuſmodi pacto cum ſuis qualitatibus, præſertim cùm eſſet res, quæ poſita erat ei ante oculos. nam bona hæc fuerant alienata per partem ipſius pupilli duntaxat per biennium ante, adeò, quod res erat recens, & debebat omnino ſcire tutor, ea bona fuiſſe ipſius patris, & perquirere, qua de cauſa fuiſſent alienata, & cui, & quomodo. Neque in ſenſum hominis videtur poſſe cadere in effectu, quod id ignorauerit. l. regula. §. ſed iuris. ibi, vt cui facile ſcire ſcit. ff. de iur. & fac. ignoran. Sed ſiue id ſciuerit, ſiue ignorauerit, cùm tamen id pertineret ad eius curam, & officium, & cùm facile id potuiſſet ſcire, nõ poteſt circa hoc dici iuſta, & probabilis ignorantia, vt eſt tex. in c. penul. vbi Abb. de reg. iur. & tex. in c. innotuit. §. habito ergo. & ibi gloſſ. in verbo, Ignorantiã. de electio. & ceſſante ignorantia iuſta, & probabili, debet ceſſare huiuſmodi reſtitutio, vt in deciſionibus ſupradicti, quæ deberent ſufficere ad imponendũ finem huic negotio.

Vtcunque tamen, ne vlterius contingat dubitare in hac cauſa; viſum eſt ſubijcere reſponſionem non ſolùm ad ea, quæ in motiuo excitato continentur, ſed etiam ad alia quædam, quæ prima facie viderẽtur facere in contrariũ.

Non obſtat igitur prim ò tex. in c. præſumitur ignorantia. de regu. iur. in 6. ponens pro re-
2 gula, quod † ignorantia præſumitur; nam re-
3 ſpondetur quatuor modis. Primo, quod † non procedit, quando quis habuit notitiam de aliqua parte ipſius rei. Socin. fallen. 176. nume. 6. argu. d. l. non eſt ferendus.

4 Secundo modo reſpondetur, quòd † non procedit, quando res eſt talis, quam quis ſcire tenetur ratione officij ſui, & ad eum pertinebat inueſtigare. d. c. innotuit. & d. c. penult. de regul. iur. & tradit gloſſ. in dict. c. præſumitur. etiam ſi ſit circa factũ alienum, vt tradit Abb. in dicto cap. innotuit. colum. 3. verſic. nota ibi nec probare; & id patet in illo text. & Socin. in d. fallen. 176.

5 Tertio modo reſpondetur, quòd † *nõ procedit*, quando quis allegat ignorantiã pro fundamento intentionis ſuæ, nam tunc debet ipſe eam probare. Felin. in d. c. vigilanti. colum. 2. Deci. conſil. 236. colum. 5. verſicu. capio igitur ſeptimum dubium. Et licet aliquando admittatur probatio talis ignorantiæ per iuramentum; illud tamen non procedit, quando ignorantia non eſt veriſimilis, vt in caſu noſtro, ſecundum Alexand. in dicto conſil. 71. Videretur. colum. 1. in 1. volum. & Abb. in d. c. innotuit. colum. fina. & tantò minus id admitteretur, quãdo requiritur ignorantia iuſta, & probabilis, vt in caſu noſtro.

Quarto modo reſpondetur, quod tex. in di-
6 cto cap. præſumitur. † non procedit in caſibus, in quibus requiritur ignorantia iuſta. & probabilis, vt patet ex Aret. & Roma. Alexan. & Decio vbi ſupra.

Non obſtat modò id, quod deductum fuit
7 in motiuis, ſcilicet, quod † nõ ſufficit ſcire aliquid, niſi cum ſuis qualitatibus, ſecundũ Alex. conſil. 114. volum. 1. quia reſpondetur, quòd Alexan. debet intelligi ſecundum allegata per eum, videlicet, ſecundum text. in c. concertationi. & ibi gloſſ. in verbo. Sciuerit. de appella. in 6. nam loquuntur in caſibus, in quibus lex expreſsè requirit ſcientiã, & dat vni onus probandi ſcientiam alterius, vt patet in illo text. & in Clemen. cauſam. maximè. in §. pen. vbi glo. in verbo, Plena. de elec. & per Felin. in c. quod ad conſultationem. colum. penult. in 12. concluſ. de re iudi. qui caſus longè differt à caſu *noſtro*, quia hic, vt dictũ eſt, lex non requirit *ſcientiam*, ſed potius per contrarium requirit *ignorantiam*, & vult, quòd ille, qui petit talem reſtitutionem, deducat ignorantiã pro fundamento intentionis ſuæ. nimirũ igitur, ſi debet probari ignorãtia pleniſſimè, ſicut è conuerſo vbi probanda eſt ſcientia, debet probari pleniſſimè. Et in effectu licet caſus ſint diuerſi, & viciſſim oppoſiti, ratio tamen eſt eadem, ſi conſiderentur. Et tantò magis ſumus extra caſum Alex. & gloſſæ vbi ſupra. quia conſtat, quòd hic lex requirit non ſolùm ignorantiam pro fundamento

damento intentionis suæ, sed etiam requirit caniustam, & probabilem, vt ipsemet Alex. tradit in d.consil.71.col.1.in 1.volum.

Non obstat tex.in l.1. versic. item si quis. ff. de iur.& fac.ignoran. quia respondetur, quod Iureconsultus ibi solùm dat exempla, quòd circa vnum, & idem factum potest cadere ignorãtia iuris, & ignorantia facti, vt patet ex §. præced.non autem tractat, an talis ignorantia facti sit licita nec ne; ideò nihil facit ad casum nostrũ. Et dato, ꝙ ille text. præsupponeret ignorantiam facti eo casu esse licitã; non tamen posset id procedere in casu nostro, cùm hic requiratur ignorãtia pro fundamẽto intentionis, & requiratur iusta, & probabilis, per suprà dicta. Et puto rem istam nunc sátis esse discussam.

Extat etiam fundamentum aliud superioribus diebus deductum, quòd hic petitur restitutio aduersus spatiũ temporis lapsum; ideoq; petenda erat intra tantum tempus, quantum erat illud, quod quis amisit, videlicet intra quatuor, vel quinque menses; quod cùm factum non fuerit, nulla vlterius videtur restare disputatio, quin repellendus sit minor, & eius tutor, quemadmodum tunc concludenter demonstratum fuit.

Iacob. Mandellus Alben. Mediolani. 1544. 16. Nouemb. pro D. Christophoro de Mirabilijs; & est tertia allegatio.

ARGVMENTVM.

De conditione, si decesserit sine filijs, an scilicet comprehẽdat etiam filias fœminas, maxime si testator in primo gradu vocauit masculos. Et an appellatione filiorum veniant filiæ, & quando.

SVMMARIVM.

1 FILIORVM *appellatione veniunt etiam filiæ.*
2 *Filiorum appellatione veniunt etiam filiæ, in vltimis voluntatibus.*
3 *Conditio, si decesserint sine liberis, deficit, relicto nepote ex filia.*
4 *Nomen filius, comprehendit quidem filias, sed ex interpretatione, non autem ex proprietate sermonis.*
5 *In odiosis, appellatione filiorum non veniunt filiæ, scilicet in vltimis voluntatibus.*
6 *In materia strictè interpretanda, appellatione filiorum non veniunt filiæ.*
7 *Filiorum appellatione non veniunt filiæ, si coniecturata mens testatoris eas excludit.*
8 *Euidens voluntas testatoris dicitur ea etiam, quæ colligitur ex coniecturis.*
9 *Testator si non vocauit propriam filiam, censetur multò magis voluisse vocare neptem, quæ est remotior; sed ei præferre substitutũ, sicut prætulit filiæ.*
10 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, etiã in testamentis, quando extat statutum, Quòd stantibus masculis, fœminæ non succedant.*
11 *Filiæ non comprehenduntur, quando apparet testatorem habuisse cõsiderationem agnationis, & voluisse, quòd bona conseruarentur in familia; & hæc est communis opinio.*
12 *Testator si in vna parte testamenti dixit expressè de masculis, censetur etiam idem voluisse in qualibet alia parte testamenti, in qua simpliciter dixerit de filijs.*
13 *Obliuio facilè præsumitur in testamentis.*

Consilium XIX.

CASVS iste, vtrum conditio, si decesserit sine filijs, comprehendat etiam filias; fuit aliquando apud Doctores habitus pro casu admodum difficili: & consuluerunt super eo ferè omnes Doctores Italiæ, & aliqui extiterunt, qui propter eiusmodi incertitudinem, recusauerunt prouinciam consulendi, vt refert Paul. de Cast.in l.1.in fin. C. de condi. infer. subijciens etiam, quòd propter varias opiniones Doctorum, non fuit decisus casus de iure, sed composita fuit res, & idem etiam tradit ipse Pau. consil. 79.incip. Casus iste frequenter, in antiquis, Et potissima ratio difficultatis erat, quia testator primo gradu vocauerat masculos, & non fœminas, prout etiam cõtingit in casu nostro. Vtcunque tamen stantibus nunc rebus, prout in facto proponuntur, certum est, seu magis communiter approbatum; conditionem supradictam debere duntaxat de masculis intelligi. Et vt res clarior reddatur, visum est referre saltem succinctè ea, quæ viderentur posse in cõtrarium adduci.

1 In primis igitur quòd † appellatione filiorũ veniant filiæ, est tex.expressus, in l.si quis ita dixerit. ff. de testa. tutel. qui licet loquatur in alijs terminis, tamen hoc, quòd filiorum appellatione & filiæ continentur.

2 Secundò, † quòd generaliter in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniant filię, tradit Alexand.consil.55.Ponderatis. col.fina. in 3. & latius per Socin. consil. 55. Visis consilijs.in 3.volum. & Deci.in l.fœminæ.nu.mihi. 101.ff.de reg. iur. qui omnes loqui videntur in terminis nostris de conditione, si decesserit sine filijs, & dicunt esse communem opinionem, quòd etiam veniant filiæ.

3 Tertiò, † quia videtur, quòd conditio si decesserit sine liberis, deficit, etiã si quis decedat, relicto nepote ex filia. l.1. C. de condi. inser. ergo multò magis debet deficere, si decedat relicta

relicta ipſa filia. Et quãuis aliud ſit in ſono verborum, ſine liberis, & aliud ſit; ſine filiis, cùm tamen de iure videamus iſta æquiparari, vt patet ex ſupradictis, idem videtur dicendum quòd ad terminos dictæ l. 1.

Quartò, cùm in caſu noſtro teſtator in vna parte teſtamẽti, vbi fecit mentionem de filiis, dixerit, filios maſculos, videtur inferendum, quòd ſi in alijs partibus dixit ſimpliciter, de filijs, non addita dictione, maſculis. id fecit de induſtria non autem per obliuionem, quia ſi id voluiſſet exprimere, erat ei facilè, argum. l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. vbi Paul. de Caſtr. C. de cadu. tollen. & ita latiſſimè tradit Ludo. Bologni. inter conſilia Alexand. conſil. 53. Inuocato domino. maximè in 4. col. verſic. & primò non eſt. & in 5. col. verſic. nunc autem operæpretium. in 4. vol.

Quintò, quia etiam ſi teſtator non expreſſiſſet dictam conditionem, ſubintelligebatur tamen tacitè ex diſpoſitione iuris. l. cum auus. ff. de condi. & demon. iuncto tex. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. vbi etiam idem trahitur ad fœminas. ſi igitur teſtator expreſſit id, quod tacitè ſubintelligebatur, non debet talis 10
expreſſio aliquid noui inducere. l. 3. ff. de lega. 1.

Pro contraria verò parte extant fundamenta omninò concludentiora, ex quorum etiam deductione apparebit reſponſio ad ſupradicta omnia ex aduerſo deducta.

Primum igitur conuenit inter omnes Do-
4 ctores, quòd † nomen filius cõprehendit quidem filias, ſed ex interpretatione, non autem ex proprietate ſermonis; quia ipſum vocabulum, filius, ſonat in maſculos, vt cõcludit Bart. in l. 1. ff. de verb. ſignif. & expreſſius tradit Bart. in l. 1. col. fina. ff. de pecul. vbi fortius ait, quòd neque ex ſermone, neque ex interpretatione, ſcilicet intellectiua, comprehenditur, ſed per extenſionem. & Socin. inter conſil. Cur. ſen. conſil. 40. Cùm in præſentiarum. col. 3. Fulgo. conſil. 18. Solumita. & conſil. 38. In propoſita. colum. 1. & 2 & Socin. conſil. 73. Capiendo. colum. 1. in 4. volum. & Alcia. lib. 1. in 3. char. de verb. ſigni. & videtur tex. in l. pronunciatio. in princ. ff. de verbo. ſigni. ideoque talis interpretatio, ſeu extenſio ceſſat, ſi in contrariũ adſit aliqua coniectura, vel ſi non adſit eadem ra-
5 tio, vt per Doct. ſupra dictos. Hinc † eſt, quòd in odioſis non veniunt filiæ, vt per gloſſ. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. 2. ſcilicet in diſpoſitione teſtatoris, vt latè per Archidiac. in c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. ſcilicet in 2. & 3. colum.
6 Et † in materia ſtrictè interpretanda pariter nõ veniunt filiæ, vt per Deci. conſil. 223. in princ. vbi multos refert, & conſi. 171. colum. fin. mul-
7 tò minus igitur debent venire, ſi † coniectura-
ta mens teſtatoris eas excludit. & in fortioribus terminis id probatur in d. l. 1. in fine. C. de condi. inſer. vbi appellatio liberorum, quæ ſolet eſſe communis ad maſculos, & ad fœminas; non tamen comprehendit fœminas, ſi voluntas teſtatoris videatur in contrarium. dicitur
8 † autem euidens voluntas teſtatoris ea etiam, quæ colligitur ex coniecturis. l. licet. in princ. vbi Bar. ff. de lega. 1. vndè, cùm in caſu noſtro
9 teſtator † haberet propriam filiam, & illã non vocauerit in inſtitutione, neq; in ſubſtitutione, ſed ei prætulerit ſubſtitutum; cenſetur multò magis illum prætuliſſe ipſi nepti, quæ eſt remotior. argu. l. ſi viua matre. verſic. nam licet. C. de bon. mater. Deci. conſil. 15. colum. 2. & conſil. 95. colum. 3. & conſil. 545. colum. 1. & conſil. 270. colum. 2. & 3. & in terminis noſtris tradit Paul. de Caſt. conſil. 357. Viſo dicto teſtamento. in antiquis, & Fulgo. in d. conſil. 18. & in d. conſil. 38. latè Socin. in d. conſil. 40. Et comprobatur prædicta coniectura, eò, quòd teſtator habebat etiam ſororem propriam, & ei duntaxat reliquit legatum, non autem eam vocauit in inſtitutione, vel in ſubſtitutione.

Secundò, quia † cùm Mediolani extet ſtatu-
10 tum, quòd ſtantibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedant, ſequitur communis Doctorum concluſio, quòd appellatione filiorum, etiam in teſtamentis, non veniunt fœminæ, quia cenſetur teſtator loqui ſecundũ diſpoſitionem ſtatutorum, vt concludit Pau. de Caſt. in d. conſi. 79. colum. 2. Deci. in d. conſi. 15. col. 3. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. in fin. & Deci. conſi. 270. colum. 2. & conſil. 299. colum. 4. & conſ. 316. colum. 3. & conſil. 545. colum. 1. & Alciat. vbi ſuprà. Et ſtante eiuſmodi ſtatuto, ceſſat controuerſia omnium illorum Doctorũ, qui aliàs reddiderant hunc caſum adeò dubitabilem, vt ait Pau. de Caſt. vbi ſupra.

11 Tertiò, quia † cùm apparet, teſtatorem habuiſſe conſiderationem agnationis, & voluiſſe, quòd bona conſeruarentur in familia; tunc ceſſat omnis diſputatio, & communiter concluditur, nõ comprehendi filias, vt tradit Paul. de Caſt. in d. conſil. 79. & latiſſimè Soci. conſi. 6. In prẽſenti conſultatione. in 3. vol. maximè in colum. fina. & latè idem Socin. in d. conſil. 40. inter conſilia Cur. ſen. maximè in 3. colum. & 4. latè etiam Iaſ. conſi. 140. in 2. Deci. conſil. 514. Gozadi. conſil. 89. Socin. in l. cum auus. à nume. 80. vſque ad num. 86. & latiſſimè Deci. conſil. 370. maximè in 2. col. qui omnes, poſt alios, quos ipſi referunt, decidunt caſum noſtrum in terminis, quia hic conſtat non ſolùm per coniecturas, ſed etiam ex diſpoſitione expreſſa, voluiſſe teſtatorem, quòd bona conſeruarentur in agnatione. vndè, ſi prædicta procedunt,

dunt, etiam si solùm per coniecturas constaret de voluntate testatoris, vt tradit Deci. cons. 15. colum. penult. debet id multò magis procedere, si expressè constat, vt de se patet, & traditur in locis supradictis.

12 Quartò, cùm † testator in vna parte testamenti, vbi poterat cadere dubitatio, vtrũ vellet comprehendere masculos tantùm, vel etiã fœminas, dixit expressè de masculis; sequitur, quòd idem etiam censeatur voluisse in qualibet alia parte testamenti. l. qui filiabus. in prin. ff. de lega. 1. vbi habetur, quòd, si in aliqua parte testamenti fiat mentio de filiabus simpliciter, & in alia fiat mentio de filiabus posthumis; intelligitur vbique de posthumis: & hoc de dictione, masculis. vt tradit Abb. consi. 26. Videtur primo. in 1. vol. Cur. sen. consi. 51. Super testamento. colum. 5. & 6. & Andr. Sicul. inter consilia Alex. consil. 52. Circa hanc. colum. 5. & 6. in 4. volum. latè Deci. in d. consil. 15. col. 2. & consil. 261. colum. 2. & consil. 270. col. 3. & consil. 287. col. 2. in fin. & 3. & 4.

Ex quibus satis patet, hanc esse communem opinionem, & habere solidiora fundamenta.

Et ex prædictis etiam patet responsio ad ea, quæ ex aduerso fuerunt deducta, quia scilicet non procedunt, quando aliqua coniectura extat in contrarium, veluti in casu nostro, in quo testator prætulit substitutum proprijs filiabus, & proprijs sororibus; ergo multò magis neptibus. Item non procedunt, stante statuto, de quo supra. Item non procedunt, quando testator vel expressè, vel tacitè habuit rationem agnationis. Item non procedunt, vbi in aliqua parte testamenti dictum est de masculis. & maiè in hoc loquitur Bologninus vbi suprà, quia
13 † in testamentis facilè præsumitur obliuio. l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. & debet in eis inspici verisimilis mens testatorum, iuribus vulga. præsertim per text. in d. l. qui filiabus. & patet ex supradictis, communiter Doct. sentire contrarium. Et tex. in l. cum auus. & l. cùm acutissimi. superius adducti ex aduerso intelliguntur de conditione, (sine liberis,) non autem de conditione, (sine filijs;) & ita nõ faciunt ad casum nostrum. Et ex his constat, nullam pariter restare difficultatem quò ad castrũ, præsertim cùm sit pars ipsius hæreditatis, eò, quòd est allodiale. nam quæ superius fuerunt dicta de vniuersa ipsa hæreditate, castrũ etiam ipsum comprehendunt.

Iaco. Mandellus Albensis, I. V. Doct. saluo &c. Mediolani. 1544. die. 17. Nouembris, ad petitionem D. Alexandri Sexti.

ARGVMENTVM.

De interpretatione cuiusdam statuti Mediolani, De pariete extruendo inter hortum, & curtem. Et de casibus mixtis, an comprehendantur sub simplicibus in statuto, & cui simplici magis adhæreãt.

SVMMARIVM.

1 TERRA *differt à curte, seu à loco lapidibus structo.*

2 *Illud, de quo fit specialis, & separata mentio, non censetur comprehendi sub vocabulo generali. sub quo aliàs comprehenderetur.*

3 *Exceptio satis est quòd sit de regula, saltem in genere.*

4 *Casus mixti, qui, considerata ratione, & effectu, resoluuntur in simplices, comprehenduntur sub simplicibus, etiam stante statuto, quòd statuta intelligantur ad literam, & tantò magis quando mixtus magis adhæret vni simplici, quàm alij.*

5 *In statutis comprehenditur casus non clarè specificatus, quando adest omnimoda ratio, etiã stante statuto, quòd ad literam &c.*

6 *Et quãdo adest omnimoda ratio, comprehenditur casus omissus, tanquam species sub genere.*

7 *Statuta debent intelligi, ne statuentes possint reprehendi.*

8 *Casus mixti cui ex simplicibus magis adhæreant, quando necesse est, quòd adhæreant magis vni, quàm alij.*

9 *Causa prohibẽs potius inspicitur, quàm permittẽs, & potius quòd obstet, quàm quod prodest.*

10 *Statutum disponens, quòd statuta seruentur ad literam, non excludit naturales interpretationes.*

11 *Interpretatio non debet admitti, per quam de facili redderetur elusoriũ statutum, vel alia dispositio.*

12 *Pro facto habendum est id, quod de facile potest fieri.*

13 *Ius superueniens lite pendente, an, & quando cõprehendatur in iudicio cæpto.*

14 *Regula, quòd lite pendente nihil innouetur, quomodo intelligatur.*

15 *Peritis in arte est magis credendum, quàm cæteris omnibus testibus, etiam si non reddant rationem dicti sui, & etiam si tractetur de probanda consuetudine.*

16 *Effectus quilibet præsumitur in dubio fuisse factus iure proprio facientis, & propter causam, ad quam poterat quis de iure compelli.*

17 *Donatio non præsumitur, vbi potest capi alia cõiectura.*

18 *Ius commune magis est considerandum, quam ius speciale.*

19 *Luminibus vicini an quis possit officere, extruendo murum.*

Consilium XX.

CVM de interpretatione statuti iam multa per alios fuerint deducta, succinctè hæc pauca subijciã prius, quàm deueniam ad ea, quæ ex dictis testium colliguntur.

Quòd casus de pariete extruendo inter hortum, & curtem, decidatur per statutum in versic. Saluo si quis, &c. propter illud vocabulum, (Terram,) nõ videtur vllo modo posse admitti, quia præterquàm quòd de iure communi
1 † terra differt à curte, seu à loco lapideo, vel lapidibus structo. l. Seruius. §. 1. ff. de riuis. & l. 1. §. fin. eo. tit. id etiam patet ex ipsismet statutis passim, & potissimũ ex ipso statuto, & versic. de quo hic disputatur, dũ paulò inferius ait, (brachiorum quatuor cum dimidio à terra supra.) vnde dato millies, q̃ vocabulum, Terra. soleret comprehendere & curtem, & quemlibet alium eiusmodi locum, vel lapidibus structũ, vel non structum; id tamen admitti non potest in præsenti casu: quia, cùm de curte fiat spe
2 cialis, † & separata mentio; non censetur comprehendi sub vocabulo generali, sub quo aliàs comprehenderetur. l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. ex quibus cau. maio. & dictio, (Terra,) duntaxat comprehendit locum non habentem aliquod nomen speciale. l. ligni. §. 1. ibi, quæ alio nomine non appellantur. ff. de lega. 3. Nec quicquam etiam facit, quòd paulò antè fuerit facta mentio de clausula, inter curtem, & hortum; quia id factum fuit incidenter, sumpta occasione ab illa clausura sepium, de qua iam cœperant loqui statuentes. Insti. de lega. in princ. Et principaliter ibi tractatur de negotio inter hortum, & hortum, vt patet in versi. seu. §. in clausuris. ideoq́; est etiam conueniens, quòd illa exceptio, (saluo si quis,) referatur ad illud, quod agitur principaliter, non habita ratione eorum, quæ incidenter proferuntur. argu. l. si quis nec causam. ff. si cer. peta.
3 † Et satis est, quòd exceptio sit de regula, saltem in genere. l. nummis, & ibi Iaſ. colum. 2. ff. de in litem iuran. Et ingenua ipsius statuti intelligentia per se patet. nam, cùm ab vna parte dixisset, (hortũ, vel broliũ,) posuit deinde ab alia duo vocabula, scilicet (hortum, vel terram,) correspondentia duobus primis, & tanquam Sinonima ad illa duo præcedentia. & sicut dictio, (brolium,) fuit posita ad denotandũ rem ferè eiusdem naturæ, cuius est hortus, videlicet ad denotandum hortum incultum, & nõ magis habentem formã horti, quàm agri; ita etiã dictio, (Terra,) fuit posita ab alia parte, ad denotandum pariter rem, quæ non multum differret ab horto, vt indicat illa disiunctiua, (vel) iuxta nota. in Rubri. ff. si ag. vectigal. id est, ad denotandum rem, quæ habet formam mediã inter formam horti, & formam agri, cuiusmodi multæ reperiuntur intra muros ciuitatis. Et dato etiam, quòd in præsenti non reperiretur in ciuitate aliquis eiusmodi locus, (quod non est credendum) satis est, quod statutum considerauit potentiam, quemadmodum etiam considerauit brolium. Et in effectu si appellatione terræ in hoc statuto intelligeremus etiã curtem, tanquam sit generale vocabulum; necesse etiam esset fateri, quòd appellatione terræ veniret hortus; & per consequens sequerentur, quòd frustra statuentes habuissent mentionem de curte separatim, & de horto, & de brolio, & omnia essent confundenda *sub* nomine terræ, & elusoria esset dispositio totius statuti in suis omnibus distinctionibus; quòd quàm sit absurdum, per se patet. Neq; puto, q̃ Illust. D. Commissarius causæ, vllam habeat de his dubitationem.

Fateor huiusmodi casus, inter hortum, & curtem, esse comprehensos sub statuto, non quidem verbis expressis, seu specificis, seu sub generalitate verborum explicante casus ambos simplices, videlicet, inter curtem, & curtem, & inter hortum, & hortum; quia, cùm
4 † huiusmodi casus mixti hic resoluantur in simplices, considerata eorum ratione, & effectu, (nam quilibet paries, qui fit inter hortum, & curtem, vel est brachiorum octo, vel quatuor cum dimidio) ideò comprehendentur sub simplicibus; etiam stante statuto dispone nte, quòd statuta intelligantur ad literam, secundum Doctores in l. 2. in princip. præsertim Alcia. colum. 2. de verborum obligatio. & tantò magis, quãdo casus mixtus magis adhæret vni ex simplicibus, quàm alij, vt per Alciat. vbi suprà, maximè per textum in l. 1. §. interdictorum. el. 1. ff. de interdic. quemadmodum contingit in casu nostro, vt infrà
5 dicetur. Et sunt vulgares decisiones, quòd † in statutis comprehenditur casus non clarè specificatus, cùm adest omnimoda ratio. latè Bal. in l. maximum vitium. colum. 2. & 3. C. de libe. præte. & in l. si quis seruo. colum. 2. & 3. C. de furt. Aretin. consilio 108. qui omnes loquuntur etiam stante statuto, quòd ad literam
6 &c. Et † quando adest omnimoda ratio, comprehenditur casus omissus, tamquam species sub genere. Deci. consil. 227. colum. 3. in fin. &
7 4. & essent † reprehendendi statuẽtes, si omisissent hos casus mixtos, iuxta dictum Bald. relatum per Socin. consil. 63. col. penult. in 1. vol. Neque pars aduersa negat, quin huiusmodi casus mixti comprehendantur, & id etiam quotidianus rerum vsus attestatur.

Solùm

8 Solùm ſtat difficultas, quomodo † regulandi ſint tales caſus mixti, & cui ex ſimplicibus magis adhæreant. cùm omninò neceſſe ſit, ꝙ adhæreant magis vni, quàm alij, id eſt, neceſſe eſt, quòd paries ſit vel brachiorum octo, vel ſit brachiorum quatuor cum dimidio. Et cùm veritas ſoleat in paucis conſiſtere, dicendum videtur vnica ratione, quòd huiuſmodi caſus mixti, qui ſunt duo, videlicet, quando dominus curtis vult ædificare contra dominũ horti, item quando dominus horti vult ædificare contra dominum curtis, adhæreant illi caſui ſimplici, qui concernit perſonam, aduerſus quam fit ædificium, non autem perſonã illius, qui ædificat, & ſecundum naturam talis ſimplicis caſus debet iudicari quilibet ex ipſis caſibus mixtis. Nam præter vulgares regulas, quòd
9 † cauſa prohibens debet potius inſpici, quàm cauſa permittens. Bar. in l. tutor. in princip. ff. de ſuſpec. tuto. & ex duobus, quorũ vnum poſſet prodeſſe, & aliud poſſet obeſſe, debet inſpici illud, quod poſſet obeſſe. l. 3. §. fin. cum gloſ. & Bar. ff. ad Sillan. id concludentius deducitur ex his, quæ fatetur pars ipſa aduerſa. nam, ſi dominus curtis ædificans contra dominum horti, poteſt eleuare murum duntaxat ad brachia quatuor cum dimidio, vt eſt notorium, & deduxerunt aduerſarij in ſuis capitulis, & ita inſpicitur qualitas illius, contra quem ędificatur, & meritò per regulas ſupradictas, non autem illius, qui ædificat, quia opus eſſet ei tunc concedere eleuationem vſq; ad brachia octo, neſcio videre, cur non idem quoque dicendum ſit è conuerſo, cùm dominus horti ædificat contra dominum curtis, vt ſcilicet inſpici debeat qualitas illius, aduerſus quem ædificatur, & non illius, qui ædificat, & ita vt liceat eleuare vſq; ad brachia octo. Et eſt vulgare, quòd correlatiorum eadem debet eſſe ratio, & proportio. l. fin. vbi latè Iaſ. C. de indic. vidu. Et idem debet operari propoſitum in propoſito, quod operatur oppoſitum in oppoſito. l. fin. §. fin. ff. de lega. 3. & contrariorum eadem debet eſſe diſciplina, ſcilicet ex natura per contrarium, vt tradit Socin. in Rubric. ff. de acqui. poſſe. Et niſi putarem hanc eſſe mentem ſtatuti, & meram veritatẽ, eſſem primus ego, qui hortarer Magnificum D. Candianum, quia à negotio hoc penitus deſiſteret. Nec dicatur, quòd ſupradicta regula de cauſa prohibitiua præferenda cauſæ permiſſiuæ, videatur poſſe retorqueri in contrariũ, eò, quòd aduerſarius Magnifici D. Candiani tendit ad prohibendum; ergo præferendus, quia hoc eſſet merum cauillum, neque dignum reſponſione.

Poſſent etiam prædicta comprobari ex ratione iampridem per alios adducta, quòd murum non poſſet eleuare vltra brachia quatuor cum dimidio, concernit merum fauorem horum; vndè, quemadmodum ſi ambo litigatores haberent hortum, poſſent renunciare fauori pro eis inducto, & non obſtante ſtatuto, poſſent altius ædificare; non puto poſſe dari bonam rationem diuerſitatis, cur etiam, ſi vnus tantum habeat hortum, non poſſit fauori ſuo renunciare, iuribus vulgaribus. Et quantũ calumniosè negetur, id fuiſſe introductum in fauorem hortorũ, iudicet Illuſt. Dominus meus, cui ſumma huius rei eſt commiſſa. Et ſtatutum
10 diſponens, † quòd ſtatuta ſeruentur ad literã, non ſolet excludere ſimiles interpretationes naturales. Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princ. in fin. & Bal. Areti. & Deci. vbi ſuprà.

11 Prætereà non † debet admitti ea interpretatio, per quã de facili redderetur eluſorium ſtatutum, vel quælibet alia diſpoſitio. l. ſi prætor iuſſerit. in prin. ff. de iudi. vndè, cùm dominus horti poſſit, quandocunque voluerit, conuertere hortum in curtem, & poſtea ædificare vſq; ad brachia octo; non eſt credendum, quòd ſtatuentes voluerint diuerſum ius cõſtituere inter vnum caſum, & alium, quandoquidem tri-
12 ta eſt regula, quod † pro facto habendum eſt id, quod de facili poteſt fieri. l. pen. ff. de mili. teſta. & l. non tantum. in princ. ff. de excuſa. tut. Bald. in l. ſi pro ea. in 6. & 7. quæſtio. C. manda. Nec video, per quam regulam poſſit denegari Magnifico D. Candiano, quin etiã lite hac pendente, poſſit conuertere hortum ſuum in curtem, & de ea curte idem iudicandum ſit, perinde, ac ſi fuiſſet curtis tempore litis cœptæ. nam
13 ius † etiam ſuperueniens lite pendente, comprehenditur in iudicio cœpto, ſi dependeat à cauſa de præterito. Bart. & alij in l. non poteſt videri. ff. de iudi. vel ſaltẽ ſi in poteſtate ipſum deducentis erat tempore litis cœptæ, quamuis tunc non eſſet deductum ad effectum. Bal.
14 in d. l. non poteſt videri. col. fin. Et † regula, vt lite pendente nihil innouetur, tendit ad hoc, videlicet, vt nihil fiat in præiudiciũ iuris, quod habet aduerſarius; non autem prohibet, quin poſſim corroborare ius meum. Bald. in l. 2. colum. fin. C. ne lice. poten. & patet ex l. mandauero tibi vt à Titio. ff. manda. & l. rem alienam. ff. de pigno. ac.

Cæterùm, omiſſa interpretatione ſtatuti, res videtur omninò inclinare pro ipſo Domino Candiano, cùm in primis pro eo depoſuerint etiam iudicialiter Architecti, ſeu Ingenie-
15 rij ferè omnes huius ciuitatis, qui † in huiuſmodi negotijs ſunt cæteris omnibus teſtibus præferendi. Specula. de proba. §. fina. colum. penult. etiam ſi nõ reddant rationem dicti ſui, vt tradit Deci. in c. propoſuiſti. colum. 5. de

proba. etiam si tractetur de probanda consuetudine, quia est eis credendum, quamuis non deponant de actibus particularibus, sed simpliciter dicant, ita se habere consuetudinem. Bar. in l. de quibus. in repeti. col. antepen. ff. de legibus. extant etiam alij quamplures testes omni exceptione maiores, & concludenter deponẽtes de infinitis huiusmodi exemplis, quæ deinde ex locorum inspectione melius fuerũt comprobata. Et prẽterea exempla, de quibus testes deposuerunt cõcludenter facere ad casum nostrum, videlicet murum fuisse eleuatum, inuito domino curtis; extant alia quamplura etiã exempla parietis inter hortum, & curtem extructi in altitudinem brachiorum octo, aduersus quæ nihil habet pars aduersa, quod deducat, nisi quòd asserit id proueniſſe ex conuentione partium, quod vtique nullam habet rationem: quinimò in contrarium extant quã-
16 plures iuris præsumptiones. nam † quilibet effectus præsumitur in dubio fuisse factus iure proprio facientis. l. item apud Labeonem. §. si communem. ff. de iniur. l. merito. ff. pro socio, & vtrobique dicunt gloss. eam esse notabilem præsumptionem. item actus censetur in dubio fuisse factus propter causam, ad quam poterat quis de iure compelli. Bart. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. fue. manu. Item conuentiones de huiusmodi parietibus ædificandis vltra, quã alter ex dominis potuisset cogi; saperent dona-
17 tionem, quod † non est præsumendum, vbi potest capi alia coniectura. l. Campanus. ff. de ope. liber. l. si cùm aurum. ff. de solutio. præsertim in casu isto, quo necesse esset præsumere multas donationes, cùm extent multi parietes eo modo extructi. Et præsumere conuentionem, seu remissionem iuris sui non fuisse gratuitam, sed intercessisse pecuniam; nihil aliud est, quàm fictiones, diuinationesque multiplicare Et † magis est in consideratione id,
18 quod est concessum de iure communi, seu municipali, quàm quod potest obtineri ex speciali concessione. l. 4. §. si is qui. & ibi Bar. ff. de fideicom. liberta. testes autem producti per aduersarios quàm longè distent à signo, ad quod tendunt, per multas rationes fuit oretenus deductum; sed quòd quãplures ex eis in euidenti falsitate fuerunt deprehensi, non parum deberet animum Illust. Domini Commissarij super tota hac causa commouere.

† An aliquid officiat lumi nibus, standũ est peritis. Alex. consil. 174. in fin. in 2. vol. Idem Autor.

19 De † luminibus autem, videlicet ꝙ fortè eis officiatur, si murus extrueretur, non videtur habenda ratio, quia statutum id non exprimit, cùm tamen † exprimat alium casum, scilicet, ne liceat in eo muro facere fenestras, per quas perspiciatur versus vicinum; ideoq; cùm facile fuerit statuentibus exprimere hunc casum, & non expresserint, habendus est pro omisso. l. 1. §. sin autem ad deficientis. vbi Paul. de Cast. C. de cadu. tollen. prætereà aliud statutum, scilicet fol. 3. à tergo in fine, non præsumit seruitutem luminis, nisi fenestræ sint in frontispicio: alioqui transfert onus eam probandi. ideò succedit dispositio iuris communis, secundum quod non est habenda ratio luminum, nisi constet de seruitute promissa. l. cũ eo. ff. de seruitu. vrb. præd. & l. altius. C. de seruitu. & aqua. Et in omnem casum non officiuntur luminibus, cùm non prohibetur eis, quin cœlum videatur. l. lumen. & l. si arborem. ff. de seruitu. vrb. præd.

Iacobus Mandellus Albensis, Mediolani. 1545. die 30. Ianuarij, pro Magnifico D. Angelo Candiano.

ARGVMENTVM.

De nullitate tutelæ propter defectum solennitatum, an possit opponi per ipsum tutorem. Etiam omisio satisdationis, omisio Inuentarij, & licentia administrandi non petita à Iudice, item omissio promissionis de defendendo pupillo, & faciendo quod erit ei vtile, operentur nullitatem tutelæ.

SVMMARIVM.

1 NVLLITAS *tutelæ propter defectum solennitatum non potest opponi per tutorem.*
2 *Turpitudinem suam quando quis non possit allegare.*
3 *Iudex procedendo ad vlteriora, censetur declarare &c.*
4 *Autoritas Iudicis potest eum, qui non est tutor facere tutorem, & multò magis declarare eum idoneum, & legitimè factum.*
5 *Allegans contraria, an, & quando audiatur.*
6 *Omissio satisdationis an operetur nullitatẽ tutele.*
7 *Omissio Inuentarij præstat causam remouendi tutorem, tamquam suspectum, sed interim est tutor, & valent gesta per eum.*
8 *Licentia administrandi non impetrata à Iudice, an vitiet tutelam.*
9 *Tutores hodie de consuetudine administrant, non petita licentia Iudicis, & satis est eam allegare.*
10 *Clausulæ, quæ solent apponi, debent haberi pro appositis.*
11 *Promissio de defendendo pupillo, & quòd sint vtilia. si fuit omissa, an vitietur tutela, & quid operetur.*
12 *Omissio eius, quod tacitè subintelligitur, non vitiat.*
13 *Lex aliquando requirit, vel prohibet aliquid, & tamen actus non est nullus, si contrarium fiat, nisi id lex præcisè dicat.*

CON-

Consilium XXI.

DIFFICVLTAS nouissimè excitata aduersus D. Christophorum, de nullitate tutelæ † propter defectũ solennitatũ, non videtur posse opponi per ipsummet tutorem, quia, cùm omissio eiusmodi solennitatum arguat dolum ipsius tutoris, maximè omissio Inuentarij; sequitur eius turpitudo; † ideoque eam non potest allegare, cùm scilicet nondum sit detecta ab alio, & tendat ad præiudicium alterius, & allegetur aduersus eum, qui nõ est particeps eiusmodi turpitudinis, vt concludit Bar. in l. Iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. col. 3. & 4. ff. de iureiu.

Præterea in prima instãtia, dum D. Christophorus opponerẽt, illum non esse tutorem legitimè cõstitutum, replicauit ipse tutor, se esse tutorem legitimè, & seruasse seruãda, & Iudex deinde processit ad vlteriora, admittẽdo eum pro idoneo tutore. vndè inferuntur duo, primò, quòd Iudex † procedendo ad vlteriora, censetur eum declarasse idoneum, & solẽnem tutorem. iuxta nota. in l. 2. C. de ordi. cogni. & per Bar. in l. à procedẽte. C. de dila. adeò, quòd non est amplius id reuocandum in dubium. nam, licet autoritas Iudicis non possit facere procuratorem eum, qui non est; potest tamen cum †, qui non est tutor, facere tutorem, & multò magis potest eum iam factum tutorem, declarare idoneum, seu legitimè factum, vt tradit Bal. in l. 1. §. idem Pomponius. ff. quod falsò tut. & tantò magis cum factum Iudicis fundatum sit in confessione iudiciali ipsius tutoris, quæ ei omninò præiudicat. l. cum precum. C. de libera. cau. Infertur secũdò, quòd iste tutor, tanquam † allegans contraria, non est audiendus. l. Titiæ. vbi Bar. ff. de condi. & demon. maximè inter easdem personas, & in eadem causa, quia (quod fortius est) etiam in diuersa causa non posset allegare contraria, scilicet inter easdem personas, si in prima causa obtinuit, vt tradit Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. col. 2. ff. de inoffi. testa. Et cùm hic agatur de euidenti contrarietate, procedunt hæc etiam in exceptionibus, & replicationibus, vt per Bart. in l. nemo. ff. de excep.

Ceterùm dato, sine veritatis præiudicio, qp eiusmodi exceptio posset per tutorem istũ opponi; cessat tamen alia ratione, quia non procedunt de iure, saltem in casu nostro, ea, quę in motiuo fuerunt excitata. nam † omissio satisfactionis quamuis soleat operari nullitatem tutelæ. l. si tutor. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necess. & l. in dubiũ. C. de tuto. qui non satisd. tanquam sit maioris momenti, quã alia requisita, quia scilicet inanis esset actio contra tutorem, si non extaret persona aliqua idonea ad soluendum, contra quam posset agi. l. nam is. ff. de dolo. nihil tamen facit ad casum nostrum eiusmodi omissio, cùm hic simus in tutore testamentario, Institu. de satisda. tuto. in prin. & d. l. in dubium.

Omissio † autem Inuentarij præstat causam remouendi tutorem, tanquam suspectum. l. fi. §. illud. C. arbitr. tutel. ergo interim est tutor, & valent gesta per eum, vt concludit Bart. in l. tutor qui repertorium. colum. 2. vers. contrarium puto. ff. de admi. tuto. Abb. cons. 90. in 2. vol. Alexan. cons. 86. Visis. col. 2. in 2. vol. Comen. cons. 15.

Et idem † pariter dicendum est de licentia administrandi fumenda per manum Iudicis; nam ponitur sub eodem contextu verborũ, & sub eadem ratione cum omissione Inuentarij, vt patet in d. l. fin. §. illud. Et nemini dubium, quin longè maior defectus sit omissio Inuentarij, quàm licentia Iudicis non impetrata, cùm omissio Inuẽtarij arguat dolum. d. l. tutor qui repertorium. in princ. & contineat euidentem subtractionem rerum pupillarium. præterea † est publica, & notoria hodie cõsuetudo tutoribus administrandi, non petita licentia Iudicis; ideoque satis est eam allegare, vt per Deci. cons. 148. col. fin. quinimò non est necesse eam allegare, secundum Bar. in l. 1. in 25. q. C. quę sit lon. consue. & text. qui communiter allegatur per Docto. de huiusmodi licentia Iudicis, nihil expressè dicit de Iudice, sed duntaxat ait, quòd secundum solitũ morem &c. videlicet text. in d. l. fi. §. illud. C. arbit. tutel. Accedat etiam, qp hic sumus in tutore testamentario, cuius fides censetur approbata à testatore, & de quo lex multum confidit in his, quæ sunt maioris præiudicij, vt supradictum fuit. Quinimò solet de consuetudine apponi in testamentis clausula illa, quòd possint propria autoritate, &c. quæ clausula tollit omnẽ difficultatem, vt per Bart. in l. legitimos. ff. de legi. tuto. Et † vulgare est, quòd clausulæ, quæ communiter solent apponi, debent haberi pro appositis. latè Doct. in l. certi cõdictio. §. si nummos. præsertim Ias. colum. 3. & 4. ff. si cer. peta. Et in casu nostro testator vsque adeò confisus est de ipsis tutoribus, quòd eis facultatẽ concessit substituendi alios tutores, quod vtique videtur maius, quàm si expressè concessisset facultatem administrandi propria autoritate.

Cætera duo, quæ solent requiri, videlicet † promittere defensionem pupilli, & promittere, qp fient vtilia, & omittentur inutilia (quæ duo in effectu resoluuntur in vnum, vt de se patet) non faciunt nullitatem tutelæ, quia id non

reperitur iure cautũ, sed duntaxat possunt operari, quòd remoueatur tutor, tanquam suspectus, quemadmodum supra dictũ fuit de omissione Inuentarij, quæ est valde maioris præiudicij quò ad ipsum pupillum, & maioris culpæ quò ad ipsum tutorem. Et prædicta duo requisita sunt modici momẽti, & tacitè semper subintelliguntur, ideoq; † eorum omissio non debet vitiare, etiam si essent de forma, vt per Bar. in l. fin. §. sin verò postquam. in fin. C. de iu. delibe. Et † non est nouum, quòd lex aliquid requirat, vel prohibeat, & tamen actus non sit nullus, si cõtrarium fiat, nisi lex id expresè dicat, quemadmodum per viginti exempla deducit Ias. in l. patre furioso. col. 3. 4. & 5. ff. de ijs qui sunt sui, vel al. iu.

Et in vniuersum quò ad omnia suprà dicta habendum est præ oculis, quàm sit absurdum, quòd tutor ipse, qui sustinet hoc iudicium tanquam tutor, asserat se vel esse tutorẽ nulliter, vel esse remouẽdum à tutela, cùm tamen fungatur hic vice actoris.

De æquitate maxima autem ipsius negocij, quæ apertè stat pro D. Christophoro, dictũ fuit aliquando in alijs allegationibus. Et tandem esset imponendus finis huic cõtrouersiæ, cùm Magnificus D. Commissarius causæ, diligentissimè eam nunc discussam perspiciat.

Iacobus Mandellus Albensis, Mediolani. 1545. 18. Februarij, pro D. Christophoro de Mirabilijs.

ARGVMENTVM.

Donatio propriè an dicatur etiam quæ nõ habet traditionem, & an promissio de donando producat actionem. Item quid sit augmentum dotis, & quid donatio propter nuptias, & quid inter se differant, & an hodie sit in vsu donatio propter nuptias, vt fiat de necessitate.

SVMMARIVM.

1 DONATIO *Etiam propriè dicitur, quamuis non habeat traditionem.*

2 *Donatio, etiam si fiat pacto nudo, producit actionem.*

3 *Promissio de donando an producat actionem præcisam ad rem nominatam, & an censeatur donatio.*

4 *Donatio propter nuptias censetur, quicquid datur per maritum vxori, habito respectu ad dotem.*

5 *Augmentum dotis, & donatio propter nuptias quando differant, & quòd nõ differant, si ambo sint ex parte mariti.*

6 *Instrumenta duo si fiant incontinenti vnum post aliud per eundem Notarium, & coram eisdem testibus, perindè est, ac si omnia vnico instrumento comprehenderentur.*

7 *Donatio quando fit per maritum vxori in instrumẽto dotali, censetur donatio propter nuptias, licet non fuerit expressum.*

8 *Donationes ppter nuptias hodie non amplius sunt in vsu, scilicet vt fiant ex necessitate, & si fiunt appellantur communiter augmenta dotium.*

9 *Donatio propter nuptias an valeat, quando fit per maritum, constante matrimonio, si mulier etiam non auget dotem.*

Consilium XXII.

QVAESTIO iste non videtur habere probabilem difficultatem, si bene considereretur. Nam in primis cõstat donationem, de qua agitur, esse veram donationem, nõ autem esse promissionem de donando, non obstante incidenti quodam dicto Paul. de Cast. ex aduerso allegati, videlicet, conf. 106. incip. Dicta donatio. colum. fi. in antiquis, vbi videtur velle, quòd donatio propriè sit illa tantùm, quæ annexam habet traditionem. quicquid enim dicat Paul. de Cast. habemus hodie iura clara, quòd † etiam propriè dicitur donatio, quamuis non habeat traditionem, vt est tex. in §. aliæ. Institu. de actio. imò † etiam si eiusmodi verbalis donatio fiat pacto nudo, producit actionem. l. si quis argentum. §. fin. C. de dona. & id procedit non tantùm in donationibus inter viuos, sed & in alijs donationibus, secundum gl. communiter approbatam. in l. cum pater. §. Mæuio. in verbo, Donãbat. ff. de lega. 2. & per Docto. in l. 2. ff. de lega. 1. neque hoc negasset Pau. de Cast. quutus est secundum iura digestorũ. videlicet declarando text. in l. Papinianus. Est quidẽ verum, quòd si non esset donatio, sed promissio de donando, id est, si quis non diceret, dono tibi, sed diceret, promitto tibi donare, tũc est aliqua disputatio inter Doct. an † talis promissio de donando producat actionem præcisam ad rem nominatam, & eo casu etiam videntur inclinare Doct. quòd talis promissio producat actionem præcisam, & censeatur esse donatio, vt latè per Angel. Aret. in §. in personam. col. 4. & 5. Institu. de ac. & si opus esset, adducerentur aliquot moderni: asserentes eam esse magis communem opinionem, & secundum eos malè etiam loqueretur Pau. de Cast. vbi supra, qui propriè videtur loqui de promissione donandi; sed quicquid sit de hoc, nos sumus extra hanc difficultatem, quia verba huius cõtractus non sonant in promissionem collatam in futurum, sed sunt absoluta, & concernunt præsens tempus, dum videlicet dictũ est, augmentauerunt, & augmentant, &c. Item

Item secundò constat, hanc esse donationē propter nuptias, nisi calumnia, & violentia inferatur verbis instrumenti, & mente euidenti ipsorum contrahentiū. nam dicitur in instrumēto, quòd ipsi duo fratres de Rainonibus augmentāt dotem vxorum suarum, &c. quæ verba nihil aliud possunt denotare, quàm dona-
4 tionem propter nuptias; quia † quicquid datur per maritum vxori, habito respectu ad dotem, censetur donatio propter nuptias. l. cùm multæ. in princ. & §. sancimus. & in §. si igitur dote iam præstita. C. de dona. ante nup. & passim per totum illum titulum, & cùm fiunt tales donationes, habita mentione dotis, censentur quasi antipherna, vt ait ille text. id est, censentur factæ contra dotem, seu correlatiuè
5 ad dotem, vt ibi per gl. Et † quamuis differant augmentum dotis ex parte vxoris, & donatio propter nuptias ex parte † mariti; non tamen differunt, neq; differre inter se possunt ea duo, si ambo sint ex parte mariti, si res deducatur ad factum, seu ad practicam. quid enim aliud est in effectu, cùm maritus dicit se augere dotem vxori suæ, nisi donatio quædam, quam iura appellant propter nuptias? eò quòd fit in instrumento dotali, vel aliàs fit, habito respectu ad dotem; & regulatur ijsdem modis, quibus ipsa dos regulatur, d. l. cùm multæ. Et cùm de re ipsa constat, non est curandum de modo, vel ordine verborum. l. vbi ita donatur. ff. de do-
6 na. cau. mor. Et † cùm instrumētum ipsius augmenti factum fuerit incontinenti post instrumentum dotale, & per eundem Notarium, & coram eisdem testibus; perinde est, ac si omnia fuissent vnico instrumento comprehensa. Bal. in l. petens. col. pen. C. de pac. Alex. consil. 25. col. 3. in 2. vol. Decj. cons. 245. colum. 2. in fin.
7 Et † quotiescunque fit donatio per maritum vxori in instrumento dotali, non est dubium, quin cēsеatur donatio propter nuptias, quamuis id non fuerit expressum. d. l. cùm multæ. §. sin autem donatio talis. ibi, Dotali instrumento antecedente.

Neque his obstant illa verba, (& hoc ex liberalitate dictorum fratrum, &c.) vt ex aduerso fuit allegatum; quia respondetur, quòd eiusmodi verba retorquentur in contrarium. nam ea verba denotant donationem. l. 1. in princ. ff. de dona. adeò, quòd perinde est, ac si dictum esset in instrumento, quòd fiebat donatio per ipsos maritos, scilicet pro augmento dotis, vt paulò ante dictum fuerat. Quæ verba omnia simul iuncta, vtrum denotent euidentem donationē propter nuptias, id non patitur disputationem. Minusque obstāt verba illa, (& propter bene merita, &c.) vt pariter ex aduerso fuit excitatum. nam respondetur, quòd donatio propter nuptias, siue augmentum dotis, est effectus principalis: benemerita autem ipsarum sororum sunt causa, propter quam fratres ipsi deuenerint ad eiusmodi effectum: ideòq; vnum non impedit aliud, sed potius inter se conueniunt.

Et planius hæc etiam procedunt attenta consuetudine hodierna, nec non & communi
8 vsu loquendi. nam † hodie non amplius sunt in vsu donationes propter nuptias, scilicet, quæ fiant ex necessitate, vt ait glo. in authen. æqualitas. C. de pac. conuen. & Barto. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. colum. 2. ff. solu. matri. Et si aliquādo fiunt eiusmodi donationes, appellantur † passim, & ex communi vsu loquendi, augmenta dotium; ideò nō est mirandum, si & in præsenti instrumento id seruatum fuit. Et quod fortius est, videmus, quòd etiam illis temporibus, quibus erant in vsu huiusmodi donationes propter nuptias, quinimo cum erant necessariæ, iuxta tex. in authen. sed iam necesse. C. eod. tit. variabantur tamen earum nomina. Et quicquid in effectu conferebatur per maritum in vxorem, habito respectu ad dotem, censebatur donatio propter nuptias, vt per gloss. primam in authen. eo decursum. C. eod. tit.

† *Inueni nūc Cranet. consil. 185. qui idē ait. Idem Alba.*

Inde etiam tollitur alia quædam difficultas,
9 quæ posset obijci, videlicet, † quòd donatio propter nuptias de iure non valet, cùm fit per maritum, constante matrimonio, nisi mulier etiam augeat dotem. d. authen. sed iam necesse. quia respondetur, Cùm hodie eiusmodi necessitas donandi propter nuptias non sit amplius in vsu, cessat talis difficultas. Præterea, cū donatio fit ab initio, id est, tempore constitutæ dotis, vt fuit in casu nostro; cessāt omnis difficultas, dummodo donatio propter nuptias non excedat quantitatem dotis, d. l. cùm multæ. & l. si constante. eod. tit. & per Azo. in summa eiusdem. tit. col. 1.

Quibus stantibus, res in iure videtur clara pro istis sororibus, neq; necessaria extensio aliqua instrumenti propter dictamen sapientis.

Iacobus Mandellus Albensis, Mediolani.
1545. 9. Martij, pro sororibus
de sancto Petro.

ARGVMENTVM.

De statuto Mediolani, quòd nupta forensi sit exclusa ab hæreditate & an dicatur etiā exclusa à legitima. Et an dotata possit petere supplementū legitimæ, seu congruæ dotis. Et an sit etiā exclusa ab hæreditate materna, sicut paterna, & an à bonis, quæ sunt extra Territorium statuti. Item an inspiciantur statuta mariti, an verò originis vxoris.

SVM-

De augmēto dotis vide etiā quæ scripsit infra in consil. 68.

SVMMARIVM.

1 EXCLVSVS *Ab inteſtato, cenſetur etiam excluſus à legitima.*
2 *Dos ſolet ſuccedere loco legitimæ.*
3 *Dotata à patre non poteſt conqueri, neque petere ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, niſi adſit enormiſſima læſio.*
4 *Arbitrium Iudicis multum poteſt in declarando, quæ dicatur dos congrua.*
5 *Lex ſemper hortatur parẽtes ad æqualitatem ſeruandam inter filios.*
6 *Statutum Mediolani excludens nuptam forenſi à ſucceſſione, an excludat etiã à ſucceſſione materna.*
7 *Lex noua non comprehendit caſum, quo ius iam erat acquiſitum alijs.*
8 *Statuta non cõprehendunt bona non ſuppoſita ſuo Territorio.*
9 *Nomina debitorum non circumſcribuntur loco, ſed regulanda ſunt ſecundum perſonam ipſius creditoris, & ſecundum ſtatuta reſpicientia ipſam perſonam.*
10 *Vxor an ſequatur forum, & ſtatuta mariti, & quando.*
11 *Soluto matrimonio, & quando non agitur de beneficio mariti; mulier, & eius bona reguntur ſecundum ſtatuta originis propriæ ipſius mulieris.*
12 *Renunciatio facta in manibus patris de portione hæreditatis nondum aditæ, valet in præiudicium renunciantis, ſed non ad commodum patris, imò deuoluitur ea portio ad venientes ab inteſtato per ius accreſcendi.*
13 *Actus ſit quandoque cum vno, & ad eum verba diriguntur, ſed effectus pertinet ad alium.*

Conſilium XXIII.

QVIA in præſenti cauſa ſcriptũ iam fuit per eruditiſſimos viros, & deductum fuit in fauorem Dominæ Eleonoræ, quicquid dici poſſit pro ea in modum diſputationis; reliquum eſt, ſummatim agendo, videre, quid in effectu, & omiſſa diſputatione, ſit ſperãdum pro ea. Et in primis quò ad hæreditatem paternam, nõ eſt dubium, quin aduerſarij fundatam habeãt intentionem, quòd ipſa D. Eleonora ſit excluſa ab eiuſmodi hæreditate, cum ſit nupta forenſi, ſtãte ſtatuto Mediolani, Nulla mulier. fol. 90. quod eſt in viridi obſeruãtia. item, quin ſit excluſa per aliud ſtatutum de ſucceſſ. ab inteſtato. fol. 82. per quod maſculi, etiam ex ſecũdo matrimonio, præferuntur fœminis.

Neque dubium videtur, quin ſit etiã excluſa à legitima, cum de iure ſit, quòd † excluſus ab inteſtato, cenſetur etiam excluſus à legitima. Angel. conſ. 105. Statuto cauetur. Paul. de Caſt. conſ. 113. Si domina Cornelia. in princ. & cõſ. 125. Viſo puncto. Et tantò magis, cùm ſtatuta Mediolani diſponãt, fœminas debere dotari: nam † dos ſolet ſuccedere loco legitimæ, Salice. in authen. res quæ. in 2. nota. C. cõmu. de lega. Neque inſiſtendum videtur, quòd ſtatuta non excludant penitus fœminas, ſed duntaxat eis præferant maſculos. nã ſatis eſt, quòd ſtantibus maſculis excluduntur; ergo eo caſu ſunt etiã excluſæ à legitima. Et præterhoc excluduntur fœminæ abſolutè, quia nuptæ ſunt forenſibus, vt dictum fuit.

Neque etiã videtur, quod poſſit petere ſupplementum legitimæ, eò, quòd dos nõ *debeat* eſſe minor legitima. nam, † cum fuerit dotata à patre, non videtur poſſe conqueri, vt latè per Deci. conſ. 26. Et quamuis contrariũ latè conſuluerit idem Deci. conſ. 180. loquitur tamen in alio caſu, videlicet, ſtante læſione enormiſſima, vt ibi per eum; & quomodo cenſeatur enormiſſima læſio, declarat idem Deci. conſil. 181. col. 2. concludens, quòd læſio debet longo interuallo excedere dimidiam legitimæ; quod vtique eſt alienum à caſu noſtro, etiam ſi inſpiciantur facultates patris tempore eius mortis, quia reliquit patrimonium librarum. 25000. & pariter reliquit decem filios, quorum omnium legitima eſt dimidia pars totius hæreditatis. authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & legitima ſingulorum eſt librarum mille ducentum, & quinquaginta; adeò, quòd, cùm Domina Eleonora habuerit dotem librarũ. 700. non eſt læſa in dimidia. Ideoque ceſſant etiam, quæ fuerunt allegata, ex his, quæ traduntur per Deci. conſ. 276. col. pen. & fin.

Et huiuſmodi excluſio procedit etiam quò ad bona Laudenſia, quia extant ſtatuta Laudenſia, quæ excludunt fœminas dotatas ab hæreditate patris; ideò non expedit tractare, an poſita Domina Eleonora peteret ſupplementum legitimæ in bonis poſitis ſub Territorio Laudenſi, cum ab eis pariter ſit excluſa, tum quia nullum debetur ei ſupplementum, vt dictum fuit.

Vtcunque tamen, quia † in effectu *multum* poteſt arbitrium Iudicis in declarãdo, quæ dicatur dos congrua, vt per Deci. in d. conſi. 180. colum. 1. benè erit petere huiuſmodi ſupplementum legitimæ, ſeu congruæ dotis, & habere Iudicem fauorabilem, quia æquitas ſaltem videtur ſuadere, vt D. Eleonora tãtam habeat dotem, quantã habuit Domina *Polyxena*, per ea, quæ tradit Deci. in d. conſ. 26. in princ. quæ licet non ita abſolutè procedant de iure, habẽt tamen æquitatem maximam, quia † lex ſemper horta-

hortatur parentes ad æqualitatem seruandam inter filios. l. cum pater. §. euictis. & ibi gloss. ff. de lega. 2. Deci. consi. 59. colum. 3. & cons. 319. in fine.

6 Quòverò ad hæreditatem maternam † res videtur inclinare pro ipsa D. Eleonora, quãuis reuera nõ careat disputatione. Et quemadmodum habet duos articulos, ita habet duas difficultates. Primus articulus est respectu dimidię partis, quæ pertineret ab intestato ipsi Dominæ Eleonoræ. Nã prima facie videretur dicendum, quòd ipsa nullo modo possit succedere, stante supra dicto statuto Mediolani, excludẽte à qualibet successione fœminas nuptas forensibus; ergo tã à successione materna, quàm paterna, cũ verba sint generalia. l. 1. ff. de lega. præstan. nec quicquam prosunt ei nouæ cõstitutu. per quas acquiritur hęreditas ipso iure; quia respondetur, quod id procedit, si petatur, vt not. Doct. in l. cum hæredes. ff. de acqui. posse. præterea nouæ constitutiones fuerunt editæ longe post, quàm nupta fuit D. Eleonora; quo
7 casu † iam erat ius acquisitum alijs, neq; lex noua talem casum comprehendit, vt per Docto. præsertim Felin. in c. fin. de constitu. post Bart. in l. omnes populi. in 5. q. princ.

Veruntamen, his non obstantibus, verissimũ puto, quod D. Eleonora admittatur. nam
8 nulla est difficultas, quòd † statuta non cõprehendunt bona non supposita suo Territorio, vt per Bart. in l. cunctos populos. in 6. & 7. q. & ibi per alios. vnde cõsiderandum est, quòd hæreditas istius matris consistit non in bonis immobilibus, sed in nominibus, id est, in credito suæ dotis librarum mille: & receptum est inter
9 Doct. quòd † nomina debitorum non circumscribuntur loco, sed regulanda sunt secundum personam ipsius creditoris, & secundum statuta respicientia ipsam personam, vt latè tradit Alexan. cons. 31. Viso tit. in primo vol. & cons. 111. Viso themate. in 4. vol. & Iacobinus de sancto Georg. in tracta. de Roidis, col. 4. cùm itaque ipsa mater esset Laudensis, & nõ esset subiecta statutis Mediolani; sequitur, quòd neque eius hęreditas est subiecta. Neque obstat, quòd
10 † vxor soleat sequi forũ, & statuta mariti. l. exigere dotem. ff. de iudi. quia respondetur, id solùm procedere quò ad ea, quæ concernunt beneficiũ mariti, tam respectu dotis, quàm aliorum; quò verò ad alia retinet mulier forũ originis propriæ, vt concludit Bar. in l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad municip. adeo quòd soluto
11 † matrimonio, cessat penitus tale priuilegium; & mulier, & eius bona reguntur secundum statuta originis propriæ, vt ait Paul. de Castr. in l. cum quædam puella. in princ. ff. de iurisdi. om. iudi. & opinio Bart. in d. §. item rescripserunt. est cõmuniter approbata. vt per Abb. in c. proposuisti. colum. 1. in fin. de fo. competen. Alexand. cons. 100. colum. 1. in primo vol. Ias. in l. si arrogator. num. 45. ff. de adop. Paul. de Cast. consil. 195. incip. Posset quis, in antiquis. Alex. consil. 20. in fin. in 2. vol. & plenius in d. l. cum quædam puella. colum. 1. & ibi Soci. colum. 1. & Deci. in 2. & Cur. Iun. cons. 5. colum. fin. vnde, cum in casu nostro non agatur de beneficio mariti, item cum solutum sit matrimoniũ, ex qualibet harum duarum rationũ, infertur, esse inspiciẽda statuta ipsius loci, vnde vxor habuit originem.

Secundus articulus est respectu alterius dimidiæ, quæ pertinebat ad Dominam Polyxenam, cui dimidiæ ipsa Domina Polyxena renunciauit in manib. patris. Et quia in hoc diffusè etiam per alios scriptũ fuit, breuiter nunc agendo, ego sum eiusdem opinionis, quòd etiam ea dimidia pertineat ad Dominã Eleono-
12 ram; quia † quamuis Domina Polyxena renunciauerit in manibus patris; nullum tamẽ adest verbum in eiusmódi renunciatione, quod denotet eam adiuisse hæreditatem, sed duntaxat adsunt verba denotantia repudiationem; quo casu sequitur, quòd repudiatio quidẽ valuit in eius præiudicium, sed non profuit patri, qui nõ erat successurus ab intestato, quinimò deuoluta est per ius accrescendi ad venientes ab intestato in aliam portionem, id est, ad Dominam Eleonoram, quemadmodum vltra Aret. in allegato cons. 91. Viso themate. tradunt Docto. præsertim Alex. & Deci. in l. si actionem. C. de
13 pac. & non est nouum, quòd † contractus concipiatur cum vna persona, & versus eã dirigantur verba, & tamen ad aliam personã pertineat effectus, & commodum, & actio. l. fideicommissa. §. interdum. ff. de lega. 2.

Iacob. Mandell. Albensis, Mediolani. 1545. 21. Aprilis, pro D. Columbo de sancto Columbano.

ARGVMENTVM.

De perplexitate quadam vnius testamenti, & verborum contradictione. & quòd in dubio sustinenda sit dispositio secundum verisimilẽ mentem testatoris. & de subintelligenda conditione illa, Si sine liberis decesserit &c.

SVMMARIVM.

1 IMPOSSIBILITAS *Proueniens ex perplexitate verborum, vitiat totam dispositionem.*
2 *Perplexitas dissoluẽda est secundum verisimilem mentem testatoris.*
3 *Perplexitas solet vitiare, quãdo nullo modo potest dissolui; aliàs secus.*

4 *Nemo præsumitur velle extraneas successiones suis præferre.*
5 *Prædilectus in vna parte testamenti, censetur etiam prædilectus in alia parte, quæ est dubia.*
6 *Argumentum à communiter accidentibus valet, & ex eo solet etiam voluntas testatoris interpretari.*
7 *Vna pars testamenti declarat aliam, & per vnam substitutionem alia declaratur.*
8 *Argumentum sumptum à ratione loci, seu ordinis valet.*
9 *Perplexitas si cadat inter plures res, præfertur illa res, quæ est fauorabilior, & in eius fauorem fit interpretatio.*
10 *Concursus duorum hæredum simul non admittitur in dubio, sed fit interpretatio, quòd vnus sit institutus, alter substitutus, &c.*
11 *Error, vel ineptia Notarij non nocet, sed fit interpretatio verisimilis.*
12 *Mens testatoris vincit verba,*

Consilium XXIIII.

PRÆSENS casus habet prima facie difficultatem maximã propter perplexitatem, & euidentẽ repugnantiam proueniẽtem ex verbis ipsius testamenti, dum voluit, quòd decedente altera ex filiabus, succedat altera in totum; & immediatè subijcitur, quòd eo casu Quiricus habeat plenum vsumfructum omniũ bonorum, & post eius mortem pars ipsorum bonorum sit Antonij, & fratrum, & reliqua bona sint Ecclesiæ sanctæ Mariæ, &c.

Hic enim apparet euidens cõtradictio, quia si hæreditas debet in totum pertinere ad filiam superuiuentẽ; impossibile est, quòd verificentur legata, & substitutiones, quæ sequuntur. & è conuersõ, si legata, & substitutiones debent habere effectum; impossibile est, quòd illa filia succedat non solùm in totum, vt dicunt verba testamenti, verùm etiam nec in partem; & non est dubium, quin fuerit error Notarij.

Et videtur prima facie dicendum, quòd ambæ dispositiones vitientur, quia id est regulare,
1 quòd † impossibilitas proueniens ex perplexitate verborum, vitiat totam dispositionem. l. si Titius. vbi glo. & Bar. ff. de condi. institu. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.
2 Sed, cõsiderata qualitate † negotij, & personarum, videtur dicendũ, quòd huiusmodi perplexitas in casu isto non vitiet, sed dissoluenda sit secundum verisimilem mentem testatoris, iuxtà tex. in l. qui quadringenta. in prin. ad legẽ
3 Falcid. nã † perplexitas solet vitiare dispositionem, quãdo nullo probabili modo potest dissolui; secus autem si dissolui possit aliquo modo, vt ait Bar. in d. l. si Titius. & per Deci. in d. l. vbi repugnantia. ideoque videtur probabiliter dicendũ, quòd intentio testatoris fuerit, quòd casu, quo filia superstes decederet sine liberis; tunc locus esset legatis, & substitutionibus sequentibus, & ita quòd Notarius omiserit illa duo verba, scilicet ipsa decedente sine liberis &c. & hoc infra scriptis rationibus.

Primò, quia est communis coniectura legis
4 ex mẽte testatorum, quòd † nemo præsumitur velle extraneas successiones suis præferre. l. Lucius. in. 2. ff. de hære. insti. & vsq; adeo lex istud præsumit, quòd etiã, si per testatorem non exprimatur dicta conditio, si decesserit sine liberis. subintelligitur tamen tacitè. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. Et in hoc proposito de dissoluenda perplexitate secundum verisimilem mentem testatoris, est text. in d. l. qui quadringenta. in princ. & sufficit voluntas præsumpta, vt ibi per glos. & alibi dicitur, quòd euidens est voluntas testatoris, si per coniecturas colligitur. l. licet, vbi Bar. in prin. ff. de lega. 1.

5 Secundò, † quia ipsa filia fuerat prædilecta in prioribus partibus testamenti ab ipso testatore; ergo in re dubia fieri debet interpretatio, quòd etiam in hac parte testamenti censeatur magis dilecta, quàm alij, de quibus nihil dictũ fuit in alijs partib. testamenti. l. fi. ff. ad Trebel.

6 Tertiò, † quia valet argumentum à communiter accidentibus. l. neq; natales. C. de proba. & eo modo solet voluntas testatoris interpretari. l. hæredes palã. §. si notam. ff. de testa. vnde cum soleant cõmuniter testatores vocare extraneos, cessantibus descendentibus suis, non autem eis extãtibus videtur dicendum, idemmet sensisse testatorem in casu nostro, quemadmodum simili argumẽto ad tollendam perplexitatem testamenti vtitur Deci. consil. 278. col. pen. vers. nonò quia valet.

7 Quartò, † quia solet vna pars testamenti declarare aliam. l. qui filiabus. in princ. ff. de lega. 1. vndè, cum testator in duabus prioribus substitutionibus semper expresserit cõditionem, sine liberis. dicendum est pariter, eum *ita voluisse* etiã in substitutione, de qua hic agimus, vt per Deci. cons. 15. dum loquitur de cõditione, sine masculis. Et tantò magis *hoc dicendum* est in hac substitutione, per quam vocantur extranei.

8 Quintò † valet argumentum sumptum à ratione loci, seu ordinis, vt per Deci. in d. consil. 278. col. 3. vers. tertiò ad idem facit. vnde cum hæc sit vltima substitutio, quam testator facit inter suos filios, & posteà fecerit transitum ad extraneos; credendum est; eam fuisse factam debito ordine prout exigebat locus, in quo fuit

fuit posita, videlicet, vt vocaret extraneos post descendentes testatoris, & non aliter.

9 Sextò, † quia in materia perplexitatis debet considerari, vtrum perplexitas cadat inter res dignas, vel non dignas pari fauore. nam, si altera fuerit fauorabilior, debet præferri, & fit interpretatio in eius fauorem. l. fin. §. Titius. ff. de vulga. & tradit Bartol. in l. 1. colum. penult. ff. de condi. instit. & non est dubium, quin fauorabilior sit causa filiorum, & descẽdentium, quàm extraneorum, etiam si sint collaterales, vel etiam si sit Ecclesia, vt per glo. in l. si quis ad declinandam. in verbo, Simili modo. C. de Epis. & cleri.

10 Septimò, † quia in dubio facienda est interpretatio, vt non admittatur cõcursus duorum hæredum simul; sed interpretandum est, quòd vnus sit institutus, & alius substitutus. l. cùm in testamento. in prin. ff. de hæred. insti. vel quòd inter multos substitutos vnus habeat directò, alius per fideicommissum, vt per Bald. in l. milesita hæredẽ. ff. de mili. testa. & ita in casu nostro admittendi sunt illi fratres, & fratrum filij, & Ecclesia post descendentes illius testatoris, quia id tacitè subintelligitur. dict. l. cùm auus. quamuis simpliciter fuerint vocati per concursum cum ipsis filiabus.

Et in vniuersum ad prædicta considerãdum
11 est, quòd † error, vel ineptia Notarij non debet nocere, sed debet admitti interpretatio verisimilis, vt per Iaſ. in authen. nouissima. nu. 30. C.
12 de inoffi. testa. Et vulgare est, quòd † mens testatoris vincit verba, vt tradit Bar. in l. non aliter. ff. de lega. 3. & est tex. in l. pater Seuerinam. in prin. ff. de condi. & demon.

Iacobus Mandellus Albensis, Mediolani.
1545. Mense Maio.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur impudica vita mulieris viduæ, cui factum est legatum sub conditione, &c. Et quomodo probetur copula carnalis illicita. Et an testes singulares probent id, quod consistit in genere. Et an post mortem delinquẽtis possit agi de delicto ciuiliter, aut criminaliter, etiam quò ad bona &c. Et, si mulier vixit impudicè, adhuc viuente testatore, an hæredes possint conqueri. Et de soluto indebitè, an, & quando repetatur.

SVMMARIVM.

1 TESTES *Singulares probant, quãdo tractatur de probando aliquid in genere, & est magis cõmunis opinio.*
2 *Stuprum commissum per viduã probatur per testes singulares.*
3 *Possessio probatur per testes singulares, si simpliciter deponant de actibus possessorijs.*
4 *Ad probandum impudicitiam, seu copulam carnalem, solent sufficere qualescunque probationes, etiã præsumptiuæ, præsertim vbi non agitur de dissoluendo matrimonio.*
5 *Fama probatur per duos testes.*
6 *Fama potest probari per testes singulares.*
7 *Ad probandum id, quod clàm solet fieri, neq; facile probari potest, vt est copula carnalis, sufficiunt qualescunque probationes.*
8 *Testes in dubio præsumuntur contestes, si nõ appareat contrarium.*
9 *Post mortẽ deliquentis an possit agi de delicto criminaliter, aut ciuiliter, etiam quò ad bona.*
10 *Quando agitur duntaxat ad bona ciuiliter, potest tractari de delicto etiam post mortem delinquentis.*
11 *Hæredes testatoris an possint conqueri de impudicitia mulieris, si mulier ipsa delinquebat, adhuc viuente testatore, qui nunquàm fuit conquestus, & quid si testator ignorabat.*
12 *Anima testatoris mortui præsumitur tristari propter impudicam vitam mulieris, cui legauit sub conditione, &c.*
13 *Indebitè solutum an repetatur, si erat debitũ sub conditione, si mulier in habitu viduali vixerit, &c. Item si non fuit solutum expressè, sed per se creditor percepit, &c.*
14 *Actus positiuus in faciẽdo denotat voluntatem, & deliberationem, sed actus omissiuus in non faciendo non infert aliquam voluntatem, vel deliberationem.*
15 *Coniuncti, vel vicini non præsumuntur habere scientiam, & notitiam de his actibus, qui clàm solent fieri.*
16 *Per taciturnitatem an censeatur quis renunciare suis iuribus.*
17 *Renunciare iuri suo nemo facilè præsumitur, maximè per actus tacitos.*
18 *Iudex in dubio debet ferre sententiam, inhærendo regulis.*

Consilium XXV.

QVAMVIS scriptum fuerit diligentissimè in præsenti causa, adeò, vt nullus videatur amplius superesse locus scribẽdi, nihilominus vt amico satisfaciam, præsertim petenti, vt id duntaxat proponatur, quod videtur iuridicũ, visum est infra scripta subijcere.

In primis igitur super difficultate prima, vi-
1 delicet de singularitate testium, † res videtur expedita hoc casu, quòd probãt, quamuis sint singulares, cùm tractetur de probãdo vnum in genere, id est, mulierem vixisse impudicè, quia licet D. Alex. cons. 71. Inspecto diligenter. col. 2. in primo vol. videatur inclinare in contrariã

partem; malè tamen loquitur, & aduerſus magis communem opinionem, vt tradit Corne. conſ. 91. colum. 13. verſic. tamen dum agitur. 1. vol. & conſ. 134. colum. 2. verſ. ad probandum. eo. vol. & conſ. 247. colum. 7. in fin. verſ. dato autem ſine præiudicio. in 2. volum. & latius in conſ. 34. eod. lib. 2. & conſ. 185. colum. 2. in fin. verſ. & dato. in 3. vol. & conſ. 286. colum. 4. eo. 3. vol. in quibus locis atteſtatur, hanc eſſe communem opinionem, & Curt. iun. conſ. 64. col. 3. in fin. & Marſil. conſ. 1. colum. 5. verſ. & quòd iſti teſtes. Et dato, quòd articulus iſte haberet aliquam diſputationē, deberet ſufficere, quòd in terminis noſtris habeamus deciſiones, vide licet Bald. conſ. 207. incip. Quia dicta domina. in 4. vol. & Alex. conſ. 13. Attentis. colum. fin. in 7. volu. & vt dictum eſt, cenſetur eſſe magis communis opinio, quòd in quacunque materia probent; & eam eſſe magis cōmunem opinionem, dicit, & demonſtrat eruditiſſimus inter modernos D. Aymo Crauetta, conſ. 73. incip. Dicendum videretur. colum. 8. & 9. & 10. & ibi etiam ſequitur ſupra dictam deciſionem

2 Bal. in terminis noſtris, quòd † ſtuprum commiſſum per viduam, probetur per teſtes ſingulares. Et videmus quotidie id in effectu ſeruari, præſertim cum agitur de probanda poſſeſ-

3 ſione, quæ † cenſetur probari, ſi teſtes ſimpliciter deponant de actibus poſſeſſorijs, quamuis vnus dicat vnum, alius aliud, vt per Deci. conſ. 221. col. fi. & conſ. 272. colum. 5. Et tantò

4 magis hoc debet procedere, cùm † agitur de probanda impudicitia, ſeu copula carnali. nam ſolent ſufficere qualeſcunque probationes, etiam præſumptiuæ. c. literis. & c. tertio loco. extra de præſump. præſertim vbi nō agitur de diſſoluendo matrimonio. vt per Felin. in c. præterea. colum. 2. de teſti. vbi ait, quòd admittuntur inditia latiora. & tradit Abb. in d. c. tertio loco. colum. 1. & dicit inter cætera, quòd aſſertio ipſorum teſtium credentium, quòd ita ſit, multum operatur, & hoc aſſerunt teſtes in caſu noſtro; quinimò deponūt de actibus admodum propinquis. Et ſubijcit etiam Abb. quòd copula carnalis probatur per famā in vicinia,

5 & quòd † fama probatur per duos teſtes, vt tradit Bar. in l. de quæſtione. §. plurium. colum. 5. verſic. quæro qualiter probetur. ff. de quæſtio. quinimò vult Bart. ibi in 6. col. verſ. ſed quid ſi

6 teſtes. quòd † fama poſſit probari per teſtes ſingulares. & Bal. in l. 1. C. de teſtamen. & Cur. iun. in d. conſ. 64. colum. 3. in fin. & in caſu noſtro teſtes videntur deponere de fama, ſeu ſaltem aſſerunt, quòd erat notorium apud vicinos. Et

7 cum † probatio copulæ carnalis illicitæ ſit de his actibus, qui clam ſolent fieri, neque facile poſſunt probari; debent ſufficere qualeſcunq; probationes, vt per Alexand. conſ. 64 colum. fin. 1. vol. & conſ. 53. in 2. volum. & conſ. 90. in 6. & Andr. Sicul. conſ. 41. col. 2. in primo vol. latè Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor. colum. 3. ff. de eden. Felin. & Deci. in c. tertio loco. de proba. Afflic. deciſ. 13.

Prætereà in caſu noſtro deponunt teſtes de multitudine actuum, & multi ex eis referunt alios homines quandoq; fuiſſe preſentes: adeo quòd poſſibile eſt, quòd fuerint conteſtes in quampluribus actibus: & id videtur veriſimile, attēta multitudine actuum, & qualitate teſtium, qui tunc erant familiares, & morabātur in domo. Et propterea videtur dicendū, quòd

8 ſint cōteſtes, quia † in dubio ſemper præſumitur conteſtes, ſi non appareat contrarium, vt tradit Alex. conſ. 47. Abundè. col. 2. verſi. non omitto. in 2. vol.

9 Super ſecūdo motiuo, videlicet quòd † poſt mortē mulieris, videatur non poſſe agi de eius delicto, nec ciuiliter, nec criminaliter, etiam agendo ad bona &c. hoc cōtinet duas difficultates, quarum prima eſt, quòd poſt mortē delinquentis non poſſit tractari de eius delicto iuxta titulum. C. ſi reus vel accuſa. & hæc difficultas (vt video) non mouet Magnificum D. motiuantem, & merito; quia expeditum eſt,

10 quòd † quādo agitur duntaxat ad bona, poteſt tractari de delicto, etiam poſt mortem, vt eſt tex. in l. Caius. ff. ad Syllan. & in l. fin. vbi glo. in verbo, præſtare. & ibi Bal. C. de adult. cum ſcilicet agitur ciuiliter, & non criminaliter, ſecundum Bar. in d. l. Caius. & Salice. in d. l. fin. & eſt id, quod alijs verbis dicit Cyn. in d. l. fi. ſcilicet vbi quæſtio bonorū venit æquè principaliter, & non acceſſoriè ad cauſam criminalē; & paulò inferius ſe declarat, dum ait, quòd quæſtio bonorum venit æquè principaliter, cum agitur per viam ciuilem ad ipſa bona, & traditur in l. fin. C. ſi reus, vel accuſa.

Alia deinde difficultas ipſius ſecundi motiui eſt, quòd † hæredes teſtatoris non videntur

11 poſſe conqueri de impudicitia mulieris, ſi teſtator prædeceſſit, vt per Barto. & Alexan. in l. rei iudicatæ. §. morū. ff. ſolu. matri. & per Bald. & alios in d. l. fi. C. de adult. & facilis eſt reſpon-ſio quò ad caſum noſtrum, quia Docto. prædicti loquuntur de delicto commiſſo per mulierem, viuente teſtatore, & qui nunquam fuit conqueſtus: & eo caſu meritò concludunt, q hæredes non poſſunt eam moleſtare, quia teſtator cenſetur remiſiſſe, cum tacuerit; ideoq; ſi teſtator ignoraſſet delictum, nō impediretur hæredes petere, ſecundum Bald. & Alexan. vbi ſupra. vel etiam ſi teſtator id ſciuiſſet, ſed morte præuētus nō potuiſſet agere, vt latè tradit Alex. vbi ſupra, adducens aliquot ſimilia.

vn dè

vndè in casu nostro cùm delictum fuerit commissum post mortem testatoris, tractandum non est de eius scientia, vel remissione, quinimò
12 † præsumitur anima ipsius testatoris mortui tristari, secundum gloss. & Doct. præsertim Ias. in l. fideicommissum. C. de fideicom. maximè in casu nostro, cùm testator expressè prohibuit tale delictum, dum videlicet legauit sub conditione contraria.

Multum etiam prodest in casu nostro, quòd hic non agitur de priuando aliquem iure suo, sed de repellendo eum à lucro, propter nõ adimpletam conditionem, vt iam copiosè scriptum fuit.

13 Tertium pariter motiuum, scilicet de † non repetendo indebitè solutum, non videtur obstare. nam verba illa, ipsa stante in habitu viduali, & lectum viduale seruante. denotant conditionem. l. à testatore. ff. de condi. & demon. & sub contraria conditione censetur testator voluisse adimere, id est, velle, quòd nõ deberetur legatum. l. aliquando. ff. de condi. & demon. ergo nullo modo debebatur legatum, deficiente conditione, id est, neque ciuiliter, cùm non verificetur conditio, neque naturaliter, cùm non adsit voluntas testatoris. ergo quouis modo fuerit solutum, potest repeti. vt per gloss. in l. 1. ff. de condic. inde. quę etiam expresse loquitur de debito sub conditione, per text. in l. sub conditione. eo. tit. & per l. grege. §. penult. & fin. ff. de pigno. Et in hoc proposito quælibet suspensio habetur pro conditione. l. sufficit. ff. de condi. inde.

Prætereà considerandum est, quòd ipsi Domini de Pechijs non persoluerunt, sed duntaxat non fecerunt obstaculum, quo minus ipsa perciperet fructus; quo casu cessare videtur ratio, quam iura considerãt, scilicet quòd is, qui
14 soluit, censeatur donare. nam † actus ille positiuus, & expressus, dum quis soluit, videtur denotare voluntatem, & deliberationem soluẽdi, & scientiam, seu notitiã rei, sed actus omissiuus, id est, in non faciendo, non infert aliquã voluntatem, vel deliberationem, vt per Deci. consilio 79. col. 2. in fin. & consil. 151. colum. 5. versicu. vlti. non obstat. & consilio 267. col. 2. seu. 3. in princip. ideò non valet argumentum de vno ad aliud, vt per eum in consil. 278. col. 1. versic. tertio statutum. & faciunt quæ not. per gloss. & Docto. in l. si mora. ff. solu. matri. & iuradicentia, indebitè acceptum non esse restituendum, vtuntur semper vocabulo soluerit. l. 1. & 2. & passim per illum tit. ff. de condic. indebe. quia præsumunt donationem. l. cuius per errorem. ff. de reg. iu. quinimò ille tex. requirit quòd consultò id datum sit.

Et tantò magis id dicendum videtur in casu nostro, cùm non esset ita absolutè in potestate ipsorũ Dominorũ de Pechijs, eam priuare huiusmodi legato. nam fuisset opus, ꝙ prius habuissent probationes de eius vita impudica, quastunc nõ facile erat habere, pręsertim cùm ipsa viueret, & à communiter accidentibus ij, qui de huiusmodi actibus impudicis sunt plenè edocti; sunt familiares, & domestici ipsarũ mulierum, vel virorum, qui cum eis cõuersantur; ideoque recusant dicere testimonium. Et
15 † præsumptio iuris, ꝙ coniuncti sanguine vel vicini censeantur habere notitiam, non procedit in his actibus, qui clam solent fieri. Alexan. cons. 71. Videretur. col. pen. & fin. in 1. volum. si itaq; non erat eis in promptu posse eam im-
16 pedire, non facile dicendum est, quòd † renunciauerint suis iuribus per talem taciturnitatem, per ea, quæ tradit Bart. in l. quæ dotis. col. pen. & fin. ff. solu. matri. vbi fortius vult, quòd etiam is, qui est præsens, & tacet, non censetur consentire, cùm fit ei aliquod præiudiciũ circa ius reale, nisi possit cõtradicendo impedire talem actũ. multò minus igitur censetur consentire absens, quãuis sciat id, ꝙ geritur, vt ibi per
17 Bart. col. pen. versi. quæro, quid de sciente. & sunt vulgares regulæ, quòd † nemo facilè præsumitur renunciare iuri suo. l. si domus. ff. de seruitu. vrba. præd. & l. mater. ff. de inoffi. testa. maximè per actus tacitos, vt per Alex. & alios
18 in l. suum. C. de iu. delibe. & † in dubio debet Iudex ferre sententiam, inhærendo regulis, vt Bald. dicit in c. 1. in 2. colum. extra de aliena. iudi. Deci. consil. 397. col. 2.

Prętereà stante minori ætate, res nõ videtur habere dubium. l. interdum. ff. de cõdic. inde.

Ad quartum motiuum, scilicet, quòd huiusmodi pars vsusfructus vacans videatur pertinere vsufructuario vniuersali, & non hæredi instituto; iã fuit responsum, quòd ipse vsufructuarius vniuersalis non acceptauit vsumfructum, neque etiam poterat acceptare, scilicet legitimè, nisi de manu hæredis, & præstita cautione, & seruatis seruãdis, de quibus per Odoffre. & Bald. in l. 1. C. de vsufruc.

Iaco. Mandel. Albensis, Mediolani. 1545. 2. Iulij, pro quodã D. Hieronymo, & fratribus de Pechijs, seu pro D. Bernardo eorũ patre, qui habitat in loco Dexij.

ARGVMENTVM.

De ordinationibus factis per reformatores æstimi super creditis pecuniarijs registrãdis, an cõprehendant forenses, & an forensium bona comprehendantur sub ordinatione, & statuto &c. & an forensibus possint imponi onera.

SVMMARIVM.

1 IN *quolibet actu requiruntur duo copulatiuè, poteſtas, & voluntas.*

2 *De Iure communi non poſſunt imponi onera forenſibus, etiam pro bonis immobilibus poſitis in territorio, ſed de conſuetudine eſt contrarium.*

3 *Credita, ſeu nomina debitorum non cenſentur eſſe ſub territorio ſtatuentium, neque ſub territorio creditoris, ſed debitoris.*

4 *Diſpoſitio generalis non ſolet referri ad ſpecificata.*

5 *Credita an connumerentur inter immobilia, ſicut annui reditus.*

6 *Exemptio trahitur etiam ad id, quod fuit ſubrogatum.*

7 *Subrogatum ſolet habere omnes qualitates &c.*

Conſilium XXVI.

1 AERITISSIMA eſt regula, quòd † in quolibet actu requiruntur duo copulatiuè, videlicet, poteſtas, & voluntas. c. cùm ſuper Abbatia. in in fin. de offi. de lega. & l. cum te. vbi Bald. col. 1. de dona. ante nup. Deci. conſil. 198. colum. 2. & in præſenti caſu, quo tractatur de ordinationibus factis per Dominos reformatores æſtimi Laudenſis ſuper creditis pecuniarijs regiſtrandis, etiam ſi pertineant forenſibus; videntur deficere ambo ſupradicta.

Et in primis poteſtas, ſeu autoritas ipſorum
2 reformatorum videtur deeſſe, quia † de iure communi non poſſunt imponi onera forenſibus, etiam pro bonis immobilibus poſitis in territorio, ſecundum Bart. in l. liber. §. ſola. ff. ad municip. Et quamuis de conſuetudine fortè ſit contrarium, vt per Alexand. conſil. 78. in 6. volum. eò, quia negari non poteſt, quin ipſa bona ſint ſubiecta ſtatuentibus, adeò, quòd vel per vnam viam, vel per aliã videntur poſſe imponi onera ipſis bonis; id tamen nihil facit ad
3 præſentem caſum, quia † credita, ſeu nomina debitorum non circunſcribuntur loco, neque cenſentur eſſe ſub territorio ipſorum ſtatuentiũ, cùm ſint quid incorporale: vel in omnem euentum, ſi credita, & nomina debitorum ſaltem fictè circunſcribuntur loco, non tamen cẽſentur eſſe in territorio debitoris, ſed in territorio creditoris, vt latè tradit Alexan. conſil. 31. Viſo titulo. maximè in 3. col. verſicu. ex his infertur. in 1. volum. & conſil. 111. Viſo themate. in 4. volum.

Secundum pariter requiſitum, id eſt, voluntas ipſorum reformatorum, videtur deeſſe in præſenti caſu, ſi diſcurrantur ſingulæ ordinationes, ſeu ſtatuta. nam ordinationes illæ, quæ loquuntur de pecunijs, ſeu creditis pecuniarijs regiſtrandis, non videntur comprehendere forenſes, quia de forenſibus extat ſpecialis, & expreſſa ordinatio, quæ incipit, ordinauerunt q̃ omnes forenſes, &c. nam † diſpoſitio generalis non ſolet referri ad ſpecificata. l. dolo clauſu
4 la. ff. de verb. oblig. ipſa autem ordinatio edita ſuper forenſibus, videtur duntaxat comprehẽdere immobilia, quia ea exprimit, & ita includendo immobilia, cenſetur excludere cætera omnia. l. cum prætor. ff. de iudi. Nec dicatur, q̃
5 † credita fortaſſe enumerentur inter immobilia, prout enumerantur annui redditus in Clemen. exiui. §. cumque annui reditus. de verbo. ſigni. quia reſpondetur quòd verba dictæ ordinationis ſunt de immobilibus, verè, & propriè, id eſt, corporalibus, & habentibus exiſtentiam firmam, & immobilem, dum ſcilicet dicitur, immobilia in agro Laudenſi poſita &c.

Et ſtantibus his, non videtur curandũ de atteſtatione, ſeu fide facta per ipſos reformatores, quia cõſtat, quòd excedunt tenorem ipſarum ordinationum.

Et in omnem euentum, dato, circa præiudicium veritatis, quòd Magnificus D. Orlerius comprehenderetur ſub ſtatutis prædictis, & conueniretur per executores onerum; teneretur tamen ipſi Domini Viſtarini eum relevare, quia primo loco promiſerant ei bona immobilia, & promiſerant ea exempta, & deinde, quia non fuit impetrata licentia alienandi in
6 forenſem; fuit † ſubrogata ipſa promiſſio pecuniarum; ideoque debet intelligi facta talis promiſſio pariter cum exemptione, cùm † ſubrogatum ſoleat habere omnes qualitates &c. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. vt per Deci. conſil. 40. col. fin. & conſil. 90. in prine. ergo malè agunt. l. vendicantem. ff. de euic.

Et habet cauſa hæc æquitatẽ maximã, quia fuit facta promiſſio hæc pro alimẽtis, ſeu propter onera matrimonij ſuſtinenda, & dilatio ſoluendi ad quatuordecim annos concernit commodum ipſorum debitorum, & facta fuit in eorum gratiam; ideoque non debet negotium iſtud ex duplici capite aduerſus ipſum D. Orlerium retorqueri.

Iacob. Mandellus Alben. Mediolani. 1545. 14. Septemb. pro Mag. D. Octauiano Orlerio.

ARGVMENTVM.

DE ſtatuto excludente illos de collegio à ſuffragiis dandis, & ab huiuſmodi officijs publicis, an intelligatur de Collegio Scholaſticorum, veluti Caſtilionorum, & Marlianorum Papiæ. Et quòd ſtatutum tollatur per non vſum, vel per vſum contrarium.

SVM-

Consilium XXVII.

SVMMARIVM.

1 LEX *Communis tollitur per non vsum, seu per contrarium vsum.*

2 *Statutum tollitur per non vsum, seu per contrarium vsum, & decem anni sufficiunt.*

3 *In statutis debet inspici communis vsus loquendi.*

4 *Numerus vnus, singularis, vel pluralis, non est mutandus in alium, nisi vrgens aliqua ratio suadeat.*

5 *Indefinita æquipollet vniuersali per interpretationem, & non ex proprietate sermonis.*

6 *Doctores an veniant appellatione studentiũ, vel professorum, & an veniant Scholastici Licentiati.*

7 *Exprimitur aliquando aliquid ad tollendum omnem disputationem, ideoq; non dicitur superfluum.*

8 *Specificari solent ea, quæ sunt digna speciali mentione, quamuis sub genere comprehderentur.*

9 *Superflua nunquã dicitur particularis expressio.*

10 *Mens statuti ambigui præsumitur esse talis, qualiter hactenus fuit interpretatum.*

Consilium XXVII.

DATO (citra præiudicium veritatis) quòd statuta clarè excluderẽt eos, qui habitant in Collegijs, à suffragijs dandis, & à cæteris eiusmodi officijs publicis, cùm tamen in casu nostro recepta non fuerint in vsum talia statuta, quinimò seruatum semper fuerit contrarium à longo tempore citra, sciente, & patiente Vniuersitate; non videtur habenda ratio de eis: quia, † si
1 per non vsum, seu per contrarium vsum tollitur lex communis. c. in istis. in fin. & c. deniq; §. fin. 4. distinct. tradit gloss. in cap. 1. in verbo, frangere, vbi latè Docto. præsertim Felin. de treug. & pa. Bar. in authen. de hære. & falcid. co
2 lum. 2. & 3. multò magis † debet posse tolli statutum, vt tradunt Bal. & Ias. in l. rem nõ nouam. C. de iudi. & concludit ibi Ias. quòd decem anni sufficiunt. Et de statuto sublato per contrarium vsum tradit Oldrad. consi. 259. Impugnatur electio. col. 2. versic. secundò quia illud statutum. & Petr. de Ancha. cõsi. 285. Iure stricto. & latè Alex. consi. 132. Visa facti narratione. volum. 1. Et de quodam decreto pariter per non vsum sublato latissimè tradit Barto. Veronen. consil. 13. Stante quodam.

Sed præter hæc nõ videtur verum, quod statuta excludant eos, qui habitant in Collegijs, videlicet in Collegijs deputatis ad vsum, & beneficium Scholasticorum, velut est Collegiũ Castilionorum, Collegium Marlianorum, & huiusmodi; sed duntaxat videntur excludere illos, qui recepti sunt in Collegium Dominorum Medicorum, quia statutum dicit, (nec aliquis de Collegio.) Et non est dubium quin secundum communem vsum loquendi ea verba in singulari numero prolata referantur potius ad Collegiũ Dominorũ Medicorũ, quod est vnicum. quàm ad Collegia Dominorũ Scholas-
3 sticorum, quæ sunt multa. Et † in statutis debet inspici communis vsus loquendi. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. tradit Bart. in l. Labeo. col. 2. ff. de suppel. lega. Abb. & Felin. in proœ. decreta. quinimò proprietas ipsa verborũ hoc habet, q̃ cùm volumus rẽ vnã designare, vtimur singulari numero, & cùm volumus designare plures, vtimur numero plurali: neq; à tali verborũ proprietate recedendum
4 est, neq; † mutandus est numerus vnus in aliũ, nisi vrgens aliqua ratio suadeat, vt tradit Soci. cons. 43. col. fin. 1. vol. Deci. cõs. 50. ideò, cùm hic ea verba, (nec aliquis de Collegio,) possint commodè verificari in Collegio Dominorũ Medicorum; non sunt violanda, neq; exponẽ-
5 da, id est, de Collegijs. Et id pariter videmus † in indefinita. nam, quamuis soleat aliquando æquipollere vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. 2. id tamen fit per interpretationem, & non ex proprietate sermonis, vt ibi tradit Bart. col. 1. vndè, cùm hic possint verificari secundũ proprietatem, non est ab ea recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3. Et intentio statuentium videtur fuisse, quòd, quamuis in initio locuti essent generaliter de ijs, qui sunt facultatis suæ, id est, qui dant operam artibus; restringeretur tamen dispositio statuti, vt non comprehenderet casus ibi expressos, & inter cæteros non comprehenderet illas personas, quæ ingressæ sunt Collegiũ Dominorum Medicorum. quæ verba cõprehendunt duo genera personarum, videlicet ipsos Dominos Medicos iam creatos Doctores; & hoc fuit expressum ad tollendum longam disputationem, quæ vertitur de iure,
6 vtrum † appellatione studentium, vel professorum contineãtur Doctores, vt latè per Abb. in proœ. Gregoria. col. 2. & 3. aliud genus personarum sunt Scholastici Licentiati, vel qui assecuti sunt Doctoratũ dumtaxat Philosophiæ. nam & de eis est disputatio, vtrum soleant cõprehendi, vt tradit Felin. in dicto proœ. Grego. col. 4. Et ratio, propter quam statutum voluerit eiusmodi personas excludere, videtur in promptu, quia, scilicet propter dignitatem acquisitam videntur multum distare à Scholasticis. Et non est verisimile, quòd adeò curent bonum publicum vniuersitatis scholariũ, sicut curaturi sunt ipsi Scholastici, quia ipsi Doctores vel Licentiati solent anhelare ad proprium commodum, siue incumbant curandis

randis infirmis, ſiue incumbant lecturæ, vt experientia docet; tum quia ſunt digniores, & maioris autoritatis, quàm ſint ſimplices Scholaſtici. Et in ſuffragijs ferendis, habenda ſemper eſt præ oculis æqualitas perſonarum. & id patet, quia ſtatutum ſucceſſiuè excludit Scholaſticos publicè legentes, & meritò; quia ſcilicet veriſimile eſt, quòd mouebuntur affectione ad proprium commodum potius, quàm ad commune. Et pariter ratione æqualitatis ſeruādæ, & vt excluderetur omnis eiuſmodi præeminentia: fuit idem ſtatutum de ijs, qui volunt audire etiam Ius Canonicum, vel Ciuile, vel exercent Notariatum.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd expreſſio Collegij fuiſſet ſuperflua, cùm iam eſſent ipſo iure excluſi exiſtentes in Collegio Dominorū Medicorum propter illa verba, nec aliquis Papienſis. quoniã reſpondetur, quòd potuiſſet remanere dubium, an ea verba comprehenderent Doctores, vel Licentiatos, cùm ſint perſonæ præeminentes. vt per Abba. & Felin. vbi ſuprà;
7 ideo † ad tollendam omnem diſputationem, fuit id etiam expreſſum. l. quæ dubitationis. ff. de regu. iur. vbi multa per Deci. ad hoc propoſitum. & l. 1. §. ſi intelligatur. ff. de edil. edic. Et
8 † ea, quæ ſunt ſpeciali mentione digna, ſolent ſpecificè exprimi, quamuis ſub genere comprehenderentur. l. item apud Labeonem. §. ait
9 prætor. ff. de iniur. Et † particularis expreſsio nunquam ſolet cenſeri ſuperflua. Geminia. in c. 1. colum. fina. C. de Sum. Trini. in 6.

Prætereà non videtur poſſe aſſignari bona aliqua ratio, propter quam ſtatuentes voluerint excludere dominos Scholaſticos Collegiorum: quinimò pro eis magis videtur præſumendum, quàm pro cæteris, cum ſcilicet iam ſint approbati, cùm ad ipſum Collegium admittuntur. neque dici propriè poſſunt viuere alienis ſumptibus; quinimò cēſentur proprijs ſumptibus viuere, cùm ſint Domini, & Rectores ipſorum Collegiorum, quandiu in eis habitant, veluti videmus in monaſterijs, & cæteris congregationibus.

10 Et dato, † quòd verba ſtatuti eſſent ambigua, dicendum eſt nunc talem fuiſſe mentem ſtatuti, cùm hactenus ita fuerit interpretatum. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus.

Iacobus Mandellus Albenſis, Iuris Canonici interpres Papiæ, in prima cathedra. 1545. 17. Decembris. Pro Collegio Caſtellioni, id eſt, pro D. Scholaſticis Artiſtis.

ARGVMENTVM.

De præſcriptione actionis cum mala fide poſt 30. annos aduerſus creditorem. Et quòd exiſtens in mala fide nunquam præſcribat, ſed tamen quòd talis mala fides non poſsit allegari, niſi vſque ad 30. annos, & non poſtea. Et an creditor poſsit agere ad bona debitoris, quæ habet in emphyteoſim ab Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 EXISTENS *in mala fide nullo vnquam tempore præſcribit, etiam in terris Imperij, cùm agatur de materia peccati, quod procedit etiã in actionibus perſonalibus, contra Bart. & limitatur hæc regula ſingulariter, vt infra nume. 2.*

2 *Mala fides allegari poteſt duntaxat vſque ad triginta annos, & non poſtea, & tranſmutatur tunc mala fides in bonam fidem, niſi contrarium probetur, & tam in perſonalibus, quàm in realibus.*

3 *Bona fides probatur per inditia, etiam per vnum teſtem, vel per quæcunque argumenta.*

4 *Bona fides cauſari poteſt ex iniuſtis, & temerarijs rationibus.*

5 *Creditor an poſsit agere ad bona debitoris, quæ ipſe debitor habet in emphyteoſim ab Eccleſia.*

6 *Dominium directum bonorum emphyteoticorum Eccleſiæ, eſt quidem Eccleſiæ, ſed dominium vtile eſt ipſius debitoris, & eſt ſub iuriſdictione laicorum.*

7 *Omne commodum, quod percipitur ex dominio vtili bonorum emphyteoticorum, poteſt tranſire in creditores.*

8 *Emphyteoſis Eccleſiæ, an poſsit tranſire in extraneos, remiſsiuè.*

9 *Caducitate commiſſa in emphyteoſi Eccleſiæ, poteſt Eccleſia ſibi omne ius applicare in præiudicium creditorum, etiã in præiudicium dotis.*

Conſilium XXVIII.

IN præſenti caſu, quo petitur debitum ex contractu celebrato vſque de anno. 1491. à quo tempore citra nunquã fuit factus aliquis actus ex parte creditoris; videtur dicendum de iure, eſſe repellendum actorem ab eiuſmodi petitione: quia, quamuis regula ſit, quòd
1 † exiſtens in mala fide nullo vnquã tempore poſſit præſcribere, etiam in terris Imperij, cùm agatur de materia peccati. c. fin. de præſcrip. & c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. & id procedat etiam in actionibus perſonalibus contra opinionē Bar. quæ communiter eſt reprobata. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. vt ibi per Ang. & Pau. de Caſtr. recipit tamen † hæc regula ſingularem
2 quandam limitationem, communiter per Legiſtas, & Canoniſtas approbatam, vt ſcilicet talis mala fides allegari poſſit duntaxat vſque ad triginta

triginta annos, & non postea; quia elapso tam longo cursu temporis, præsumit lex in bonam partem, id est, quòd superuenerit aliquid, propter quod habuerit debitor iustam causam nõ soluendi, seu verius aliquid, propter quod debuerit creditor non amplius petere eiusmodi creditum; & in summa transmutatur mala fides in bonam fidem, nisi contrarium expresè probetur, vt concludit Bar. in l. fi. circa finem. C. vnde vi. Et procedit id generaliter tam in personalibus, quàm in realibus, seu corporalibus, vt Abb. tradit consil. 89. In quæstio. col. 3. versic. & debet hoc casu præsumi dictos nobiles. 1. vol. & consil. 102. In causa. col. 1. in fin. eo. vol. Areti. consi. 63. In præsenti. col. pen. versi. modo posito ℣ dominus. Alex. consi. 151. Viso themate. col. fi. versi. non omitto etiã, ℣ dicta præscriptio. in 2. vol. & consi. 6. Viso themate. col. 1. versic. nec etiam est necesse. 1. vol.

Et id planius etiam procederet, si extabit depositio vnius testis attestantis de solutione debiti, vel maioris partis, vt in facto præsupponitur; quia, quamuis nihil probet, quatenus attinet ad solutionem, coadiuuat tamen bonam
3 fidem ipsius debitoris, cùm † soleat bona fides probari per inditia. l. pen. vbi Bald. C. de euic. Bart. in l. Celsus. col. 4. nu. 18. ff. de vsucap. etiã per vnum testem. Alex. consi. 54. Circa primũ. col. fin. in 6. vol. vel per quæcunque argumenta. Alex. consi. 187. In hac causa. col. 3. versicu. nec obstat si diceretur. in 2. vol. Abb. in d. consi.
4 102. col. 1. Et alibi dicunt Doct. ℣ † bona fides causari potest ex iniustis, & temerarijs rationibus, vt refert Deci. consi. 272. col. 6. quamuis re vera nõ sit necessaria huiusmodi probatio, stantibus supradictis: bene est tamen eam facere, vt animus Iudicis magis quiescat. Et pariter benè erit deducere cæteras coniecturas, seu verisimilitudines, quæ in facto narrantur, & eas in processu verificare.

Quibus stantibus, cessat vltimum quæsitũ,
5 videlicet, † an iste creditor possit agere ad bona ipsius debitoris, quę in emphyteosim habet ab Ecclesia. vtcunque tamen si esset verus creditor, videtur, quòd posset agere ad talia bona,
6 quia † ipsum dominium directum est quidem Ecclesiæ; sed dominium vtile est ipsius debitoris, & est sub iurisdictione laicorum, vt concludit Anchar. consi. 433. Postquam ista domina. col. 1. Alex. consi. 27. Viso. col. 2. in 6. Soci. consi. 99. In causa eximij. col. 1. in primo vol. Et
7 † omne commodum, quod percipitur ex ipso vtili, potest transire in creditores, vt per Barto. in l. si finita. §. si de vectigalibus. col. 2. versicu. sed quæro, quid agatur. & versi. quid si propter debita. ff. de dam. infec. quòd autem in ipsos creditores possit absolutè transire totũ ipsum ius vtile, cùm sit emphyteosis Ecclesiastica, nõ videtur satis expeditum, quia dependet ab in-
8 tricata illa quæstione, † an emphyteosis Ecclesiæ transire possit in extraneos; de qua sunt variæ opiniones, & necesse esset videre inuestituram, vt per Alex. in l. etiam. ff. sol. matri. & per Deci. consi. 171. Et hæc procedunt, dummodò
9 non sit cõmissa caducitas. nam tunc clarũ videtur, ℣ Ecclesia potest sibi omnia hæc applicare in præiudicium creditorũ, vt in fortioribus terminis, videlicet, in præiudicium dotis, tradit Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua. quæstio. centesima, vndecima. & Hostien. in summa, & eod. tit. §. quid sit natura. col. 1. in fin.

Si pars aduersa opponeret, quòd hæredi creditoris competit restitutio in integrum propter iustam ignorantiam; respondeatur, quòd constat de eorum scientia, ex quo habuerunt libros patris apud se, & in eis fit mentio de isto credito.

Iacob. Mandellus Alben. Papiæ legens Ius Canonicum. 1546. 15. Februarij, pro quodam Mediolanensi.

ARGVMENTVM.

De quibusdam verbis testamenti, an scilicet denotet substitutionem compendiosam, id est, vulgarem, & fideicommissariã, an vulgarem tantùm. Et an appellatione filiorum veniant nepotes, & cæteri descendentes in substitutionibus. Et an per diuisionem censeatur renunciatum fideicommisso. Et de alijs, prout per te videre potes singula quæsita, quæ posuit Autor in principio consilij.

SVMMARIVM.

1 VERBA *denotantia tractum temporis, comprehendunt substitutionem compendiosam, quæ de sui natura continet vulgarem, & fideicommissariam.*

2 *Dictio, successiuè. videtur suadere, quòd sit compendiosa substitutio, & vide nu. 8.*

3 *Clausula codicillaris videtur operari, quòd verba directa obliquentur, & vide nu. 9.*

4 *In clausula codicillari satis est quòd dictũ sit, si valeret. & nõ refert, si dictum nõ fuit, si valebit.*

5 *Dictio, prædictis. habet relationem ad præcedentia, & vide num. 13.*

6 *In qualibet dispositione debet semper, quantũ fieri potest, sumi ea interpretatio, per quam tollitur contrarietas, varietas, & absurditas.*

7 *Fideicommissum factum non fuisse, interpretandum est, quando sumus in institutione necessaria, cùm fideicommissum sit onus, & nunquã debet induci, nisi vel voluntas, vel verba sint clarissima.*

8 *Dictio, post. & dictio, successiue. faciunt substitutionem compendiosam, quãdo est adiecta mentio mortis, & quid operatur, & quomodo intelligatur.*

9 *Clausula codicillaris quid operetur in institutionibus, seu substitutionibus, & quando.*

10 *Filiorum appellatione an comprehendantur nepotes, & cæteri descendentes in substitutionibus.*

11 *Appellatione filiorum, propriè loquendo, non veniunt nepotes, & quando veniunt, illud fit per interpretationem, seu extensionem, & non veniunt in odiosis, neque in substitutione reciproca, & vide etiam nume. sequen.*

12 *Substitutio reciproca continet etiam fideicommissariam, & in substitutione reciproca appellatione filiorum non veniunt descendentes, etiam quòd aliquo respectu dispositio sit fauorabilis.*

13 *Filiorum appellatione nunquam comprehenduntur alij descendentes, quando testator expressit singula nomina filiorum suorum.*

14 *Fideicommissum an censeatur remissum per diuisionem, & transactionem, maximè si sit posita in instrumento congeries verborum de non contraueniendo &c.*

15 *Verba illa posita in diuisione, (promiserunt non contrauenire &c.) non operantur renunciationem fideicommissi. Et quid de alijs verbis multis similibus, & generalibus, vide ibi, nume. 15.*

16 *Sententia arbitramentalis an operetur remissionem fideicommissi, quòd non.*

17 *Vocati ad fideicommissum an possint renunciando præiudicare suis descendentibus pariter vocatis, vel positis in conditione.*

18 *In fideicommissis an filij vtrinque coniuncti præferantur alijs vterinis tantùm.*

19 *In fideicommissis succeditur ipsi testatori.*

20 *Ius fideicõmissi conditionalis non transmittitur.*

21 *Fideicommissum cessat in vltimo, qui superest ex grauatis, illeq; potest liberè disponere.*

22 *Nepotes admittuntur in stirpes, & non in capita, quando agitur de successione patrui.*

Consilium XXIX.

PRo discussione præsentis casus videndum est primò, quæ substitutio contineatur sub prioribus verbis testamenti conditi per D. Paulum Arcellum seniorem, anno. 1467. die 11. Iulij, dũ scilicet instituit hæredes filios suos, & subiecit hæc verba: Et post eos filios meos masculos, eorum, & cuiuslibet ipsorum filiorũ meorum filios masculos legitimos, & naturales, & successiuè post meos ablaticos, eorum meorum ablaticorum filios instituo, & mihi hæredes esse volo &c.

Secundò, videndum est, quæ substitutio cõtineatur ex verbis inferioribus dicti testamenti, vbi dictum fuit, Item volo, quòd casu aduciente, q̃ vnus ex prædictis filijs meis, vel alter eorum decederet absq; filijs legitimis masculis, ex vero, & legitimo matrimonio procreatis, vnus succedat alium, & alter alium.

Tertiò, an renunciatum fuerit fideicommisso per ipsos filios, dum deuenerunt ad diuisionem, & transactionem, & arbitramenta, cum verbis, de quibus in eis.

Quartò, an potuerint ipsi filij renũciare tali fideicõmisso in præiudiciũ descẽdentiũ suorũ.

Quintò, an fideicommissis soleant admitti omnes filij æqualiter, cùm vnus eorum decedit sine filijs, an verò admittantur duntaxat illi, qui sunt vtrinque coniuncti.

Sextò, generaliter, & complectendo cætera omnia, videndũ est, ad quẽ pertineant hæreditates dominorũ Baptistæ, Raphaëlis, & Ricardi filiorum ipsius testatoris, siue maneat causã testati, siue succedendum sit ab intestato.

Et circa primum videretur prima facie dicendum, fuisse factam substitutionem, nõ tantum vulgarem, verùm etiã fideicommissariã, scilicet in duobus gradibus, filiorum, & nepotum, ad quam sint vocati ipsi filij inter se, & deinde nepotes, & postea pronepotes, vt pater
1 ex illis verbis, & post eos &c. nam † talia verba, cùm denotent tractum temporis, videntur comprehendere substitutionem compendiosam, quæ de sui natura cõtinet vulgarem, & fideicommissariã, vt per Alex. consil. 13. Vidis. col. 2. in fi. versi. & si diceretur. in 4. vol. Soci. consil. 113. Suprascripti insignis. col. 4. in 1. vol. Deci. consil. 205. col. 3. in primo. Cur. iun. consil. 172. col. 1. & videtur de mente Bart. in 1 Centurio. col. 10. nume. 32. versic. secundò oppono. ff. de vulga. dum vult generaliter, quòd cùm adsunt verba denotantia tractum temporis, sit substi-
2 tutio compendiosa. † Et idem etiam videtur suadere in casu nostro illa dictio, successiuè, vt per Socin. consil. 12. col. 3. in tertio dubio, in 3. vol. & per Alex. vbi suprà.

3 Neque obstare videtur, q̃ † verba sint directa, dum scilicet dicitur, instituo, & hæredes esse volo. quia respondetur, quòd clausula codicillaris videtur operari, quòd obliquentur, vt Deci. in d. consil. 205. col. fin. & consil. 248. colum. 3. & consil. 287. colum. 2. & consil. 291.
4 colum. 2. Curt. iun. consi. 139. in fi. Et † quamuis in ipsa clausula codicillari nõ sit dictum, (si valebit,) id tamen non refert, quia satis est, q̃ dictum fuit, (si valeret;) quod cum sit verbum subiunctiui modi, respicit etiam tempus futurum,

turum, vt concludit Bart. in l. 1. in 7. quæst. ff. de iure codicil. Deci. consil. 242. colum. 3. versic. 4. & vltimò.

Neq; etiam videtur obstare, quòd in inferiori parte testamenti fuerit facta alia substitutio magis expressa, in qua solùm fit mentio de filijs; quia videtur posse responderi, quòd etiam in ea secunda substitutione fuit intentio testatoris facere substitutionem inter filios, & nepotes, & pronepotes prius nominatos, quia nõ fecit simpliciter mentionem de filijs, sed dixit, prædictis filijs. adeoque † illa dictio, prædictis. habet relationem ad præcedentia, & operatur, quòd appellatione filiorum veniant nepotes, & pronepotes prius nominati, vt tradit Alexand. consil. 9. Visis verbis. col. 2. in fi. versic. non etiam obstat quòd quando. in 1. vol.

Sed quamuis prædicta videantur colorata, nihilominus verior, & tutior videtur contraria opinio; videlicet quòd ex prima ipsa parte testamenti colligatur duntaxat substitutio vulgaris, non autem fideicommissaria. Et in primis id suadet proprietas verborum, quæ sunt directa, à qua regulariter non est recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3. Item id suadet suprædicta alia substitutio facta in inferiori parte, quæ sine dubio est compendiosa, continens etiam fideicommissariam, & fuisset ineptia testatoris idem bis repetere, præsertim sub quodam modo repetendi tanquam capita principalia, vt patet ex ipsis verbis testamenti. Et
6 † in qualibet dispositione debet semper, quantum fieri potest, sumi ea interpretatio, per quã tollitur contrarietas, varietas, & absurditas. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instrumen. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. vt per Deci. consilio 83. colum. 3. & consil. 254. colum. 2. in fin. & consil. 317. col. 2. & expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulga. & clara præferuntur ambiguis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligationib. Item id suadet materia subiecta, quia scilicet facta fuit institutio de personis, quæ ex necessitate, scilicet causatiua, erant instituendæ, ne rumperetur testamẽtum. iuxta l. Gallus. & id patet, quia non vocauit testator omnes descendentes, sed duntaxat duos gradus, scilicet nepotes, & pronepotes, quia possibile erat, quòd filij, & nepotes decederent viuente ipso testatore, vt sæpe solet cõ-
7 tingere: vndè, † cùm simus in institutione necessaria, debet fieri interpretatio, vt sint factæ institutiones directæ, & non facta fideicommissa, vt per Bartolum & cæteros omnes in d. l. Gallus. §. quidam rectè. tum quia ita præsumitur esse mens testatoris, tum quia fideicommissum est onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & nunquam debet induci fideicommissum, nisi vel volũtas, vel verba sint clarissima, vt per Deci. consil. 63. colum. fin.

Non obstant ea, quæ fuerunt ex aduerso ad-
8 ducta; nam † primò ad illas dictiones, Post. & successiuè. respondetur, quòd faciunt substitutionem compendiosam, quando est adiecta mentio mortis, vt loquuntur Doctores allegati; secus autem si non dicatur, post mortem. sed dicatur, post eos. &c. quia talia verba non inferunt necessariò fideicommissariam, cùm etiam possint verificari in vulgari, quia scilicet testator cõstituit multos gradus vulgaris substitutionis, vnum post alium, vt in l. potest. ff. de vulga. & operantur ea verba, vt non videãtur omnes simul vocati, scilicet filij cum parentibus, ad tollendas omnes disputationes Doctorum, in dicto §. quidam rectè. Cùm igitur ea verba non inferant necessariò fideicommissariam in casu nostro, non est dicendum, talem fideicommissariam extare: quinimò verba repugnant, cùm sint directa, vt dictum est; ergo &c. & illa dictio, successiuè. seu ordine successiuo. solet duobus modis intelligi, scilicet per vulgarem, & per fideicommissariam, vt per Doctores omnes, præsertim Pau. de Castr. in dict. §. quidam rectè. colum. penult. & ibi Socin. col. etiam penul. qui concludunt, quòd debent denotare vulgarem, quando sumus in ordine necessitatis, etiam si verba sint non directa, sed communia, vt est verbum, Substituo. ergo multò magis hic, cùm sint directa, vt latè tradit Deci. in dicto consilio 305. col. 2. & colum. fin. & consil. 228. col. 1. & consi. 248. col. pen. & fin.

9 Nec quicquam † facit clausula codicillaris, nam certum est, quòd illa nihil solet operari in hoc proposito, nisi quando constat de clara mente testatoris, vel ex verbis expressis, vel ex illa vrgentissima coniectura, ꝙ actus non posset aliter habere effectum, nisi verba obliquarentur, vt per Deci. in d. consil. 205. colum. fin. quod certè non reperitur in casu nostro; quinimò in casu nostro, & verba, & mens testatoris multis modis repugnat, vt dictũ fuit; ideoque curandum non est de clausula ipsa codicillari, vt etiã tradit Deci. cõsi. 287. col. 2. & consi. 291. col. 2. & Curt. iun. consi. 139. in fine.

Ad illud autem, quod dicebatur de dictione, Filijs. posita in secunda substitutione, patebit responsio ex his, quæ modò dicentur super secunda quæst.

Circa secundum, videlicet, quid contineat secunda substitutio, videretur prima facie di-
10 cendum, quòd cùm † facta fuerit inter filios, comprehendat etiã nepotes, & cęteros descendentes, eò quòd appellatione filiorum in vltimis voluntatibus, videntur omnes descenden

tes contineri, vbi non agitur de odio, sed de prouisione, vt tradit Bar. in l. liberorum. col. 2. ff. de verb. signi. vel saltem in casu nostro videntur comprehendi nepotes, & pronepotes, quia de eis fuerat facta mentio in priori parte testamenti, & id videtur suadere illa dictio, Prædictis. vt tradit Alexand. in supradicto consil. 9. col. 2. in fin. in 1. volum.

Quibus tamen non obstantibus, videtur aliter concludendum, videlicet, quòd ea substitutio censeatur duntaxat facta inter filios primi gradus, nam de iure notum est, quòd † propriè loquendo, appellatione filiorum non veniunt nepotes, vt concludit glos. in l. filij appellatione. ff. de verborum signif. &, si aliquando comprehenduntur, illud fit per interpretationem, seu extensionem, vt concludit Bart. in d. l. liberorum. col. 2. & ibi etiam D. Alciat. col. 1. & idem Alcia. in l. iusta. eod. tit. adeò, quòd nõ comprehenduntur in odiosis, vt per Bart. vbi 12 suprà. vndè, † cùm in casu nostro substitutio sit reciproca; adeò, quòd etiam continet fideicõmissariam, vt tradit Bart. in l. Lucius. col. pen. versic. quæro vtrum substitutio. ff. de vulga. & Deci. consil. 86. in princ. & consil. 318. colum. 2. & fideicommissaria sit onus. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. sequitur, quòd hic non comprehenduntur descendentes, etiã quòd aliquo respectu dispositio sit fauorabilis, vt latè tradit Deci. consil. 95. colum. 3. & 4. & consil. 218. col. 3. & 4. & in terminis id de substitutione reciproca tradit Deci. consil. 465. colum. 2. nume. 10. post Paul. de Cast. consil. 38. incip. Dubium facit. in antiquis. 13 Prætereà † testator hic in prima parte testamenti expresserat singula nomina filiorum suorum; & stante hoc, nunquam appellatio filiorum posita in ea dispositione, censetur comprehendere alios descendentes, vt tradit Deci. in d. consil. 465. colum. secunda, nume. 9. post Bart. in l. Gallus. §. instituens. in fin. de libe. & posthu.

Nec obstat illa dictio, prædictis. quia respondetur, quòd benè procedit, & erat necessaria, cùm iam prius testator nominasset ipsos filios, neque sumus in casu Alexan. in d. consil. 9. qui loquitur de substitutione, in qua fit expressa relatio ad aliam substitutionem factam inter descendentes. Prætereà in casu nostro nõ fuit simpliciter facta mentio de filijs prædictis, sed dictum fuit, quòd si vnus ex filijs prædictis, vel alter eorum &c. qui modus loquendi non potest citra calumniam referri, nisi ad filios prius nominatim expressos; adeò, quòd propriè sumus in casu Bartoli, in d. §. instituens.

14 Circa tertiam quæstionem, † scilicet de remissione fideicommissi per diuisionem &c. quamuis prima facie videatur dubitabilis propter congeriem verborum positam in ipso instrumento diuisionum, & transactionum; si tamen singula perpendantur, concludendum videtur, quòd nõ fuerit renunciatum, nisi vt in- 15 frà. nam primò † verba illa (promiserunt non contrauenire &c.) non operãtur talem renunciationem, vt concludit Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 4. in 2. quæst. de verb. oblig. & est magis communis opinio, vt ibi per Iaf. nume. 26. & nouissimè per Ripam. nume. 44. Item verba illa, quòd in dictis rebus facit vnus alterum procuratorem in rem suam, ita vt possit ea omnia facere &c. non inducunt renunciationem, vt tradit Bartol. vbi suprà 18. quæst. nisi scilicet alienatio fuisset secuta, vt ibi declarat Barto. & sequuntur cæteri, vt ibi refert Iaf. post Alexand. consil. 189. colum. 4. in 2. volumine. & pariter per illa verba, (cedit, dat, & renunciat omnem partem, & omne ius, quæ, & quod ipsi competit, & competere potest quouis modo, & titulo pro indiuiso cum dictis fratribus, tam ratione, vel iure hæreditario dicti quondam Domini Pauli &c.) non videntur operari renunciationem fideicommissi, vt tradit Ripa vbi suprà, nume. 46. super 2. quæstio. Bartoli, in 3. & 4. Ampliatione, quia referuntur ea verba ad rem, quæ tunc traditur; adeò, quòd nihil aliud denotant, nisi comprobationem diuisionis. Item per illa verba, Pro omni, & toto eo, quod potuissent petere &c. nõ censetur facta remissio fideicommissi futuri: quia censentur relata ad tempus præsens, & non ad ius futurum, vt ibi per Bar. in 6. quæst. & Ripã, nume. 67. quinimò, etiam si dictum fuisset aliquid de fideicommisso; non comprehenderetur fideicommissum, cuius casus nondum euenit, vt ibi per Bart. in 4. quæst. prætereà fuerunt ea verba duntaxat posita in illa parte transactionis, in qua assignabatur portio bonorum Domino Leoni, & non in alia; ideoque cùm sit inæqualitas, non est tractandum inter eos de remissione fideicommissi, vt per Barto. vbi suprà, in 2. quæst. in fin. & Ripam, num. 46. in fin. 16 Sententia † autem arbitramentalis super diuisionibus nihil facit ad remissionem fideicommissi, quia id non est in potestate arbitrorum; ergo neque in voluntate, vt per Ripam vbi suprà nume. 80. & intelligo id procedere, etiam si partes emologauerint, quia censentur eam approbare, sicut est, & non extendere, concluditur itaq; hic non fuisse factam remissionem fideicommissi, nisi fortè quò ad illam partem bonorum, quæ reperiretur fuisse alienata, vt per Bar. in d. 8. quæst.

17 Circa quartam quæstionem, scilicet, an † vocati ad fideicommissum, quemadmodum possunt ei renunciare, l. quoties. la. 1. C. de fideicom.

† De hac q. comita etiam possint † renunciando præiudi-
sione vide op care filis descendentibus; non videtur hic esse
rimè per eum insistendum; quia, vt dictum fuit, non sunt vo-
dem D. mes. cati tales descendentes. Et, quamuis fuerint po-
Alb. ann. in §. siti in conditione, id non impedit, quin possit
duo fratres. in prin. ff. de eis præiudicari, vt tradit Deci. cons. 323. col. 2. si
verbo. obli. autem fuissent vocati, esset expeditum, quòd
Vas. dnot. non præiudicaret eis renunciatio prædecessorum. Iaf. in d. l. quoties. & Deci. cons. 38. col. 3. in fi. nisi tales descendentes essent hæredes eorum, qui renunciauerunt. tunc enim cõtrauenire nõ possent pro ea parte, qua sunt hæredes, vt in d. cons. 38. col. 4. in fin. & tantò minus est necessaria huiusmodi quæstio, si verũ est, quod supra dictum fuit, scilicet, non fuisse renunciatum fideicommisso per diuisiones.

18 Circa quintam quæstionem, vtrum † in fideicommissis filij vtrinq; coniuncti præferantur alijs, est expedita responsio, quòd si agatur de hæreditate patris, veniunt omnes æqualiter, siue sint vterini, siue sint vtrinque coniuncti, quia quò ad patrem omnes sunt æqualiter
19 coniuncti. Et † in fideicommissis succeditur in effectu ipsi patri testatori, ita concludit Deci. cons. 304. post Bartol. in l. Lucius. colum. fi. ff. de vulga. Curt. iun. consil. 125. num. 8. nisi fortasse extaret aliqua coniectura in contrarium, vt tradit Deci. cons. 186. quæ tamen non extat in casu nostro.

Circa sextam, & vltimam quæstionem, quæ in effectu dependet à supradictis, deducenda videtur res in hunc modum. nam, cùm factum fuerit fideicommissum duntaxat inter filios primi gradus, vt dictum fuit, sequitur primò quò ad hæreditatem D. Baptistæ vnius ex filijs, qui fecit testamentum, & instituit duos nepotes ex fratribus, quòd pro dimidia parte hæreditatis suæ seruandum est testamentum, id est, quantum capit legitima, & Trebellianica, pertinet ad dictos nepotes institutos; alia verò dimidia pars tanquam subiecta fideicommisso pertinuit ad quatuor fratres ipsius decedentis, qui tunc erant superstites, id est, ad Dom. Leonem, & Dom. Bartholomæum, & Dom. Ricardum, & D. Raphaelem. nam de nepotibus non fuit habenda ratio, cum non fuerint vocati; adeò, quòd non expedit disputare, vtrum in fideicommissis nepotes succedant cum patruis:

† Ante vide. tur superflue re. neque etiam poterant admitti nepotes ipsi ex persona patrum suorum, qui prius decesserãt,
† ante, quàm eueniret casus; quia vulgare est,
20 quòd † ius fideicommissi conditionalis non transmittitur, vt per Bartol. in l. cum filio. col. penult. versicu. quæro, pone. ff. de lega. 1. Alex. consil. 250. in 6. volum. Deci. consil. 278. col. 2. & ita in effectu ad D. Leonẽ pertinuit octaua pars dictæ hæreditatis Dom. Baptistæ: circa quam tamen erit aduertendũ, nunquid D. Baptista fecisset aliquas alienationes. nam illæ minuerent fideicommissum, vt supra dictum fuit super 3. quæstione, per ea, quæ tradit Bart. in d. §. duo fratres. in 8. q.

Quò autem ad hæreditatem D. Ricardi, in qua etiam reperiebatur octaua vna pars dictæ hæreditatis D. Baptistæ; dicitur, quòd cũ tempore, quo mortuus est ipse D. Ricardus, nõ amplius viuerent fratres, nisi D. Raphael, & cùm sit, quòd ipse D. Ricardus condiderit testamentum, instituto Magnifico quondam D. Paulo; pertinuit dimidia pars bonorũ paternorũ pro legitima, & Trebellianica ad ipsum D. Paulum hæredem institutũ, & pariter ad eum pertinuit illa octaua pars D. Baptistæ, & alia bona fortasse acquisita per ipsum D. Ricardũ; alia verò dimidia pars bonorum paternorum, cum subiecta esset fideicommisso, pertinuit tota ad D. Raphaelem, qui solus ex fratribus erat superstes, & non fuit habenda ratio de nepotibus, vt supra dictum fuit.

Quò verò ad hæreditatem D. Raphaelis res est clara, & non indiget distinctione, quia cùm
21 ipse fuerit † vltimus grauatorum, cessauit in eo omne fideicommissum. l. cum pater. §. libertis. in fin. ff. de lega. 2. & potuit liberè disponere; ideoq; si inter viuos renunciauerat D. Paulo portionẽ D. Ricardi, quæ erat dimidia pars hæreditatis dicti D. Ricardi ex bonis paternis, vt dictum fuit; sequitur quòd seruanda est talis renunciatio. & cùm in cæteris bonis decesserit ipse D. Raphael ab intestato, pertinuit eius hæreditas ad eius pximiores, id est, ad nepotes ex fratribus vtrinq; coniunctis, & exclusis penitus nepotibus, & cæteris descendentibus D. Leonis, qui fuerat vterinus. authen. cessante. C. de legi. hære. & † tales nepotes fuerũt
22 admittendi in stirpes, & non in capita, secundum magis communem opinionẽ, de qua per glo. & Doct. in d. authen. cessante. cùm scilicet agatur de successione patrui, vt tradit Bar. in l. post consanguineos. §. hæc hæreditas. in fin. ff. de suis & legi. & latè per Alexand. seu Andr. Sicul. inter consilia Alexan. cons. 55. Prospectis. colum. 2. 3. & 4. in 4. volum. Constat igitur ex prædictis, quòd ad D. Leonem. vel ad eius descendentes nihil pertinet ex hæreditatibus supradictis, nisi fortè octaua pars hæreditatis Domini Baptistæ, intelligendo vt supra.

Iacob. Mand. Albensis, Papiæ. 1546. 25. Februarij, Pro Magnifico D. Thoma Arcello Iurisc on. Placentino.

ARGVMENTVM.

Quando vnus putat occidere vnum, & occidit, vel vulnerat aliũ. Et de intelligentia nouę constitu.

Mediolani, Quòd solus conatus puniatur pœna mortis, quamuis secutum non fuerit homicidium.

SVMMARIVM.

1 DECRETA, *& statuta solent recipere interpretationem à iure communi.*
2 *Vulnerans, vel interficiens vnum, cùm putaret vulnerare, vel interficere alium, quomodo puniatur de iure communi.*
3 *Standum non est dicto delinquentis, quãdo aliunde constat de delicto absque eius confessione.*

Consilium XXX.

SI VERVM est præsuppositum dominationis vestræ, quòd iste haberet animum interficiendi vxorem, non autem eam, quam vulnerauit; putarem eum non esse in casu nouarum cõstitutionum, & per consequens non esse puniendum pœna mortis. Nam, ad hoc vt solus conatus puniatur pœna mortis, quamuis secutum non fuerit homicidium; requiruntur duo copulatiuè, videlicet vulnus, seu insultus cum telo euaginato, itẽ animus deliberatus occidendi. vt patet. ex §. homicida. & in præsenti casu interuenit quidem insultus, & vulnus, sed non animus occidendi; ergo, &c. Nec videtur dubium, quin ipsæ nouæ constitutiones intelligantur requirere duo supradicta circa eandem personam; quia alioqui sequeretur, quòd alterum eorum tãtum sufficeret. nam nihil in hoc proposito videtur habere commune vna persona cum alia; adeò, quòd si animus occidendi vnum, & insultus factus in alium sufficerent; necesse esset fateri, quòd & animus occidendi per se sufficeret, & insultus per se sufficeret, qđ certe esset cõtra verba ipsius text. in d. §. homicida. quia apertè requirit ea duo copulatiuè.

1 Et cum † decreta, atque statuta soleant recipere interpretationem à iure communi. c. causam quæ, de rescrip. videtur prædicta interpretatio esse ex magis communi opinione Doctorum. Nam † in hoc ipso articulo, cum quis vul-
2 nerat, vel interficit vnum, putãs vulnerare, vel interficere alium; cõcluditur de iure communi, quòd cum is daret operam rei illicitæ, teneatur quidem de eo, quod sequutum est, vt tradit Bar. in l: respiciendum. §. delinquunt. in fi. per illum text. ff. de pœnis. & in l. Diuus. colum. 2. ff. de sicca. non tamen tenebitur indistinctè, prout teneretur, si delictum fuisset perpetratũ in personam illam, in quam dirigebatur intentio; sed duntaxat tenebitur perinde, ac si commisisset delictum ex culpa, & non ex dolo; quia cùm non adesset animus præcisus ad eiusmodi delictum committendum, non etiã aderat dolus, vt concludit Alexan. in addi. ad Barto. in d. §. delinquunt. post Ang. in l. si cum seruo. ff. de iniur. & latius tradit Iaſ. in l. si pater. colum. 2. C. de hære. insti. vbi ait opinionẽ istam Angeli, tanquam mitiorem, esse tenendam, & tradit etiam Bald. in l. 3. §. quacunque. col. 2. vers. quo ad tertium. ff. de iureiuran. vbi fatetur eum esse in lata culpa.

Sed multũ dubito de præsuppositio ipso supradicto, videlicet, quòd habuerit animum occidendi vxorem, & non istam puellam, quam vulnerauit. nam ex circũstantijs videtur, quòd habuerit animum occidendi & vxorem, & hãc puellam; quia, cum esset iam dies clara, & puella ipsa sæpius clamasset, & assereret, se non esse vxorẽ istius, prout satis ei debebat esse notum ex voce, & aspectu, & tamen perseuerauerit in vulneribus, donec fregit deinde ensem; nõ sa-
3 tis video, &c. Neque † standum est eius dicto in hoc proposito, cùm iam aliunde conster de ipso delicto absque eius confessione, vt est communis distinctio Doctorum, de qua post alios latè tradit Deci. in c. cum venerabilis. colum. 10. & 11. de excep. Neque fortè esset extra propositum eruere ab eo veritatem per torturam, stantibus coniecturis supradictis: verum quia non vidi processum, non vlterius, progredior.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ.
1546. 11. Martij.

ARGVMENTVM.

Substitutio fideicommissaria, seu compendiosa, quãdo est facta de omnibus bonis post mortem omnium institutorum, quòd non censeatur inducere fideicommissum reciprocum inter ipsos institutos; & quòd differant inter se, substituere post mortem omnium, & substituere vltimo morienti, & latè de hac materia, quando censeatur inducta substitutio reciproca, &c.

SVMMARIVM.

1 SVBSTITVTIO *Quãdo fuit facta post mortem omnium institutorum, & nõ fuit expressè facta vltimo eorum decedenti, an contineat reciprocam substitutionem, & hic est casus, in quo potissimum consistit controuersia inter Doctor.*
2 *Substitutio si fiat vltimo decedenti, & fiat in omnibus bonis, est expeditum, quòd contineat reciprocam.*
3 *Reciprocum fideicommissum nunquã censetur factum, nisi duo copulatiuè concurrant, scilicet quòd sit facta substitutio de omnibus bonis, seu de tota re, quæ in substitutionẽ deducitur; item quòd expressè facta sit ab vltimo decedente: & est magis communis opinio, à qua non est recedendum,*

dendum, & eam ampliat, & declarat, & dat rationem.

4 Solus Curt.iun. ex modernis tenuit contrarium, præsupponēs paria esse, substitutionem fieri vltimo decedenti, & fieri post mortem omnium, quod tamen est falsissimum.

5 Et prædicta communis conclusio, quòd nō censeatur facta reciproca &c. procedit, etiam si facta sit substitutio de omnibus bonis, non solùm indefinitè, sed etiam cum dictione vniuersali.

6 Item procedit, etiam si inter ipsos grauatos extet persona, quæ ex præsumpta mente testatoris sit præferenda substituto.

7 Et quomodo intelligatur quò ad effectum, & quid quando vnus ex grauatis moritur, & quando in effectu admittatur substitutus, declarat.

8 Ratio prædictæ cōclusionis quæsit, cur scilicet non inducatur reciprocum fideicommissum, nisi quando substitutio sit de omnibus bonis, & fit expresse vltimo morienti, non autem alijs casibus, vt quando fit post mortem omnium &c. & rationem adducit, quam malè Doctor. declarant.

9 Fideicommissum censetur onus, & nunquam debet censeri inductum, nisi verbis exprimatur, vel mens testatoris necessariò inferat; & in dubio pronunciantur contra fideicommissum.

10 Fideicommissum quòd inducatur ex coniecturis, id procedit, si sint coniecturæ necessariæ, aut multum probabiles, & non aliter.

11 Substitutio quando est facta post mortem multorū simpliciter, id est, non adiecta dictione collectiua, seu vniuersali, omnium. tunc nullum inter grauatos censetur extare fideicōmissum, quamuis dictum sit, in omnibus bonis: & procedit hoc siue grauati sint extranei, id est, non succedentes inter se, siue sint inter se ab intestato successuri. Idem quoque est dicendum, licet fuerit adiecta dictio vniuersalis, omnium.

12 Substitutio facta post mortem omnium nō æquiparatur substitutioni factæ vltimo decedenti: & tenentes contrarium errant. Et de intelligentia tex. in l. codicillis. in prin. ff. de vsufruc. lega. vide vsque ad num. 17.

13 Ius accrescendi ex qualibet leui cōiectura præfertur substitutioni.

14 Dictio, omnium. an stet collectiuè, an verò distributiuè.

15 Multa sunt vera in actu exercito, quæ non sunt vera in actu signato, secundum Dialecticos.

16 Aliud est, substituere post mortem omnium simpliciter; aliud, substituere vltimo decedēti simpliciter. Itē aliud, substituere vltimo decedenti in omnibus bonis. & aliud, substituere post mortem omniū in omnibus bonis, & declarat.

17 Substitutio quando est facta, stantibus personis, quæ ex præsumpta voluntate testatoris, solent excludere substitutum, an tunc inter illas personas cēseatur facta substitutio reciproca; quòd non, & quòd etiam hoc casu procedat supra dicta communis conclusio.

18 Personæ illæ, quæ ex coniecturata mente testatoris præferuntur substituto, veniūt ab intestato, & non ex testamento, & quæsit ratio.

19 Persona talis, quæ excludit substitutum, satis est, quòd sit vel de liberis, vel generalius sit de successuris ab intestato in proximiori gradu, quā substitutus.

20 Substitutio facta talibus personis, quæ excludūt substitutum, nō refert, an facta fuerit sine dictione vniuersali, omnium. an verò ea dictio fuerit adiecta, quia vtroque casu quælibet illarum personarum præfertur substituto, & dictio, omnium. nihil operatur ad exclusionem substituti, nisi quando substitutio fit extraneis.

21 Parisius etiam cons. 43. in 2. vol. latissimè tenuit contra prædictam magis cōmunem conclusionē, sed nihil adducit, quod vrgeat, & eius fundamentis respondetur.

22 In fideicommissis spectanda est potissimū voluntas testatoris, scilicet in eius interpretatione, postquàm constat illud esse introductum: sed in eo introducendo opus est verbis expressis, vel coniecturis vrgētibus, & in dubio est iudicandum, fideicommissum non subesse, & ita debet intelligi illa regula.

23 Distinctio Parisij, an conditio substitutionis verificetur in personam primi, an vltimi, est impertinens, & extra propositum, & pertinet ad aliam materiam.

24 Reciprocum fideicōmissum non subest inter multos instítutos, & tamen extraneus substitutus censetur substitutus singulis, sed non admittitur, nisi mortuis omnibus & tunc aduocat ad se omnia bona, etiam si fuerint alienata,

Consilium XXXI.

DIFFICILIS admodum, & confusa est materia, in qua versatur præsens casus, vtrum substitutio fideicommissaria, vel etiam cōpendiosa, facta de omnibus bonis, post mortem omnium institutorum, censeatur inter institutos ipsos inducere fideicommissum † reciprocum. Et ne frustra laboremus, videndum est quæ sit magis communis opinio, quæ videlicet sit seruanda, deinde quærenda erit ratio; & demum tollenda erunt ea, quę in contrarium excitantur.

† *In hac materia vide etiā quæ scripsi Pisis, 1553. in l. hæred. mei. §. cùm ita. Idē Alba.*

Et cùm per Doct. constituantur variæ conclusiones, seu varij casus, vt patet ex Soci. in l. hæredes mei. §. cùm ita. col. 2. & 3. ff. ad Trebel. & alijs

& alijs plerisque in locis, qui paulo inferius ad-
1 ducētur; vnus † eorum casuum est, in quo potissimum consistit cōtrouersia, qui modò propositus fuit, videlicet, cùm substitutio fit post mortem omnium, & nō fuit expressè facta vl-
2 timo eorum decedenti. nam, † si fieret vltimo decedenti, est expeditum, quòd contineret reciprocam, cum scilicet fit in omnibus bonis. per text. in l. Titia Seio. §. Scia. ff. de lega. 2. &
3 † in effectu videtur esse magis communis opinio, & à qua non audent recedere quamplures ex Docto. asserentibus eam esse dubiam; communis (inquam) quòd nunquàm censetur factum reciprocum fideicōmissum, nisi duo copulatiuè concurrant, quòd sit facta substitutio de omnibus bonis, seu de tota ipsa re, quæ in substitutionem deducitur; item quòd expressè facta sit ab vltimo decedente. nam post Bar. in d. §. Seia. & Pau. de Ca. in l. si pater impubes. colum. fin. ff. de vulga. & alios relatos per Soci. in d. §. cum ita. colum. 6. vers. quintus & vltimus. eam distinctè deducit, & sequitur Alexand. in l. pater filiam. §. duobus. colum. 2. in fin. ff. ad leg. Falcid. & consil. 91. Ponderatis. in 1. volum. vbi latissimè insistit, presertim, in 3. & 4. colum. & est repetitum in cons. 11. in 3. vol. & eam fatetur communem Soci. in d. §. cum ita. & idem etiam tradit in cons. 113. colum. fin. in 1. volum. & cons. 249. colum. 5. & 6. in 2. vol. & cons. 104. colum. pen. in 3. vol. & cons. 77. col. 5. in primo vol. & Io. Baptista de sancto Seuerino inter consilia Soci. scilicet cons. 80. colum. 4. in 1. vol. Curt. sen. cons. 42. colum. 13. vers. ad quintum respondendo. & est canonizata per omnes Doctor. modernos, vt patet ex Ripa in d. §. cum ita. num. 14. vsque ad nu. 29. & Gonzadi. cons. 67. col. fin. & nouissimè tradit Doctissimus, & Integerrimus inter modernos D. Aymo Crauetta, cons. 113. in prin. vbi etiam dicit communem, & cons. 161. colum. 3. nu. 7. vbi etiam refert, ita fuisse iudicatum, post longam disputationem, per curiam, seu Parlamentum Grationopolis; & hanc etiam opinionem videtur fuisse secutus Ias. in l. potest. ff. de vulga. sed quia in casu suo nō fuerat facta substitutio in omnibus bonis, non est curandum in hoc proposito de eius dictis, & eam clarius secutus est ipse Ias. in l. pen. colum. 3. & 4. C. impube.
4 Et † ex modernis solus Curt. iun. ausus est tenere contrarium cons. 11. colum. 3. & 4. & consil. 16. & cons. 43. & consil. 156. & vbique repetit easdem rationes, & motus potissimum fuit eò, quòd paria sint (secundum eum) substitutionē fieri vltimo decedenti, & fieri post mortem omnium, quod tamen est falsissimū vt inferius patebit.
5 Et † prædicta communis conclusio, quòd non censeatur facta reciproca, &c. procedit, etiam si facta sit substitutio de omnibus bonis, seu de tota re, non solum indefinitè, sed etiam cum dictione vniuersali, vt patet ex Doctoribus supradictis, qui eo modo loquuntur. nam, cessante dictione vniuersali, res videtur habere minus dubium, secundum Ias. in d. l. potest, quamuis contrariū in hoc latè defendat Curt. iun. vbi supra, prout etiam videtur voluisse Alexan. in d. cons. 91. colum. 2. in prin. & colum. 3. in primo vol. sed pro opinione Ias. latius insistit Ripa in d. §. cum ita. num. 18. & huiusmodi controuersia non facit difficultatē in casu nostro principali, vt inferius dicetur; & satis est, quòd, etiā si apposita sit dictio vniuersalis, est magis communis opinio, quòd non censeatur contineri fideicommissum reciprocum; ergo multò minus cōtinebitur, si eiusmodi vniuersalis dictio fuerit omissa.
6 Item † procedit supradicta communis conclusio, etiam si inter ipsos grauatos exter persona, quæ ex præsumpta mente testatoris sit præferenda substituto. nam Soci. in d. §. cum ita. vbi nititur docere contrarium; fatetur tamen communem opinionem ita se habere, & inferius latè comprobabitur.
7 Et intelligitur † huiusmodi communis opinio in hunc modum, quòd moriente vno ex grauatis, non admittitur substitutus; sed expectanda est mors omnium, cum ita sonent verba ipsius substitutionis; & eueniente morte omnium, habebit substitutus portiones omnes ipsorum grauatorum; & antequā moriantur, cedentes ab intestato, & eueniente morte omnium, debebuntur ipsi substituto, qui censebitur eas habere, non omnes ab ipso vltimo decedēte, sed à singulis pro rata, & videbitur fuisse substitutus etiam illis, qui primò decesserūt, sub duplici conditione, videlicet, si ipsi decederent, item si decederent cæteri omnes. ita declarat Io. Baptista de san. Seuerino in d. consil. 80. inter consilia Socini, col. 4. & id in effectu etiam vult Alexan. in d. cons. 91. col. 4. in 1. vol. & in d. cons. 11. col. 4. in fi. in 3. vol. & in d. §. cum ita. col. 1.
8 Ratio † autem huius communis conclusionis ex mente iuris, & omnium Doctorū in hac materia, quamuis malè se declarantium, videtur esse, quia † fideicommissum censetur onus.
9 l. si arrogator. ff. de adop. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pup. ideo nunquā debet censeri inductum, nisi vel verba id exprimant, vel mens testatoris euidentissima id necessariò inferat, vt tradit Oldrad. cons. 21. Thema. Deci. cons. 63. colum. fin. & in dubio pronunciādum est contra fideicommissum, vt tradit Crauetta cons.

10 consil.180.in fin.Et,† quamuis dici soleat,quòd fideicommissum inducitur ex coniecturis;id procedit, si sint cõiecturæ necessariæ, aut multum probabiles,& non aliter. l. Lucius. §. tres hæredes.ff.ad Trebel.Pau.de Cast. consil.151. In causa quæ vertitur.col.1.in antiquis. Ripa in d. §. cùm ita.nu.17. Iason.in l. potest.col.2. vers.sed strictius procedendo. ff. de vulga. Propterea, quando substitutio fit expressè de omnib. bonis, & expressè fit vltimo decedẽti; tũc negare non possumus, quin inter ipsos grauatos censeatur quoq; factum fideicommissum reciprocum,quia,cùm velit testator,ꝙ substitutus habeat omnia bona ab vltimo decedente; vult etiam in necessariã consequentiam, ꝙ ad ipsum vltimum decedentẽ perueniant prius ipsa omnia bona;quod certè fieri non potest sine fideicõmisso,&ita eo casu & mens testatoris,&verba denotant fideicommissum,vt declarat Bar. in l.vel singulis.ff.de vulga.Pau.de Cast. in d. l. si pater impuberes.col.fin. Soci. in d. consil.77. col.5.in 1.volu.quæ ratio cessat in alijs casibus, in quibus nõ interueniunt copulatiuè duo supradicta. nam si fiat vltimo decedenti,sed simpliciter,id est,non exprimendo ipsa bona; nullum tunc extat fideicommissum reciprocũ,d. l. vel singulis. quia fit interpretatio in partem mitiorem,id est,contra fideicõmissum,vt non censeatur includere,nisi portionem vltimi,cũ nulla subsit necessitas inferendi fideicommissum de portionibus omnium. Ita & cum deficit aliud requisitum ex prędictis duobus,id est, cùm sit quidẽ substitutio de tota re,seu de omnibus bonis,sed non fit expressè vltimo decedenti;tunc,quamuis dictum sit,(post mortem omnium;) nulla tamen subest necessitas inferendi fideicommissum reciprocum inter eos; quia siue extet tale fideicommissum, siue non extet, habebit semper volũtas testatoris suum effectum,id est, vtroq; casu transitura sunt omnia bona ad substitutum, & eodem modo, & eodem tempore,videlicet post omnium mortem. propterea, cùm nihil referat ad substitutum,quòd inter ipsos grauatos extet fideicommissum, vel non extet, neq; etiam verba testamenti id inferãt; nulla est ratio, propter quam debeamus opinari,factam fuisse inter eos reciprocum fideicommissum,stãtibus supradictis, & sit hoc primum fundamentum.

11 Secundò videmus, quòd, † quãdo substitutio facta est post mortem multorum simpliciter, id est, non adiecta dictione collectiua, seu vniuersali, omnium. extãt iura aperta probantia nullum inter eos grauatos extare fideicommissum,quamuis apposita sint verba vniuersalia ad rem,id est,si dictum sit,(in omnibus bonis.) nam, si sint extranei,id est,non succedentes inter se,tunc vno eorum decedente,statim admittitur substitutus.l.fi.§.filium. ff. de lega. 2.& l. Lucius.§. Caio. ff. ad Trebel. si verò sint ab intestato inter se successuri, tunc nõ admittitur substitutus,vno decedente,sed admittuntur cæteri, scilicet ab intestato, vt est text. in l. pater filiam,quæ à viro.§.fi.ibi, Legitimus hæres.ff.ad legem Falcid. & ibi tradunt gl. & Doctor.omnes, præsertim Alex. & qua ratione in casu præcedenti,id est, cum non est adiecta vniuersalis dictio,omnium. non subest fideicommissum reciprocũ: idem quoq; videtur dicendum in casu nostro,in quo adest vniuersalis dictio,omnium.quia non videtur posse dari probabilis ratio differentiæ inter vnum casum, & alium. nam, quamuis dictio, omnium. operetur in fauorem institutorum extraneorum, vt substitutus non admittatur,nisi omnibus ipsis decedentibus, in hæredibus tamen non extraneis nihil videtur operari talis dictio, quia ea etiam non adiecta, nõ admittitur substitutus, nisi omnibus decedentibus; &, si aliqui tãtum decedãt, stat eorum portio in pendenti. vt declarat Alexand.in d.consil. 91.col.4. in 1. vol. & in l.hæredes mei. §. cùm ita. colum.1.ita quòd ea dictio exprimit illud,quod tacitè inerat. l.3. ff.de lega.1.ergo si quò ad eos nihil operatur ea dictio,quia etiam sine ea intelligebatur adesse, quicquid posset talis dictio operari; necesse videtur fateri, quòd sicut ea non adiecta, cõstat, quòd non inducitur fideicommissum reciprocum, ita quoque non inducitur, tali dictione adiecta. Et quemadmodum in primo casu, id est, non extante ea dictione, prædilectio institutionis primo loco factæ, non operatur tale fideicommissum ; idem quoque debet in secundo casu. quia, si aliquid est, ex quo deberemus præsumere reciprocum fideicommissum inter institutos primo loco, illud deberet esse, vel quia præsumatur testatorem magis diligere ipsos omnes institutos, quàm substitutum, vel quia illa verba, (in omnibus bonis,) arguãt voluntatẽ testatoris,quòd bona maneant vnita,& eo modo vnito transeant in substitutum; & tamen nihil istorum operatur fideicommissum in primo casu.ergo neq; in casu nostro, cũ in vtroq; casu reperiantur extare duo prędicta. Et in effectu huiusmodi vniuersales dictiones solent operari id,quod sonant,videlicet,quòd substitutus non admittatur,vno tantum decedente,quæ est materia dict.§.cum ita. & l.pen. C.de impub. & cum fideicommisso reciproco nihil videntur tales dictiones habere cõmune; & quòd sit verum,patet euidenter ex Bar. in d. §. cum ita. col. fin. qui communiter approbatur, vbi vult, quòd etiam, stante dictione collectiua, vel vniuersali, admittatur substitutus

dummodò instituti non sint ex personis, quæ de præsumpta testatoris &c. & concludit Bart. per illum tex. quòd talis dictio vniuersalis, vel collectiua, resoluitur in multas singularitates, vt ibi per eum. Arguēdo igitur à sufficienti partium numeratione, cùm neque dictio vniuersalis relata ad personas, neq; ea vniuersalis relata ad res, neq; etiam prædilectio institutionis operentur fideicommissum reciprocum; non satis constat, vnde velint aduersarij fideicommissum inducere: & hoc sit secundum fundamentum; seu secunda ratio.

Tertiò videtur in effectu hanc communem cōclusionem probare text. in d.l. Titia Seio. §. Seia. vbi Iurisconsultus manifestè ponit fundamentū, quòd substitutio facta esset vltimo decedenti: inquit enim tex. (in secunda tamē adiecerit verbū, qui vltimo decesserit &c.) & non est credēdum, ea verba fuisse temerè posita, & quòd nihil operentur. l. si quando. ff. de leg.

Non obstant modo ea, quæ ex aduerso exci-
12 tātur: Et † primò, cp substitutio facta post mortem omnium, æquiparetur substitutioni factæ vltimo decedenti, vt videtur probari in l. codicillis. in prin. & ibi Bar. ff. de vsufruc. lega. quo fundamento mouetur Soci. in d. §. cum ita. dū disputando sentit cōtra communem, & Curt. iun. in locis supra allegatis. nā sine dubio hoc est erroneum eorum fundamentum, quia præter responsionē ad illum tex. quæ ibi colligitur ex Bart. & quæ est cōmunis, videlicet quòd ille tex. in secundo respōso loquitur de habitatione, & vsufructu, quorū natura est, vt in eis habeat locum ius accrescēdi, etiam post acquisitum emolumentū, ideoq; vno ex institutis decedente, non admittitur substitutus, sed accrescit alijs, & tale ius accrescendi prefertur eo casu substitutioni, quia censetur adesse voluntas testatoris, quæ colligitur ex dictione, omniū. stante habilitate ipsius materię subiectæ, id est,
13 iuris accrescendi, † quod ex qualibet leui coniectura solet præferri substitutioni. vt tradunt Doct. in Rubr. C. quan. non peten. par. adeò, cp tali casu paria sunt, cp fiat substitutio post mortem omniū, vel fiat vltimo decedenti, quia vtroque casu substitutus non est admittendus, quamdiu supereſt aliquis ex ipsis grauatis, siue sint extranei, siue nō extranei, potest aliter, & commodè responderi, videlicet cp nō dicit ille tex. neq; dicit Bart. cp paria sint duo supradicta, sed dicit, cp fideicommissum relictū post mortem omnium, videtur esse relictum ab vltimo decedēte; scilicet quò ad effectum, videlicet cp nō admittitur substitutus regulariter, nisi omnibus decedentibus. Nam, quamuis aliàs adiecta sit dictio, omniū. solet dubitari, an eiusmo-
14 di dictio † stet collectiuè, an verò distributiuè, iuxta tradita per Bar. in l. hoc articulo. ff. de hęre. insti. & sæpe contingit in hac ipsa materia substitutionum, cp stet distributiuè, vt per Bar. in d. §. cum ita. col. fi. & deciditur in l. codicillis. cp stante dictione, omnium. nō debetur legatum, nisi mortuis omnibus, & id fatetur Bar. vbi supra esse de proprietate sermonis. Sed propter id quamuis verum sit, quòd relictum post mortem omnium nō debeatur, nisi post mortem vltimi; non tamen est inferendum, quòd idem sit relinquere post mortem omnium, & relinquere post mortem vltimi decedentis, si ei fiat expresè substitutio; id est, non sequitur, quòd paria semper sint substituere in hæc verba, substituo post mortem omnium. & substituere in hæc, scilicet substituo vltimo eorū decedenti: quia, vt est vulgare apud professores
15 Dialecticæ, † multa sunt vera in actu exercito, quæ non sunt vera in actu signato, & è conuerso; veluti non valet cōsequentia, homo est animal. ergo paria sunt dicere, homo. & dicere, animal. Et tantò minus admittēda est æquiparatio
16 ratio supradicta, quia † euidens est ratio diuersitatis inter vnum modum loquendi, & alium, siue inspiciamus casum, quo fiunt substitutiones simpliciter, siue casum, quo fiūt in rotare, seu in omnibus bonis. nam primo casu si fiat substitutio post mortem omnium, cōprehenduntur portiones omnium. d. §. cum ita. & d. l. pen. C. de impub. & si fiat vltimo decedenti, censetur eius tantum portionem comprehendere, vt tradūt omnes in d.l. potest. & l. vel siū. gulis. ff. de vulga. Et pariter si fiat in secūdo casu, id est, cum fit in omnibus bonis, vt est in casu nostro; euidentissima est ratio differētiæ inter vnum modum, & aliū, quia cùm fit in omnibus bonis vltimo decedenti, inferunt omnino verba, cp bona ipsa omnia debeant prius ad ipsum vltimum peruenire, quod certè fieri non potest, nisi mediante reciproca substitutione: quæ ratio, vel necessitas non adest, cum fit substitutio in omnibus bonis post mortem omnium, vt supra deductum fuit.

Potest & tertio modo responderi ad text. in d.l. codicillis. secundum glos. ibi, quòd ratio illius text. scilicet in secundo responso, sumitur ex primo responso ipsius text. in quo narratur substitutio expresè facta vltimo decedenti; & subijcitur deinde secundus casus, tanquā pars eiusdem testamēti, & cum illis verbis, hoc amplius. quorum natura est repetere qualitates, & modificationes præcedentes; ideoq; tamen quòd vna pars testamenti declarat aliam. l. qui filiabus. ff. de lega. 1. tamē propter prædicta repetitiua verba, mirandum non est, quòd concludit Iurisconsultus in secundo etiā responso, ceseri ab vltimo fuisse relictum.

Non

Non obstat, quod secũdo loco obijcitur de
17 persona, † quæ ex præsumpta voluntate testatoris solet excludere substitutum, vt videlicet stantibus eiusmodi personis, censeatur inter eas facta reciproca substitutio, ne alioquin substitutus extraneus præferatur talibus personis, vt conatur demonstrare Soci. in d. §. cũ ita. & Curt. in d. consil. 11. & 16. & 43. & 156. dicens id esse de mente Bart. in d. l. condicillis. colum. 1. Nam præterquàm quòd huiusmodi limitatio nimium restringeret communem ipsam conclusionem, & eam quasi eluforiam redderet, quia rarò est, quòd tales substitutiones, & prouisiones fiant extraneis, vt docet experientia; adeoq; nullatenus credendum est, eam esse de mente Doctorum supradictorum, qui conclusionem ipsam dicunt communem absolutè, & indistinctè de ea loquendo, dicitur, limitationem hanc non posse subsistere, cùm regula sit,
18 quòd † personæ illę, quæ ex coniecturata mente testatoris præferuntur substituto, veniũt ab intestato, & non ex testamento. l. cum auus. ff. de condi, & demon. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. Lucius. la. 2. vbi gl. communiter approbata. ff. de hære. insti. Et ratio talis regulæ est in promptu, quia persona excludens substitutum ex coniecturata mente testatoris, non semper nominatur in testamẽto, vt patet in d. l. cum auus. ergo impossibile est, q; ex testamẽto succedat, qui in testamẽto neq; specialiter, neq; generaliter est vocatus, quia qui nõ comprehenditur sub verbis, non comprehenditur sub dispositione. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec.
19 & est communis conclusio, quòd † ad hæc vt quis excludat eo modo substitutum, satis est, quòd sit vel de liberis, vel generalius sit de successuris ab intestato, scilicet in proximiori gradu, quã sit substitutus, vt post alios tradit Deci. in d. l. pen. col. pen. C. de impub. & al. substi.

Item prædicta limitatio videtur contra tex. in d. l. pater filiã. §. fin. ff. ad leg. Falcid. vbi substitutio facta duobus filijs, interpretatur quidem; vt vno eorum decedente, succedat alter, & præferatur substituto; non tamen ex testamento, sed ab intestato, vt patet ex verbis illis, legitimus hæres, vt supra dictum fuit ad aliud
20 propositum, & quamuis † in illo tex. tractetur de substitutione facta simpliciter, id est; sine dictione vniuersali, omnium. id tamen nihil videtur referre. nam, cùm eiusmodi personæ præferantur substituto, non ex verbis, sed ex coniecturata mente testatoris; non est curandũ de verbis ipsis in hoc proposito, præsertim cùm euidenter constet, ea esse verba, quæ nihil possunt hic operari, quia, vt supra dictum fuit, dictio, omnium. nõ operatur ad exclusionem substituti, nisi quãdo substitutio fit extraneis. d. l. fin. §. filium. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. si enim fiat substitutio ijs, qui inter se sunt ab intestato successuri, quilibet eorum præfertur substituto, scilicet extraneo, siue adiecta sit dictio, omnium. siue non sit adiecta. d. l. pater filiam. §. fin. & de hac differentia inter extraneos, & non extraneos, tradit Alexand. in d. consil. 91. colum. 4. in primo vol. & d. cons. 11. colum. 4. in 3. vol. cùm ergo talis dictio, omnium. nihil faciat ad exclusionem substituti, neque ad ipsius grauati admissionem in successione alterius grauati; necesse est fateri, quòd pariter nihil faciat ad hoc, vtrũ talis grauatus succedat alteri ex testamento, vel ab intestato, quia negato principali, negantur accessoria, iuribus tritis.

Præterea cùm fideicommissa nunquã præsumenda sint, nisi vbi vrgent vel verba, vel voluntas vt supra dictum fuit, & hic nulla subsit necessitas inducendi tale fideicõmissum, quia satis est, quòd talis persona præfertur substituto, absurdum videretur tale fideicommissum hic præsumere,

Et nihil adducit Soci. quod vrgeat, nam & hic præsupponit, quòd paria sint, substituere post mortem omnium, & substituere vltimo decedenti, quod quidem non est verum, vt supra dictum fuit. Et pariter Cur. iun. mouetur ex dicto Bar. in d. l. codicillis. qui duntaxat ait, quòd talis persona præfertur substituto; & debet Bart. intelligi, quod præferatur ab intestato, vt etiam tradit Ripa in d. §. cum ita. nu. 27.

Iacob. Mand. Alben. I. V. D. saluo &c. Papiæ. 1546. 7. Martij, pro multum Magnifi. Iurisc on. D. Gabriele Panirola Mediolanensi.

De eadem materia.

21 POSTQVAM ea scripsi, quæ superius continentur, propositum † mihi fuit ex aduerso Consilium D. Parisij. 43. Dominus Ambrosius. in 2. vol. vbi per. 12. col. tractat hanc materiam, & conatur docere, contrariam opinionẽ esse veriorem, & magis cõmunem. Sed, quamuis non sit leuis eius autoritas, veriorem tamen, & magis cõmunẽ omninò esse puto opinionem, quam supra secutus sum, cùm rationes, quas pro ea deduxi, videantur omninò concludentes: neque eas videatur attigisse D. Parisius, tantum abest, vt eis respõdeat; & maior etiam numerus Doctorum stat pro ea, præsertim quòd quamplures ex ijs, quos Parisius adducit loquuntur in alijs terminis, vt modò dicetur. Et ex deductis p ipsummet in quatuor priorib. columnis facilè patet, hãc opinionem

esse veriorem. nam ea, quæ deinde ipse in col. sequentibus tradit, non videntur concludentia; quinimò sunt sublata in effectu per ea, quę ego superius deduxi.

Nam primò in 4. col. in fine nu. 24. cõstituit
22 D. Parisius primum fundamentum, quòd † in fideicommissis spectanda est potissimum voluntas testatoris &c. Sed hoc fundamẽtum nihil in se habet, quia verum quidem est, spectari voluntatem in fideicõmisso, scilicet in eius interpretatione, cùm iam cõstat, illud esse introductum; in eo autẽ introducendo opus est verbis expressis, vel coniecturis vrgentibus, & quę omninò concludant; & in dubio iudicandum est, fideicommissum nõ subesse, cum sit onus. ita Pau. de Cast. cons. 151. In causa quæ vertitur. col. 1. in antiquis. Ias. in l. post. col. 2. ff. de vulga. Ripa in d. §. cum ita. num. 17. & passim per Doctor. vt etiam tradit moder. Crauetta cõs. 180. in fi. adeò, quòd primum hoc eius fundamentum retorquetur in contrarium, vt ego deduxi in prima ratione.

Secundum eius fundamentum, nu. 25. est ex tex. in d. §. Seia libertis. sed ille tex. probat contrarium à contrario sensu, vt supra ego deduxi in tertia ratione.

Tertium eius fundamentũ, nu. 26. est, quòd paria sint substituere vltimo morienti, & substituere post mortem omnium, quod certè est falsum, vt superius demonstraui.

Quartum, nu. 28. est ex gl. in l. si pater impuberes. & ibi Pau. de Cast. & Alexan. in fin. & Ias. nu. 4. ff. de vulga. Sed hoc non facit ad propositum, quia procedit in alijs terminis, videlicet an substitutus multis simpliciter admittatur, etiam quòd vnus tantum decedat, an verò sit expectanda mors omnium, quæ est materia l. pen. C. de impub. substi. & dicti. §. cùm ita. & diuersa à casu nostro, vt etiam superius deduxi; quinimò hoc fundamentum potest retorqueri in contrarium, nam volunt gl. & Doct. prædicti, quòd aliquo ex institutis superstite, non admittatur substitutus, si ille superstes sit persona, quæ ex coniecturata mente testatoris debeat substitutum excludere, talis autem persona censetur venire ab intestato, non autem per fideicommissum, vt Bar. tradit in l. quidã testamento Proculum. in fi. ff. de vulga. substi. & superius etiam tetigi ad aliud propositum.

Et videns D. Parisius etiam opinionem esse periculosam, voluit confugere ad distinctio-
23 nem, † seu limitationem quandam; quæ tamen quicquã pro eo non facit, sed potius retorquetur in contrariam. nam ipse nu. 33. & num. 43. postquàm confessus est, eam opinionẽ esse dubitabilem; subijcit eam posse defendi saltem in casu, quo ipsa conditio substitutionis verificata fuit in personam primi, & nõ in personam vltimi. qui modus loquendi videtur impertinens, atq; extra propositum casus nostri. nam ea distinctio, vtrum verificetur cõditio in personam primi, an vltimi, pertinet ad materiam dictæ l. pen. & dict. §. cum ita. & §. filium. quẽ text. ipse Parisius ibi etiam adducit, videlicet cùm queritur, an substitutio facta pluribus sub aliqua conditione, requirat implementũ conditionis in persona omniũ simul, an verò censeatur adiecta singulis, ita vt in quolibet corũ verificetur; & eo modo loquitur Corne. per Paris. adductus, scilicet Cor. in d. l. pe. & si contingat conditionem verificari in primo, adeò quòd alij supersint, excluditur substitutus, & admittuntur superstites; non tamẽ per fideicõmissum, sed ab intestato, vt est tex. in l. pater filiam, quæ à viro. §. fi. ibi, legitimus hæres. ff. ad leg. Falcid. & cum prædicta limitatione miscet Parisius aliam, scilicet nu. 35. quæ pariter sublata est ex supradictis. nam inquit, quòd saltem censetur inductum reciprocum fideicommissum, quando persona supereft, quæ ex præsumpta mente testatoris excludit substitutũ, & adducit Bart. in d. §. cum ita. col. 2. vers. vnde solluit glos. & vers. non enim est alius. cum alijs sequen. sed Bar. loquitur in alijs terminis, videlicet in terminis limitationis præcedẽtis modò deductæ. Prętereà talis persona excludens substitutum, venit ab intestato, & non per fideicõmissum, vt sæpe dictũ fuit: & mirum est, quòd ipse Parisius. nu. 64. velit, quòd talis persona veniat per fideicommissum, per text. in d. §. Seia. libertis. nam tex. ille procedit in casu, quo clarè ex verbis constat extare fideicommissum.

Et D. Parisium malè sentire in hoc articulo, euidentius constat ex responsionibus, quas ipse adducit ad fundamẽtum alterius opinionis. nam omissis responsionibus, quas tradit num. 39. 40. & 44. quia procedũt in alijs terminis, vt modò dictum fuit; subijcit aliam responsionẽ, nu. 50. & 53. dicens, quòd, quamuis substitutio nõ sit expressè facta vltimo decedenti, quòd id tamen tacitè censetur actũ ex tacita mente testatoris &c. quæ responsio cõfunditur per ea, in d. §. Seia libertis. vbi Iurisconsultus id omnino exigit, quòd sit facta vltimo decedẽti. Et vt supra dictum fuit, fideicommissa in dubio non præsumuntur. Deinde à num. 34. vsque ad nu. 63. multis verbis conatur docere, q, quamuis in vulgari, & pupillari substitutione possit volũtas testatoris habere effectum, etiã quòd succedatur ab intestato; secus tamen in fideicommissaria, nisi subesset fideicommissio reciprocum, quia cessante tali fideicommissio, posset quilibet eorum cõferre bona in hæredẽ extraneum. Sed hęc eius deductio nihil habet, si ma-

si materia hæc bene intelligatur, id est, ex com-
24 muni Doctorum interpretatione. † cùm enim dicimus inter multos instítutos non subesse reciprocum fideicommissum, non propterea negamus, quin extraneus substitutus censeatur substitutus singulis. nam verba id omninò exigunt, quæ illum vocant ad totam hæreditatem, & quamuis non sit admittendus, nisi omnibus mortuis, adeò, quod aliquo corũ viuente, nihil ad substitutum pertineat; omnibus tamen mortuis, poterit totam hæreditatem petere, & bona ad se auocare, etiam si fuerint alienata, vt declarat Io. Baptista de San. Seuerino in d. consil. 80. inter consilia Socini. col. 4. & Alex. id in effectu vult in d. consil. 91. col. 4. in primo vol. & consi. 4. in fi. in 3. vol.

Idem Iacobus Mandellus Albensis, Mediolani. 1546. 16. Octobris.

ARGVMENTVM.

De eadem materia, quando inter institutos censeatur inductum reciprocum fideicommissum, & de eadem conclusione. Quòd si substitutio est facta in omnibus bonis post mortem omnium, nùm censeatur tunc induci reciprocum fideicommissum. Et est Consilium præstantissimum D. Andreæ Alciati, quod inueni insertum cum præcedenti cons. D. mei de Alba.

SVMMARIVM.

1 COMMVNIS *conclusio est, quòd, si substitutio sit facta vltimo morienti, & sit facta in omnibus bonis; testator censetur fecisse fideicommissum reciprocum inter institutos.*

2 *Verba substitutionis si sint concepta post mortem omnium. an idem sit, ac si expressè esset grauatus vltimò moriens, & vide nume. 9.*

3 *Et quid si testator non dixit, de omnibus filijs. sed vsus est dictione, quicunque.*

4 *Dictio, quicunque. est vniuersalis distributiua, & attribuit actum insolidum.*

5 *Distributiua, quæ respicit verbum decedendi, non autem modum succedendi, intelligitur secundum verbum, cui est applicata.*

6 *Dictio, quicunque. aliquando stat collectiuè, non autem distributiuè, & maximè in verbis substitutionis.*

7 *Verba substitutionis si sint concepta per copulam, videlicet, Petrus & quicunque alij filij, an censeatur inter eos esse fideicommissum reciprocũ.*

8 *Testator præsumitur voluisse accõmodare voluntatem suam secundum statuta.*

9 *Substitutio quando est facta in omnibus bonis vltimò decedenti, sicut tunc inducit substitutionem reciprocam inter ipsos grauatos; an idem quoque sit, quando non est facta vltimo morienti, sed simpliciter post mortem omnium, & concludit quòd non.*

10 *Persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludit substitutum, non venit iure fideicommissi, sed ab intestato.*

11 *Substitutio facta in omnibus bonis post mortem omnium, adhuc non inducit fideicommissum reciprocum inter institutos, dato, quòd instituti sunt prædilecti substitutis, prout voluerũt aliqui, & malè.*

Consilium XXXII.

IN Christi nomine. Insequendo ordinem propositæ dubitationis, videndum est, an subsit in præsenti casu fideicommissum aliquod ex verbis testatoris, qui sibi Petrum, & quoscunque alios filios sibi de legitimo matrimonio nascituros instituit; & si dictus Petrus, & quicunq; alij filij decederẽt sine filijs ex legitimo matrimonio natis; tunc ipsi filio meo, seu filijs, in omnibus bonis substituit filias fœminas.

Et videtur, quòd subsit fideicommissum inter ipsos, & vltimo decedente, debeant admit-
1 ti fœminæ: quia † communis conclusio est, quòd, si substitutio sit facta vltimo morienti, & sit facta in omnibus bonis; videtur testator non singulariter conseruasse ius legitimarum hæreditatum inter eos, sed fecisse fideicõmissum, vt præcedẽs teneretur restituere sequenti. l. Titia Seio. §. Seia. de lega. 2. Ange. Imol. Aret. in l. si pater impuberis. de vulga. & pup. & est cõmunis cõclusio, vt p Ias. in l. potest, & l. se quã. ff. co. ti. & videtur istud esse in casu nostro.

2 Nec obstat, quòd verba † substitutionis non sunt concepta in casu vltimi morientis, quia ex quo sunt concepta post omnium mortem; idem est, ac si expressè esset grauatus vltimo loco moriens. l. codicillis. vbi Bart. de vsufruc. lega. D. Alex. d. l. si pater impuberis.

3 Nec etiam obstat, quòd † testator non dixerit de omnibus filijs, sed vsus sit dictione, quicunque. quæ † dictio est vniuersalis distributiua, & attribuit actum insolidum. l. edicto. & l. ait diuus. de iure fisci, per Bartol. & Imo. in l. hoc articulo, de hære. instit. & propterea videretur filias admittendas ad fideicommissum, vno quocunque morienti, non autem expectari mortem vltimi decedentis, & consequẽter in omnem casum fratres ipsos subijci fi-
4 deicommisso; quia respondeo, quòd † ista distributio respicit verbum decedendi, non autem modum succedendi ipsorum filiorum; & propterea intelligitur secundum verbum, cui est applicata. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. Paulus de Castr. in l. substitutione. de vulga. & pup. Signorol. de Homodeis in in consilio 57. in penultima columna. Abb. in

consil. 107. colum. vlti. in princip. Præterea
6 apparet de mente † testatoris capientis istam dictionem pro collectiua, ex quo in institutione instituit Petrum, & quoscunque alios, non enim potest stare distributiuè, & attribuere actum vnicuique insolidum, prout est sua natura, ex quo non possunt esse plures hæredes insolidum, vt declarat Bart. in d. l. hoc articulo. argumen. illius. l. in fin. meritò in verbis substitutionis dicitur capi eodem modo, vt stet collectiuè. argum. l. seruus plurium. in fin. de lega. primo. l. cum pater. §. imperfecta. de lega. secundo, cum nota. ibi per Iaſ. l. qui filiabus. de lega. 1.

Nec obstat, quòd † verba substitutionis sint
7 concepta per copulã, videlicet, Petrus & quicunque alij filij. tanquam requiratur concursus vtriusque copulati ad hoc, vt conditio verificetur. l. si hæredi plures. de condi. Barto. l. 1. de iusti. & iu. & iste concursus non possit interuenire, ex quo Petrus mortuus est relicto filio; ergo conditio deficit, & consequenter nullum fideicommissum subest. l. penul. C. de impub. Nam respondeo, quòd ex quo concurrentibus istis duob⁹, quòd sit substitutio facta post mortem omnium, & quòd sit in omnibus bonis; lex præsumit voluntatem defuncti, quòd hæredes censeãtur inter se inuicem substituti per iura supra allegata; non curatur deinde de improprietate illius copulæ, ex quo lex prefert voluntatem verbis, vt in istis terminis dicit expresse text. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. istud etiam volunt communiter Doctor. ibi, & etiam Bald. in consil. 119. Super primo quæsito. in vlt. col. in 4. vbi loquitur in simili institutione facta, si filius & omnes fratres decesserint sine liberis, an vno moriente cum liberis, expiret fideicommissum; & concludit, quòd licet ex vi sermonis substitutio euanescat, non tamen ex intentione testatoris, quæ est attendenda, vt per eum. & licet Bal. ibi concludat, quòd aliquo decedẽte sine filijs, in portionem illius admitteretur substitutus, prout est communis opinio in l. quidam in testamento. de vulga. & ibi per Alexand. tamen in casu nostro non puto, quòd vltimo ita decedente, admitterentur filiæ, ex quo ista non præsumitur fuisse mens testatoris, † qui voluit præferre
8 masculos fœminis, & accommodare voluntatem suam secundum statuta, vt dicit Bart. in d. §. cum ita. vbi per hoc limitat illum text. argu. dict. l. penult. C. de impub. & firmat per multa Corneus in consil. 383. Videtur prima facie. in primo. Et ista sunt, quæ reddunt istam partem valde dubiã, & faciunt casum valde difficilem.

Sed tamen his non obstantibus, puto contrariam partem esse veriorem, quòd imo non sit aliquod fideicommissum: & tota diffi-
9 cultas dependet, an † conclusio Doctorum volentium, quòd si fit substitutum vltimo decedenti in omnibus bonis, censeatur facere substitutionem inter ipsos grauatos; habeat locũ, quando non est facta substitutio vltimo morienti, sed simpliciter post mortem omnium. In quo puncto Alex. in l. si pater. arguendo videtur concludere, quòd sic, per d. l. codicillis. & idem dicit Barto. Socin. in d. §. cum ita. in 3. col. versic. aliquando fit substitutio post mortem plurium honoratorum in tota hæreditate, & videntur tacitè inuicem substituti, & excludunt substitutum expressum; quia tunc videtur testator substituisse expresse vltimo morienti: & id propter præsumptam mentem testatoris, sicut in casu d. l. codicillis. substitutio in vsufructu post mortem plurium, censetur facta vltimo decedenti, ex quo interest grauatorum ita esse factũ propter ius accrescendi; ergo idem si ex coniunctione sanguinis præsumimus de voluntate defuncti, secundum Bar. ibi. confirmatur etiam per nota. in l. qui duos. de vulga. vbi si substitutio sit facta duobus pernomen collectiuum, non vocabitur substitutus, nisi post mortem vltimi, quando isti institui aliàs essent ab intestato sibi inuicem successuri.

Sed ista dicta mihi non placent, nec sunt vera, nec communiter tenentur, quicquid dicat Socin. Et propterea concludo, quòd imò substitutio facta post mortem plurium non est similis illi substitutioni, quæ fit vltimo morienti, ad hoc, vt inducat tacitum fideicommissum inter ipsos grauatos. istud probatur manifestè ex ratione dicti §. Seia libertis. quam ibi assignat Ioan. de Imo. post Dyn. & alios, & expresse sentit tex. nam, quando fit substitutio in tota hæreditate ei, qui vltimo decesserit, vt renetur totam hæreditatem restituere; si tenetur, ergò mens testatoris fuit, vt totam haberet, & cõsequenter, vt portiones cæterorum in eum deuoluerentur; meritò ergo ex mente defuncti, quam & verba satis inducunt, inducitur fideicommissum inter grauatos: sed quando restator substituit simpliciter post mortem omnium, nec mens, nec verba inferunt aliquod fideicommissum inter eos. Propterea in casu considerato per eum, ostendo alia ratione, ꝙ sua opinio non potest procedere. nam, quando grauati excludunt substitutum ex præsumpta mente, prout est in casu nostro, in quo masculi censentur prælati fœminis, prout etiam essent prælati ab intestato ex forma statuti, vt per Bar. in d. §. cum ita. substitutio ipsa expressa euanescit ex præsumpta mente, vt dictũ est; ergo etiam inter eos tacita dicitur euanescere,

quia

quia vitiato expresso, vitiatur & tacitum. l. si sponsus. §. 1. de dona. inter virum & vxo. nam illud tacitum fideicommissum inter grauatos non inducitur, nisi vt vltimus possit deinde euenientе casu restituere integram hæreditatẽ expressè substituto. d. §. Scia liberris. & ibi Doct. sed quando grauati excludunt ipsum substitutum, cessat ratio; ergo non est dicendum subesse aliquod fideicommissum, nec Bart. in d. l. codicillis. dicit contrarium; quia, licet conludat, an supersit persona, quæ † ex præsumpta voluntate defuncti excludat substitutum; non tamen vult talem personam admitti vrure taciti fideicommissi, potest enim iure legitimo ab intestato. l. vel singulis. de vulga. l. pater filiam. §. fin. ad leg. falcid. Alexan. consil. 91. in primo. in 9. colum. vel fi. prout ibi loquitur Bar. Nec etiam notata in l. qui duos. faciũt ad propositum, quia ibi substitutio expressa nõ extinguebatur, prout in casu nostro, in quo extincta expressa substitutione, disputatur, quid de fideicommisso inter ipsos grauatos: imò ipse text. videtur concludere contra ipsorum opinionẽ, etiã quòd ibi substitutio facta post mortem amborum non censeatur facta, etiã quòd vltimus decesserit, nisi quando hæreditas erat deuoluenda ab intestato vltimo, ne dum propter coniunctionem, sed etiam quia erant impuberes, & non poterant testari; & sic si potuissent testari, aliud erat in casu nostro. Nec Alexand. in dict. l. si pater impubeguit, & contra Alexand. expressè decidit Iason in dicta l. vel singulis. & ipsemet dictus Alexand. in consilio 101. in 6. columna. versicu. non obstat quantum. in primo, vbi allegat plura. Cùm igitur non est facta substitutio vltimo morienti, non est dicendum, quòd sit aliquod fideicommissum inter eos. l. fin. §. filiam. de lega. 2. l. Lucius. §. Caio. ad Trebel. & ita est de mente Bart. & omnium in dict. §. cum ita. & in dict. l. pater filiam. §. fin. Et propterea concludo, quòd quilibet ex ipsis fratribus poterit disponere de bonis suis ad libitũ, non habito respectu ad fideicommissum, quia nullum subest inter eos. Est verum quòd si cõtingeret, quòd aliquis ipsorum fratrum vltimo loco moreretur, nullis relictis filijs masculis, & non superstitibus fratribus, neque fratrum filijs; eius portio deuolueretur ad sorores substitutas. d. §. cum ita. & quia isto casu cessat præsumptio mentis testatoris orientis ex causa intestata propter statutũ. de quo Bar. ibi, & tali casu non existeret, qui sorores etiã possit excludere. Et hoc procederet, si superuiuerent ipsæ sorores, quia aliàs ius fideicõmissi cõditionalis nõ trãsmitteretur. l. vnica. §. finautẽ aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. & istud est clarissimum quò ad moniales professas, quæ statuto Mediolani habentur pro mortuis hora præambula, qua fecerunt professionem; quod semper fuit obseruatum, licet eius validitas sit de iure dubia. Et istis stantibus, sequentia dubia non habent difficultatem, quia nedum legitima, & Trebellianica, sed etiam cætera bona sunt ad arbitrium ipsorum, & poterit D. Albertus testari ad libitum suum, & idem D. Ioseph. nec quærendũ est, an mater illi ab intestato succedat, quia cũ transierit ad secunda vota, ex forma statuti est penitus excluſa, etiã à legitima, & propterea non est diutius insistendum.

VERBA TESTAMENTI.

ITEM *lego & iudico quibuscunque filiabus meis legitimis tam natis quàm nascituris de legitimo matrimonio libras octo mille Imper. pro qualibet earum, & hoc pro earum dotibus, & scherpa, & alijs, quæ communiter dantur sponsis, sibi dandas per infrascriptum hæredem meum, seu infrascriptos hæredes meos tempore, quo maritabuntur, & in hoc volo, & iubeo, ac mando eas filias meas stare debere tacitas, & contentas, & vlterius nihil posse petere, nec consequi, in, & super hæreditate, & bonis meis.*

In omnibus autem alijs meis bonis mobilibus, & immobilibus, ac iuribus, nominibus debitorum, quæ habeo, & die obitus mei reliquero, instituo mihi hæredem vniuersalem, seu hæredes vniuersales Petrum de Tinctoribus filium meum legitimum, & quoscunque alios filios meos legitimos masculos nascituros, & procreandos de legitimo matrimonio, ore meo proprio nominando, & nominaui, & nomino supra scriptum Petrum filium meum legitimum, & quoscunque alios filios meos legitimos masculos nascituros, & procreandos de legitimo matrimonio, vt supra, hæredes vniuersales æquis portionibus, & cum oneribus supra scriptis.

Et casu quo dictus Petrus, & quicunque alij filij mei legitimi, seu qui nasci, & procreari contigerit, vt supra, decederent sine filio, seu filijs legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, seu procreandis: tunc, & eo casu ipsis filio, & seu filijs meis legitimis, vt supra, & mihi, & in prædictis omnib. bonis meis, & vt supra, instituo, & substituo hæredes vniuersales, ore meo proprio nominando, & nomino quascunque filias meas legitimas natas, & nascituras de legitimo matrimonio, vt supra, æquis portionibus, cũ oneribus supra scriptis.

Supra scriptum Consiliũ iam 25. elapsis annis à me, cùm Aninioni profiterer, compositũ fuit, & nuperrimè in Ferrarien. Gymnasio, cũ legerem, l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. eandem opinionem, re diligenter perpensa, sum

1 cabitur. Nam præsuppositò, † quòd Communitas habeat intentionem fundatam imponẽdi onera istis bonis, & alia faciendi, quæ fieri solent ratione subiectionis, cùm probatum sit, ea esse sub eius territorio. l. forma. §. si verò quis agrum. ff. de cens. & per Deci. consil. 271. col. 2. etiam si personæ sint forenses, inspecta hodie generali consuetudine, vt per Alex. consil. 52. Visis. in 5. vol. Dec. consil. 694. & id pariter procedat, etiam si talia bona non reperiantur in æstimo descripta, vt per Deci. consi. 285. Et præsuppositò etiam, quòd specialiter fundatam habeat intentionem, quòd præcisè huiusmodi bona sint sub eius iurisdictione, & continuè fuerint vsq; in diem præsentem, cùm probatum sit, quòd in grangijs ipsorum bonorum Communitas constituit locũ, in quo exigitur pedagium, & semper, atque indistinctè exegerit. nam † talis actus iurisdictionalis, quamuis
2 sit vnicus, probat tamen iurisdictionẽ in vniuersum, si nemo probet, se in contrariũ exercuisse alios actus. Innocen. in ca. dilecto. de offi. Archid. Abb. per illum text. in c. 1. colum. 1. versi. vltimò tene menti, de religio. dom. & cõsil. 54. Videtur. col. 2. in 1. vol. consi. 82. Quãquam. col. 3. eo. vol. Alex. consil. 86. Et viso. co
3 lum. pen. 2. vol. ficut † alibi dicitur, quòd per solam erectionẽ furcarũ probatur iurisdictio, vt plenè per Deci. consil. 249. post Oldrad. cõsil. 161. Thema tale est. videtur præter hæc, posse tertio modo firmius, & clarius fundari intẽtio ipsius Cõmunitatis ex instrumento transactionis per ipsam partẽ aduersam producto. nã summa, & effectus dictæ transactionis fuit, quòd Communitas fecit liberationem, absolutionem, & cessionem Dominis Benetarum de omni eo, quod potuisset ab eis petere occasione talearũ, & aliorum omnium onerũ temporis præteriti, & fecit cum eis pactum de non petendo in perpetuum. deinde conuenerunt, non de bonis, sed de personis; & dictum fuit, quòd ipsi fratres de Costis, ac eorum hæredes, & quicunque successores deberent esse in futurum immunes, & liberi à quibuscunq; taleis, & oneribus imponendis propter dicta bona; & conuentum fuit, quòd pro ea immunitate persoluerẽtur singulis annis floreni quinque &c. Hic enim omissa disputatiõe, an † hæc
4 immunitas comprehendat successores Modernos, qui sunt successores singulares, vt facilè posset sustineri, quòd eos non comprehendat, iuxta tradita per Iaf. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. præsertim cùm hic tractetur de transactione, quæ est stricti iuris, non autem de priuilegio Principis, quod latè solet interpretari; adeò, quòd cessant ea. quæ tradit Alexan. consil. 193. colum. 1. in 2. vol. Sed hoc (inquam) omissò, constat & ex verbis, & effectu ipsius transactionis, quòd hæc bona reputata fuerũt pro subiectis ipsi territorio, & oneribus Cabal
5 larij maioris, quia † qui petit immunitatem, censetur fateri subiectionem, & qui remissionem talearum præteritarum, censetur fateri se obligatum, quemadmodum qui petit simpliciter absolutionem ab excommunicatione, censetur fateri se excommunicatũ. cap. venerabilem. §. pen. extra de elec. & est communis conclusio Barto. & aliorum in l. decem. ff. de verborum obligationib. quòd priuatio tunc absolutè præsupponit habitum; & petitio veniæ præsupponit delictum, & petitio remissionis præsupponit obligationem, quãdo sumus in his, in quibus potest aliquis confitendo sibi præiudicare, velut in præsenti casu, cùm nõ sit
6 dubium de iure, quin † possit aliquis subijcere alijs & bona, & seipsum, vt per Specu. de feud. §. quoniam super. & passim per Docto. insuper in dicta transactione extat, vt dictum est, prõmissio annua florenorum quinque, quæ in dubio arguit subiectionem. cap. omnis annua. extra de censi. Et † contractus dubij inter-
7 pretantur per signa, & effectus, vt ait Oldrad. consil. 159. Ex præsenti themate. in princip. vt habetur in l. non codicillum. C. de testament. & in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. & tantò magis hæc procedunt, quia in narrationis præambulis verbis ipsius transactionis facta fuit mentio de controuersia subiectionis, & ea non obstante, conuentum fuit eo modo, qui dictus est, & qui præsupponit subiectionem; & limitata fuit talis subiectio, vt quò ad taleas, & onera præstarentur dicti floreni quinque.

Propterea, cùm iam esset controuersia de subiectione, & super ea fuerit transactum in tali modo, qui præsupponit subiectionem, sed limitatam per immunitatem; negari nõ potest, quin subsit talis subiectio, vt apertè sonãt verba, & effectus transactionis; & credendum est, mentem contrahentium fuisse, vt omnis eius-
8 modi controuersia sopiretur, cùm † talis soleat esse finis transactionum. l. 1. ff. de transac. & l. 1. & 2. ff. de iureiuran. & cùm dici non possit, fuisse sopitam controuersiam ita, vt bona nullo modo essent subiecta, quia effectus repugnat, vt dictum est; necesse est fateri, fuisse sopitam, vt remanerent subiecta, cùm inter duo opposita, non soleat dari medium. Et ex alijs verbis ipsius transactionis constat etiam de tali subiectione. nam postquã fuit cõuentũ de immunitate, subiecta fuerũt hęc verba, videlicet. Et ita, quòd de cætero pro his nõ possint per dictam Communitatem inquietari, &c. dum enim dicitur, quod pro his, scilicet taleis & one-

& oneribus inquietari non possint; manifestè senserunt, quòd quò ad alios respectus, si contingerent, possent ratione talium bonorum
9 inquietari, quia † vnius exclusio, est inclusio alterius. c. qualis. 25. distinc. & l. cum prætor. ff. de iudi. quod vtique nihil aliud fuit, quàm fateri, & conuenire, quòd ipsa bona censerentur subiecta ipsi territorio, & Communitati; nec alioqui fuisset opus transigere super immunitate, vt dictum fuit.

Neque his obstare videntur inuestituræ aliquot productæ ex aduerso, in quibus fit mentio de huiusmodi bonis Monturoni, tanquam essent bona feudalia; quoniam respondetur, q̃
10 † similes inuestituræ non possunt præiudicare iuribus tertij, vt not. in c. 1. §. si quis fecerint. in titu. quo tempore miles, neque Princeps censetur velle tertio præiudicare, vt Alexan. tradit consil. 87. Accuratè. colum. 2. in 6. volum. Deci. consil. 144. col. 1. in fin. & tantò minor habenda est ratio de inuestituris istis, quia nulla ex eis extat, in qua per Principẽ fuerint expressè, & distinctè concessa in feudum hæc bona; sed sunt generales, & simplices recognitiones factæ per ipsos nobiles de Costis, de alijs bonis versus Illustrissimos Duces; & incidenter, atque vnico verbo inferebatur mentio istorum bonorum, qui actus procul dubio non magis auferunt ius tertij, quàm si quis venderet rem alienam. Et iam de mala fide in hoc proposito ipsorum nobilium tunc de Costis, constabat ex prædicto instrumento transactionis, in quo habita fuerat mentio de aliquibus eiusmodi inuestituris, & eis non obstantibus, conuentũ erat, vt dictum fuit.

11 Non etiam obstat, si obijciatur, quòd † bona hæc non reperiuntur descripta in registro, seu catastro Communitatis; quia respõdetur, quòd imò erant descripta, sed propter depræ-
dationes, & alios excessus militares fuerunt dissipatæ scripturæ omnes existentes in archiuo ipsius Communitatis, & ferè omnes combustæ, vt concludenter probatum fuit; & satis
12 fuisset † etiam probare simpliciter depopulationem oppidi, vt tradit Afflic. Neapolita. decis. 13. in 3. col. quia credendum fuisset, scripturas fuisse amissas, vt tradunt Ang. & alij in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. & Paul. de Cast. in l. sicut iniquũ. C. de fide instru. Et quamuis talis amissio scripturarum nõ sufficiat ad probandum, quòd in eis extarẽt scripturæ continentes registrationem istorũ bonorum; sufficit tamen ad excludendam supra dictam præsumptionem obiectam, quòd non repereantur registrata, vt per Docto. supradictos. Præterea videtur probatũ, quòd essent registrata, quia repertus fuit vnus liber catastri ex antiquioribus, in quo erant registrata. &
13 † quamuis liber ille non sit subscriptus, si tamẽ probatum fuit, vel si probabitur, quòd liber iste fuerit repertus in archiuis, & quòd archiui solerent haberi in custodia, & adhiberi fides scripturis in eo repositis; tunc plenè probabit, vt tradit Felin. in c. ad audientiam. col. 5. versi. quinta conclusio, de præscrip.

14 Non etiam obstat, † si ex aduerso allegetur præscriptio, quia respondetur, quòd cùm ipsa pars allegauerit, videlicet transactionem, & iudicialiter produxerit, & super ea constituerit fundamentum; non potest iuridicè allegare præscriptionem, nisi quatenus sit conformis ipsi titulo. si autem excederet titulũ, esset præscriptio cum mala fide, quæ non potest prodesse. ita est text. in c. pen. extra de præscrip. & tex. in c. cum personæ. §. quòd si tales. de priuileg. in 6. & ibi expresè Gemi. colum. fin. declarat aduersus illos, qui promiscuè allegant titulum, & præscriptionem. vndè, cum in casu nostro titulus sit limitatus, videlicet ad immunitatem qualificatam, non potest præscriptio tales qualitates excedere.

Stante igitur hac conclusione, quòd bona ipsa sint subiecta territorio, & Communitati Caballarij cum immunitate prædicta, median te annua solutione dictorum florenorũ quinque, infertur alia conclusio ad decisionem ca-
15 sus nostri, quòd, † quamuis transactio ipsa sit seruanda & pro præteritis, & præsentibus, atq; futuris temporibus, cum longo cursu temporum, & tacito consensu populi sæpius fuerit approbata; nihilominus temperanda videtur altero de duob⁹ modis, videlicet, vel interpretanda, quòd euenientibus oneribus valde excessiuis, atq; insolitis, prout euenerunt ab aliquot annis citra, non sit interim seruanda ipsa transactio, sed subeunda sit rata portio onerũ, vt communiter solent interpretari similes cõcessiones immunitatum, quibuscunque modis, & quibuscunque verbis factæ. vt tradit Alexand. consilio vigesimo octauo. Visis. colum. penulti. & fin. 1. vol. & consil. 108. Perspectis. colum. penult. versic. non obstat quòd dominus. in 3. volum. multa per Felin. in c. sedes. colum. 2. & 3. cum sequen. de rescrip. vel si verba contractus non patiuntur talem interpretationem; aperienda sit alia via, videlicet,
16 † concedenda rescissio ipsius transactionis, saltem stantibus his malis temporibus, per remedium vel restitutionis in integrum, vel per remedium rescissorium contractus afferentis lęsionem enormem; quod solet concedi, quamuis contractus, vel statutum, vel alius contractus ab initio cõtineret lęsionem, sed propter mutationem temporum deinde læsionẽ con-

tineret; si enim sit actus successiuus respiciens etiam futura tempora, debet secundum qualitatem ipsorum temporum regulari, vt in terminis de huiusmodi distributione onerum tradit Deci. consil. 335. Viso consil. per tex. in cap. suggestum. de decimis, &c. quanto, de censi. & per alias autoritates, & rationes per eum adductas, & per ea, quæ tradit Ias. in l. quominus. in 22. quæst. ff. de flum. Et videtur opinio admodum æqua; propterea existimo eam nõ vlteriori confirmatione indigere.

Iacobus Mandellus Albensis, Iurisconsul. Papiæ. 1546. 13. Iunij, pro Communitate Caballarij maioris.

ARGVMENTVM.

Seruitus viæ, vel actus, vel itineris quòd præscribatur longo tempore, scilicet, decem annis inter præsentes, & 20. inter absentes, & quomodo, & quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 SERVITVS *viæ, actus, vel itineris, est seruitus discontinua, & est seruitus realis; ideoq; potest præscribi longo tempore, dummodò allegetur titulus, & probetur quasi possessio dicti longi temporis, siue præscribatur contra facientem, siue contra patientem: & dummodò actus possessorij fiant, sciente aduersario, & tanquam prouenientes à iure seruitutis, & non familiaritatis.*

2 *Actus possessorios fuisse factos iure seruitutis, probatur, si qualitas eorum verisimiliter id suadeat, & extent circunstantiæ, quæ ad idem tendant. & ponit exempla.*

3 *Præstationes annuæ fiunt, interueniente facto vtriusque partis, & ideo expressè fieri debent ex tali causa, vel titulo: quod secus est in actibus seruitutum, qui per vnam tantùm personam explicantur &c.*

4 *Actus facti per Notarium, censentur esse actus possessorij, si concernunt ea, quæ solis Tabellionibus conueniunt.*

5 *Dictum testis censetur esse pertinens, si quouis modo possit commodè trahi ad articulum.*

6 *Multitudo testium tollit exceptiones aliquorum, & integritas vnius solet supplere defectum alterius.*

7 *Testes non fuisse citatos, nihil refert, dummodo cõstet ex processu, eos fuisse productos à parte, & id sufficit.*

8 *Iuramentum in supplementum probationis peti potest vsque ad conclusionem in causa, & iurari quandocunque ante sententiam.*

9 *Iuramentum in supplementum videtur, quòd peti possit etiam post conclusionem in causa secundum aliquos.*

Consilium XXXV.

STVDENDO breuitati, vt consultori conuenit, cui summa rei sit cõmissa, videtur præsens causa inclinare contra D. Baptistam Bosisium nam intentio D. Christophori Homacini videtur fundata ex processu, iuncta dispositione iuris, qua cauetur quãuis seruitus viæ, vel actus,
1 vel itineris, † sit seruitus discontinua, vt tradit Cæpol. in tracta. de seruit. vrb. præd. c. 19. col. 2. in princip. & patet ad sensum, adeò, quòd videtur non posse præscribi, nisi per tantum tempus, de cuius initio non extat memoria in contrarium, vt not. in l. seruitutes. la. 3. ff. de seruitu. nihilominùs cùm sit seruitus realis, *potest* præscribi longo tempore, id est, annis decem inter præsentes, & viginti inter absentes, dummodò allegetur concessio, seu titulus, licet nõ probetur, sed duntaxat probetur quasi possessio dicti longi temporis, secundum gloss. in d. l. seruitutes. in gloss. magna, circa finem, quam sequitur ibi Bartol. colum. fin. siue præscribatur contra facientem, siue contra patientem, quia scilicet agitur de his, quæ sunt modici præiudicij, vt sunt seruitutes; & ea gloss. communiter approbatur per Legistas, & Canonistas, secundum Pau. de Cast. ibi, col. fin. & eam cõmunem, & seruari, dicit Cæpol. in dict. c. 19. col. 3. dummodo actus ipsi possessorij fiant, sciente aduersario, & fiant, tanquàm actus prouenientes à iure seruitutis, & non iure familiaritatis, vt per Paul. de Castr. in d. l. seruitutes. col. 3. & Cæpol. vbi supra, cap. 20. col. 1. & 2. & Alexan. consil. 75. col. 3. in fi. in 4. vol. & consil. 50. col. pen. seu fin. in 3. vol. & consi. 108. col. fi. eo vol.

Quæ omnia videntur verificata hic per Homacinum. nam patet ex processu, quòd ipse allegauit titulum, scilicet, ex concessione impetrata olim per suos prædecessores tempore prioris diuisionis; deinde probauit concludenter actus possessorios annorum decem, & quindecim, & viginti, & triginta, & plurium, præsente illo D. Aluisio de Zacheis, qui tunc erat dominus bonorum, & iam decessit annis viginti, & præsentibus alijs multis successoribus in dictis bonis. Et in hoc proposito non expedit referre dicta singulorũ testium, quia per se patent: & solùm videbatur subesse difficultas, quòd tales actus possessorij non viderentur facti iure seruitutis: sed cessat eiusmodi difficultas,
2 si res ista sano modo intelligatur, videlicet, quòd satis censetur † probatum, tales actus fuisse factos iure seruitutis, si qualitas eorum verisimiliter id suadeat, & extent circunstantiæ, quæ ad idem tendunt, vt tradit Barto. in l. 1. §. 1. aliàs, 2. quod incipit, hoc interdicto.

col.

col.2.& 3.ff.de itin.actuq; priua.vbi ait, id probari, si quis fecerit incidere sepem causa eundi, vel si extẽt aliqua signa viæ, vel fama in vicinia, vt probatur ex eadem l.1.§. Iulianus.vbi etiam Bar. Et in hoc differunt † præstationes annuæ à talibus actibus seruitutum, quia cũ præstationes fiant, interueniente facto vtriusque partis; meritò lex in eis exigit, vt expresè fiant ex tali causa, vel titulo, vt per Bart. in l. cum de in rem verso.col.fin.ff.de vsur. Alex.cons.113.col.1.in 1.vol. sed cùm actus seruitutum per vnam tantum personam explicentur, & fiant varijs temporibus, & modis, prout res exigit; non voluit lex ad hoc nos cõpellere, vt in singulis actibus fieret declaratio animi; sed satis esse voluit, q̃ res ipsa, id est, qualitas actus se ipsam demõstraret, vt in d.§. Iulianus. & per Bar.vbi supra, & idetiã voluit Alex.in d.cons.50. Ponderatis.col. fi.vers.ad prędicta.& vers.ergo in proposito.in 4 3.volu.vbi ait, quòd † actus facti per Notarium censentur esse actus possessorij, si concernunt ea, quæ solis tabellionibus conueniunt.

Quòd autem probauerit Homacinus tales actus inferentes ius seruitutis, & non ius familiaritatis; clarè constat ex ipsismet testibus Bosisij, præsertim ex 2. teste Ioannino deponente de contradictione facta olim per Altuisium Zacheum, & deinde de conuentione noui intineris facta tunc inter ipsum Zacheum, & D. Petrum Homacinum: & 3. etiam testis Bosisij deponit saltem per auditum de cõtentione inter ipsos Homacinum, & Zacheum, & de percussione; & talis eius depositio comprobatur per alios quamplures testes, vt modò dicetur. Nec videtur obstare, quod dicitur ex aduerso, duos prædictos testes deposuisse extra capitula, quia facilis videtur respõsio, quòd satis pertinet eorum dictum ad capitulata, cùm in eis fuerit deductum; quòd D. Bosisius possidebat pacificè, & ipsi testes dicunt id esse verum, saluo, q̃ propter contentionem dicti itineris &c. & de iure 5 † censetur dictum testis esse pertinẽs, si quouis modo possit commodè trahi ad articulum, vt per Bar.in l.si duo patroni. §. idem Iulianus. & ibi alij Doct. presertim Iaf.col.1.& pen.ff.de iureiuran. & tradit Barto.in l. si quis libertatem. col.3.ff.de peti.hære. Et præter duos suprascriptos testes, extãt alij duo ex testibus ipsius Bosisij, scilicet octauus, Petrus de Minogijs, & nonus, D. Io. Antonius Zeroneti, qui deponunt concludenter de contradictione, & quòd Homacini prævaluerunt, præsertim cum destruxerunt murum, qui fuerat factus ad impedien-dum, & deponunt etiam de vulnere: & quintus etiam testis Bosisij, & sextus, & septimus deponunt de prædictis contentionibus, ac de rixa, & vulnere per auditum.

Sed clarius probantur hæc per testes ipsius Homacini, præsertim per nonum, scilicet Petronum Maracij, qui deponit de muro destructo, & de contradictione, & conuentione; & idem deponit vndecimus testis, D. Paulus Peacij; qui dicit de conuentione duplici, & de annis. 36. & specificè deponit de expressa concessione itineris tempore diuisionis primæ, quæ fuit facta inter D. Petrum, & alios antiquiores: & quamuis patiatur exceptionẽ, quia est sororius, videtur tamẽ probare cum cæteris supradictis, qui sunt testes partis aduersæ, & cũ alijs testibus ipsius Homacini, presertim cum dicto teste nono, & cum tertio, & cũ quinto, qui dicunt, quòd iter, seu senterium fuit immutatũ, & cum cæteris ferè omnibus testibus Homacini, qui deponunt de pluribus actibus factis, scientibus, & patientibus aduersarijs, & de seruitute, seu concessione, & fama publica.

6 Et vulgare est, quòd † multitudo testiũ tollit exceptiones aliquorum, & integritas vnius solet supplere defectum alterius, vt per Bal. in l.si quis ex argentarijs. §.1. in princ. ff. de eden. gl. in l.3.§. eiusdem. in verbo, numerus. ff. de testi. Alex. cons. 5. col. 3. in 1. vol.

Et tanto magis debent probare testes isti supradictas qualitates, cum non concernãt fundamentum principale Homacini, sed duntaxat circumstantias, & extent aliæ coniecturæ, præsertim illa, quòd hactenus nunquàm Homacini habuerint aliunde aditum; & tamen constat eos hactenus semper habuisse stabulum, & conduxisse bestias; adeo, quòd non satis videtur posse animus Iudicis induci ad aliud credendum. c. in præsentia. de proba. & l.3.§.1. ff. de testi.

7 Nec quicquam videtur facere, quod † obijcitur, testes istos nõ fuisse citatos, quia respondetur, quòd expresè constat ex processu eos fuisse productos à parte; & hoc sufficit, vt tradit Bart. in l. post legatum. §. his vero. ff. de indign. & latè Felin. in c.2.col.7.& 8.de testi.

Minus obstat, quod obijcitur, eos non iurasse, quia contrarium expresè patet ex ipso processu, quo cõstat eos in duobus locis iurasse; & constat etiam, Bosisium fuisse citatũ ad videndum eos iurare, quod sufficit, vt per Feli. in d.c. 2.col.5.in 13.limita.de testi.

Non etiã obstat, quòd Homacinus responderit positionibus sine iuramento, sed habendus fuerit pro confesso. c.2.de testi. lib.6. quia respondetur, id non obstare, cùm etiã ipse Bosisius non iurauerit. vt habetur in d.c.2. preterea per statutum tollitur necessitas iurãdi. Item eiusmodi positiones nihil faciunt ad causam; quia dato, q̃ verũ sit, quòd D. Baptista, & eius antecessores possederint dictam vineam tan-

quam domini; non tamen propter id excluditur, quin potuerit alijs præstari via.

Sed præter supradicta omnia fit res clarior, si Homacinus iurabit in supplemētum probationis ita esse, prout iam petijt tale iuramētum sibi deferri, cùm tunc sufficiat semiplena probatio, vt per Bar. & alios, in l. admonendi. neq; facienda videtur difficultas, an petitum fuerit tale iuramentum tempore debito, cùm fuerit petitum post tempora probatoria per nouas constitutiones concessa, sed ante tempora re-
8 probatoria: quia pro responsione dicitur, † cōmunem esse cōclusionem Doctorum, tale iuramentum posse peti vsque ad conclusionem in causa. vt tradit Bart. in d. l. admonendi. col. fin. & ibi latè Ias. in 2. lectu. num. 318. & deinde potest quandocunque iurare ante sentētiam. vt per Bald. in l. in bonæ fidei. colum. pen. C. de reb. credi. & hic clarum est, quòd nondum fuerat concluſum in causa, quia nouæ cōstitutiones non habent processum pro publicato, nisi
9 lapsis vltimis decem diebus; quinimò † videtur, quòd etiam post conclusionē in causa possit peti iuramentum, secundum Salice. in d. l. in bonæ fidei. colum. fin. & Fulgo. cons. 198. In questione. colum. fi. & quamuis ad fundamenta Saliceti conetur respondere Ias. in d. l. admonendi. videtur tamen, q̄ ea fundamenta multum vrgeant. Vtcunque tamen non est necesse hic ingredi eam disputationem, stātibus supradictis; quæ etiam ex practica, atq; ex cōsuetudine videntur esse notoria.

Propterea videtur in præsenti casu ferenda sententia, per quam declaretur, competere ipsi Homacino ius accessiandi, eundi, & redeundi, & bestias cōducendi per senterium, de quo in processu, & ipsum Bosisium condemnandū ad præstandam talem seruitutem, & patientiā, quæ ad seruitutem ipsam erit necessaria; quia ita iuris esse puto, p̄ supradicta, & per alia quāplura ex ipso processu resultantia.

Iacobus Mandellus Albensis I. V. D. Papiæ.
1546. die. 6. Decembris.

ARGVMENTVM.

De donatione facta absenti, & cuius nomine stipulatus est Notarius, quòd scilicet possit reuocari, antequàm superueniat consensus, vel ratificatio absentis, secundum magis communem opin. Sed quòd id non procedat in aliquibus casibus, & præsertim quādo vltra Notarium interuenit persona, quæ duntaxat gerebat negotium donatarij absentis, & pro eo stipulata est, vel quando agitur de interesse talis personæ stipulantis.

SVMMARIVM.

1 DONATIO *Facta absenti, cuius nomine stipulatus est Notarius, potest reuocari in totū, vel in partem, & verbis expressis, vel per aliquod factum antequàm absens consentiat, vel ratificet; & quando non procedat hoc.*

2 *Donatio facta absenti non potest reuocari, quando vltra Notarium interuenit alia persona, quæ solùm gerebat negotium illius absentis donatarij.*

3 *Donatio facta infantibus acquirit illis statim irreuocabile, non expectata aliqua ratificatione.*

4 *Donatio facta filio in potestate, pro quo pater stipulatus fuit, statim valet absque ratificatione, cùm pater possit stipulari, & acquirere filio.*

5 *Donatio facta absenti valet absque ratificatione, quando si non valeret, ageretur de interesse stipulantis, etiam quòd pro illo præcise nō fuerit stipulatus, sed pro alio, de cuius interesse ageretur, & consequenter de interesse stipulatoris.*

6 *Antecedens necessarium ad aliquid semper intelligitur.*

7 *Donatio semper valet, dummodò aliquo modo tractetur de vero interesse stipulantis, quamuis postea effectus donationis conferatur in alias personas, etiam per multos gradus.*

Consilium XXXVI.

ARTICVLVS præsentis casus verti
1 videtur in hoc, vtrum † donatio facta absenti, cuius nomine stipulatus sit Notarius possit reuocari, antequàm superuenerit cōsensus, seu ratificatio illius absentis. & quamuis in hoc articulo videatur esse magis communis opin. quòd possit reuocari, scilicet vel in totum, vel in partem, vel verbis expressis, vel per aliquod factum, vt latè in terminis tradit Deci. consil. 226. & in l. contractus. num. 16. ff. de reg. iur. per ea maximè, quæ tradit Bal. in l. nec ei. §. satisdatio. colum. fi. ff. de adop. videtur † tamen ea communis non procedere, quando vltra personā Notarij, qui rogatus de instrumento gerit negotium vtriusque partis; adhibita fuit alia persona, quæ duntaxat gerebat negotium illius, cui
2 donatur, vt fuit persona D. Guniforti in casu nostro, ita videtur esse tex. & ibi Bar. tradit in l. si ego. ff. de nego. gest.

Secundò, cùm † in præsenti casu facta fuerit
3 donatio infantibus, videtur, q̄ eis statim fuerit acquisitum ius irreuocabile, non expectata aliqua ratificatione, cùm ageretur de eorū euidenti vtilitate, per tex. in l. iubemus. in fi. C. de emancipa.

Tertiò, in omnem euētum videtur † statim
4 valuisse donatio absq; aliqua ratificatione pro illa parte, quæ respiciebat D. Galeatium, filium D. Gu-

D. Guniforti; quia ipse D. Gunifortus pater potuit stipulari, & acquirere filio in potestate. l. quod dicitur. la. 2. ff. de verbor. obligat. adeò, quòd emolumentum saltem proprietatis censetur fuisse acquisitum ipsi filio, & non patri, cùm esset causa aduentitia, vt ibi sentit gl. communiter approbata, & clarius ibi Bartol. & est communis opinio, vt ibi latè per Alexand. colum. 1. 3. & 4. & clarius per Ias. columna 4. numer. 18.

5 Quinimò † videtur statim valuisse donatio absque aliqua ratificatione, etiam pro illa parte, quæ respiciebat D. Io. Baptistam nepotem ipsius D. Guniforti ex fratre; & hoc duabus rationibus, prima, quia & in ea parte agitur de interesse prædicti D. Galeatij, nam facta fuit substitutio in tali parte, vt si D. Io. Baptista decederet sine filijs masculis, admitteretur ad eam etiam portionem D. Galeatius, iuxtà text. in l. vt hæredibus. ff. de lega. 2. ergo potuit D. Gunifortus stipulari pro ea parte concernente interesse filij sui, quod interesse non posset subsistere, nisi etiã prius subsisteret donatio in personam D. Io. Baptistæ: & ita in necessariam cõsequentiam admissus de iure ad stipulandum eam partem pro interesse D. Galeatij, debuit censeri admissus ad stipulandum pro D. Io. Ba-
6 ptista, cum † id sit antecedens necessarium, argu. l. ad rem mobilem. ff. de procura. & l. illud. ff. de acqui. hære. & l. 2. ff. de iurisdic. om. iudi. facit text. in l. qui fundum. la. 1. §. in lege. ff. de contrahen. emp. vbi vendita aqua ad fundum, censetur etiam venditũ iter pro ducẽda aqua. Secũda ratio, quia validitas donationis pro ea parte, quæ respicit D. Io. Baptistam, concernit interesse ipsius D. Guniforti stipulantis. nam totus ipse contractus fuit celebratus sub ea cõditione, vt D. Gunifortus mutuo daret ipsi donãti scutos quinquaginta, prout postea in effectu dedit; & conuentum fuit, quòd consequeretur eorum satisfactionem, cùm donatio haberet locum, id est, finito vsufructu donantis; & dictum fuit, quòd eorum satisfactionẽ consequeretur super illa portione, quæ pertinebat ad D. Ioannem Baptistam, seu super fructibus
7 illius portionis. Dummodo † igitur tractetur aliquo modo de vero interesse stipulantis in materia donationis, valet contractus, quamuis postea effectus donationis conferatur in alias personas, etiam per multos gradus, vt est text. in l. quoties donatio. C. de dona. quæ sub modo, continens casum specialem.

Iacobus Mandellus Albensis, Iurisconsul. Papiæ. 1547. die. 25. Ianuarij. pro D. Io. Baptista Framberto priuigno D. Dominici.

ARGVMENTVM.

Quòd spurij, id est, nati ex patre cõiugato, & matre soluta, quę erat, vel reputabatur virgo, non succedant eorũ fratri legitimato. & generalius, quòd nati ex coitu damnato, id est, accusabili de Iure Ciuili, non possint alicui succedere ab intestato, neq; inter se.

SVMMARIVM.

1 COITVS *Viri coniugati cũ muliere soluta, quæ erat, vel præsumebatur virgo, non potest de adulterio puniri, potest tamen puniri de stupro, tanquam commissus cum virgine, nisi mulier esset vilis cõditionis, videlicet ancilla cõiugati.*

2 *Pro virginitate semper præsumitur, nisi probetur contrarium.*

3 *Nati ex coitu damnato, id est, accusabili de Iure Ciuili, non possunt alicui ab intestato succedere, neque eorum matri, neque inter se, cum radix sit infecta, neque alicui eorum fratri legitimo, vel legitimato: secus est in natis ex coitu non punibili.*

4 *Coitus commissus per virum coniugatum cũ qualicunque fœmina, videtur saltem punibilis de stupro ex parte ipsius viri, vel saltẽ de iniuria.*

Consilium XXXVII.

QVAMVIS multa in præsenti casu dici possint, vnum tamen inter cætera videtur extare fundamentum solidissimum, quo probatur de iure, istos fratres spurios, videlicet natos ex patre coniugato, & matre soluta, quæ tunc erat, vel esse præsumebatur virgo; non esse admittendos ad successionem Io. Alberti eorum fra-
1 tris legitimati. nã † dato, quòd talis coitus non possit de adulterio puniri, vt videtur esse text. in l. 1. C. de adulte. & latè per Soci. in l. Gallus. §. quid si is. col. pen. & fin. ff. de libe. & posthu. & cons. 148. Memini. in 1. vol. negari tamẽ non potest, quin puniri possit de stupro, tanquam talis coitus fuerit commissus cum virgine. l. inter liberas. §. 1. ff. de adulte. & §. 2. insti. de pub. iudi. & fatetur Soci. vbi supra, dum in casu suo conatur euitare etiam pœnam stupri, eò, quòd mulier illa erat vilis conditionis, videlicet, ancilla ipsius coniugati, & per text. in l. quæ adulterium. in fin. C. de adulte. quod vtiq; dici non potest in præsenti casu; quia mulier hęc nõ erat ancilla ipsius viri, neq; ancilla alterius, sed persona libera, & honestis parentibus procreata; adeò, quòd propriè sumus in casu text. in d. l. inter liberas. §. 1. Neq; de eius virginitate expedit dubitare, nam præter confessionem partis ad-
2 uersæ, extat † præsumptio iuris semper pro virginitate, nisi probetur cõtrarium, vt tradit Abb. in

c. 1. co-

c.1.col.1.de adulte.& in terminis noſtris tradit Stephan. Bertran. conſ.135. & conſil. 158. in 2. volu. Et non eſt† dubium, quòd nati ex coitu damnato, id eſt, accuſabili de Iure Ciuili, non poſſunt alicui ab inteſtato ſuccedere, qui non habent iura cognationis, vel agnationis. §. fin. in authen. quib. mo. natu. effi. ſui. & tradit glo. communiter approbata, in l. ſi qua illuſtris. vbi Salice. & alij, præſertim Corne. C. ad Orficia. vbi etiam habetur, quòd nō ſuccedunt matri, ergò neque inter ſe poſſunt ſuccedere, quia radix eſt infecta, vt latè tradit Alexan. conſi.174. Super eo. in 5. vol. præſertim in 2. colum. verſ. & qua ratione non contrahitur. & eſt de mente Bart. in l. fin. colum. 2. ff. de indign. Et ſicut non poſſunt ſuccedere inter ſe, multò minus poſſunt ſuccedere alicui eorū fratri legitimo, vel legitimato, vt ibi per Alexand. colum. 1. ex quibus conſtat, nos non eſſe in caſu text. in l. hac parte. & in l. ſpurius. ff. vnde cogna. quia iura illa loquuntur de ſpurijs natis ex coitu non punibili, vt multa exempla tradit Alexand. vbi ſupra.

4 Quinimò †videtur, quòd & alia ratione prædictus coitus commiſſus per maritum coniugatum cum qualicunque fœmina ſit punibilis, ſaltem de ſtupro ex parte ipſius viri, ſecundum Deci. conſ. 306. colum. 2. verſic. quartò & vltimò. vel ſaltem punibilis ſit de iniuria, ſecundum Bald. & Salice. in d. l. 1. C. de adulte. Sed hæc non expedit attingere, ſtante fundamento primo ſupradicto.

Iacob. Mandell. Alben. legens. Papiæ. 1547. 12. Februa. pro Magnifico D. Hieronymo de Veraſijs Aſtenſi, qui tulerat ſententiam pro iſta opinione.

ARGVMENTVM.

An Mercatores, & negociatores deſcribi etiam deberent in æſtimo generali, quod erat faciēdum ſuper vniuerſis ciuitatibus, & oppidis ſtatus Mediolani, vt & ipſi ſubirēt onera. Et an mercimonia, ſicut immobilia, æſtimentur, quòd non.

SVMMARIVM.

1 AESTIMVM, *ſeu deſcriptio non alia de cauſa fit, niſi vt æqualiter inter ſubditos diſtribuantur onera per Principem imponenda.*

2 *Impoſitio onerum dependet à iuriſdictione imponentis, & per conſequēs à ſubiectione illorum, quibus imponuntur.*

3 *Effectus, conueniens eſt, quòd reguletur à ſua cauſa.*

4 *Subiectio quò ad onera contrahitur per duo tantùm, per deſcriptionem bonorū immobilium, vel perſonarum in dominio habitantium.*

5 *Induſtria ſua nemini debet nocere, & inertia aliorum eis prodeſſe.*

6 *Merces, & pecuniæ, & mobilia, an deſcribi debeant in æſtimo particulari vniuſcuiuſque ciuitatis, vel oppidi, eſt ſatis dubium de iure, niſi in illis oppidis, in quibus extat notabilis vaſi lor, & quantitas merciū, quia tunc deſcribuntur; & cur ſecus in æſtimo, ſeu contributione generali totius ſtatus, vſque in fi. conſ.*

7 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, niſi ſit diuerſa ratio.*

8 *Actus vnus poteſt eſſe validus reſpectu certarum perſonarum, & nullus reſpectu aliarum.*

9 *Quælibet ciuitas poteſt ſtatuere inter ipſos ciues quò ad ea, quæ reſpiciunt adminiſtrationem.*

10 *Non eſt inconueniens, quòd multæ perſonæ conſiderentur inter ſe vno modo, & comparatæ ad alias perſonas conſiderentur alio modo.*

ARTICVLVS.

EXTRAORDINARIA ſubſidia, quæ peti ſolent in ſtatu Mediolani, ſolēt inter ciuitates ſtatus ad certam ratam diſtribui.

Conquerūtur aliquæ ciuitates ſe magis grauari, quàm deberent, attento valore bonorum Mediolanenſium, & aliarum ciuitatum, quare tractatur de conficiendo generali æſtimo omnium ciuitatum ſtatus.

Præſuppoſito, quod fieri debeat tale æſtimum, principaliter dubitatur, an merces, & mobilia ſingularum ciuitatum poni debeant in tali æſtimo.

Conſilium XXXVIII.

VIDETVR de iure dicendū, quòd in æſtimo, ſeu contributione generali nunc facienda ſuper vniuerſis ciuitatibus, & oppidis ſtatus Mediolani, habenda nō ſit ratio mercium, & aliarum negociationum; ſed duntaxat bonorum immobilium, vel focorum, ſeu focolariorum, vel ſingularum perſonarum, aut ſimilis cuiuſlibet alterius modi, qui æqualiter reſpiciant omnia loca. Nam primò † certum eſt, quòd ratio, ſeu cauſa, propter quam fit huiuſmodi æſtimū, ſeu deſcriptio, non alia eſt, niſi vt æqualiter inter ipſos ſubditos diſtribuātur onera per Principem eis imponenda. l. forma. §. ſi verò quis agrum. ff. de cenſi. & l. 1. C. de exac. tribu. li. 10.

2 Et cùm †impoſitio onerum dependeat à iuriſdictione imponentis, & per conſequens à ſubiectione illorum quibus imponuntur. Bart. in l. reſcripto. §. fin. ff. de mune. & hono. & in l. 1. C. de mulie. lib. 10. Soci. conſ. 187. colum. 1. in 2. vol.

2 vol. sequitur, quòd in ea impositione, seu distributione facienda debeat illa tantum considerari, in quibus ipsa iurisdictio, vel subiectio fundatur: non autem illa, quæ ad iurisdictionẽ, vel subiectionem nullatenus pertinent, quia
3 † conueniens est, quòd effectus reguletur à sua causa. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. & si omnes ciuitates, & oppida omnia, debent æqualiter ad onera hæc vocari, inspecta scilicet qualitate locorũ. l. 3. §. præses. ff. de mune. & hono. necesse est vti aliquo medio, quod omnes tangat. argu. l. fi. in fi. C. de auto. tut. huiusmodi autem medium necesse videtur, à sufficienti partiũ enumeratione, quòd sit alterũ de duobus,
4 videlicet, † vel descriptio bonorum immobilium, vel descriptio personarũ in dominio habitantium; quia per hæc duo tantũ, contrahitur subiectio quò ad onera, vt de primo est tex. in d. l. forma. §. si vero. ff. de censi. & d. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. & de secundo est tex. in l. 3. in prin. eo. tit. exercere autem mercimonia, id nihil facit ad subiectionem; quia multi sunt subditi, qui ea non exercent; & è conuerso sunt, qui ea exercent, & tamen non sunt subditi; velut sunt ij, qui accedunt ad alia loca tempore nundinarum; ergo de eis habenda non est ratio in præsenti propo sito. & ad hæc videtur posse optimè induci tex. in l. 1. in prin. & l. procuratoris. §. mercis nomine. cũ multis. §§. sequen. ff. de tributo. ac. vbi habetur, quòd in tributione, quæ facienda est inter dominũ alicuius serui, & creditores, qui cum eo seruo contraxerunt; ea duntaxat veniunt, quæ gratia mercis peculiaris fuerunt contracta, exclusis penitus alijs negociationibus, tam ex parte serui, quàm ex parte ipsorum creditorum, eò, quòd ratio, & causa, propter quã fuit introducta actio tributoria, cõcernit duntaxat mercem peculiarem. ergo, vt effectus nõ excederet suam causam, deduxit ibi Iurisconsultus per multa exempla, non esse habendam rationem in contributione, nisi eorũ, quæ immediatè ad peculiarem mercem pertinent. ad idem etiam tendit text. in l. coiri societatem. cũ sex. ll. sequen. ff. pro socio, vbi societas simpliciter contracta, censetur cõtracta in his duntaxat negotijs, & rebus, quæ ex quæstu veniũt; ideoque in contributione facienda debet eorum duntaxat ratio haberi, quæ ad quæstũ pertinent. l. sed nec æs alienum. & l. sed si adijciat. eo. tit. pro socio.

Secundò cum certum sit, quòd omnia oppida habent bona immobilia, & focos, seu domicilia in eis habitantium, non autem omnia oppida habent merces, & similia artificia; propterea si omnia contribuerentur, fieret cõtributio omninò inæqualis. & cũ exercitiũ mercium proueniat ex industria, & nõ ex eo, quòd aliquis sit subiectus iurisdictioni alterius; se-
5 querentur absurda, quòd scilicet † industria sua cuilibet noceret, & inertia aliorum eis prodesset, vt in simili videtur tex. in d. l. procuratoris. §. si plures. in fin. ff. de tributo. ac. ibi, ne ex alterius re, aut merce alij indemnes fiant, alij dãnum sentiant.

6 Tertiò † est satis dubium de iure, an merces, & pecuniæ, & reliqua bona mobilia describi debeãt in æstimo, etiã si singulæ ciuitates, vel oppida per se cõsiderentur, id est, si quilibet locus cõsideretur, cum portionem oneris ad se pertinẽtis distribuit in singulas personas ipsius loci, vt facilè est dijudicare ijs, qui eum articulum tractauerunt. bona verò immobilia, & pariter focos, constat apud omnes debere describi. si igitur in contributione generali totius status facienda describerẽtur etiam mobilia, & merces; sequeretur, quòd clarã cũ obscuris, & certa cum incertis, & vniformia cũ difformibus, & liquida cum non liquidis miscerentur, quod vtique esse non debet; quia huiusmodi cõpartitum est veluti contributio quædã, seu compensatio, & in compensatione non solent admitti ea, quę nõ sunt liquida, cum his, quę sunt liquida. l. fin. C. de compensa.

Non obstat prædictis, si dicatur, quòd in distributionibus onerũ, quas faciunt ea oppida, in quib. extat notabilis valor, & quantitas mercium: habetur ratio talium mercium; secundum multos Doct. ergo & eadem ratio debet haberi, quando eiusmodi oppida deducuntur in contributionem generalem totius status,
7 ne alioqui sequatur absurdum, † quòd vna, & eadem res diuerso iure censeatur. l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. quoniam respondetur, quòd vbi est diuersa ratio, cessant huiusmodi absurditates. vt per Bar. in l. Thais. §. Titius. ff. de fi-
8 deicom. liberta. quemadmodum † videmus, quòd actus vnus potest esse validus respectu certarum personarum, & nullus respectu aliarum, secundum Bart. in l. prima. ff. quod falso tut. Et aperta est ratio differentiæ hic inter vnum casum, & alium, quia quãdo agitur de distribuenda portione onerum inter ciues, duntaxat vnius ciuitatis, tunc fortè conueniẽs est, quòd si in ea ciuitate maximus sit vsus merciũ; habeatur earũ ratio, ne alij fortasse pauperiores viribus destituantur, vt in his terminis propriè videtur loqui text. in d. l. 3. §. præses. ff. de
9 mune. & ho. Et cum † quælibet ciuitas possit statuere inter ipsos ciues, quo ad ea, quæ respiciunt administrationem, vt per Bartol. in l. omnes populi. colum. 2. ff. de iusti. & iur. & distributio talium onerum propriè pertineat ad singulas ciuitates, & singula oppida, scilicet, quo

ad portionem iam sibi assignatam per Principem; quia Princeps nihil vlterius debet quærere, nisi vt inueniat modum exigẽdi pecuniam, vt inquit Bartol. in l. 1. §. quòd si nemo. circa fi. ff. quod cuiusque vni. no. meritò possunt ipsi ciues inter se distribuere, prout qualitas personarum, & rerum videatur exigere. d. §. præses. quæ ratio non potest procedere in contributione generali per supra dicta. Et ad hoc propositum facit, quod tradit Dec. cons. 253. Proponitur. col. pen. seu fi. vers. non obstat ratio, quã
10 Soci. adducit &c. vbi inquit Dec. † non esse inconueniens, quòd aliquando multæ personæ cõparatæ ad alias personas considerentur vno modo, & deinde illæ multæ personæ considerentur inter se alio modo; veluti si factum sit compromissum inter vnum ex vna parte, & alios multos ex alia parte, tale cõpromissum nihil operatur quo ad illos multos inter se, vt tradit Bal. & Anto. de Butr. in locis p eũ adductis.

Iacob. Mand. Albensis, Papiæ legens. 1547. 16. Februa. pro Inclyta Communitate Mediol.

REVERA est periculosus casus, nam Bar. Isern. Bald. Lucas de Penna, & alij magis communiter concludunt, quòd pro mercib. teneatur quis ad onera. Et non videtur eorum dictũ debere restringi ad distributionem vnius ciuitatis tantum, quia non videtur posse dare bona ratio differentiæ inter distributionẽ vnius ciuitatis, & distributionem æstimi generalis totius prouinciæ. Nisi fortè dicatur, quòd cum mercium quãtitas quotidie augeatur, vel minuatur, facile esset reformare æstimũ vnius ciuitatis, nõ autem facilè reformare æstimum generale totius prouinciæ.

Ex generali tamen cõsuetudine non solent merces describi. Idẽ Iacob. Mand. Albensis, Pisis. 1553. 15. Iunij.

ARGVMENTVM.

De eadem materia, & super eodem casu, quòd mercatores non describantur in æstimo pro mercibus. Et est consilium Magnifici Alciati, quod inueni insertum cũ præcedẽti Cons. D. mei de Alba.

SVMMARIVM.

1 MERCATORES *an describantur in æstimo pro rebus mercantilibus.*
2 *Collectæ imponuntur ratione quorumcunque bonorum; etiam mobilium.*
3 *Negociatores soli, qui deuotioni Principis seruiũt, sunt immunes.*
4 *Mercatores, qui pannos conducunt à partib. Vltramontanis, non sunt immunes.*
5 *Munerum alia sunt personalia, alia patrimonialia, alia mixta, id est, quæ imponuntur personæ pro rebus, vt sunt collectæ.*
6 *Mobilia etiã describuntur in æstimo quò ad munera patrimonialia.*
7 *Quando agitur de collecta, seu munere, quod personis imponitur pro rebus, quæ res tunc describuntur in æstimo, & quòd describantur solum res, quæ de cõsuetudine solent describi; & quòd merces non describantur de consuetudine.*
8 *Artifices ferè omnes à personalibus excusationem habent.*
9 *Mercatores consequuntur immunitatem à muneribus personalibus, & mixtis, quamdiu mercimonium exercent; & etiam à patrimonialibus secundum aliquos.*
10 *Merces non cohærent loco ciuitatis, & transferuntur quocunque; ideò non debent vlterius grauari, cum soluant vectigalia.*
11 *Capitale mercium est incertũ propter periculum amissionis.*
12 *Iniquum est, quem cogi ad propalãdum res suas, maximè mobiles, quæ in secreto habentur: & propria paupertas propalatione detegi non debet.*

SVMMARIVM.

1 MERCATORES *an describantur in æstimo pro rebus mercantilibus.*
2 *Collectæ imponuntur ratione quorumcunque bonorum; etiam mobilium.*
3 *Negociatores soli, qui deuotioni Principis seruiũt, sunt immunes.*
4 *Mercatores, qui pannos conducunt à partib. Vltramontanis, non sunt immunes.*

Consilium XXXIX.

DE I Opt. Max. nomine inuocato. Si inclyta Communitas Mediolani cõficere debeat æstimum pro collectis, quæ quotidie ab agentibus pro Cæs. Maiestate imponuntur.

1 Quæritur, † an mercatores ciuitatis pro rebus mercantilibus in eo describi debeant. Et prima fronte videretur dicendũ, quòd sic: quia
2 † collectæ istæ imponuntur ratione quorumcunq; bonorum, etiam mobilium, iuxta text. cum gl. in l. fin. C. de mune. patri. lib. 10. tradit Bartol. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. col. 4.
3 vers. item quæro pro imponenda. Et quia † videmus duntaxat negotiatores, qui deuotioni Principis seruiunt, ius immunitatis habere, l. negotiantes. C. de excusa. mun. lib. 10. vnde apparet secus esse in alijs. & pro ista opinione est text. in l. 1. in princip. secundum intellectum
4 Dyni. ff. de iureiuran. vbi dicit, quòd † mercatores, qui pannos conducunt à partibus Vltramontanis, non debent immunitatem habere, cùm principaliter pro suo commodo faciant, licet secundariò verfetur vtilitas publica, facit. l. filij. §. fin. ff. ad municip. l. fi. §. patrimoniorum. vers. ad huiusmodi. de mune. & honoho.

Sed tamen his non obstantibus, in casu nostro aliud videtur dicẽdum. Et in primis scien-
5 dum est, quòd † munerum alia sunt personalia, alia

alia patrimonialia; alia mixta, id est, quæ imponuntur personæ pro rebus, vt sunt collectæ, de quibus agitur, vt declarãt Doct. in l. placet. C. de sacrosan. Eccle. Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mune. & hono. quãtum † ergo pertinet ad munera patrimonialia, posset dici, ꝙ etiam mobilia describantur, & ita loquitur d. l. fi. & Bar. d. l. 1. nec in eis sit aliqua immunitas, secundum Dynum, & supra allegata.

7 Sed quæstio nostra procedit † in alijs terminis, videlicet in collecta, seu munere, quod personis imponitur pro rebus, vt videamus, quæ res sint describendæ. Et in hac materia principalis conclusio est, vt describantur res, quæ secundum consuetudinem loci solent describi, iuxta text. in l. honor. vers. item lex. ff. de mun. & hon. & l. honores. C. de decurio. lib. 10. dico autem, quòd secundum consuetudinem dictæ Communitatis, non solent in æstimo imponi huiusmodi merces, vt dicit Ias. in l. decem. nu. 34. ff. de verb. obli. & hæc consuetudo apparet ex iure cõmuni, maxime ex l. forma. ff. de censi. vbi solùm bona immobilia describuntur in censu, & nullum verbum fit de mercibus: & ꝙ

8 istud sit verum, probatur etiam, quia † nos videmus ferè omnes artifices à personalibus excusationẽ habere, qui nominati sunt, in l. 1. C. de excusa. artific. lib. 10. & in l. fi. ff. de iureiu. vt possint facilius artes illas exercere, & alios docere: quæ ratio maximè militat in mercatoribus, qui ciuitatem opulentiorem reddunt, & artes ipsas sustinent, vt meritò consuetudo inualuerit, vt eorum merces in æstimo nõ ponantur.

9 Confirmatur hæc sententia, quia † videmus in iure non solùm eos respectu eorum merciũ non grauari, sed amplius immunitatem cõsequi à munerib. personalibus, & mixtis, quamdiu mercimonium exerceant. l. semper. §. negociatores. imo secundum aliquos etiam à patrimonialibus. d. l. semper. §. licet. & per gl. in l. cum nauicularijs. C. de nauicular. li. 11. & probatur in d. l. negociantes. vers. ab omni munere. cùm ergo habeant priuilegium immunitatis in alijs rebus, multo magis fuit æquũ, quòd in ipsis mercibus non subirent aliquam descriptionẽ, fortius dico quòd publica vtilitas hoc

10 suadet, ne isti transferant merces suas aliò propter facilitatem transuehendi, & quia † tales merces non cohærent loco ciuitatis; sed destinatione dominorum transferuntur in varias nundinas nõ subiectas Maiestati Cęs. vnde inconueniens est eas vltra grauari, & cõtra mentem Cæs. Maiest. quæ cõtenta est solutione vectigalium, & sunt ea vbicunque transferuntur, iuxta l. 1. C. de vectigal. & comis. & l. 1. cum seq

11 quen. C. de comer. & merca. & quia † capitale mercium est incertum propter periculũ amissionis, vt dicit Bar. in l. si constante. col. 4. vers. quartò quæro. ff. solu. matri. & ideo talis consuetudo nititur optima ratione, & est omninò obseruanda.

Non omitto etiam, quòd cùm mercatores habeant rationes suas cũ multis creditoribus, & multi in speciem videantur diuites, qui sunt

12 pauperes; iniquum † est eos ad propalandum res suas cogi, quia, vt dicit Alberic. de Ros. post veteres in trac. de mune. quem posuit in Rubr. illius tit. in colum. fin. in rebus mobilibus, quę in secreto habentur, etiam à non mercatoribus, sicut aurum, argentum, ornamenta, suppellectilia, non debent cogi possessores singulariter profiteri; sed sufficit, si in genere suo sacramento stetur. quid enim tam durum, tamque inhumanum, quàm publicatione propriã facultatum paupertatem detegi, & inuidiæ patere diuitias. l. 2. §. sed vbi. Cod. quan. & quib. quar. pars. Et ita mihi videtur, saluo semper saniori iudicio.

Andreas Alciatus Iurisco. secundum suprascripta respondi, & subsignaui, & sigillaui.

Habui copiam suprascripti consilij Pisis. 1553. 15. Iunij. Potuisset tamen melius attingere terminos quæstionis, quæ agitatur, videlicet de æstimo generali faciendo inter omnes ciuitates, & oppida status Mediolani: vertitur enim lis inter ciuitatem Mediolani ab vna parte, & alias omnes ciuitates. Alba.

ARGVMENTVM.

De eadem materia; & est motiuum in causa æstimi generalis super eodem articulo merciũ, quòd scilicet debeãt describi in æstimo; quod motiuum inueni etiam insertum, sed sub incerto Autore.

SVMMARIVM.

1 MOBILIA, *& immobilia, ac se mouentia in æstimum reduci debent.*

2 *Fœneratores agnoscunt onera, quæ sunt patrimonij, & eis potest imponi onus, & collecta pro pecunia quam habent.*

3 *Omnes æstimari debent, & vnusquisque soluere onus pro patrimonio, siue æstimato, siue æstimabili, & etiam pro modo negociationis.*

4 *Onus collectæ supportari debet secundum quantitatem æstimi, & etiam pro mobilibus, & pecunia numerata, quam quis fœnerauit.*

5 *Feudatarius an teneatur cõtribuere in subuentionib. pro mobilibus, & pecunia numerata, quòd sic, si fructificant, & lucrantur.*

8 Decimæ personales habentur ad instar collectarũ, & soluuntur ex mercimonio, & negociatione, & sic ex lucro.

7 Collectarũ onus respicit fructus, & ad solutionem tenetur is, qui habet fructuum perceptionem.

8 Lucrum ex pecunia habetur loco fructuum.

9 Finis æstimi ad hoc tẽdit, vt onus collectarum pro modo facultatũ vniuscuiusq; imponatur &c.

Consilium XL.

RELIQVVM est, vt in huius generalis æstimi negocio differamus, an mercimonia de iure, quemadmodum bona immobilia, æstimari debeant. & quia Magnifici Domini Mediolanenses asserere videntur, quòd ius nõ dictet, vt ipsa mercimonia æstimentur, opere precium fore duximus adducere aliqua fundamenta, ob quę dubitari potest, quòd dicta eorum assertio non procedat secundum leges.

Et primò quòd mercimonia æstimari debeant, facit tex. in l. fin. C. de immu. nemi. conce-
1 den. lib. 10. vbi dicitur, † quòd mobilia, & immobilia, ac se mouentia in æstimum reduci debent: hoc idem dicit Bald. in l. censualis. C. de dona. & Barto. in l. vnica. C. de mulie. & in quo lo. col. 5. in fin. nu. 31. vbi allegat d. l. fin. & text. in l. forma. ff. de censi. quò fit: vt si mercimonia inter mobilia numerantur, eorum etiã in æstimo hoc generali ratio haberi debeat.

2 Secundò hoc clarè probari videtur † per tex. in l. filij. in fin. ff. ad municip. & in l. munerum. §. patrimoniorum. vers. sed & eos. ff. de mun. & hono. vbi dicitur, quòd fœneratores, qui pecunias exercent, tenẽtur agnoscere onera, quæ patrimonij sunt, & Bartol. notat ibi, quòd potest fœneratorib. imponi onus, & collecta pro pecunia, quam habent, quod dicit esse menti tenendum, & allegat d. l. filij. & D. Alexand. ibi in apostilla.

Tertiò, Bal. in l. etiam. col. pen. circa finem,
3 de execu. rei iudi. postquàm differuit, † quomodo collecta sit imponenda, dicit, quòd omnes æstimari debent, & vnusquisque soluere debet onus impositum, iuxta mensuram patrimonij sui, siue æstimati, siue æstimabilis, cùm sint aliqui, qui habent æs, & non æstimum; vt illi, qui fœnus exercent, qui si tenent tapetũ in diuersis prouincijs, collectãtur, prout in loco negociantur, & sic pro modo negociationis.

Quartò, idem Bal. in l. neque. §. quòd si nemo. col. 2. circa prin. ff. quod cuiusque vniuer.
4 nom. dicit, quòd † onus collectæ supportari debet secundum quantitatem æstimi, & quòd ad hunc effectum facultates cuiuslibet per publicos officiales circumspici debent; & nõ solùm immobilia, sed etiam mobilia æstimari, & etiam pecunia numerata, quam quis non habet, sed fœnerauit. argu. d. l. filij libertorum. §. vltimo. ff. de municip.

Quintò, Andr. de Iser. in c. primo, quæ sint regal. in verbo, Plaustrorum. circa finem, ver-
5 sic. quid de mobilibus. quærit, † an feudatarius teneatur contribuere in subuentionibus pro mobilibus, & pecunia numerata; & concludit, quòd pro eis, si fructificant ex industria, vel artificio, vel alio quæstu, tenetur contribuere, cùm huiusmodi deducantur in apretium, & allegat text. in l. si fundus. ff. de leg. 3. & l. si ita. ff. de ac. emp. quem refert, & sequitur Afflic. in loco præallegato, colum. 5. circa finem, *versic.* Alia verò bona mobilia. vbi allegat *etiam* Lucam de Penna, in l. agros. C. de fund. limit. qui in colum. 2. versic. Extat. dicit, quòd quamuis ex forma Cancellariæ regiæ nobiles pro mercimonijs, & industrijs, quæ ad lucrum, quæstum-ve non prosunt, sed solùm pro ipsorũ vitæ sustentatione procedunt, non cogantur contribuere; tamen vbi mercimonia ipsa, atque industria ad lucrum, vel quæstum prosilirent, quòd ipsi nobiles negociantes pro ipsis negociationibus taxandi essent in apretio, prout ratio nis regula, & mensuræ modestia pateretur, idem tenet in l. fin. C. de quib. mune. vel præsta. nem. lic. se excus. 11. & 15. quæst. Et ex his videtur dici posse, quòd legibus, & autoritatibus probatur, mercimonia in censu redigi debere.

Addimus etiam id probari, quia videmus,
6 quòd † decimæ personales quæ habentur ad instar collectarum, vt per Bald. in l. neminem. C. de sacrosanct. Eccle. solui debent ex mercimonio, & negociatione, & sic ex lucro. c. non est. & c. pastoralis. vbi Abb. & cæteri, extra de decim. ergo idem dicendum erit de collectis temporalibus.

7 Probatur etiam, quia † onus collectarum respicit fructus; hinc est, quòd † is tenetur ad tale solutionem, qui habet fructuum perceptionem l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufr. l. omnes. C. sine cen. vel reli. & l. si negotium. C. de nego. gest. sed † lucrum, quod fit ex pecunia, habetur loco fructuum. l. vsuræ. ff. de vsur. cum simi. ergo de tali lucro collectæ etiam exoluendæ veniunt. Et hæc ita procedere videntur in æstimo generali, sicut in particulari, cum militet in omnibus, & per omnia eadẽ,
9 & par ratio: cum † finis æstimi ad hoc tendat, vt onus collectarum, quod personis pro rebus imponitur, facilius, & æqualius pro modo facultatum vniuscuiusque imponatur, & exigatur; ita, vt qui plus habet, plus soluat, & vnusquisque tam diues, quàm pauper iuxta vires pa-

† Et ita tenetur possessor vtebatur pro transfer. pœn. lib. 1. & 4. not. a. C. de mention. in Annib. Vincen. Pac.

res patrimonij sui onus ferat, iuxta gloss. in l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10. & alijs pluribus notis.

Respondeatur tamen &c.

Suprascriptum motiuum peruenit mihi ad manus, Pisis. 1553. 15. Iunij. Alba.

ARGVMENTVM.

An stante fideicommisso possunt detrahi duæ quartæ, legitima, & Trebellianica: & quid quando legitima excedit trientem, & ascendit ad dimidiã bonorum. Et an maritus vltra quartam à statuto concessam, possit legare vxori vestes, & iocalia. Et an talis quarta sit de toto patrimonio imputandò etiam fideicommissum, an verò detrahendum sit fideicommissum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dvae quartæ, legitima, & Trebellianica, detrahi possunt, stante fideicommisso, secundum magis communem: & ascendunt ad dimidiã omnium bonorum.*

2 *Duæ quartæ an detrahi possint etiam in casu, quo legitima excedit trientem, & ascendit ad dimidiam bonorum: quòd sic, reprobata opinione Baldi.*

3 *Maritus, vltra quartam à statuto concessam, an possit legare vxori vestes ipsius testatoris, & annulos, & iocalia, & an in quartam imputẽtur vestes notabiles, & c.*

4 *Quarta relinquenda vxori ex statuto, non est quarta totius patrimonij, sed prius detrahi debet fideicommissum, tanquàm æs alienum.*

5 *Bona sua dicuntur, de quibus poterat quis disponere.*

6 *Hæres non tenetur seruare conditionem, & præceptum testatoris de omnibus legatis præstandis vxori sub pœna priuationis, neque talis pœna est timenda, stante. 5. statuto, de quo supra.*

7 *Venientes ab intestato tenentur persoluere quartã statuti legatam vxori, quando hæres repudiat hæreditatem. stante. 5. clausula codicillari.*

8 *Substitutus præfertur venientibus ab intestato.*

Consilium XLI.

QVo ad primum quæsitum, vtrum in testamento D. Palamidis de Abdua extet fideicommissum; verba ipsius testamenti sunt clara, quòd extat fideicommissum inter ipsos filios primi gradus, si aliquis eorum decesserit sine liberis legitimis: propterea de hoc non expedit dubitare. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3.

1 Quòad secundum, an scilicet † stante fideicommisso, possint detrahi duæ quartæ, legitima, & Trebellianica, est quidem satis tritum, eas posse detrahi, secundum magis communem opinionem tam Legistarum, quàm Canonistarum, vt per Barto. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & habetur in locis vulgaribus, & ascendunt ad dimidiam omnium bonorum, vt per Deci. consil. 299. co-
2 lumna secunda, sed † dubitatio stat, vtrũ eiusmodi duæ quartæ possent detrahi, quando legitima excedit trientem, & ascendit ad dimidiam bonorum, vt in casu nostro, cùm fuerint vltra quatuor filios, authent. nouissima. C. de inoffic. testa. nam Bal. consi. 94. Punctus quæstionis super quo petitur. versicu. dicamus igitur. in secundo volu. voluit, quòd eo casu detrahi non possit Trebellianica; sed hoc malè probat, & nullam habet rationem. nam & hoc casu procedunt illæmet rationes, quæ assignãtur, quando legitima non excedit trientem, de quibus per gloss. in cap. Raijnutius. in verbo, Legitimam. extra de testament. & per ipsum Baldum in l. quanquam. C. ad legem Falcid. & & Curt. sen. consilio 51. colum. antepenult. & & consil. 75. colum. 4. Et contra id, quod voluit Bald. in dicto consilio 94. præsupponunt Docto. passim, vt patet ex Alexand. consil. 68. Circa præmissam. colum. 1. versic. sed inspecta. 4. volum. & ex ipsomet Bald. consil. 101. eod. volum. 2. Propterea potuit D. Ioan. Baptista disponere de aliquantulum maiori parte, quã sit dimidia. nam legitima ascendit ad dimidiã, & Trebellianica erit quarta pars alterius dimidiæ; adeò, quòd ex octo solidis potuit de quinque disponere, vt per Alexand. vbi supra, quãuis in aliquibus libris sit litera corrupta, cùm enim inquit, Trebellianica non esset quarta portio. debet scribi, Trebellianica verò esset quarta portio &c.

3 Ad tertium, † an maritus, vltra quartam à statuto concessam, potuerit legare vxori vestes ipsius testatoris, & annulos, ac alia iocalia, videtur omninò respondendum, quòd non potuit; quia verba statuti sunt clara, & duntaxat concedunt quartam bonorum suorum: & nõ est dubium, quin appellatione bonorum veniant etiam mobilia. l. bonorum. ff. de verbo. signifi. quinimò non caret dubitatione, quòd in eam quartam debeant imputari vestes notabilis æstimationis, & alia iocalia ipsius vxoris causa parata, seu empta: quia, quamuis talia lucretur vxor ab intestato, ex beneficio alterius statuti incip. Si maritus decesserit. id tamen non videtur impedire dispositionem alterius statuti loquentis in casu testati, & verbis clarissimis disponentis, quòd relinqui nõ possit, nisi quarta pars bonorum. argument. etiã eorum, quæ tradit Bald. in l. quoniam in prioribus. col. 3. C. de inoffi. testa.

4 Ad quartum, quòd in effectu est, an † quarta, quæ potest relinqui vxori in præsenti casu sit quarta totius patrimonij, imputando etiam fideicommissum, an verò prius detrahi debeat fideicommissum; respondetur, quòd cùm fideicommissum sit veluti æs alienũ, debet prius detrahi. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & statutum subsequens expresè vult, quòd æs alienum prius detrahatur. Præterea statutũ
5 dicit, quartam † bonorum suorum. & ita debet intelligi de bonis, de quibus poterat D. Ioan. Baptista liberè disponere. l. is qui suis nummis. in princip. ff. de manumis. Et quod deinde
6 quæritur, † an ipsi fratres, si adiuerunt hæreditatem, teneantur seruare conditionem, & præceptum testatoris, de omnibus legatis præstandis ipsi vxori, sub pœna priuationis: ad hoc respondetur, quòd talis conditio non est seruanda, neque † tenenda talis pœna, vt est tex. in l. si quis sub conditione hæredes. ff. de condi. insti. & tradit Pau. de Cast. consil. 230. Dubitatur. colum. 3. versic. septimò quæritur, in antiquis.

† Timenda, legendum videtur.

7 Ad quintum, an si hæredes † scripti repudiarent hæreditatem, & contenti essent fideicommisso, tenerentur venientes ab intestato persoluere dictam quartam partem legatã; respondetur quòd sic, propter clausulam codicillarẽ,
8 vt latè per Bart. in l. 1. ff. de iu. codicil. sed † aduertendum erit, quòd substitutus, id est, Co. Franciscus, si voluerit, erit præferendus veritibus ab intestato. l. quamdiu. la. 2. ff. de acquihæredi.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis matutini interpres Papiæ.
1547. 20. Martij.

ARGVMENTVM.

De Testatore, qui tacitam fidem habuit ab hærede scripto de restituenda statim hæreditate filio spurio, & etiam in testamento palàm disposuit, quòd hæreditas ad spurium perueniat, sed disposuit obscurè, dando spurium in filium adoptiuum hæredi scripto, & substituendo ei ipsum hæredem, & vtendo similibus circuitibus, & quòd tunc non procedat. l. non intelligitur. §. si quis palàm. de re fisci, sed hæreditas deuoluatur in fiscum, qui retinebit etiam in foro conscientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Quando tacita fides habita ab hærede, & dispositio testamenti palam facti tendunt ad idem de restituenda hæreditate spurio, tunc non habetur ratio talis tacitæ fidei.*

2 *Hæredem fuisse tacitè rogatum de restituenda hæreditate spurio, probatur principaliter ex eius confessione: & tenetur respondere positioni, an fuerit tacitè rogatus.*

3 *Nominans procuratorem, censetur eum nominare, tanquàm procuratorẽ, & qui nominat nepotem, censetur de eo tractare, tanquam de nepote, & hæredem, tanquam hæredem.*

4 *Text. in l. non intelligitur. §. si quis palàm de iure fisci, quomodo intelligatur.*

5 *Diuersitas alicuius qualitatis, vel temporis operatur, vt vnus actus videatur alius actus.*

6 *Contractus fieri possunt in testamentis, & habent propriam naturam contractuum.*

7 *Promissio in testamento facta de restituendo hæreditatem spurio, censetur etiam facta de restituendo illam hæredibus spurij.*

8 *Maiorem fraudem censetur excogitare, qui in testamento exprimit de restituendo incapaci, sed obscurè, quàm qui omninò tacitè agit.*

9 *Fiscus retinet talia bona, quæ fuerant incapaci relicta, etiam in foro conscientiæ.*

10 *Lex positiua, siue sit Ecclesiastica, siue Ciuilis, ligat in foro animæ, quando non est nutritiua peccati.*

11 *Tacitè rogatus restituere incapaci, tenetur in foro conscientiæ dare fisco.*

Consilium XLII.

1 QVAMVIS prima facie videatur dubitabilis sententia lata pro fisco in præsenti causa, eò, quòd † & tacita fides per D. Thomam promissa, & dispositio testamenti palàm facti tendere videãtur ad eundem effectum, videlicet ad conferendã hæreditatem D. Bartholomæi in filiũ eius spurium; quo casu nulla solet haberi ratio eiusmodi tacitæ fidei. l. non intelligitur. §. si quis palàm. ff. de iure fisci. re tamen diligentius introspecta, concludendum videtur sententiã pro fisco latam, fuisse iustissimam.

Nam certum est in primis D. Thomam hæredem scriptum † fuisse tacitè rogatum, vt to-
2 tam hęreditatem statim restitueret ipsi spurio, vt ex eius confessione vltima, & sæpius iterata constat; quæ principalis est via probandi in hac materia, vt per gloss. in d. l. non intelligitur. §. tacitè. in verbo, Probationibus. ff. de iure fisci. & ibi latius Bart. dicens, quòd ipse rogatus tenetur respondere positioni, nunquid fuerit tacitè rogatus; & idem Bar. in l. fin. in 3. col. ff. de indig. neque videtur talis confessio suspecta de collusione, stante depositione testium. Ex testamento autem quamuis constet testatorem voluisse, quòd hæreditas pariter ad spuriũ perueniret, non statim, neque absolutè; sed potius eam videtur reliquisse in euentum incertum, ita vt facilè potuisset cõtingere, quòd eam consecutus non fuisset. nam principaliter testator ipse tradidit spurium in filium adoptiuum D. Thomæ:

Thomæ: & eũ pro tali acceptauit D. Thomas, promisitque eum ad hæreditatem admittere; adeò, quòd quicquid de eiusmodi spurio actũ fuit in testamento inter D. Bartholomæum, & D. Thomam, censetur fuisse actum, tanquam 3 de filio adoptiuo D. Thomæ: sicut † & alibi dicunt gloss. & Docto. quòd nominans procuratorem, censetur eum nominare, tãquàm procuratorem. gloss. in l. quacunque. ff. de procur. Bartol. in l. fin. ff. de instito. Bald. in l. prima, in fin. C. de senten. & qui nominat nepotem, censetur de eo tractare, tanquam de nepote. Deci. consil. 120. colum. fin. & hæredem, tanquam hæredem. l. si proponas. §. si hæreditatem. & ibi Angel. ff. de inoff. testa. Deci. consi. 283. colum. 6. in princip. & quamuis adoptio nõ fuerit de iure valida, tum quia non fuit seruata forma, tum quia spurij nõ sunt in potestate parentum; id tamen hic non est considerandũ, quia duntaxat inspicimus, quid voluerit agere testator, præsertim, quia si non fuit datus propriè tanquàm adoptiuus; datus tamen fuit tanquã filius; & idem iuris est in vtroque casu, vt modo dicetur. Si igitur collata fuit hæreditas in spurium, tanquàm in filium adoptiuum hæredis, sequuntur duo effectus, per quos datur manifesta diuersitas inter dispositionem testamẽti, & dispositionem tacitæ fidei. Primus, quòd spurius non erat habiturus bona, nisi post mortem ipsius patris adoptiui, prout videmus generaliter in omnibus adoptiuis. l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. non obstante substitutione facta, quia paulò inferius respondebitur. Secundus effectus, quia, si huic spurio promissa non erat hæreditas, nisi tanquàm filio adoptiuo, vel nisi tanquàm filio qualitercunque dato in filium; non debebatur ei absolutè. nam potuisset se adeò malè in futurum habere erga patrem adoptiuum, quòd potuisset ab eo exhæredari propriè, vel impropriè, id est, potuisset priuari eiusmodi bonis, quamuis nõ esset propriè adoptiuus, non obstante promissione in testamento facta, vt est casus in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligationi-
4 bus. vndè † cùm sit aperta differentia inter testamentum, & præstationem tacitæ fidei, non habet locum text. in d. l. non intelligitur. §. si quis palàm. cum tex. ille absque vllo dubio debeat intelligi, quando idemmet præcisè, & per omnia continetur in dispositione palàm facta, quod continetur in tacita, vt ibi sentit gloss. & clarius Bartol. dum pro ratione illius text. ait, quòd clandestinitas non nocet, quia patefacta fuit per expressam dispositionẽ; adeò quòd expressum facit cessare tacitum. & pos-
5 sent quàm plura similia adduci, quòd † diuersitas alicuius qualitatis, vel tẽporis, operatur, vt vnus actus videatur alius actus. l. aut quæ aliter. in princip. vbi Bart. ff. quod vi aut clam, & l. fina. in fin. & ibi Bartol. eodem titu. & habetur in leg. prætor. la. 2. §. docere. ff. de vi bon. rap. & in l. denunciasse. §. quid tamẽ. ff. de adulte.

Neque prædictis obstat substitutio, vocans post mortem spurij decedentis sine liberis ipsum D. Thomam, & alios quosdam, quæ videtur iudicare, intentionem testatoris fuisse, vt spurius principaliter, & statim hæreditatem haberet: quoniam respondetur, ex verbis ipsius testamenti constare, quòd testator primo loco hæreditatem, & eius effectum conferebat in D. Thomam. nam, si voluisset conferre in spurium, frustratoria fuisset institutio D. Thomę, & frustratorium fuisset tradere spurium in filiũ adoptiuũ, & frustratorium pariter fuisset obtinuisse promissionem de admittendo spuriũ ad eam hæreditatem. Prædicta autem substitutio videtur fuisse facta ad alium effectum. nam hæreditas collata fuit in D. Thomam, & successiuè in spurium per viam contractus, vt patet ex verbis ipsius testamenti, ibi, præsenti, & acceptanti. & ibi, admisit ad ipsam hæreditatẽ,
6 &c. vt sæpe solet contingere, quòd † in testamentis fiant contractus. l. hæredes palàm. §. fi. vbi Barto. ff. de testa. & habent propriam naturam contractuum, vt tradit Roma. consil. 171. & consil. 293. & Dec. consil. 196. col. 2. & consil. 293. colum. 1. & 2. quo casũ si non fuisset facta substitutio, & contigisset spurium decedere ante D. Thomam, fuisset necesse, quòd deinde mortuo Dom. Thoma, eius hæredes restituissent hæreditatem hæredibus spurij: quia
7 † promissio in testamento facta de restituendo hæreditatem spurio, censetur etiam facta de restituendo illam hæredibus spurij. l. si pactum. ff. de proba. & l. si necessarias. §. penul. ff. de pigno. acti. & tale ius etiam conditionale, id est, non purificatum, nisi post mortem Domini Thomæ, fuisset transmissum per ipsum spurium prius decedentem ad suos hæredes, cùm esset ius ex contractu. §. ex conditionali. insti. de verborum obligationib. voluit igitur testator per substitutionem tollere effectum prædictum; & disposuit, quòd si decederet spurius sine filijs, hæreditas pertineret absolutè ad Dominum Thomam, & tres alios; & ita non esset restituenda hæredibus extrancis ipsius spurij.

Potest etiam dici, factam fuisse substitutionem, habita consideratione ad tacitam fidem extra testamentum datam de hæreditate statim restituenda ipsi spurio, & quòd voluerit testator miscere tacitam dispositionem cum expressa.

Et

Et in effectu, cùm testator varijs circuitibus, & actibus, etiam de iure nõ validis vsus fuerit; nulla videtur posse ratio talis dispositionis assignari, nisi quòd quantum poterat, studebat
8 fraudẽ legi facere: & succedit † dispositio text. in l. ita fidei. ff. de iure fisci. dicentis, quòd maiorem fraudem excogitasse videtur is, qui aliquid in testamento exprimit de restituenda hæreditate incapaci, sed obscurè, quàm is, qui nihil exprimit, sed omninò tacitè agit: nam prior ille non tantùm legem circumuenire voluit, sed etiam legis interpretationem.

Et stantibus his, dubitandum non videtur,
9 † quin in foro conscientiæ licitum sit fisco, vel habentibus causam ab eo retinere huiusmodi bona ad ipsum fiscum deuoluta per sententiã latam secundum leges: cùm sit communis cõclusio Doctorum & Legistarum, & Canonistarum,
10 & Theologorum, quòd † lex positiua, siue sit Ecclesiastica, siue sit Ciuilis, ligat in foro animæ, quando nõ est nutritiua peccati, vt tradit Abb. in cap. 1. colum. 3. & ibi alij Docto. de constitut. & Abb. adducit inter cæteros Beatũ Thomam, sed corruptè, & voluit eum allegare in prima secundæ. quæst. 96. arti. 4. & latè etiã tradit Abb. in cap. quia plerique. de immu. Eccle. & de condemnatione pœnali versus fiscũ tradit Felin. in dicto cap. primo. colum. 12. secundum nouas impressiones, versic. limitatur secundò. d. gloss. nisi reus, de constitut. quinimò etiam sine sententia, & sine interpellatione aliqua ille, † qui tacitè est rogatus restituere incapaci, tenetur in foro conscientiæ dare fisco, secundum Bart. in l. fi. colum. 3. versi. quæro, quid debet facere. ff. de indig.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis matutini interpres in prima Cathedra, saluo &c.
Papiæ. 1547. 15. Aprilis, pro Illust. D. Præside Senatus Mediolani. D. Iacobo Philippo Sacco.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo perdatur nobilitas exercendo mercimonia, & an exercendo artem Aromatariæ.

SVMMARIVM.

1 EXERCENS *mercimonia amittit nobilitatem: sed id procedit solùm in mercimonijs, & officijs abiectis, & vilibus.*

2 *Receptus inter Decuriones habetur pro nobili.*

3 *Aliquem esse nobilem, vel ignobilem, solet dijudicari etiam ex consuetudine patriæ.*

4 *Nobilitas non amittitur exercendo Aromatariã: & non est mirum, quòd Aromatarius censeatur nobilis, qui prius erat nobilis etiam.*

5 *Exercitium artis repugnantis nobilitati nocet, quandiu quis in eo versatur, & non postea.*

Consilium XLIII.

DRAESVPPONITVR esse probatũ, quòd auus erat nobilis, & filium pariter, dum vixit, fuisse existimatũ, seu reputatum (vt vulgò dicitur) nobilem, & successiuè haberi pro nobilib⁹ nepotes, qui nunc viuunt. Præsupponitur deinde, quòd supradictus filius exercuit artem Aromatariæ, scilicet, tanquàm dominus seu patronus: quo tamen exercitio non obstante, habebatur inter honestos Ciues præsentis ciuitatis, & recipiebatur inter Decuriones in gerendis negotijs Reipublicæ.

Dubitatur, nunquid filius prædictus in sui præiudicium, & suorum descendentium amiserit nobilitatem, quam prius habebat.

Et videtur concludendum, quòd eam non
1 amiserit: quia † quamuis text. in l. nobiliores. C. de commer. & mercato. videatur velle, qꝰ exercens mercimonia amittat nobilitatem; declaratur tamen per text. in l. ne quis ex vltimis. C. de dignita. lib. 12. vt solùm procedat in mercimonijs, & officijs abiectis, & vilibus, vt patet ex verbis illius tex. & gloss. vbi dat exemplum de ijs qui vendunt oleum, sal, & huiusmodi: & quamuis tex. ille loquatur de dignitate, videtur tamen pariter procedere in nobilitate, de qua hic agitur, per ea, quæ tradit Barto. in l. 1. in 3. colum. nume. 46. versic. secundò quæro, & reuoco in dubium, eod. titu. de dignita. lib. 12. & nume. 61. & 62. & 70. & quòd text. in d. l. nobiliores. restringatur ad artes viles, sentit ibi Bald. dum exponit, id est, artes mechanicas.

2 Secundò, si † recipiebatur inter Decuriones, constat, quòd habebatur pro nobili, vt tradit Bart. in d. l. prima, col. pen. num. 97. versic. sed dubitatur.

3 Tertiò, † cùm aliquẽ esse nobilem, vel ignobilem, soleat dijudicari etiam ex consuetudine patriæ, secundum Bart. d. nu. 97. 98. & nu. 101. col. fin. id multò magis procedit in accessorio, id est, in iudicando, quibus modis nobilitas amittatur. arg. l. videamus. §. an igitur. ff. de in
4 litem iuran. vndè, cùm † notorium sit in præsenti ciuitate, sicut & in alijs multis, quòd exercendo Aromatariam, non amittitur nobilitas, & passim tales personæ admittũtur in Decuriones; cessare videtur omnis disputatio.

Neque mirum cuiquã videri debet, quòd Aromatarius censeatur nobilis, quod est ferè aduersus communem vulgi opinionem: quia respondetur, quòd nõ hic agitur, vt ex ipso exercitio

ercitio Aromatariæ acquiratur nobilitas; sed duntaxat illud agitur, quòd per tale exercitiũ nobilitas prius acquisita non amittatur; quod certè facilius est admittendum, argu. l. patre fu rioso. iuxta illud, turpius eijcitur, quam nõ admittitur hospes.

Quartò, quamuis supradicta videantur sufficere, dici tamẽ potest, † quòd exercitium artis repugnãtis nobilitati nocet, quãdiu quis in eo versatur, & non postea, vt in simili dicitur in c. fin. de vita & honest. cleri. & in terminis tradit Guido Papæ. quæst. 196. incip. nobiles.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ.
1547. 5. Maij.

ARGVMENTVM.

Quòd filiæ spuriæ possint tantùm relinqui alimenta, vel dos loco alimentorum, & competens, secundum qualitatem personæ, &c.

SVMMARIVM.

1 MATRIMONIVM *cum secundo marito nõ valet, nisi constet de morte primi.*
2 *Filiæ spuriæ nihil potest relinqui de Iure Ciuili.*
3 *Spuriæ debent relinqui alimenta de Iure Canonico, vel dos loco alimentorum.*
4 *Legatum factum spuriæ non petitur, nisi tanquã dos competens, & potest minui, si ex qualitate personæ non conueniat tanta dos: & mortua spuria, reuertitur ad hæredes testatoris.*

Consilium XLIIII.

1 VIDETVR, quòd matrimonium in articulo mortis contractum inter D. Cæsarem, & Ioanninam non valuerit, quia † Ioannina habuerat alium maritum, & non constabat de illius morte. c. in præsentia. extra de spons.

2 Propterea cùm Catherina eorum filia † sit in effectu filia spuria, nihil poterat ei relinqui de Iure Ciuili, Authen. ex complexu. C. de in-
3 cest. nup. sed † de Iure Canonico possunt, & debent ei relinqui alimenta. c. cum haberet. extra de eo, qui illam in matri. dux. quã pol. vel dotem loco alimentorũ, vbi tradũt Doct. om-
4 nes. Et stante hoc, concludendum est, ꝙ † non possit Catherina petere legatum, tanquam legatum, sed tanquam dotem competentem: & fortasse minuetur talis summa legati, si ex qualitate personæ suæ, & patrimonij paterni, non conueniat ei tanta dos, vt latè per Abb. consil. 115. Videtur primò attingendum. in 2. vol. vbi etiam tradit, quòd mortua ipsa filia, debet dos reuerti ad hæredes testatoris.

Iacobus Mandell. Albensis. Papiæ. 1547.
15. Iunij.

ARGVMENTVM.

Quomodo procedat, & quomodo intelligi debeat, illa regula Baldi, in l. petens. C. de pac. Quòd quando duo actus, seu duo instrumenta reperiuntur facta eodem die, eadem hora, & per eundem Notarium &c. censeantur correspectiua, & de eis iudicandum sit, tanquam de vnico actu, vel instrumento, & ex post facto vnus actus non possit approbari, vel sustineri sine alio, & quòd non semper procedant istæ illationes.

SVMMARIVM.

1 IVDICEM *decet esse diligentem, & cuncta rimari.*
5 *Actus duo facti eodem tempore, & per eundem &c. videntur correspectiui. & iudicantur tanquam vnicus actus, & vnus sine alio sustineri non potest: sed non semper hæc vera sunt: & procedit regula, quando materia subiecta id patitur, & verisimiliter ex coniecturis &c.*
3 *Et quòd non semper censeantur correspectiui, & quando censeantur, declarat.*
4 *Item non semper iudicantur tanquam vnicus actus.*
5 *Item non est semper verum, quòd ex post facto tales actus non possint separari, sed debeant vel ambo subsistere, vel ambo corruere.*
6 *Actuum duorum simul, vel incontinenti factorum, vnus aliquando censetur corrigere, seu destruere alium.*
7 *Solennitates seruandæ per mulieres in contractibus eas obligantibus, an satis sit, quòd adhibeantur in mandato, vel ratihabitione ipsius mulieris.*
8 *Obligationem solere nasci ex contractu principali, & non ex mandato, procedit id fictè, & considerato effectu, non quò ad veritatem.*
9 *Actus duo incontinenti facti, non censentur correspectiui, saltem quando vnus actus est necessarius: & aliquando etiam si sint ambo voluntarij.*

Consilium XLV.

1 QVAMVIS eum † qui debet iudicare, deceat esse diligentem, & cuncta rimari. c. iudicantem. 30. quæst. 5. nihilominùs quò ad duas difficultates propositas, si causa mihi esset commissa, existimarem non amplius esse hæsitandum; quia tum ex allegationibus, quas iam sæpius, & copiosè video fuisse deductas, tum ex ipsa naturali ratione eiusmodi difficultates dissoluuntur.

2 Prima igitur est difficultas, quòd † instrumentum inuestituræ, & instrumentum diuisionis fuerunt ambo celebrata eodem die, & ea-

dem hora, & per eundem Notarium, & coram eisdem testibus; ideoque videntur correspecti ua, & de eis iudicandum, tanquã de vnico actu, seu de vnico instrumento; & ex postfacto vnus actus non potest approbari, vel aliter sustineri sine alio, vt per Bald. in l. petens. colum. penul. & habetur passim.

Sed hæc illatio quemadmodũ continet gra dus tres, ita etiam videtur continere tres falla-
3 tias, Primò enim † non est verum, quòd semper, & omni casu tales actus sint correspectiui, vt scilicet dici possit, quòd vnus eorum factus non fuisset sine alio, quia id esset contra tex. in l. cum eiusdem. ff. de edil. edic. vbi (quod fortius est) etiam si vnico actu, vel instrumẽto fiat venditio multarũ rerum sub separatis pretijs; tales venditiones non censentur correspectiuæ: quinimò vna poterit subsistere, quamuis alia corruat: & habetur etiam in l. si duos quis seruos. ff. de contra. emp. & cùm ad tollendam consequentiam sufficiat dare instantiã. l. creditori. & ibi Ias. de no. oper. nunc. patet per exemplum supradictum, consequentiam prædictam non esse bonam, cùm non semper concludat; & facilè est inuenire alia exempla. quid enim si in duobus instrumentis incontinenti factis contineantur duæ confessiones erga aliquem debitorem propter duo diuersa, & vera ac liquida debita; & quid si in vno instrumento contineatur solutio veri debiti, & in alio cõtineatur matrimonium.

Procedit igitur supradicta regula Baldi non semper; sed duntaxat, quando materia subiecta id patitur; veluti cùm ipsi ambo actus se inuicem contingunt, & verisimiliter vnus facit coniecturam ad alium, & subest aliqua probabilis causa, propter quam contrahentes fecerunt eos separatim; & cùm est materia, in qua solent admitti coniecturæ, & præsumptiones, putà cum dubitatur de simulatione contractus, vt latè patet in allegato cõsi. Angeli, 154. & Roma. 445. & Curt. sen. 54. qui omnes tractant eundem casum: & in alia specie simulationis tradit Barto. in l. post contractum. colum. 3. in 5. casu. ff. de dona. & ipsemet Curt. in d. consil. 54. in fin. ait, quòd hæc sunt naturaliter coniecturanda, & cum ratione intellectus, &c. & quòd hoc totum reguletur à coniecturis, secundum materiam subiectam, vult Corne. in allegato consi. vltimo, colum. 1. in 1. volum. & Deci. consi. 254. col. 3. & consi. 279. col. 3. ibi, Et euidens coniectura.

Et cùm superioribus diebus interpretarer dictam l. petens. reperi, quòd Paul. de Cast. ibi tribus locis optimè declarat dictũ Baldi. nam loquitur Bal. de pacto incontinenti appositio iuxta contractum vestitũ, & referens opinionem Doctorum Vltramontanorum, inquit, quòd actus incõtinenti factus, censetur factus simul, & eodem consensu, & per consequens correspectiuè. Et Pau. de Cast. ibi. col. fi. versi. dico ergo, ꝙ in ista materia &c. ait, ꝙ opinio Petri, & aliorum Vltramontanorum non semper est vera, ꝙ scilicet, quando contractus est pro vno, & pactum pro alio, resultet contractus innominatus correspectiuus; adeò, quòd vnus actus censeatur factus propter alium; sed inspiciendam esse intentionem partiũ ex qualitate actuum: & exemplum, in quo tales actus non censeãtur correspectiui, tradit ibi Paul. de Cast. colum. 5. versic. nunc circa istam materiam gloss. format. vbi concludit, quòd si fit cõtractus, quo promittis mihi restituere centum mutuo à me accepta, & fiat pactum, quo ego promittã ire pro te Romã; nõ resultat hic contractus correspectiuus. nam primus cõtractus fuit necessarius, eò, quòd poteras compelli ad restituendum mutuum, etiam si id non promisisses in eo contractu. ergo dici non potest. ꝙ promiserim ire pro te Romam contemplatione dicti contractus: & idem, & clarius repetit Pau. de Cast. ibi colum. sequen. in princ. versic. ne gloss. optimè loquitur melius, quàm Petr. &c. & hanc declarationem extollit ibi Riminald. col. 6. dicens id etiam fuisse de mente Bar. in l. si cum fundum. versicu. nota ex ista gloss. ff. de pac. & probari videtur ex l. fin. ff. de condic. ob cau. ibi, quia Stichum tibi dedi &c. quòd autem dictum Bald. in dict. l. petens. consistat in ratione contractus innominati correspectiui, deducit Corne. in dicto consilio vlt. colum. 1. in fin. in 1. volum. adeò, quòd dubitandum non est, quin declaratio Paul. de Castr. conueniat.

Propterea cùm in præsenti casu diuisio, & inuestitura, sint actus habentes naturam separatam; cùm vnus fuerit necessarius, videlicet, diuisio, tum propter compromissum præcedens, tum quia etiam sine cõpromisso potest quilibet regulariter ad diuisionem compelli; inuestitura autem fuerit actus voluntarius; sequitur nos esse in casu Pau. de Castr. quòd non censeantur tales actus esse correspectini, neq; refert, an compromissum deinde compertum fuerit non subsistere; quia, cùm hic solùm tractetur de verisimili mente contrahentium, illa solet elici etiam ex actu nullo. l. fin. ff. de rebus eorum. extant etiam aliquot probabiles coniecturæ prouenientes ex ipsis instrumentis, per quas euidenter deprehenditur, contrahentes mutasse propositũ multis respectib. in secundo instrumẽto, & correxisse primũ, vt oretenus deducetur per D. procuratorẽ huius causæ; adeò, ꝙ in primo contractu non consi-

derabat

derabant secundum. Et stante prima hac falla-
4 tia, sequitur, † euidenter & alia aduersus secun
dam illationem superius factam, quòd tales a-
ctus, quamuis separatim facti, censerentur sem
per perinde, ac si esset vnicus actus. nam si non
semper censentur correspectiui, multò minus
censentur, vt vnicus actus.

5 Sed & † erronea est tertia illatio, quòd etiã
ex postfacto tales actus nõ possint separari, sed
debeãt vel ambo corruere, vel ambo subsiste-
re. id enim videtur cõtra tex. in l. si ex falsis. C.
de transac. & contra nota. in l. etiam. la. 1. §. 1.
ff. de mino. & pariter cõtra tex. in d. l. cum eius-
dem. ff. de edil. edic. quinimò ex ea vicinitate
6 actuum † inferunt aliquando Doct. quòd vnus
corũ actuum censeatur corrigere, seu destrue-
re alium, vt latè patet in supradicto casu. Ang.
consil. 145. & Roma. 445. & Curt. sen. 54. & tan
tò magis si superueniat nouus consensus ad v-
num eorum actuum, illum comprobans, iuxta
tradita per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt.
ff. de lib. lega. & in actu minorum tradit Cor-
ne. consi. 36. In hac consultatione. col. 2. versi.
quatenus autem sit donatio. in 2. vol.

Secunda fuit difficultas proposita, nunquid
7 † solennitates seruandæ per mulieres contra-
ctibus eas obligantib⁹, satis sit, quòd adhibean
tur in mandato, vel ratihabitione ipsius mulie
ris: & super hoc certè non videtur laborandũ,
quia & verba statuti, & mens, & ratio euiden-
ter denotant, quòd eiusmodi solennitates de-
bent adhiberi, quando ipsa mandat, vel ratum
habet, non autẽ quando mandatarius, vel ge-
stor negotiorũ contrahit pro ea. nam mulier
obligatur ex facto suo, non autem ex facto al-
terius. ergo tunc, cùm obligatur, debet solen-
nitates seruare. Nec obest, quod ex aduerso di-
8 citur, obligationem † solere nasci ex cõtractu
principali, & nõ ex mandato. Bar. in l. si vt pro-
ponitur. ff. de fideius. quia patet responsio, q̃
illud est fictè, & solùm cõsiderato effectu: quia
cũ mandatũ, vel ratihabitio sint actus acesso-
rij, cõueniens est, q̃ obligatio, id est, eius effect⁹
tribuatur actui principali; sed quò ad veritatẽ
nõ est dubiũ, quin mulier obligetur ex manda-
to, & ex ratihabitione, vt patet, quia si nõ man-
dat, vel non ratum habet, non obligatur.

Neq; Ias. in l. 1. §. item acquirim⁹. ff. de acqui.
poss. cum alijs allegatis obstant; quinimò ha-
bẽt pro expedito, q̃ solennitates debeãt inter-
uenire in mandato; sed disputant, nunquid suf-
ficiat generale mandatum, an verò requiratur
speciale, & ita loquuntur in alijs terminis.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ. 1547.
24. Iulij. Pro Domina Ambrosina de
Sachis, Mediolanen.

De eadem materia.

SCRIPTVM fuit superioribus diebus, quòd
de iure non videbatur verum, quòd duo in-
9 strumenta, vel duo alij actus, qui † fiant incon-
tinenti; censeantur correspectiuè facti, & id
maximè clarum esse, quãdo vnus actus, saltem
est necessarius. Item scriptum fuit, non esse ve-
rum, quòd ex duobus actibus factis correspe-
ctiuè, non possit ex postfacto vnus approbari
per nouum consensum sine alio. Nunc reuoca
tur in dubium secunda pars prædictæ primæ cõ
clusionis, scilicet, quando vnus actus est neces-
sarius; & obijcitur, quòd id iure, vel Doctorũ
autoritate non probatur. sed, vt & tunc dictũ
fuit, probatur id ex autoritate Pau. de Cast. in l.
petens. in duobus locis, vbi exclamat, id esse
notandũ, & exclamat etiam Riminal. ibi. Præ-
tereà naturalis ipsa ratio, seu præsumptio, qua
mouentur Bal. & alij in l. petens. ad dicendum,
quòd duo actus incontinenti facti, præsuman-
tur fieri correspectiuè; debet omnes mouere
pariter ad dicendũ, quòd cùm vel ambo actus
sunt necessarij, vel saltem vnus eorum est ne-
cessarius, cessat talis præsumptio, quòd videan
tur facti correspectiuè, vt clarè deducit Pau. de
Cast. vbi supra, & impossibilè videtur hoc ne-
gare, si intelligitur, neque tex. in l. si ventri. in
fi. ff. de priuileg. credi. loquitur de actu aliquo
necessario.

Sed præter hanc responsionem, aduertendũ
est, q̃ vt superioribus diebus dictum fuit, etiã
si ambo actus sint voluntarij, non tamen sem-
per sunt correspectiui, vt patet ex l. cum eius-
dem. ff. de edil. edic. & adducta fuêre exempla,
quæ quotidie contingunt. Deinde dictũ fuit,
q̃ ex duobus actibus correspectiuis, nihil vide-
batur obstare, quin eorũ vnus posset ex postfa-
cto cõfirmari sine alio. Propterea non satis vi-
deo, quid amplius restet, quod in hoc articulo
possit probabiliter sub dubium reuocari.

Idem Iacobus Mandellus, Albensis, Papiæ.
1547. 7. Octobris. etiam pro Do-
mina Ambrosina.

ARGVMENTVM.

DE animo deliberato ad homicidium, an præ-
sumatur, & quòd id totum consistat in coniectu-
ris: & de multis coniecturis ad excludendum ani-
mum deliberatum cuiusdam Magnifici Inquisit.
Et an præsumatur animus deliberatus ex inimici-
tia, quæ præcedebat, & an ex qualitate vulneris, vel
percussionis.

SVMMARIVM.

1 ARTICVLVS *de animo deliberato versatur in coniecturis.*

2 *Animus deliberatus ad homicidium in dubio non præsumitur, duobus casibus exceptis, latronũ, & eorum, qui agros depopulantur.*

3 *A regula non est recedendum, in dubio iudicandum est pro regula.*

4 *Vnusquisque præsumitur sanæ mentis, saniq; iudicij, & facere, vel non facere, quæ quilibet homo sani iudicij faceret, vel non faceret.*

5 *Doctor minor. 25. annis non habet restitutionem in integrum.*

6 *Non præsumitur quis incidere in crimen perfidiæ, & amicos, vel coniunctos velle mortis periculo subijcere.*

7 *Non præsumitur quis voluisse procedere de facto, quando iam cœperat via iuris experiri, neque mutasse voluntatem.*

8 *Non præsumitur quis, bono consilio contempto, malum sibi, & pernicioſum proponere.*

9 *Animus deliberatus occidendi non præsumitur, quando quis prius nihil ex domo amouerat de bonis suis, & rebus.*

10 *Simulare quis non præsumitur apud honestos viros, neque cum Principibus, neque cum his viris, à quibus dependet eius salus.*

11 *Vita alicuius plurimum potest in præsumendis, vel non præsumendis criminibus.*

12 *Ex inimicitia, quæ præcedebat cum interfecto, vel præsumebatur, non debet præsumi animus deliberatus occidendi.*

13 *Ex qualitate vulnerum, & loci, in quo quis fuit percussus, an præsumatur animus deliberatus.*

14 *Præsumptiones plures, & propinquiores, & magis speciales, & verisimiliores &c. semper debent præferri.*

Consilium XLVI.

1 CVM præsens articulus de animo deliberato ad homicidium † versetur in coniecturis, vt extant iura, & loca Doctorum satis nota; videtur D. Polictonius, & qui cum eo inquirunt de homicidio, habere intentionem fundatã primò
2 ex regula iuris, quæ habet, quòd † in dubio animus deliberatus ad homicidium non præsumitur, duobus casibus exceptis, latronũ, & eorum, qui agros depopulantur, vt tradunt Hostien. & Ioan. And. in c. inter alia. extra de immuni. Eccle. per illum tex. vt prius ibi sensérat Innocen. & clarius ibi explicat Abb. colum. 6. nu. 20. versicu. sed quæro circa prædicta. & notissimè tradit, & cõprobat Marcus Antonius Blancus, qui nunc profitetur Paduæ, in repeti. l. fin. ff. de quæstio. nu. 54. versic. vlterius sciendum. Et cùm hæc præsumptio sit tanquã †
3 regula, non facilè ab ea est recedendum, vt per gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. cùm in dubio iudicandum sit pro regula, vt per Deci. in l. 1. eod. titu.

4 Secunda præsumptio, quia † vnusquisque præsumitur sanæ mentis, saniq; iudicij, & facere, vel non facere, quæ quilibet homo sani iudicij faceret, vel non faceret, vt latè per Alexã. consil. 141. 1. volum. & hoc notorium est in ipso D. Polictonio, & tantò magis cùm sit Do-
5 ctor. nam videmus, quòd † etiam si sint minores 25. annis, non habent restitutionem. l. quidam consulebant. vbi Bar. ff. de re iudi. Et cùm nemo sani iudicij, si haberet inimicum, quem etiam deliberasset occidere, verisimiliter eum occideret, vel assistens occidi mandaret coram tot testibus, præsertim ministris iustitiæ; quia sciret vtiq; rem nõ indigere probatione: & sciret se, & socios, esse condemnandos personaliter, & priuandos facultatibus; & satis præuideret alia incommoda, quæ ex talibus actibus solent sequi, concernentia & amissionem existimationis, seu honoris, & angustias parentum, cognatorum, & amicorũ: & quamuis aliquando contingat, talia homicidia coram multis fieri; id tamen fiet in rixa, seu ob alium repentinum casum; sed cùm tempus affuit cogitandi, ac per multos dies deliberandi; certè esset ãtis fatuus, qui id committeret; neq; fortè ãtate nostra auditum est contigisse aliquem eiusmodi casum, nisi in morte Principum, quos facinoroſus aliquis, spreto mortis timore, laudi sibi habuit publicè interfecisse, cùm nõ aliter pateret ei aditus ad tale scelus perpetrandum. sed in priuata persona, & vilis cõditionis, prout erat in præsenti casu ille interfectus, quem facillimũ fuisset multis modis clam interimere; hoc nullo modo est verisimile, non tantum in D. Polictonio, sed in quolibet viro longè minoris gradus, & iudicij. Propterea à succedũt decisiones vulgares: q̃ illud, quod nõ est verisimile, est quædam falsitatis imago, & quæ nunquã eueniunt, non sunt verisimilia; & vbi naturalis ipsa ratio rem complectitur, de qua agitur, nõ sunt quærendæ probationes, & hæc præsertim in materia coniecturali, velut est probatio animi deliberati, vt dictum fuit.

Tertia coniectura, dato q̃ in D. Polictonio tanta fuisset animi perturbatio, vt omninò deliberasset istum, quacunq; data occasione, occidere, & contempto mortis periculo, spretis etiã opibus, visum sibi omninò fuisset ita agere; nullatenus tamen est credendũ † eum inci-
6 re; nullatenus tamen est credendũ † eum incidisse in graue hoc crimen perfidiæ, vt adeò multas personas nobiles, & diuites voluerit decipere, & sub falsa assertione hominem capiendi, cogitauerit eos subijcere & mortis periculo, & facultatum, cùm præsertim essent ei omnes vel sanguine coniuncti, vel amicitia.

Quarta

7 Quartà coniectura, quia constat † iudicialiter quòd ipse D. Polictonius cũ effectu, quantum in se fuit, iam cœperat persequi istum via iuris. nam in eo ipso die immediatè præcedenti noctem, qua fuit interfectus, vsus fuit omni diligentia, vt is caperetur; & adhibuit viros nobiles vnà cum executorib. D. prætoris ad duas portas ciuitatis Papiæ, & alios, qui ibant, & redibant, & per quam plures horas dederũt prædicti nobiles operam tali negocio, vt nunc iam creditur esse notorium, tum ex dictis ipsorum executorum, tum ex depositione aliarum personarũ; adeò, quòd res carebat omni suspitione simulationis, & nemo præsumitur mutare voluntatem absque noua causa, nisi probetur. l. eum qui. ff. de proba.

Quinta, quia eo ipso die D. Polictonius vocauerat ad se ex vrbe Mediolani quatuor testes, 10 facturos fidem dominis officialib. Papiæ, & homo iste erat acceptator bannitorũ; & eos quatuor testes habebat in ædibus suis, & ibi eos reliquit in ipsa nocte, qua iuit ad sollicitandã capturam istius, tanquam die sequenti essent dicturi testimonium aduersus ipsum captũ: quæ res satis euidenter demonstrabat, qualis esset eius animus in ipsa etiam hora, qua recessit.

Sexta, dato cp D. Polictonius maximo odio fuisset prosecutus hominem istum, etiam vt eius mortẽ desideraret; erat ei in promptu via, qua poterat se licitè, & impunè vindicare, videlicet via iuris, quia iam fuerant iudicialiter examinati testes, quòd erat ille receptator bannitorum, & alios habebat (vt dictum est) ad id vocãdos. quòd solùm crimẽ sufficiens erat ad pœnã mortis: & probaturus insuper erat alia eius hominis egregia facta, quorum satis publica est fama. Fuisset igitur D. Polictonius iudicij 8 valde leuis, si † bono consilio contempto, malũ sibi, & pernicioſum proposuisset, quod certè iura in nemine præsumunt. l. 3. ff. de milita. testa. ergo multo minus id præsumendum est in iuris professore.

Septima, quia si dicimus D. Polictonium habuisse animum omninò istum de facto interficiẽdi, necesse esset fateri, quòd omnia, quæ circa illius capturam fiebant, simulatè fierent, & quòd nihil iuridicum haberet D. Polictonius in effectu contra istum: quò casu dicendum esset alia ratione, eum fuisse valde leuis iudicij, & malè sibi consuluisse. nam via, qua tentauerat eum interficere, non erat certa, potuisset enim esse, quòd iste permisisset se capi ab executoribus, & ita euanuisset consilium D. Polictonij vtraq; via, quia neque eũ de facto interfecisset, neq; via iuridica huic capto attulisset pœnam aliquam, & tamẽ detexisset D. Polictonius animum suum, & vindictam, & ad maius odium hominem hunc prouocasset; quod certè caret omni verisimilitudine.

9 Octaua, quia ea nocte, † qua fuit interfectus, nihil penitus amotum † fuerat rerum suarũ ex eius domo; sed omnia se habebant, prout alijs quibusq; temporibus solebant se habere: neq; domi aliquem reliquerat, qui, si casus homicidij euenisset, potuisset eiusmodi negotio prouidere; nam & magnifica eius mater, & fratres erant absentes à ciuitate Papiæ.

† *Quæ coniectura est etiam considerãda, vt per Blancum Patauinum, in trac. de indi. homicidi. & cæt. num. 85. in verbo, asportatio. Vin. Annib.*

Nona, quia & ex testimonio executorum, & aliarum quam plurimarum personarum constat ipsum D. Polictonium, in itinere sæpius dixisse, & rogasse ne iste vllo modo offenderetur; sed omnes diligenter aduerterẽt, ne fugam raperet, quia de fuga plurimum dubitabat. Et quamuis ex aduerso possit obijci, quòd aliquãdo † simulant homines, & pugnant facta cum verbis; nihilominus credendum nõ est in præsenti casu, cum vti voluisse tali simulatione, quã paulò post detecturus omninò erat apud tot nobiles viros, & malam de se opinionẽ ipsis omnibus relicturus.

Decima, per biduum priusquam contingeret casus iste, allocutus fuerat ipse D. Polictonius Illustrem D. Præsidem, & quàm multos ex Illustribus Senatoribus lætus, quòd falsa imputatio istius porrecta superioribus mensibus aduersus ipsum D. Polictonium habuisset exitum; quem meritò habere debuerat; videlicet, quòd ex testibus ipsius aduersarij constitisset, eam esse calumnioſissimam: & deprecatus est ipsos Illustres patres, ne sibi deessent, qui accusaturus erat hominem hũc de receptione bannitorum, & de alijs criminibus: quinimò ea de causa eodem die accesserat ad Illustrissimum Principem, nondum prius Excellentiæ suæ notus; eaque omnia ei exposuerat. vnde verisimiliter credendum est D. Polictoniũ non fuisse adeò leuem, vt etiam simulare voluerit cum Principibus, & cum his viris, à quibus dependet eius salus, & eos voluerit aduersus se ipsum prouocare: & si concepisset animo mortem istius, certè non est verisimile, quod ad tales viros tunc accessisset, iuxta illud, qui malè agit, odit lucem.

11 Postremò nota esse creditur ipsius † D. Polictonij vita in cæteris negocijs, quæ quantum possit in præsumendis, vel nõ præsumendis criminibus, est etiam notissimum.

12 Ex aduerso autem duæ † coniecturæ adducuntur; inimicitia, quæ inter eos propter litem præcedentem præsumebatur, & qualitas percussionis, videlicet, cũ duobus vulneribus, exeunte illo de quadam fenestra. Sed stantibus supradictis, videntur hæ duæ coniecturæ adeò leues, vt ferè nõ indigeant responsione. Nã qđ

ad inimicitiam attinet, esto, quòd præsumeretur; non tamen constat, eam debuisse præsumi vsque ad desiderium mortis: sed & dato, quòd desideraretur istius mors, extabat via, qua D. Polictonius poterat, iustitia mediãte, de eo sumere vindictam, vt dictũ est: & dato, quòd desiderasset de facto, atq; illicito modo eum interficere, potuisset id clam aliquibus mãdare, vel alijs modis id agere.

13 Quò verò ad † qualitatem percussionum, & loci, respondetur, quòd ex hoc nihil cõcludenter, vel probabiliter potest inferri, si cæterę circumstantiæ inspiciantur. nam iste rapiebat fugam, vt ipsa qualitas loci indicat, & omnes fatentur; & D. Polictonius, & qui cum eo erant, ob hoc ipsum accesserãt ad eum locum, ne raperet fugam; & id fecerant, scientibus, ac consentientibus executoribus. Cum igitur viderunt hominem hunc volentem fugere, seu verius cùm audierũt strepitum ad fenestrã, (quia nox erat) fecerunt illud, qđ facere eis erat conueniẽs, videlicet conati sunt impedire fugam, neque eam aliter poterant impedire, nisi cum armis: & non est mirum, quòd vnus ex eis, vel duo direxerint arma ad fenestram, & hunc percusserint in primo ipso impetu, & cum non sit in facultate semper hominũ moderari percussiones, contigit huic homini id, quod cuilibet alij facilè potuisset contingere, quòd ex paruo vulnere illato in gulam, quam extra fenestram porrexerat, mortuus est. hæc sunt verisimilia; & vix est, quòd res potuerit se aliter habere.

14 Et cũ supradictæ præsumptiones † deductæ pro D. Polictonio, & Socijs sint longè plures, sintq; propinquiores, sint magis speciales, sint verisimiliores, sint magis concludentes; sunt præferendæ, præsertim cum hic extet præsumptio regularis, animum occidendi in dubio nõ præsumi, extat & generalis regula, debere in dubio fieri interpretationẽ, vt excludatur, quantum fieri potest, delictum, iuribus vulgaribus.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ. 1547. 4. Augusti, pro Magnifico. I. V. Doctore, D. Polictonio de Mediisbarbis.

Hic D. Polictonius ciuis Papiensis, hoc anno. 1558. Mense Septembri ob benemerita sua creatus fuit Senator in Amplissimo Senatu Medio. Vin. Annib.

ARGVMENTVM.

An Iudex possit concedere licentiam accusatori, vt ipse vadat, vel mittat alios cum familia, ad capiendum malefactorem. & si malefactor in captura occidatur, an possit inquiri de homicidio ex animo deliberato, vel de auxilio ad homicidium contra tales assistentes familiæ, & executoribus.

SVMMARIVM.

1 QVILIBET *Potest esse executor, & nuncius in propria causa, volente Iudice, dummodò scandalum non sequatur: quod procedit in criminalibus, sicut in ciuilibus.*

2 *Licentia Iudicis probatur, si familia admittit secum accusatorem, & socios.*

3 *Licentia Iudicis stante, si malefactor occidatur, nõ potest inquisitio de homicidio ex animo deliberato formari contra illos, qui iuerunt cum executoribus, & assistebãt, neque etiam de auxilio.*

4 *Animus deliberatus solet probari vel per tractatum præcedentem, vel per effectus postea subsecutos, & ex genere armorum.*

5 *Nemo debet puniri de auxilio, nisi scienter illud præstiterit ad eum finem, de quo imputatur, & nisi talis scientia expresè nominetur in inquisitione, & probetur: & scientia non præsumitur in dubio.*

6 *In præstantibus auxilium requiritur expresè scientia ex no. constitu. Mediolani.*

7 *Auxilium non punitur, nisi præstitum sit per actum proximum, & scienter.*

Consilium XLVII.

DOMINVS Iudex videtur potuisse concedere licentiam accusatori, vt vel ipse, vel aliqui pro eo irent vnà cum familia ad capiendum malefactorem, si verisimiliter eius familia non erat
1 sufficiens: quia † regulariter videtur concessum, vt quilibet possit esse executor, & nũcius, in propria causa, volente Iudice, dũmodò scandalum non sequatur, vt concludit Bart. in l. iudex possidet. ff. de acqui. possess. vbi duntaxat excipit casum, quando licentiam concederet socij parti, vt per vim ingrediatur, alio p vim obstente, & multa ibi remissiuè adducit Alexand. numer. 30. Et quamuis loquantur de causis ciuilibus, videtur tamen idem dicendum in causis criminalibus, vbi sit eadem ratio; puta quia talis licentia conceditur nõ soli accusatori, sed officialibus principaliter, vel saltem quando non cõceditur ipsimet accusatori, sed alijs pro eo, qui scilicet assistant officialibus, & locũ demonstrent, ac facilitatem capiẽdi, prout quotidie videmus seruari.

2 Et re ipsa † videtur probata eiusmodi licentia eo ipso, quòd officiales, seu executores publici secum admiserunt ipsum accusatorem, & socios.

3 Qua licentia † stante, videtur dicendũ, quòd aduer-

aduersus illos, qui semper astiterunt dictis officialibus ad portã domus, nullatenus formari debeat inquisitio de homicidio ex animo deliberato, neq; de auxilio ad tale homicidium. nam constat non posse contra eos inquiri de homicidio; quia certum est eos non commisisse homicidium. neque pariter videtur posse inquiri de auxilio ex animo deliberato. nam
4 † cùm animus deliberatus soleat probari, vel per tractatum præcedentem, vel per effectus posteà subsecutos, velut ex genere armorum, quibus perpetratus fuit actus. Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de siccar. & in l. si in rixa. colum. 1. eod. tit. & hic non constet de aliquo tractatu, neq; etiam constet de aliquo effectu per eos cõmisso circa homicidium; non satis video vnde eli-
5 ciatur talis eorum deliberatio. Et certum † est de iure communi, neminem debere puniri de auxilio, nisi scienter illud præstiterit ad eum finem, de quo imputatur, & nisi talis scientia expressè nominetur in inquisitione, & probetur, vt decidit Bartol. in l. omnes. la. 2. C. de agrico, & censi. lib. 11. & sequitur Felin. in c. sicut dignum. colum. 3. de homicidi. & Marsil. in sua prac. crimina. §. constante. numer. 64. qui omnes concludunt, quòd in dubio talis scientia
6 non præsumitur.

Et id clarius procedit, † stantibus nouis constitu. scilicet sub titu. de pœnis. §. quicunq; scicns. vbi expressè requiritur scientia in præstantibus auxilium ad talia homicidia.

Nec aliud videtur ex aduerso posse probabiliter adduci, nisi, quòd cum omnes simul è ciuitate Papiæ recesserint, & semper simul iuerint vsque ad illam domũ; verisimile est, quòd essent vnanimes, & sciret vnus, quid esset actus alius. Quæ tamen coniectura facile videtur posse tolli per alias fortiores. præsupposita enim supradicta licentia domini Iudicis, vel expressè concessa, vel saltem tacitè per consensum executorũ; satis constat, quòd causa, propter quam omnes iuerunt, erat, vt executorib. assisterent ad capiendum, nõ vt interficerent; prout etiam de hoc inter ipsos omnes fuerat dictum. Propterea sumi non debet mala præsumptio, si per bonã potest excludi. Et, quamuis posteà mutauerint propositum illi, qui hominem interfecerunt ab alia parte domus; id tamen nocere non debet alijs, qui dabant operam rei licitæ, assistendo executoribus, præsertim cum possit esse, quòd oblata occasione ex improuiso, vel propter timorem ne fugeret, mutauerint propositum. Et cùm (vt supradictũ est) ex coniecturis verisimilibus solcat animus cognosci, debent prædicta ponderari.

7 Et concludit † Felin. in d. c. sicut dignum. colum. 2. & 3. in 1. & 5. limita. quòd auxiliũ non punitur, nisi præstitum sit per actum proximũ, & scienter, & sequitur Marsil. vbi supra numer. 50. 55. & 61.

Nunquid autem possit contra eos formari inquisitio alio modo, præterquã quòd de animo deliberato, nunc non dico; sed prædicta videntur prima facie suadere, quòd non.

Iacobus Mandell. Albensis, legens Papiæ. 1547. 12. Iunij.

ARGVMENTVM.

De materia authen. Hoc amplius. C. de fideicõ. Et an hæres priuandus sit hæreditate, si testator nõ fuit sepultus in illa Ecclesia, in qua mandauerat se esse sepeliendum; & an, & quando requiratur monitio, & lapsus anni, de quib. in d. authen. Hoc amplius. & an, & quando procedat ille text.

SVMMARIVM.

1 MONITIO *Hæredis, & lapsus anni, de quib. in authen. Hoc amplius. an requirãtur in actibus, qui celeriter sunt expediendi: & vide nu. 18.*

2 *Hæres incidit in moram, & pœnam, quam primũ potuit facere, quod debeat, & non fecit, etiam quòd non fuerit opposita certa dies: sed vide infra num. 19.*

3 *Monitio non est necessaria, vbi est apposita dies.*

4 *Dies tacita, quæ censetur inesse ex natura, & qualitate rei, operatur etiã commissionem moræ, sicut dies expressa: & vide nu. 11. & nu. 20.*

5 *Nulla requiritur monitio, quando non sumus in casu omissionis, seu negligentiæ, sed sumus in casu positiuo contrauentionis, quando scilicet iam hæres contrauenit.*

6 *Tex. in authen. Hoc amplius. cum sit pœnalis, non est trahendus extra casum suum cum suis qualitatibus.*

7 *Text. in authen. Hoc amplius. non debet trahi ad casus exigentes celeritatẽ, in quibus nõ possunt verificari qualitates requisitæ in illo textu.*

8 *Argumentum de toto ad partem nõ valet, quando est diuersa ratio.*

9 *Vbi plures interueniunt monitiones, ibi maior imponitur pœna.*

10 *Monitio est, quæ facit incurrere pœnam &c.*

11 *Monitio semper est necessaria, vbi nõ est expressa dies certa: & an sufficiat dies tacita in materia pœnali, & priuatoria.*

12 *Omnis actus disponitur facientibus vel simpliciter, vel in diem, vel sub conditione.*

13 *Argumentum valet à destructione consequentis ad destructionem antecedentis.*

14 *Tex. in authen. Hoc amplius. q̃ non cõsiderauerit diem tacitã. Et ad hoc vt committãtur huiusmodi pœnæ priuatiuæ, quòd duo copulatiuè requirantur, expressio diei, & expressio pœnæ.*

15 *Text. in authen. Hoc amplius. locum non habet*

vbi

vbi non agitur de cõmodo pecuniario, nisi agatur de re concernente animam testatoris.

16 *Sepultura, & quæ ad sepulturam, & exequias fiunt, magis sunt viuentium solatia, quàm subsidia mortuorum.*

17 *Iusta causa excusat à pœna.*

21 *An in legatis ad pias causas sufficiat mora irregularis quò ad priuationem hæreditatis remissiuè.*

Consilium XLVIII.

QVAMVIS eruditissimè scriptum iam fuerit in præsenti causa, nihilominus visa est mihi prima facie dubitabilis posita cõclusio, Quòd hęres non priuandus sit hæreditate, eò, quòd testator nõ fuerit sepultus in illa Ecclesia, in qua mandauerat se esse sepeliendum. Nam in con-
1 trarium primò visa est facere decisio † Bald. in authen. Hoc amplius. colum. penul. volentis, quòd monitio, & lapsus anni, de quibus in illo text. non requirantur in actibus, qui celeriter sunt expediẽdi. quæ opinio videtur habere rationem, quia de natura legis est, vt comprehendat omnes casus. l. non possunt. ff. de legi. & nõ videtur posse dare ratio diuersitatis, quòd tex. in d. authen. Hoc amplius. non ita voluerit cõprehendere casus habentes celeritatem, sicut alios celeritatem nõ habentes; & si illos comprehendit, videtur necessarium fateri id, quod ait Bald. quia si aliter diceremus, resultaret absurdum, quinimò perplexitas, & impossibilitas, quòd in exigentibus celeritatem, facienda esset monitio, & expectandus annus: & ad hoc optimè videtur facere decisio Bart. in l. 1. vers. & per hoc dico. ff. de glande legen. & supradictam decisionem Bal. in authen. Hoc amplius. videtur sequi Roma. in l. in cognitione. ff. ad Syllan.

Secundò in cõtrarium videbatur facere gl.
2 in l. 1. C. de indign. volens, † quòd, etiam non apposita certa die, incidat hæres in moram, & pœnam, quamprimũ potuit facere, quod debebat, & non fecit, & eam sequitur ibi Bartol. & idem Bart. in d. l. cognitione. in 2. colum. & Abb. in c. extirpandæ. §. quia vero. col. pen. & fin. de præben.

3 Tertiò, quia vbi † est apposita dies, non videtur necessaria monitio, vt tradit Innoc. in d. c. extirpandæ. & habetur in l. magnam. C. de
4 contra. stipu. & dies † tacita, quæ scilicet censetur inesse ex natura, seu ex qualitate rei, solet etiam operari commissionem morę, sicut dies expressa, secundum Bart. in l. item illa. colum. 1. ff. de constitu. pecu. & in l. ita stipulatus. in 2. q. princ. in fin. num. 40. ff. de verbor. obliga. & videtur esse communis opinio, vt per Alex. in l. si. mora. colum. 5. & ibi etiam Ias. colum. 5. ff. solu. mat. & Ias. in l. quoties in diem. colum. fi. ff. de verb. oblig.

Quattò videbatur dicendum, nos non esse
5 † in casu omissionis, seu negligentiæ, sed in casu positiuo cõtrauentionis; quo casu nulla requiritur monitio, vt per Innocen. & alios in d. c. extirpandæ. & omnes fatentur & esset ridicula monitio in tali casu: vt inquit moder. Crala monitio in tali casu: vt inquit moder. Cravetta cons. 193. colum. 1. nam hic nõ solùm videtur fuisse negligens hæres in non curando, vt defunctus sepeliretur, prout mãdauerat: sed etiam videtur cõtraueniſse, quia sepultus fuit in alia Ecclesia, & modo quodam qui non admittit reuocationem erroris, cum scilicet fuerit sepultus cum multis alijs.

Verùm, his nõ obstantibus, existimo verissimam esse conclusionem per supradictũ Magnificum D. Consultorem factam, quòd non
6 sit locus priuationi. Et primò † quia cum text. in d. authen. Hoc amplius. sit pœnalis, non est trahendus extra casum suum cum suis qualitatibus. l. prætor ait. §. docere. ff. de vi bon. rap. & l. Fulcinius. §. 2. ff. ex quib. cau. in posse. & tradit Geminia. in c. quanquam. de elec. in 6. & in c. 1. colum. fin. de bigam. in 6. Angel. cons. 100. Præmitto. in prin. & Comen. cons. 41. Ad primum. in 3. dubio Fulgo. consi. 7. Iam pluribus.
7 colum. pen. vndè, cum † tex. in d. authen. Hoc amplius. loquatur in casu, quo fieri debet monitio, & labitur annus vnus, & sit correctorius iuris cõmunis, & sit pœnalis; non debet trahi ad casus exigentes celeritatem, in quibus non possunt tales qualitates verificari, vt in simili tradit Bar. in l. denunciasse. §. qui tamen. ff. de adulte. Deci. cons. 256. colum. fin. latè Abb. in c. licet causam. colum. 10. & 11. de proba. & est diuersa ratio inter casus prędictos, quia in casibus, in quibus potest commodè haberi locum monitio, & lapsus anni; constat hæredem esse in maxima contumacia, & proteruia; & propterea infligitur ei talis pœna, vt priuetur hæreditate; quę ratio cessat, vbi cessant dictæ qua-
8 litates. Et in simili videmus † quòd *non* valet argumentum de toto ad partem, quãdo est diuersa ratio, vt per Bar. in l. iurisgẽtium. §. adeò. ff. de pac. Deci. in l. non debet cui. in fin. ff. de reg. iur. & facit glos. in §. si quis autem non implens. in verbo Admonitus. in authen. de hæ-
9 re. & Falcid. volens, † quòd vbi plures interuenit monitiones, ibi maior imponitur pœna: & vt inquit Alex. in l. ita stipulatus. colum. 4.
10 ff. de verb. oblig. † monitio est, quæ operatur, vt quis conuincatur de negligentia, & per consequẽs incurrat pœnam, cum scilicet post monitionem est contumax.

Secun-

11 Secundò videtur† de iure expeditum, quòd vbi non est expressa dies certa, tunc semper est necessaria monitio. vt tradit Innocent. in d. c. extirpandæ. & fatentur omnes Doctor. in d. l. magnam. ideoque cum in casu nostro non fuerit talis dies expressa, videtur clarum, quòd necessaria erat monitio. neq; dicendum est, quòd sufficiat dies tacita, scilicet in hac materia pœnali, & priuatoria; quia, attenta ea ratione, sequeretur, quòd nunquam requireretur moni-
12 tio, † nam omnis actus disponitur faciẽdus vel simpliciter, vel in diem, vel sub conditione; & si dispositio sit simplex, debet actus fieri statim, scilicet secundum materiam subiectam. l. cum, qui calendis. §. quoties. ff. de verb. oblig. & si dispositio sit in diem, vel sub conditione, debet actus fieri, adueniente die, vel conditione; & quilibet actus habet tacitam diem, infra quam est faciendus. l. interdum. ff. de verb. oblig. adeò, quòd si dies tacita cõsideraretur, fuisset superflua prouisio text. in d. authen. Hoc amplius. dum requirit monitionem in casu, de
13 quo loquitur. Propterea † arguendo à destructione cõsequentis ad destructionem antecedentis. l. apud antiquos. C. de furt. & l. 2. §. mutui datio. seu in §. appellata. ff. si cert. peta. se-
14 quitur ex necessitate, quòd cum † tex. in d. authen. Hoc amplius. requirat monitionem, & lapsum tẽporis, non considerat diem tacitam: quinimò videntur Doctor. fortius velle, quòd ad hoc vt committantur huiusmodi pœnæ priuatiuæ, opus est, vt duo copulatiuè interueniant, expressio diei, & expressio pœnæ, scilicet per testatorem, aut per quemlibet alium disponentem adiectæ in particulari ipso casu, super quo fit dispositio, vt tradit Cravetta, cons. 59. colum. 2. & cons. 193. col. 1. & Gonzadi. consil. 34. colum. 2. post Pau. de Cast. & alios, quos ipsi adducũt, vt iam scriptum fuit; quod si est verum, casus noster redditur quasi de indubitabili, cùm testator neque expresserit diem, neq; adiectionem pœnæ.

15 Tertiò, quia hic † non agitur de commodo aliquo pecuniario, quod vnquam potuerit afferre vtilitates, vel damnũ testatori, vel alteri personæ. l. non oportet. & ibi gl. in fi. C. de indig. vbi videtur casus noster in terminis decidum inquit ille text. non debere hæredibus successiones auferri, eo quòd in sepultura sumptibus iudicijs, vel volũtatibus defunctorum non sit obtemperatum: & ꝙ text. in d. authen. Hoc amplius. locum non habeat, vbi non agitur de cõmodo pecuniario, tradit ibi Iaſ. col. 3. in 2. limita. & Doct. in d. l. nõ oportet. & Aret. cons. 150. Visis. col. 4. & quamuis Iaſ. & prædicti Doct. limitent, quando ageretur de re concernente animam testatoris, id tamen nihil fa-
16 cit ad præsentem casum; quia † curatio funeris, conditio sepulturæ, & pompa exequiarum magis sunt viuẽtium solatia, quàm subsidia mortuorum, vt inquit tex. in c. animæ defunctorũ. 13. q. 2. & vbicunq; sepeliamur, Domini est terra &c. vt ibi habetur in c. vbicunque.

Quartò præsupponẽdum est in facto, quòd defunctus iste traditus fuit sepulturæ sine mandato, & sine interuẽtu ipsius hæredis, quinimò erat absens, & fortasse ignorans, quid ageretur, & ignorans dispositionem testamenti, prout
17 in dubio præsumitur ignorasse. Propterea † iustissimam videtur habere causam excusationis, quæ debet eum omninò liberare ab huiusmodi pœna. l. igitur. ff. de libera. cau. præsertim cùm nõ fuerit in facultate ipsius hæredis, postquàm nouit dispositionem testamenti, obtemperare voluntati testatoris; quia, vt supradictum est, fuerat sepultus inter alia quam plura cadauera. Et hoc solum fundamentum deberet per se sufficere.

Et, stantibus his, non obstat id, quod primo
18 loco in contrarium † dicebatur, quòd text. in authen. Hoc amplius. comprehenderet casus habentes celeritatem, & tamen in eis non exigeretur monitio, vel lapsus anni. nam patet responsio ex his, quæ diximus in primo fundamento; neque Bald. ibi id voluit, quia statim se declarauit, dicens id non procedere in pœnis priuationis, vt etiam aduertit Gonzadi. in d. cons. 34. colum. 2. & si Bal. aliter voluisset, malè sensisset, per supradicta: & prædictã opinionem de casibus exigẽtibus celeritatem improbat Alex. in d. l. ita stipulatus. colum. 4. & in l. 1. C. de indign.

Ad secundum † respondetur, quòd gloss. in d. l. 1. C. de indign. debet reduci ad cõcordiam, cum his, quæ tradit Innocen. in d. c. extirpandæ. vt scilicet in eiusmodi omissionib. debeat præcedere monitio, deinde currere tantũ tempus, quantum vult illa glo. id est, quantum satis erat, vt ipse actus posset expediri, secundum Alex. in d. l. 1. & latius idem Alex. in d. l. ita stipulatus. colum. 4. & ita etiam voluit Aret. in d. cons. 150. col. 3.

Ad tertium scilicet, quòd dies tacita † sufficiat, respondetur id non esse verum, vt dictum fuit in secundo fundamento: & allegata in cõtrarium procedunt in commissione simplicis moræ, videlicet propter vsuras, vel interesse, vel interitũ rei, iuxta nota. in l. quod te. ff. si cert. peta. prout etiam in talibus effectibus procedunt ea, quę tradi solẽt de mora irregulari, quę fit sine interpellatione. Deci. cons. 151. colum. 8. non autem hæc procedunt quò ad pœnã extrinsecam, id est, priuatiuam, vt fatetur Bald. in d. authen. Hoc amplius. colum. 3. per Gonza.

in d. cons. 34. & id euidenter præsupponit text. in d. authen. Hoc amplius. qui si aliter intelligeretur, ineptè requireret in huiusmodi pœnis monitionem, & lapsum certi temporis, si sufficeret dies tacita, vt dictum fuit.

Ad quartum respondetur, quòd casus noster non vertitur in contrauentione, sed in omissione; quia actus sepeliendi nõ solet expediri per ipsos hæredes, sed per alias personas, & ad hæredes duntaxat videtur pertinere, vt curã habeant, ne aliquid fiat cõtra voluntatem defuncti: quam curam si non habeant, videntur potius peccare omittendo, quàm faciendo: & id clarius est in præsenti casu, cùm probari non possit, sepultum fuisse testatorem de mandato ipsius hæredis, vt dictum fuit.

Et præter supradictas responsiones ad prædicta omnia ex aduerso adducta traditas, patet etiam alia responsio communis, quòd hîc non agitur de commodo pecuniario, vel verè concernente animam testatoris. Item alia responsio, quòd hic interuenit ignorantia testamenti, atque ignorantia sepulturæ, vt supradictum fuit.

21 Quò verò ad aliud quæsitum, † vtrum in legatis ad pias causas sufficiat mora irregularis quò ad priuationẽ hæreditatis; nihil noui succurrit: quia id satis deciditur, in allegato c. nos quidem. de testamẽ. & in allegato consi. Gonzadi. 34.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ legens. 1547. 6. Decembris. ad requisitionem Mag. D. Iacobi Franciſci Gambaranæ.

ARGVMENTVM.

An Decreta Mediolani comprehendant nunc Placentiam.

SVMMARIVM.

1 ORDINES, *Vel Decreta vnius status, vel ciuitatis, nõ porriguntur ad ciuitatẽ confœderatã. Et quid stante statuto, Quòd bannitus in vno loco possit offendi in loco confœderato: & de opinione Bar. in l. non dubito. de capti.*

2 *Quicquid fit Mediolani, fit sub nomine Cæsaris, & cẽsetur fieri sub nomine eius, tanquam Ducis Mediolani.*

Consilium XLIX.

EGo sum in cõtraria opinione, duabus rationibus, prima est, quia si ciuitas Placentiæ non est subiecta dominio Mediolani, sed dũtaxat † cõfœderata, est expeditum, quòd ordines status Mediolani ad eam non porriguntur. Bartol. in l. si cõuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. ac Cyn. & Salice. in l. etiam. C. de iu. dot. Nec quicquam facit, quod ait Iaſ. in l. vbi pactum. num. 18. C. de transac. & in l. fin. numer. 15. ff. de iurisd. om. iudi. quia loquitur secundum terminos Bart. in l. non dubito. ff. de captiuis, videlicet, quando extat expressum statutum, quòd bannitus in vno loco, possit offendi in loco confœderato, & in casu nostro nulla extat talis dispositio. Prætereà opinio Bartol. in d. l. non dubito. & in l. cunctos populos. 8. q. non est bona, vt per Bald. in l. executorem. 8. columna. C. de execu. rei iudica. Felin. in cap. postulasti. colum. 4. de foro compet. & esset contra text. in d. l. non dubito.

Secunda ratio est, quia hactenus non constat, quòd Ciuitas Placentiæ sit vel vnita, vel confœderata cũ dominio Mediolani: quinimò constat de contrario, vt nuper mihi asseruit vir qdã peritissimus, Præfectus Secretariæ, in qua Mediolani expediuntur negotia Placentiæ.

Non obstat, quòd ambæ istæ prouinciæ sint sub eodem Principe; adeò, quòd possẽt &c. vt per Bal. in d. l. etiam. in prioribus lecturis, quia respondetur, quòd hactenus id Cæsar nõ fecit. Neque constituendum est fundamentũ, quòd edictum Mediolani fuerit publicatum sub no-

2 mine Cæsaris, quia vulgatum est, quòd † quicquid fit Mediolani, fit sub nomine Cæsaris, & † censetur fieri sub nomine eius, tanquàm Ducis Mediolani; quia fit per eius ministros in dominio Mediolani.

† Vtrum [illegible] Alba pra[illegible] infra in cons. 62. num. 2[illegible] Vin. dict[illegible]

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ. 1548. 24. Ianuarij.

ARGVMENTVM.

An mulier possit testari de dote, stante statuto, quòd maritus lucretur dotẽ &c. Et an statuta prosint forensibus, & quando.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM *De lucranda dote intelligi debet generaliter, siue vxor decedat ab intestato, siue facto testamento, & tale testamentum non potest præiudicare marito, & alijs vocatis à statuto, quando statutum non vtitur verbo, succedat. sed verbo, debeant habere.*

2 *Lucrum dotis censetur deferri marito tanquã lucrum præcisum, & sibi omnino debitũ ex dispositione statuti, & maximè quando sibi defertur, etiam stantibus filijs &c.*

3 *Vna pars statuti debet secundum aliam intelligi.*

4 *Statutum non prodest forensibus; & quando id procedat, vel non procedat, declarat vsque in finem consilij.*

5 *Statutum non prodest forensibus, quando tractat de ali-*

de aliquo effectu, qui directò respicit personas; secus si respiciat res principaliter, quia tunc indistinctè seruatur, etiã quò ad forenses, & non facta distinctione, an verba dirigãtur in rem, an in personã, quãdo scilicet effectus respicit rẽ.

6 *Statutũ si præiudicat forensibus, debet multò facilius eis prodesse.*

7 *Statuentes possunt expressè prodesse forensibus, sed non expressè præiudicare.*

8 *Statutum puniens mulierem adulteram in priuatione dotis, & deferens eam marito, censetur admittere etiam maritum forensem.*

9 *Statuta prosunt forensibus, quando in aliqua parte eis nocent; & è conuerso eis nocent, quando in aliqua parte eis prosunt. Et idem etiam est de statuto laicorum erga clericos.*

10 *Absurdum est, quòd eadem dispositio non sit communis vtrique litigatori.*

11 *Maritus censetur habere lucrũ dotis ex sola dispositione statuti, & non aliter, putà ex testamento vxoris.*

12 *Factum hominis quãdo accedit ad dispositionem legis necessariã, non habetur ratio de tali facto hominis; sed solùm cõsideratur dispositio legis.*

13 *Voluntarium factum hominis non censetur illud, quod ex dispositione legis erat necessarium.*

14 *Statutum si aptitudine saltem noceat forensibus, debet etiam eis prodesse, quãdo scilicet poterat contingere casus quòd noceret.*

Consilium L.

STATVTVM Vercellense, de quo agitur, disponens, quòd † maritus debeat habere dimidiam partẽ dotis, & aliam dimidiam agnati paterni proximiores. &c. videtur intelligendum generaliter, siue vxor decedat ab intestato, siue fecerit testamentum; ita, vt tale testamentum quoad dotem, non possit prejudicare personis vocatis ex statuto: quia statutum hoc non vtitur verbo, succedant. sed verbo, debeant habere. quod est verbum præcisum, vt distinguit Paul. de Cast. in l. si cum dotem. in fin. princ. ff. solu. matri. & latè idem Pau. cons. 441. Pro declaratione eius quod quæritur. 1. volum. secundum nouissimas impressiones, & Ias. cons. 127. in 1. volum. & Brunus Asten. in tracta. de statu. excluden. fœmi. in 8. articu. prin. in 8. q. & Caro. Rui. consil. 132. colum. 4. & 5. in 2. volum. & id in effectu etiã videtur voluisse Comen. consil. 48. Statutum Floren. quamuis multum se inuoluat, & videtur text. clarius in effectu in l. cùm maritus. §. fin. ff. de iure dot. arguendo à pacto ad statutum, vt per Bar. in l. cum allegas. in fi. C. de vsur.

Et pro ea opinione saltem in præsenti casu

2 multum facit; quia, vt dictum est, † maritus vocatur ad vnam partem dotis, etiam stãtibus filijs, & certũ est, quòd eo casu maritus non succederet ab intestato. ergo necesse est fateri, ꝙ maritus habeat tanquam lucrum præcisum, & sibi omnino debitum ex dispositione statuti, vt probatur in l. si vir. & ibi Alexan. tradit. ff. ad leg. Falcid. & Alex. cons. 105. colum. 2. in 2. Et quod dicitur de marito, videtur quoque dicendum de cæteris personis ex eodem statuto vo-

3 catis; quia † vna pars statuti debet secundum aliam intelligi, Bar. in l. 1. ff. de reb. dub. Neque censetur tolli facultas testãdi ipsi mulieri: quia respondent Doct. supradicti, quòd poterit testari de cæteris bonis præter dotem, vt per Ias. & Rui. vbi supra.

Et stante supradicta conclusione, non videtur obstare alia principalis difficultas proposi-

4 ta, quòd † hoc statutum non possit prodesse ipsis agnatis, quia sunt forenses, vt per Brunũ vbi supra in 6. artic. princ. col. 1. per ea, quæ tradit Pau. de Cast. in l. omnes populi. in fi. ff. de iusti. & iur. & Roma. cons. 224. Ista captura. col. pen. & Ang. cons. 73. Quòd dicta actio. & Bal. cons. 460. Ioan. de Albigna. 1. vol. post Bart. in trac. de Represal. in 1. q. 5. par. prin.

Quia videtur posse respõderi tribus modis.

5 Primo, † quòd id procedat, quando statutum tractat de aliquo effectu, qui directò respicit personas, nõ autem quando tractat de effectu respiciẽte res, quæ scilicet sint in territorio ipsius statuti, vt manifestè patet ex dictis per Angel. in d. cons. 73. vbi in effectu prẽsupponit hãc distinctionem: & Bar. & Pau. & Roma. loquuntur in effectibus respicientibus personas, & non res; prout etiam loquitur Angel. vt in eorum exemplis patet. Nam, si statutum respiciat principaliter rem; putà quia disponat de modo succedendi, est magis communis conclusio Doctorum, quòd tale statutum est indistinctè seruandum, nulla habita distinctione personarum, an sint subditæ, an sint forenses; & nulla habita distinctione, an verba dirigãtur in rem, an in personam, quando scilicet certum est, quòd effectus ipse respicit rem, vt concludit Ancha. in repeti. c. canonum statuta. de cõstitu. in 12. q. prin. vers. quæro iuxta prædicta. post Cyn. in l. cunctos populos. colum. fi. & latè ipse Brunus in d. 6. artic. princ. colum. 2. 3. & 4. & Curt. iun. cons. 5. colum. fin. & Parisius. consil. 84. num. 45. 1. volu. qui omnes reprobant Bartol. in l. cunctos populos. in 7. q. in fin. Si igitur

6 tale statutum disponens † principaliter de successione, seu de qualibet alia re sita in territorio, valet indistinctè, etiam in præiudicium forensium, quia scilicet non considerantur personæ, sed res; certè videtur idem dicendum ea-

dem ratione, quòd tale statutum debeat prodesse forensibus; quinimò facilius debet admitti interpretatio, quòd prosit, quàm quòd
7 noceat: quia † si statuentes expressè vellēt prodesse personis forensibus etiam principaliter consideratis absque rebus subiectis territorio, possent id facere; & tamen non possent è conuerso expressè directò eis præiudicare. l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi.

Et ad prædicta videtur tendere, id quod tradit Anchar. in d. repeti. cap. canonum. in 12. q. princ. versic. quæro vlterius statutum est Perusij. vbi concludit, † quòd statutū puniens mulierem adulteram in priuatione dotis, & deferens eam marito, censetur admittere etiā maritum forensem; quia statutum principaliter
8 non tractat de personis. argu. ex text. in l. Iulianus. ff. de in integ. resti. vt etiam repetit idem Ancha. in ca. statutum. §. cum autem. col. 2. de rescrip. in 6. & Barba. cons. 48. colum. 4. in 2. & Oppizonus in repeti. l. filiusfamilias. §. diui. num. 56. ff. de lega. 1.

Secundo modo potest responderi ad supra-
9 dictam difficultatem, quòd † personis nō subditis prosunt statuta, quādo in aliqua parte eis nocent; & è conuerso eis nocent, quando in aliqua parte eis prosunt: quemadmodū de statuto laicorum erga clericos tradit Alex. consi. 209. Statuto. col. 4. vers. secunda principali ratione. in 2. vol. & cons. seq. colum. 1. vers. confirmatur. post Abba. in c. fin. in fi. de solutio. & in c. quod clericis. col. 8. vers. & fortè per hanc vltimam, de foro cōpet. vbi adducit rationem
10 euidentem, quòd † absurdum est, vt eadem dispositio non esset communis vtrique litigatori, iuxta not. in l. fin. C. de fruc. & lit. expen. tradit etiam ipse Abb. cons. 6. Casus. 1. vol. & Feli. in ca. Ecclesia sanctæ Mariæ. col. 32. in princ. & Deci. col. 20. & col. fin. in fin. de constit. & faciunt, quæ tradit Bartol. in l. Aurelius. §. idem quesijt. ff. de libera. lega. In præsenti autem casu videtur hoc statutum re ipsa, & cum effectu nocere ipsis agnatis forēsibus; quia ab intestato clarum est, quòd statutum præiudicat ipsis agnatis, nam tribuit dimidiā partem dotis marito; & ab intestato pertineret ipsis agnatis cū tota hereditate, scilicet cessantibus filijs; adeò, quòd, si mulier ista decessisset ab intestato, res nō haberet dubium, per rationem prædictam. sed dato, quòd fecerit testamētum, idem quoque videtur dicendum; quia tale testamētum, quod ad dotem pertinet, est nullius momēti,
11 vt supradictum fuit in prin. † neq; censetur maritus habere illam dimidiam ex testamēto, sed
12 ex dispositione statuti: quia, † quotiescunque factum hominis accedit ad dispositionem legis necessariam, id est, quam non potest euitare; non habetur ratio de tali facto hominis, sed solùm cōsideratur dispositio legis, vt per Bart. in l. 1. §. diuus. col. 3. in fin. vers. quæro quando vnus debet pecuniam. nume. 11. ff. de var. & extraord. cogni. neque † censetur factum voluntarium hominis illud, quod ex dispositione legis erat necessarium, vt tradit Deci. in authen. Præterea. col. 7. nu. 12. vers. finaliter tamen. C. vnde vir & vxor. quia censetur coactus, qui potest cogi. l. nouissimè. vbi Bal. ff. quod falsò tuto. Si igitur censetur maritus habere vnam dimidiam ex dispositione statuti, sequitur, quòd re vera ipse constituit fundamentum aduersus agnatos forenses super tali statuto; ergo debet in alia parte contra se pati, vt statutum adducatur, per supradicta.

Præterea & tertiò dato, † quòd re ipsa maritus in præsenti casu non sumeret fundamentū
14 ex ipso statuto; (quia per accidens contigit, q vxor fecit testamentū) potuisset tamen de facili euenire, quòd maritus voluisset vti statuto; putà si mulier non fecisset testamētum, vel fecisset nulliter, vel adiecisset grauamē. propter ea cum aptitudine saltem prosit ei statutum, & per consequēs noceat agnatis forensibus; suadet omnis æquitas, vt debeat etiam ipsis agnatis prodesse, vt per gl. quæ solet in similibus allegari, in l. creditor. §. si inter. in verbo, Negetur. ff. manda. de qua per Dec. in d. authen. præterea. col. 2. in fi. vers. nec obstat quòd quarta. & facit text. in l. pen. C. de solutio. & tradunt Pau. de Cast. & alij in l. de fideicommisso. C. de transact. & tunc cessat ratio, qua solent mouere Doct. volentes, quòd statuta nō prosint forensibus, quia forenses eis non subijciuntur; nam in casu isto subijciuntur, vt dictum fuit.

Iacob. Mandell. Albensis, Ius Ciuile legens matutinum Papiæ. 1548. 7. Februarij, pro D. Paulo Fazardo.

ARGVMENTVM.

De materia inducendi fideicōmissi. Et an testator dixit, si filij mei, ac eorum descendentes vsque in infinitum decesserint sine filijs, tunc substituo alios proximiores de parentela tunc viuentes. censeatur factum perpetuum fideicōmissum semper inter illos de parentela; an verò censeantur vocati illi solùm, qui erunt in primo gradu, extincta linea &c. propter illa verba, tunc viuētes. Et de dictione, tunc. Et quando fideicommissum censeatur perpetuum, & quando non.

SVMMARIVM.

1 QVANDO *Testator vocat illos de parētela, seu de familia, censetur tunc inductum fideicommissum perpetuum inter ipsos de familia.*

2 *Testator si relinquat aliquib. sub nomine collecti-*
uo, cen-

no, censetur inter eos facere fideicommissum.

3 *Paria sunt, vocare illos de parentela, & vocare parentelam.*

4 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum inter illos de parentela, dato, quòd testator vocauerit proximiores de parẽtela: & perinde est ac si simpliciter vocauisset illos de parentela.*

5 *Qualitas illa, proximiores. semper subintelligitur.*

6 *Fideicommissum quando est constitutum inter illos de parentela, censetur constitutũ inter eos saltem vsque ad decimum gradum.*

7 *Nisi ex parte grauatorum dictum sit, quòd in infinitum &c. quia tunc excedit decimum gradum.*

8 *Testator si simpliciter habet mentionem de agnatis suis, censetur voluisse bona conseruari inter eos, & constituisse fideicommissum.*
Et idem est, quãdo habet mentionem de masculis.

9 *Si testator vocat proximiores de parentela tunc viuentes, an censeatur vocare duntaxat primum gradum parentelæ, & non posteriores: & concludit quòd non, sed omnes.*

10 *Fideicommissum est onus, & non censetur inductum, quando capi potest alia coniectura.*

11 *In fideicommissis voluntas testatoris principaliter inspicitur, & aliquando præfertur verbis.*

12 *Quando testator vocat proximiores de parentela tunc viuentes, non exprimendo propriũ nomen, sed sub hoc generali nomine, proximiorũ. censetur considerare personas, non propter se, sed propter parentelam, & sic censetur vocare totam parentelam, seu agnationem.*

13 *Nomen officij si exprimatur, verificatur dispositio in omnibus habentibus illud officium, secus si nomen personæ.*

14 *Substitutio vocans duos antiquiores de domo, intelligitur vocare in perpetuùm semper duos ex antiquioribus, neque restringitur ad duos semel tantùm.*

15 *Vna pars testamenti declarat aliam, maximè quando sunt partes connexæ.*

16 *Substitutio vna dubia intelligitur secundũ aliam clariorem.*

17 *Argumentum à verisimili est optimum, maximè in dispositionibus testatorum.*

18 *Argumentum à solitis valet, & potissimum à solitis fieri per testatores.*

19 *Dictio, tunc. solet denotare extremitatem temporis. Et quomodo intelligatur cum illo verbo, tunc viuentes. & quam extremitatem temporis denotet in præsenti casu.*

20 *Dictio, tunc. denotat extremitatem multorum temporum, quando verba præcedentia denotant multos gradus, & multa tempora.*

21 *Talia sunt subiecta, qualia permittunt eorum prædicata.*

22 *A verbis principalibus non est recedendũ, neq; constituẽda est vis in vnico verbo incidenter prolato, & quod potest intelligi varijs modis.*

23 *Verba licet de sui natura soleant restringi ad primum actum tantùm: si tamen apparet de verisimili mente in contrarium, fit extensio, vt actus ille multiplicetur.*

Consilium LI.

DECESSIT iam multis annis Magnificus D. Hercules de Beccaria, condito prius testamento; in quo sibi instituit hæredem vniuersalem Io. Dominicum filium suum, & constituit dotes tribus filiabus, excludendo eas ab hæreditate; deinde fecit substitutiones in hunc modum, quòd casu quo ipse Io. Dominicus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & successiuè eius Io. Dominici filij, & descendentes ex eo, ac ex eis, vsq; in infinitũ decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, tunc, & eo in casu ipse testator eidem Io. Dominico, & eisdem eius filijs substituit alios proximiores de parẽtela eiusdẽ D. testatoris masculos, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos tantum, tunc viuentes, & hoc vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.

Quæritur, nunquid inter supradictos de parentela, censeatur factum perpetuum fideicõmissum, an verò censeantur vocati duntaxat, qui ex eis sunt in primo gradu parentelæ eo tẽpore, quo extincta est linea masculorum descendentium ex testatore.

Et si non extarent verba illa, tunc viuentes.
1 res esset in expedito, quòd † censeretur inductum fideicommissum perpetuum inter ipsos de parẽtela seu de familia, vel agnatione ipsius testatoris, eo ipso, quòd vocati sunt ipsi de familia, per tex. in l. cùm ita legatur. §. in fideicõmisso. ff. de lega. 2. qui ita magis communiter intelligitur, vt ibi declarat Paul. de Cast. Et per illum tex. communiter Doct. concludunt, ꝙ
2 † cùm aliquid relinquitur aliquibus sub nomine collectiuo, censetur inter eos factũ fideicõmissum, vt tradit Areti. in l. Gallus. §. quidam rectè. in fin. ff. de libe. & posthu. & ibi etiam Socin. colum. penult. versic. quartus casus. & idem Socin. consil. 90. Abundè & subtiliter. colum. fin. 1. volum. & consi. 113. Suprascripti. col. 2. eo. vol. & in l. si cognatis. nu. 32. ff. de rebus dub. tradit etiã Ang. consi. 38. Quidã Ioan-
3 nes. Et † paria sunt, vocare illos de parentela, & vocare parentelam, d. l. si cognatis. in fin. Et
4 † procedunt prædicta, etiam si testator dixerit, proximiores de parentela. quemadmodum dixit in præsenti casu, vt latè tradit Anch. consil. 95. In quęstione quę vertitur. quod consiliũ

eſt repetitum inter conſilia Baldi, videlicet, cõ
ſil. 334. in 3. volum. vbi concluditur, idem eſſe,
ac ſi vocati ſimpliciter eſſent illi de parentela,
5 quia † qualitas illa, proximiores. nihil noui tri
buit. nam ſemper ſubintelligitur, vt habetur
in dicto §. in fideicommiſſo. & concludit An-
6 char. † quòd cenſetur conſtitutum fideicom-
miſſum inter eos ſaltem vſque ad decimũ gra-
dum, & ſequitur eum in omnibus Deci. conſi.
321. colum. 1. in fin. & conſil. 323. in fin. & con-
7 ſil. 516. colum. 4. Et in † caſu noſtro excederet
etiam decimum gradum, quia ex parte grauа-
torum dictum eſt, quòd in infinitũ, &c. vt per
Curt. ſen. conſil. 40. quod in effectu eſt conſi-
lium Socini. colum. penult.

Et poteſt comprobari prædicta concluſio
8 ex eo, quod alibi Doctores concludunt, † cùm
teſtator ſimpliciter habet mẽtionem de agna-
tis ſuis, tunc cenſetur voluiſſe bona conſeruari
inter eos, & per conſequens conſtituiſſe fidei-
commiſſum, vt latè refert Deci. conſil. 371. co-
lum. 3. verſic. ſextò & vltimò, & in dicto conſi.
516. colum. 4. in princip. ſicut etiam cùm ha-
bet mentionem de maſculis, vt latè per eum
conſil. 15. ergo multò magis cenſetur feciſſe fi-
deicommiſſum, quando non ſimpliciter eos
nominat, ſed vocat diſpoſitiuè, & conſiderat
in eis proximitatem.

9 Solùm videtur † cõſiſtere difficultas in ver-
bis illis, tunc viuentes. quæ videntur prima fa-
cie denotare; quòd teſtator voluerit vocare
primum duntaxat gradum parentelæ, & non
10 poſteriores, præſertim † cùm fideicommiſſum
ſit onus. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. & nun-
quam ſoleat cenſeri inductum, ſi capi poteſt
alia coniectura, vt paſſim per Docto. & refert
Deci. conſi. 63. col. fin.

Tamen re diligentius conſiderata, videtur
concludendum pro fideicommiſſo. nam, fa-
11 cto prius præſuppoſito vulgari, quòd † in fi-
deicommiſſis voluntas teſtatoris principali-
ter eſt inſpicienda. l. in conditionibus primum
locum. ff. de condi. & demon. & aliquando eſt
præferenda verbis. l. pater Seuerinam. in prin-
cip. eod. titu. ſtat primò pro fideicommiſſo ra-
tio euidens, quæ ſupradictã reſtrictionem de-
12 ſtruit. nam teſtator † vocauit iſtos tunc viuen-
tes, non quidem proprio eorum nomine, neq;
ſub aliquo certo numero, ſed ſub generali no-
mine, proximorum de parentela. adeò, quòd
non cenſetur conſideraſſe perſonas ipſas par-
ticulares propter ſe: ſed cenſetur conſideraſſe
eas propter parentelam, ſeu agnationem, & fa-
13 miliam ſuam, vt in ſimili † habetur in c. quo-
niam Abbas. de offi. delega. vbi diſtinguitur, an
exprimatur principaliter nomen officij, an no-
men perſonæ; quia primo caſu verificatur diſ-
poſitio in omnibus habentibus illud officiũ:
ita igitur hic cùm teſtator conſiderauit agna-
tionem, non poſſumus dicere, quòd voluerit
vocare magis vnam perſonam, quàm aliã, ſed
totã agnationem; quia voluit ei fauere, & per
conſequens inducere fideicõmiſſum inter eos
omnes, vocando ſemper proximiores. d. §. in
fideicommiſſo. & in fortioribus terminis hãc
rationem latius deducit Anchara. conſilio 27.
Non ſeruato. col. 3. & 4. vbi concludit, quòd † Vide quæ
14 † ſubſtitutio † vocans duos antiquiores de do- ſcribo de v.
mo, nõ reſtringitur ad duos tantùm ſemel; ſed Ian. 15.
intelligitur in perpetuum vocare ſemper duos petitione
ex antiquioribus, & eum latè ſequitur Andr. fratris ibi.
Sicul. conſil. 27. Scripſit. colum. 9. verſic. præ- S. Nazar.
tereà adduco vlterius in 1. volum. & Deci. pa- Idem Alba.
riter ſequitur in dicto conſi. 516. colum. 3. & 4. Sed illud cau
vbi infert ad alium ſimilem caſum. ſilii non fuit
in hac prima

Facit etiam pro hac interpretatione quali- parte integra
tas ſubſtitutionis præcedentis, factæ inter de- ſum. Vinoc.
ſcendentes, quę ſcilicet facta fuit in infinitum. Annib.
15 † nam ſolet vna pars teſtamenti declarare aliã.
l. qui filiabus. in prin. ff. de lega. 1. maximè quã-
do ſunt partes connexæ. l. 1. vbi Bar. in princip.
16 ff. de rebus dub. Et † quòd vna ſubſtitutio du-
bia ſit intelligenda ſecundum aliã clariorem,
tradit Deci. conſil. 15. colum. 3. verſi. confirma
tur hoc. & conſi. 50. & conſil. 182. col. 4. verſic.
3. non obſtat.

Prætereà ſi vocaſſet teſtator primũ duntaxat
gradum agnatorum, videtur feciſſe actũ quaſi
eluſorium, & pauci momenti, & ſine ratione
aliqua, vt per ſe patet, neque ſolitum fieri: &
17 † eſt optimum argumentũ à veriſimili, maxi-
mè in diſpoſitionibus teſtatorum. l. Titia cum
teſtamento. §. qui inuita. verſic. non eſt enim
veriſimile. ff. de lega. 2. & cùm ſolcant commu
niter cæteri teſtatores facere fideicommiſſum
in familia, eſt etiam idem interpretandum in
18 præſenti caſu; quia † valet argumentum à ſoli-
tis, vt latè per Docto. in l. certi condictio. §. ſi
nummos. præſertim Iaſ. col. 3. 4. & 5. ff. ſi cer.
pet. & potiſſimum in teſtatoribus. l. hæredes
palàm. §. ſi quid poſt. ff. de teſta.

Nec obſtant illa verba, tunc viuentes, cùm
19 † dictio, tunc. ſoleat denotare extremitatem
temporis. l. 4. §. 1. ff. de condi. & demon. & hic
videretur amittere propriam ſignificationem;
vel eſſe ſuperfluam: quia reſpondetur quòd vel
poſita fuit ad exprimendum illud, quod tacitè
inerat, vt ſæpe contingit in explicando mentẽ
teſtatorum, vt ſcilicet deberent ſuccedere illi,
qui reperirentur in rerum natura, eo tempore,
quo caſu eueniret; ideoque nõ debet exiſtima-
ri ſuperflua. l. quæ dubitationis. ff. de regu. iur.
vel ſi poſita fuit, vt aliquid diſponeret, poteſt
intelligi poſita ad alios duos effectus, quorum

vnus

vnus est ampliatiuus, vt scilicet remoueretur dubitatio, ne aliquis intellexisset illos tantum de parentela vocari, qui fuissent nati, vel cõcepti viuo testatore, vt in d. l. si cognatis. voluit enim testator per ea verba, tunc viuentes. vocare omnes, ad quos tunc pertineret successio, quamuis essent postea concepti; & alius potest esse effectus, scilicet restrictiuus, ℘ vocauit testator viuentes tantùm, nõ autẽ præmortuos, neque eorum hæredes, vt tolleret disputationem illam, an ius fideicommissi conditionalis transmittatur, de qua per Doct. in l. cum filio. ff. de lega. 1. Et quamuis dictio, tunc. denotet extremitatem temporis; non tamen id facit, quin possit prædictis modis intelligi; non autem debet intelligi supradicto alio modo, ℘ excludat omnes gradus præter primum, quia id repugnaret rationibus supradictis.

20 Deinde quamuis † dictio, tunc. denotet extremitatem temporis, non tamen constat ex ipsa dictione, de quo tempore significet; sed semper dependet à verbis præcedentibus scire, quod tempus sit illud, cuius extremitas denotari solet per dictionem, tunc. vt per gloss. & Docto. in l. in substitutione. ff. de vulga. substitu. vndè, cùm in casu nostro verba præcedẽtia denotent multos gradus, & multa tempora, vt supradictum fuit; necesse est fateri, quò dictio, tunc. denotet extremitatem multorum tem-
21 porum; quia † talia sunt subiecta, qualia permittunt eorum prædicata, vt inquit Abb. in c. 2. num. 52. de ordi. cogni. per tex. in c. inter dilectos. §. cæterùm. & ibi gloss. in verbo, Petitionis. de fide instrumen.

22 Et in summa † cùm & proprietas verborum principalium denotet fideicommissum inter ipsos de parentela, & rationes euidentes, atq; omninò verisimiles ex mente testatoris idem suadeant, & cùm ad idem etiam tendat cõmunis consuetudo cæterorum testatorum; nõ est constituenda vis in leui vnica dictione incidẽter prolata, & quæ potest trib⁹ modis, vel quatuor intelligi, secundum quos nullam patitur difficultatem, vulga. l. non aliter. vbi Barto. ff. de lega. 3. Et videmus Docto. communiter
23 concludere, quòd, † etiam stantibus in testamento verbis, quæ de sui natura solent restringi ad primũ actum; si tamen verisimilis mens testatoris sit in contrarium, tunc fit extensio, vt actus ille multiplicetur, vt latè tradit Anto. de Butrio, consil. 30. Dubium ingerit. & Felin. in capit. innouamus. colum. 4. in 3. limita. de treugua & pace.

Iacobus Mandel. Albensis, legens Papiæ. 1548. 16. Februarij, pro Magnifico legum Doct. D. Archangelo Beccaria.

ARGVMENTVM.

De legato facto per testatorem primæ filiæ sororis suæ pro eius maritagio, & dote; quæ tamen filia tempore facti legati iam reperiebatur maritata, an sibi debeatur tale legatum, quòd non: & quòd tamen non remaneat apud hæredes tanquam caducum: & quòd non debeatur etiam in casu secundi matrimonij ipsius filiæ.

SVMMARIVM.

1 LEGATVM *factum alicui puellæ pro eius maritagio, quæ tamen tempore facti legati iam erat maritata, sibi non debetur.*

2 *Dictio, pro. denotat modum, & causam finalem, non autem conditionem.*

3 *Sermones sumpti ex vulgari idiomate, sunt interpretandi secundum communem vsum loquendi in eo idiomate,*

4 *Quid de patre, qui relinquit filiæ pro eius dote, quæ tamen iam erat maritata, insscio ipso patre?*

5 *Text. in l. si ita scriptum. §. fin. de lega. 2. & in l. si iam facta. de condi. & demon. quomodo procedant.*

6 *Legatum sub modo non debetur, nisi eatenus, quatenus exigit res, propter quam legatur.*

7 *A causa finali debet regulari dispositio.*

8 *Legatum factum puellæ pro eius maritagio, quæ iam erat maritata, insscio ipso testatore, non debetur sibi, etiam in casu secundi matrimonij.*

9 *Legatum factum pro filiabus maritandis intelligitur de primis nuptijs tantùm.*

10 *Legatum, de quo in præsenti casu, non remanet apud hæredes testatoris tanquàm caducum.*

11 *Extensio fieri debet, vbi est eadem ratio.*

12 *Quando quis non censeatur esse nudus minister.*

Consilium LII.

LEGAVIT testator ducenta sorori pro maritagio primæ filiæ ipsius sororis, & neptis ipsius testatoris: & casu, quo dicta prima filia moreretur ante, aut post maritagium sine filijs legitimis, &c. voluit testator, quòd ea ducenta perueniant, & reuertantur ad dictam eius sororem pro maritagio aliarum filiarum suarũ, &c. Ista sunt verba legati. Euenit, quòd tempore testamenti dicta prima filia nominata erat nupta, & dotata; vnde oppositum fuit, illud legatum esse in causa caduci, & sic remanere penes hæredes testatoris. Quæritur, quid iuris &c.

1 Quamuis prima facie præsens † casus videatur esse clarus pro prima filia, per text. in l. si ita scriptum. §. fin. ff. de lega. 2. qui videtur esse inter-

in terminis nostris, & per text. in l. si iam facta. de condi. & demon. propter quem text. idem pariter in terminis nostris videtur concludere Bald. in l. fin. in fin. C. de senten. quæ sine cer. quanti. diligentius tamen considerando, videtur res ista inclinare contra eam. Nam legatũ
2 fuit factum pro eius maritagio: & † dictio, pro. denotat non conditionem, sed modum. l. Lucius. la. 2. §. 1. ff. de lega. 2. Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. colum. 3. ff. de condi. & demon. seu verius denotat causam finalem, vt tradit glos. in l. Dominus Sticho. in verbo, pro quibus. ff. de pecul. lega. latè Deci. consil. 46. adeò quòd cessante causa finali, cessat dispositio, iuribus vulgaribus. Cùm itaque legatum fuerit factum pro eius maritagio, id est, vt posset maritari; (vt vulgariter dici solet) sequitur, quòd si iam erat maritata inscio testatore, cessat legatum, vt in terminis tradit Bart. in l. Lucius. la. 1. ff. de lega. 2. Et dato, quòd eiusmodi verba, pro maritagio. possent recipere alias interpretationes; non tamen est recedendum ab interpretatione prædicta; quia est conformis communi vsui loquendi: & succedit dictũ Bal.
3 in l. lege. colum. fin. C. de legi. hære. quòd † sermones sumpti ex vulgari idiomate, sunt interpretandi secundum communem loquendi vsum in eo idiomate, & tradit Alexand. consil. 26. col. penult. in tertio.

4 Nec videtur † obstare, quòd Bald. & alij plerique Doct. in l. filia legatorum. C. de lega. sentiant contra Bart. quia respondetur, quòd loquuntur de legato facto per patrem ipsi filiç, & mouentur ratione illa; quia pater est obligatus, etiam si nõ fecisset legatũ: quæ ratio cessat in casu nostro, quia testator non compellebatur constituere, vel legare ei dotem.

5 Non etiam † obstat tex. in d. l. si ita scriptũ. & l. si iam facta. quia procedunt in dispositione conditionali, vt patet ex dictione, si. & ex dictione, vbi. vt tradit Pau. de Cast. in d. l. si ita scriptum. & in dispositione conditionali intentio testatoris est, quòd legatum non debeatur, nisi impleta conditione, & totus effectus consistit in conditione, & in eius implemento, vt ait Socin. in d. l. si iam facta. secus autem videtur esse in casu nostro. nam testator videtur voluisse penitus contrarium, videlicet, quòd præstaretur legatum, vt contraheretur facilius matrimonium; adeò, quòd si sciuisset ipsam filiã iam habere maritum, non legasset ei, sed potius legasset immediatè alijs filiabus sororis suæ, vel ipsi sorori; quia in eis procedebat ratio, qua testator ipse mouebatur. Et, vt supradictũ
6 est, cùm legatur † sub modo, eatenus debetur legatum, quatenus exigit res illa, propter quã legatur. d. l. Lucius. la. 2. §. 1. & legatũ propter aliquam necessitatem non debetur, si cesset ea necessitas. l. nec semel. §. si in habitatione. ff.
7 quan. dies lega. ced. & † à causa finali debet regulari dispositio, vt per Deci. in d. cons. 46.

8 Neque † puto expectandum esse secundum matrimonium huius primæ filiæ, iuxta text. in d. l. si ita scriptum. & text. in l. si ita legatum. la. 2. ff. de cond. & demon. quia procedunt illa iura in legato nõ restricto ad certam causam, sed liberè relicto, dummodò eueniat conditio nuptiarum; nimirum, si quandocunque talis conditio eueniat, debetur legatum: in casu autem nostro fuit relictum ob certam causam, quæ nunc censetur extincta; neque tanta necessitas solet considerari in secundo matrimonio,
9 quanta in primo. propterea † concludunt communiter Doct. quòd legatum pro filiabus maritandis, intelligitur de primis nuptijs tantum, vt refert Deci. in Rubric. C. de secund. nup. colum. 1. & patet ex l. boues. §. hóc sermone. ff. de verbo. signif.

10 Verùm est, quòd † quamuis supradictum legatum præstandum non sit primæ filiæ: nõ tamen videtur, quòd remanere debeat apud hæredes, tanquam caducum, sed videtur præstandum vel cæteris filiabus, si nondũ sunt nuptæ, vel ipsi sorori. quòd enim debeatur cæteris filiabus, facit, quia & ipsæ fuerunt à testatore vocatæ per eandem rationem maritagij. nec obstat, quòd non euenerit casus ille præcisus, qui fuit expressus in testamento, videlicet, si prima filia morereretur &c. quia respõdetur, quòd
11 † eadem est ratio in præsenti casu, quo viuit, sed non habet legatum; ergo ad eum facienda extensio. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. & l. fin. C. de posthu. hære. & multa per Deci. consi. 89. colum. 1. & 3. & cons. 17. col. 4.

Quòd si non extant aliæ filiæ, vel extant, sed nondum nubiles; puto, quòd legatum vel absolutè, vel interim debeat præstari ipsi matri,
12 per l. si quis Titio. ff. de lega. 2. cùm † non censeatur esse nudus minister ille, in quem dirigun tur verba dispositiua, vt tradit Barto. in l. Lucius. la. 2. §. à te peto. ff. de lega. 2. vel apud quẽ aliquo spatio temporis manet legatum. Bart. in d. l. si quis Titia.

Iacobus Mandel. Albensis, Papiæ legens.
1548. 12. Martij, pro Illust. Domino Monachi.

ARGVMENTVM.

De materia Societatis, & quid quando est facta conuentio inter tres socios, quòd omnes ponant æqualiter, & postea vnus nihil ponit, alius minus, & alius plus &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DE *natura societatis est, quòd sicut partes lucri debent esse æquales, ita etiam contributio rerum, super quibus fit societas, debet æqualis esse, quæ si non sit æqualis, neque etiam æquales erunt partes lucri.*

2 *Argumentum à proportione valet.*

3 *Minus dare, & nihil dare, non æquiparantur, si materia subiecta requirat.*

4 *Qui nihil contribuit, & se in societatem postea nõ intromisit, censetur societati renunciasse, potestq; à socijs conueniri ad interesse.*

5 *Qui contulit minus, an admittatur ad æqualem portionem lucri.*

6 *Qui contulit minus ex negligentia, vel dolo &c. tenetur socijs ad interesse.*

Consilium LIII.

PRAESVPPONITVR facta conuẽtio inter tres per hæc verba. Prometteno di far vera, & bona compagnia, & metterli tanta terra per ogniuno di loro, come farà Giouanni &c. qual è vno di essi tre. Et se per sorte, sia che si voglia delle parti, ne haueſſe de piu vna che l'altra; colui, che piu ne hauerà, la metta in la cõpagnia, & ella non sia pagata saluo al precio &c. Vnus eorum nihil terræ posuit durante tempore ipsius societatis.

Alius posuit solum staria sexaginta.

Alius posuit staria octo centum.

Quò ad primum, videlicet eum, qui nihil posuit, videtur concludendum, quòd nullam partem lucri possit portionem lucri, neque aliquo modo possit se in societatem intromittere, etiam quòd vellet nunc persoluere pro sua portione terrã alijs: quia † de natura societatis, quę fit in rebus, est semper in dubio, quòd sicuti partes lucri debent esse æquales, ita etiam contributio rerũ, super quibus fit societas, debet æqualiter fieri. l. si non fuerint. in princip. & ibi glo. l. ff. pro socio. & glos. in §. 1. Instit. eodem tit. adeò, quòd si non contulerint æqualiter, non debent etiã partes lucri esse æquales, vt tradit Bald. in l. 1. in 4. quæst. & ibi Salice. in 7. C. eod. tit. Ange. Are. in §. de illa. Insti. eo. tit. latè Corne. cons. 24. 1. vol. Propterea si vnus nihil penitus contribuit, nullam etiam debet habere partem lucri, † arguendo à proportione, iuxta gl. in l. 1. §. sin autem à locis. in verbo, Consummationem. C. de rei vx. ac. & cùm † materia subiecta id requirit, non æquiparantur, minus dare, & nihil dare, vt tradit D. Alciat. in l. minus solutum. in fin. ff. de verb. sig. & cùm † iste nihil vnquam contribuerit, neq; aliquo modo se in societatem intromiserit; censetur societati renunciasse. l. verum. in fine, cum l. sequen. ff. pro socio, adeò, quòd non potest quicquam ab alijs petere, quamuis alij possint cum conuenire ad interesse. l. actione. §. diximus. eodem tit.

5 Quò verò ad alium, qui † contulit 60. staria, puto esse concludendũ, quòd admitti debeat ad æqualem portionem lucri cum alio, qui cõtulit. 800. dummodò persoluat ei preciũ principale ipsius terræ iuxta conuentionem inter eos factam; quia, si aliquid contulit, & fuit admissus ad societatem hactenus absque vlla contradictione, conueniunt ei & verba pacti, & mens ipsorum contrahentium.

6 Verum est, quòd † si probaretur prouenisse ex negligentia sua, vel dolo, vel alia non licita causa, vt non contulerit maiorem summam, quàm 60. cum esset in facultate sua maiorem summam conferre: teneri posset ex hoc capite ad interesse. l. sociũ, qui in eo. in princip. ff. pro socio.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ. 1548. 16. Martij, pro D. Io. Francisco Bellono de Valentia.

ARGVMENTVM.

De prohibitione alienandi, an inducat fideicommissum absolutum, etiam post mortem: an verò duntaxat in casum alienationis. Et an fideicommissum factum fauore familiæ excludat filias fœminas &c.

SVMMARIVM.

1 FIDEICOMMISSVM *absolutum an censeatur inductum per prohibitionem alienandi, an verò solùm in casum alienationis, latè disputant Docto. sunt tamen duo casus clari, vt hic, quorum vno censetur inductum in casum alienationis tantum: altero absolutè, etiam post mortem, & quando hoc sit, declarat.*

2 *Quando dictum fuit, quòd bona non egrediantur domos familiæ vsq; in infinitum: censetur inductum fideicõmissum perpetuũ, & absolutũ.*

3 *Prohibitio alienandi simplex, si sit geminata, inducit fideicommissum absolutum.*

4 *Prohibitio alienandi an censeatur facta duntaxat hæredibus primo loco institutis: an verò extendatur ad cæteros descendentes, & quando.*

5 *Prohibitio alienandi bona extra familiã, & agnationem, an, & quando excludat filias fœminas.*

6 *Filiæ fœminæ dicuntur agnatæ, & de familia.*

7 *Filiæ fœminæ non admittuntur inter agnatos, & illos de familia, quando dispositio verisimiliter facta fuit in fauorem masculorum: multò minus ergo quando expressè fit mentio de masculis.*

8 *Masculorum mentio inducit fideicommissum fauore ipsorum masculorum.*
9 *Trebellianica non detrahitur de re prohibita alienari, sicut nec Falcidia.*

ARTICVLI.

DVo quærũtur à dominatione vestra. An ex verbis testamẽti, quòd exhibetur, inducatur fideicommissum in casu alienationis tantùm, vel etiam post mortem.

Secundò, præsuppositò fideicommisso post mortem, an filij masculi sint tantum vocati, vel etiam filiæ fœminæ, non obstante, quòd in testamento facta fuerit mentio masculorum, & etiam non obstante, quòd istæ fœminæ sint nuptæ extra familiam. Et hoc quæritur, cùm nuper decesserit D. Petrus Maria, hęres institutus, relictis post se duabus filiabus, & item supersit D. Iacobus Antonius pariter institutus hæres, qui habet filios masculos; vellet D. Iacobus Antonius petere fideicommissum.

Consilium LIIII.

1 QVAMVIS præsens casus versetur in magno pelago, & notissima sit altercatio Doctorum, † Nunquid ex prohibitione alienandi censeatur induci absolutum † fideicommissum; an verò in casum duntaxat alienationis: inter cæteras tamen eorum opiniones extat vna, quæ videtur per Docto. Modernos magis communiter approbata, & quæ fœdere distinctionis componit multas opiniones, vt videlicet considerentur duo casus. Primus, quando prohibitio est simplex, & nuda, & superadditur ei causa, vt bona remaneant in familia, vel in masculis, & tũc non censetur factum fideicommissum, nisi in casum alienationis; quia talis clausula censetur fuisse apposita, ad conualidandam præcedentem prohibitionem; ideoq; tanquàm accessoria nihil noui debet operari. Secundus casus est, quando prohibitio fit per aliqua verba, quæ faciunt eam esse validam, & præter talia verba, superadduntur adhuc & alia verba, quæ non essent necessaria ad conualidandam prohibitionem, & quæ tamen sunt apta ad fideicõmissum inducendum: veluti cùm dicitur, prohibeo alienari extra familiam, vel extra masculos, vel extra descendentes. & huiusmodi, & deinde subijcitur illa clausula, quia vult, quòd dicta bona non exeãt de familia. & eo casu censetur induci fideicommissum absolutè: ita ꝙ non solùm in casum alienationis, sed etiam in casum mortis bona sunt restituenda illis, quorum fauore facta est prohibitio; quia alioquin posterior clausula nihil operaretur: ita post longam disputationem concludit Soci. inter consilia Curt. sen. cons. 40. Cum in præsentiarum. col. pen. & fi. & latè Curt. iun. cons. 43. col. 4, 5. & 6. & cons. 114. col. 5. & 6. & nu. 16. & cõs. 167. in quibus locis adducit infinitos alios, & idem etiã voluit Deci. consil. 481. & idem voluit ipse Soci. in l. qui Romæ. §. cohęredes. col. 6. & 7. versic. tertius casus. & versic. confirmatur ista intelligentia. & idem Socin. consil. 251. Quoniam in præsenti. colum. 4. in 2. vol. vbi vult, quòd si res vertitur in secundo casu prædicto, tunc censeatur omninò prohibita alienatio etiam per mortem, & prohibita etiam in eos, qui successuri fuissent ab intestato; & habet hęc distinctio rationes euidentes, & fortius comprobabitur, si erit opus.

†De quo etiã latè & optimè dixit idẽ excel. præceptor, ac D. meus de Alba, in aurea sua interpretatione, super §. Diui. nu. 137. cum sequen. de lega. 1. vbi videbis. Vincẽ. Annib.

Propterea cùm in præsenti casu verba testamenti apta ad fideicommissum sint clarissimè repetita. nàm post prohibitionem dictum fuit hoc modo, scilicet, quia volo, quòd dicta bona, in quibus instituì dictos del Maino, & de Brusatis, vt suprà, perueniant, & peruenire debeant in filios masculos legitimos eorum hæredum suorum, dignis respectibus me mouentibus &c. deinde addita sunt alia verba, videlicet, maximè quia nolo, quòd dicta mea bona, in quibus instituì dictos del Maino, & de Brusatis hæredes, vt suprà, egrediantur domos eorum familiæ vsque in infinitum &c. non videtur dubitandum, quin absolutè censeatur inductum fideicommissum inter omnes masculos descendentes ex familia, & domo ipsorum hæredum, iuxta ea, quæ superius fuerunt conclusa in secundo casu; quia euidenter patet, ꝙ supradicta secunda pars verborum non erat necessaria ad conualidandam prohibitionem fideicommissi, quæ iam erat valida propter verba præcedentia; ergo necessarium videtur fateri, fuisse talia verba posita ad fideicõmissum inducendum.

2 Accedat secundo loco, quòd in præsenti casu dictum fuit, † quòd bona non egrediantur domos eorum familiæ vsque in infinitũ, quæ verba euidenter denotant fideicõmissum perpetuum, & absolutũ, qualitercunque fuerint posita, siue principaliter per se, siue modum rationis, vt deducit Socin. in dicto §. cohæredes. col. 7. sub quarto casu. versicu. & hanc conclusionem fortius. & Deci. in dicto cons. 481. col. 2. versic. & specialiter in proposito.

Accedat tertiò, quòd ipsa prohibitio, consideratis etiã prioribus verbis, videbatur esse valida, dato, quòd non fuissent appositæ supradictæ duæ clausulæ, quia volo, &c. nã in ipsa prohibitione extant illa verba, nisi per viam permutationis inter eos &c. quæ videntur denotare, quòd prohibitio facta fuit fauore ipsorũ hæredum

hæredum; adeò quòd non erat nuda; & per cõ-
sequens cætera omnia verba, quæ sequuntur,
possunt videri posita non ad conualidandam
prohibitionem, sed ad fideicommissum indu-
cendum.

3 Posset etiam adduci, † quod tradit Corne.
consil. 59. incip. Diu post consilium. colum. 1.
& 2. in 2. volum. dum concludit, quòd si prohi
bitio simplex sit geminata, inducit fideicom-
missum absolutum. Et pariter posset adduci, q̃
in casu nostro non videntur fuisse verba enun-
ciatiua, sed dispositiua, dum scilicet dictũ fuit,
quia volo, quòd dicta bona &c. & dum dictum
fuit, quia nolo &c. vt per Socin. in dicto §. co-
hæredes. sed hæc non sunt necessaria, stantibus
supradictis.

Nec obstat, si fortè dicatur, supradictã pro-
4 hibitionem alienandi fuisse factam † duntaxat
ipsis hæredibus primo loco institutis, non au-
tem cæteris descendentibus, & per consequẽs
ad ipsos descendentes nõ posse extendi. §. nos
igitur. in authen. de restitu. fideicom. quia re-
spondetur, quòd stantibus alijs inferioribus
verbis, quæ se habent & in modum rationis, &
in modum alterius principalis dispositionis,
quæ verba comprehendunt hæredes i psorum
hæredum, & totam eorum domum, ac fami-
liam; non est habenda ratio talis restrictionis,
vt latè tradit Curt. iun. in dicto consil. 43. co-
lum. penult. post Paul. de Castr. consi. 234. Vi-
sis, & consideratis. colum. 3. in antiquis, &
Roma. consilio 457. Circa propositum. co-
lum. 1.

5 Neq; pariter † obstat, si dicatur, quòd, quã-
uis censeatur inductum in præsenti casu fidei-
commissum absolutè; non tamen videtur ex-
6 cludere filias fœminas ipsorum hæredũ, quia
† & ipse dicuntur agnatæ, & de familia. §. cæte-
rum. Institu. de legi. agna. succes. & in terminis
id latè tradit Socin. consil. 227. colum. 8. cum
tribus, aut quatuor sequen. in 2. volum. quia
7 rèspondetur, quòd † fœminæ non admittun-
tur inter agnatos, neque inter illos de familia,
si verisimile sit, quòd dispositio facta sit in fa-
uorem masculorum, vt multa remissiuè tradit
Deci. consil. 319. colum. 1. & in Rubric. C. vn-
de legiti. ergo multò minus sunt admittendæ
in casu nostro, cùm expressè dictum fuerit de
8 masculis. Et tradunt alibi Doct. † quòd men-
tio masculorum facta in substitutionibus so-
ler inducere fideicommissum fauore ipsorum
masculorum, vt latè Deci. consil. 371. colum. 3.
versic. sextò. & consil. 516. col. 4.

Concludendum itaque videtur in præsenti
casu Dominũ Iacobum Antonium vnum ex
hæredibus masculis institutis esse admittendũ
ad portionem D. Petri Mariæ, qui decessit sine
liberis masculis; tanquam subiectam fideicom
misso, & quòd excludendæ sint penitus filiæ ip-
sius D. Petri Mariæ, si non extat aliud in ipso
testamento, quod conferat aliquid ipsis filia-
bus: quia hic non est tractandum de legitima,
cùm hæredes ipsi instituti essent extranei quò
ad testatorem. Neque pariter videtur tractan-
9 dum de Trebellianica, quia † quemadmodum
de re prohibita alienari non solet detrahi Fal-
cidia, authen. sed in ea re. C. ad leg. Falcid. ita
† etiam detrahi non solet Trebellianica, vt ibi
per Bald. & latè tradit Corn. consil. 22. In hac
consultatione. colum. 7. & 8. in 2. vol.

† *Hoc etiam dicit idem D. meus Alba, in §. Diui. nu me. 105. de lega. 1. vbi la-tius loquitur & ponit ra-tionem. Vin-cen. Annib.*

Iacobus Mandellus Albensis, I. V. Doct.
Papiæ. 1548. 23. Martij, pro D. Iacobo
Antonio de Maino, Mediola.

ARGVMENTVM.

An vxor vsufructuaria, cui testator remisit cau-
tionem de vtendo &c. possit propter hoc liberè
disponere de proprietatibus, alienando &c. quòd
non. Et quòd vsufructuarius malè vtendo amittat
vsumfructum, & etiam persoluat damnum. Et de
quibus arboribus possit disponere. Item an aga-
tur contra hæredes vsufructuarij pro damno dato
per ipsum vsufructuarium.

SVMMARIVM.

1 TESTATOR *si disponat, vsufructuarium non teneri ad dandã fideiussionem de vtendo &c. quid operetur talis dispositio, etiam in vxore.*
Et quòd propter hoc non censeatur concedere, vt disponat liberè de proprietatibus.
2 *Vxor vsufructuaria, instituto alio hærede vniuer sali, nihil penitus iuris habet in proprietati-bus, etiam quòd vsusfructus sit ei relictus iure institutionis, & cum facultate, apprehendẽ-di propria autoritate.*
3 *Vxor vsufructuaria debet vti, & frui sine damno proprietatum, & arbitrio boni viri, non ob-stante prohibitione testatoris.*
4 *Bonus vir intelligitur Iudex.*
5 *Periti sunt consulendi.*
6 *Vsufructuarius malè vtendo amittit vsumfru-ctum, & etiam tenetur persoluere damnum il-latum: & quomodo, & an requiratur damnũ notabile.*
7 *Quæ arbores pertineant ad hæredem, & quæ ad vsufructuarium, & de quibus arboribus possit disponere vsufructuarius, & quomodo.*
8 *Arbores separatæ à solo ante mortem testatoris pertinent ad hæredem.*
9 *Mortuo vsufructuario, an agi possit pro damno per eum dato contra eius hæredes.*

Consilium LV.

AD PRIMAM dubitationem respõdetur, quòd † testator dum dispoſuit vxorem ſuam non teneri ad
1 dandam fideiuſſionem, de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri; cenſetur voluiſſe auferre (quantum in eo fuit) neceſſitatem, qua tenetur quilibet vſufructuarius præſtare talem fideiuſſionem de vtendo, & fruendo boni viri arbitrio, & de reſtituendo, iuxta text. in l. 1. in prin. ff. vſufruc. quemad. caue. etiam ſi ſit vxor. l. 1. C. de vſufruc. non autem cenſetur voluiſſe ei concedere facultatem liberam diſponendi de ipſis proprietatibus; quia id repugnat naturæ ipſius vſusfructus, qui ſemper præſupponit, quòd ſalua ſit rerum ſubſtantia, inſtitu.
2 de vſufruc. in princip. Et † eſt communis Doctorum concluſio, quòd, quando vſusfructus relinquitur vxori, facto tamen hærede aliquo vniuerſali, tunc vxor nihil penitus iuris habet in proprietatibus, etiã quòd talis vſusfructus ſit ei relictus iure inſtitutionis, & cum facultate, quòd propria autoritate poſſit vxor apprehendere, vt latè per Deci. conſil. 278. & natura vſusfructus eſt, vt det fructus, & obuentiones tantùm. l. vſufructu legato. ff. de vſufruc. Præterea cùm prohibuerit teſtator hæredibus vniuerſalibus ſuis, ne alienent proprietates, eſſet abſurdum dicere, quòd alienationem conceſſiſſet vxori vſufructuariæ. argu. l. ſi viua matre.
3 verſi. nam licet. C. de bon. mater. Habet † igitur vxor hæc facultatem vtendi, fruendi omnibus ipſis rebus hæreditarijs, id eſt, percipiendi fructus, & redditus, & tam in eiuſmodi perceptione fructuum, quàm in colendis agris, & domibus inhabitandis, debet ita ſe gerere, vt nullum inferatur damnum proprietatibus, & hoc arbitrio boni viri, non obſtante prohibitione teſtatoris. d. l. 1. C. de vſufruc. latè Alex. conſil. 58. Habita. præſertim in 3. col. nu. 9. in
4 3. vol. † & bonus vir intelligitur Iudex. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. qui ſcilicet
5 conſulere † debet viros peritos talis negotij. Bar. in proœ. fforum. colum. 3. & 4. & in l. 1. in princip. ff. de ventre inſpic. & in l. Theopompus. col. 2. ff. de dot. prælega. Felin. & Deci. in c. propoſuiſti. de proba.

6 Ad ſecundum quæſitum, ſcilicet, † nunquid malè vtendo amittatur vſusfructus; reſpondetur, quòd amittitur, vt tradit Paul. de Caſtr. in authen. qui rem. col. 1. & ibi etiam ſequitur Iaſ. col. 1. C. de ſacroſanc. Eccleſ. arguendo ex illo tex. & magis in terminis vſusfructus, per tex. in l. hoc amplius. §. fi. ff. de dam. infec. & l. ſi cum proprietario. ff. ſi ex noxa. cau. & id videtur velle tex. in §. finitur. Inſtitu. de vſufru. Et præter hanc pœnam caducitatis, tenetur etiam vſufructuarius perſoluere damnum illatum. d. l. 1. §. habet. ff. vſufruc. quemad. cauc. vt per Paul. de Caſt. in dicta authent. qui rem. etiam ſi datum ſit damnum ante præſtitam conuentionem. l. ſi vſusfructus legatus. §. de præteritis. ff. de vſufruc. verum eſt, quòd talis priuatio nõ habet locum, niſi datum ſit damnum notabilis momenti, ſecundũ Paul. de Caſt. vbi ſuprà. Propterea putarem, quòd in præſenti caſu non ſit locus tali priuationi: quia ſolùm allegatur damnum circa inciſionem aliquot arborum, præſertim cùm ipſa vxor alleget, pro ſua excuſatione cauſam, videlicet, quòd nocebant vitibus. Et quælibet minima cauſa ſoleat à dolo, & pœna excuſare. l. igitur. ff. de libera. cau. ſolũ igitur agi poterit ad intereſſe, vt dictum eſt. Poſſet tamen eſſe tanta multitudo, ſeu tam magnus numerus arborum inciſarum ſine iuſta cauſa, vt dicendũ eſſet, eam omninò ſe malla fide malè geſſiſſe; & per conſequens eam eſſe priuandam, de quo me remitto ad veritatem rei, prout in facto ſe habet.

7 Ad tertiũ reſpondetur, quòd † arbores, quæ vi ventorum, aut ſimili aliquo violento caſu euelluntur, pertinent ad hęredem. l. Proculus. §. ſi arbores. ff. de vſufruc. non autem ad vſufructuarium, niſi quatenus indigeret pro reficienda villa, vel pro ſuo vſu, putà comburendi, dummodò apta ſint potius ad comburendũ, quã ad aliquod vtilius opus. l. arboribus euulſis. in prin. eo. tit. de vſufru. & multò magis ad hæredem pertinent arbores per ipſum vſufructuariũ inciſæ ſine iuſta cauſa, quia in eis (vt patet) eſt eadem, vel maior ratio. nam præter eas tenetur etiam ad intereſſe, vt ſupra dictum eſt. Si verò ſunt arbores, quæ vetuſtate, vel ſimili aliquo occulto caſu paulatim pereant, ad vſufructuarium pertinent; qui tamen alias eorũ loco debet ſubſtituere. l. agri vſufructum. eod. titu. ff. de vſufruct.

8 Ad quartum reſpondetur, quòd † arbores, quæ ante mortem teſtatoris fuerunt à ſolo ſeparatæ, pertinent ad hæredem, ſicut & fructus, à ſolo iam ſeparati. l. ſi pendentes fructus. in princip. eod. titu. ff. de vſufruc.

9 De quinto nulla eſt difficultas, † quia ſicut agi poſſet aduerſus ipſam vſufructuariam vicontra eius hæredes, poſtquàm ipſa erit mortua. l. 1. C. de hæredita. ac. & l. 2. ex his. ff. de verborum obligationib. Erit tamen aduertendũ, ne difficultas in facto ſit, ſi eiuſmodi petitio damnorum conferatur in tempus, quo mortua erit vſufructuaria. nam tunc non facilè erit habere probationes in promptu talium damnorum, vt docet experientia. & poſſet etiam

eo

co casu oriri disceptatio aliqua in iure, q̃ fortas se per taciturnitatem censerentur fuisse remissa damna, iuncto cursu longi temporis, cõiunctione sanguinis, & calculatione aliorũ negotiorum, iuxta nota. in l. Procula. ff. de proba.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ, Ius Ciuile in prima Cathedra, lectionis matutinæ. 1549. 21. Ianuarij, pro Magni. I. V. Doct. D. Thoma Arcello, Placentino.

ARGVMENTVM.

De Homicidio, an censeatur fuisse commissum in personam vnius per errorem. Et de tribus scholasticis socijs, & amicis, qui à rixa, & insultu cũ quibusdam aduersarijs fugerunt super quoddam sola rium, & contigit, quòd vnus ipsorum scholastico- rum repertus fuit mortuus super summitate scalæ; quòd tale homicidiũ debeat imputari aduersarijs & persecutoribus, non autem vni ex ipsis scholasticis, vt scilicet ipse per errorem interfecerit socium suum, credens eum esse ex persecutoribus. Et latè de multis coniecturis, & præsumptionibus vtrunque inducentibus. Et dato, quòd per errorẽ interfecisset socium, quòd non puniatur, neque possit probabenda veritate de hoc torqueri.

SVMMARIVM.

1 PROBATIO *per præsumptiones, & coniecturas admittitur in his, quæ de sui natura sunt difficilis probationis, & maxime id procedit in causis criminalibus, in quibus agitur de occulto delicto.*

2 *Criminales causæ sunt argumentis examinandæ.*

3 *In delictis multa considerantur, persona, locus, tẽpus, qualitas, quantitas, & euentus.*

4 *Præsumptio vna, vel coniectura potest aliam tollere, & specialis tollit generalem, & magis verisimilis præfertur minus verisimili.*

5 *Ratio maior vincit minorem, & probatio maior vincit probationem minorem.*

6 *Iudicium vnum tollit aliud, & vna coniectura aliam, & maior verisimilitudo tollit minorem.*

7 *Præsumptiones duæ paris potentiæ se inuicem eliduntur.*

8 *Ratio naturalis est sufficiens probatio.*

9 *Testis dictum per verbum, videtur. valet, quando est peritus in eo, de quo deponit, & reddit rationem sui dicti, vt est medicus deponens de vulnere &c.*

10 *Amicus communis vtriq; parti est integer testis.*

11 *Testis domesticus, vel amicus, dummodò sit bonæ vocis, & famæ, habetur pro integro teste ad defensionem.*

12 *Si constat aliquos commisisse homicidium, cessare debet suspicio de alio, qui non erat cum illis, sed contra illos.*

13 *Bona vox, & fama, & quietus viuendi modus alicuius, sufficit ad extinguendum vnum inditium.*

14 *Homicidium præsumitur cõmissum ab inimico.*

15 *Iniuria acris parit inimicitiam capitalem.*

16 *Damnum præsumitur illatum ab inimicis.*

17 *Vulnus illatum, præsumitur fuisse illatum ab eo, qui vibrauit, seu admenauit ensem, vel aliud genus armorum.*

18 *Aggressio secunda arguit maximam animi deliberationem ad perpetrandum homicidium.*

19 *Repertus in loco, vbi erat occisus, præsumitur interfecisse, stante inimicitia cum occiso, vel persecutione, vel alia suspicione.*

20 *Fugiens cum ense nudo in manibus, præsumitur occidisse eum, qui reperitur occisus.*

21 *Fuga facit magnam suspicionem, & habet vim semiplenæ probationis.*

22 *Citatus sub pœna confessi, & conuicti, si sit contumax, & patiatur se cõdemnari, habetur pro verè confesso; & si postea compareat, nihil ei prodest, nisi clarè, & concludenter probet de innocentia.*

23 *Actus impertinens arguit suspicionẽ, sicut clausula insolita.*

24 *Testimonium de relatione, seu auditu ab alijs, facit saltem præsumptionem.*

25 *Iudices non debẽt ad vnam probationis speciem, veluti per testes factam, allegari, sed ex sententia animi sui æstimare oportet, quid aut credant, aut parum probatum esse opinentur &c.*

26 *Iudicis est in facultate non adhibere fidem testibus, etiã quòd de falso non conuincantur, item & adhibere fidem paucioribus testibus.*

27 *Testis vacillans, & sibi contrarius nihil probat, & falsus in vno, est falsus in omnibus ratione periurij.*

28 *Ad probandum vnum inditium requiruntur saltem duo testes omni exceptione maiores, veluti ad probandam confessionem.*

29 *Testes censentur varij ex qualibet diuersitate, quando tractatur de probanda re verbali, veluti de probanda confessione.*

30 *Reperti in loco delicti præsumuntur esse complices delicti, & de iure torqueri debent, maximè stantibus aliquibus coniecturis.*

31 *Mendacium valde substãtiale sufficit per se pro inditio ad torturam.*

32 *Testis negatiua, quòd non potuisset id fieri, quin ipse audiuisset &c. confundit alterius dictum affirmatiuum.*

33 *Nuncij publici non est nouũ, quòd aliquando falsum dicant, & tunc sunt acrius puniendi.*

34 *Præsumendum est, quòd illi, qui alia vulnera alicui intulerũt, intulerint etiam aliud vulnus, de quo est dubiũ, an ipsi intulerint, vel alius.*

35 *Vulnerans, vel interficiens aliquem per errorem,*

cùm putaret vulnerare, vel interficere vnum ex persecutoribus ; non censetur committere aliquod delictum, quãdo dabat operam rei licitæ, & quando fecit ob necessariam defensionem.

36 *Et licet occidens nolit cõfiteri se occidisse ; tamen, ex quo actus criminaliter non est punibilis, si factus fuisset per errorem ; non potest pro veritate habenda torqueri, etiã quòd aliunde veritas haberi non possit, nisi sit seruus.*

37 *Absurdum est, quòd quis possit torqueri ad habendam veritatem de illo actu, de quo, si constaret, nullam mereretur pœnam.*

38 *Serui sunt viles personæ, & æquiparantur quadrupedibus.*

39 *Falsitas, quæ nemini potest nocere, puniri nõ debet.*

Consilium LVI.

QVAMVIS dubitationes excitatæ aduersus D. Frãciscum Martellum videantur prima facie multum vrgere ; tamen re diligenter, atque ex omni parte ipsius processus considerata, non videntur obstare. Et studendo breuitati, quantum fieri potest, quia res agitur coram viris peritissimis, proponendum in primis est præsup-
1 positũ quoddam satis vulgare. Quòd † in his, quæ de sui natura vt plurimum solent esse difficilis probationis, admittitur probatio per præsumptiones, & coniecturas, vt tradit Abb. in c. fin. de testibus cogen. Alexan. cons. 64. colum. fin. in 1. vol. & cons. 24. colum. 2. in 2. & consil. 53. eo. vol. & cons. 90. in 6. latè Curt. sen. cons. 76. latè Ias. in l. prætor ait. §. prætor. col. 3. ff. de eden. Felin. & Deci. in c. tertio loco, de proba. Deci. cons. 575. & cõs. 652. & id potissimùm solet admitti in causis criminalibus, in quib. tractatur de occulto delicto, nam qui volunt de-
2 linquere, non vocant testes ; ideoque † iura dicunt, eiusmodi causas esse argumentis examinandas. l. 1. §. ijdem Cornelio Proculo. ff. de quæstio. & habetur in locis supradictis. & alibi
3 dicunt iura † in delictis debere multa considerari, præsertim causam, personam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, cuentum. l. aut facta. ff. de pœnis. & id patet ex cõtrouersia illa inter Docto. Nunquid ex præsumptionibus possit aliquis criminaliter condemnari, de qua habetur mẽtio in motiuis, & inferius dicetur.
4 Et inter coniecturas, † vel præsumptiones expeditũ est, quòd vna potest aliam tollere. l. diuus. ff. de in integ. restitu. & specialis tollit generalẽ. l. cũ de indebito. vbi Bar. ff. de proba. & magis verisimilis præfertur minus verisimili. Bald. in l. siue possidetis. in fin. C. de proba. Ias. in l. si extraneus. colum. 2. ff. de cond. ob. cau.
5 Curt. iun. consil. 178. colum. 1. ficut † maior ratio vincit minorem, & probatio maior vincit probationem minorem. Deci. cons. 302. col. 5.
6 & vnum inditium † tollit aliud, & vna coniectura tollit aliam, & maior verisimilitudo tollit minorem. latè Marsil. in sua prac. crimi. §. diligenter. à num. 192. vsque ad numer. 199. &
7 duę † præsumptiones paris potẽtiæ se inuicem elidunt. cap. mulier. & ibi Abb. in tertio nota. de iureiuran.

Quibus præsuppositis, descendendo ad casum nostrum, extant multæ cõiecturæ, & præsumptiones inferentes, quòd non est verisimile, & quasi nõ est possibile, quòd D. Franciscus interfecerit D. Alexandrum. Item per contrarium extant quàm plures pręsumptiones inferentes, quòd verisimile est, & prope necessarium, quòd Gasparinus, & Baptista de Menochis, & alij, qui cũ eis erant, interfecerint eum.

Prima coniectura, quòd D. Franciscus sit innocens, est, quia ipse nullam habebat causam ita faciendi ; quinimò extabat causa in contrarium, videlicet, continuatio, habitatio, & amicitia, ac fraternitas inter eum, & Dominum Alexandrum, etiam in ipso instanti, quo fugiebant in Burgo sancti Antonij, quia fugiendo colloquebantur inuicem, & sæpius respiciebãt retrò, vt deponit vigesimus apud me testis magister Io. Iacobus de Miliauachis, & XXVIII. Franciscus de Oliuaris ; qui deponit quòd duo priores scholastici expectauerunt tertium venientem lento passu, & absq; birretto, & cum ense euaginato (& hic erat D. Alexander, vt quam plures testes deponunt) & dixerunt ei, state bene assai à venire, & doue hauere la berretta. & ipse respõdit, la berretta è persa : & his dictis, cœperunt omnes tres simul currere &c. quòd inter eos nunquàm fuerit suspicio inimicitiæ, deponit etiam D. Oliuerius.

8 Secunda cõiectura, & ferè probatio à ratione † naturali vrgentissima. l. siue oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tut. est, quia ipsi tres scholares ascenderunt solarium per eandem scalam, vt fatentur & aduersarij, & ferè omnes testes, dum dicunt, quòd D. Franciscus erat ad fenestram, & D. Oliuerius sub tecto, & D. Alexander mortuus super summitate scalæ, & tũc aut ascenderit, vt patet per examen D. Franciſci, qui dicimus, quòd D. Alexander fuit vltimus, qui D. Oliuerij, & eo casu nullo modo videtur verisimile, quod D. Franciscus intulerit ei vulnera, quæ repertus est habere D. Alexander, videlicet vel tria, vel quatuor, prout de eorum numero constat ex dicto dominorũ medicorum ; quinimò quòd neque vnum ex eis vulneribus intulerit : quia cũ D. Alexander ceciderit mortuus

tuus in summitate scalæ, & cum capite versus ipsum locum solarij, & non ceciderit supinus; sed curuus, id est, cum ventre super terram; est euidens, quòd volebat vlterius progredi in ipsum locum, in quo erat D. Frãciscus, quod certè nemo hominũ feciſſet. nam si fuisset D. Alexander vulneratus à D. Francisco, non iuisset versus eum, præsertim ascendendo scalam; sed retrò cessisset, & rapuisset fugam descendendo per scalam. Aut verò dicimus, quòd D. Alexander ascendit prius scalam, quàm D. Franciscus; ita quòd D. Franciscus, insequendo eum vulnerauerit, ascendendo scalam; & tunc opus esset dicere, quòd D. Frãciscus post illata vulnera retrò cessisset, vel descendisset de scala, non autem iuisset versus ipsum D. Alexandrum, qui fuisset in loco superiori, & ex ipsa summitate scalæ potuisset de facili vulnerare vicissim D. Franciscum, & se vindicare. Præterea siue D. Alexander fuerit posterior in ascendẽdo scalam, siue anterior; est impossibile ex natura loci, & qualitate vulnerum, quòd ea vulnera recepe-rit à D. Francisco; quia quædam ex vulneribus sunt in parte anteriori corporis, & quædam in parte posteriori. Neque dicatur, quòd D. Franciscus fortè eum vulnerauerit per errorem, videlicet existimans, quòd esset aliquis ex aduersarijs. nam hoc stare non potest per ea, quæ modò sunt deducta in hac secunda cõiectura; tum etiam quia locus erat valde clarus. item quia D. Alexander habebat pelliciam, & cum ea cecidit postea moriens, vt deponunt fere omnes testes, qui eum viderũt mortuum; adeò, quòd D. Franciscus facilè potuit eum cognoscere. item quia si errasset D. Franciscus, dum intulisset primum vulnus, certè non errasset post, neque alia vulnera intulisset.

Tertia præsumptio, & ferè pbatio est, quòd ex dicto Dominorum Medicorum fuerunt ea vulnera illata cum armis hastilibus, & si non omnia, saltem duo ex eis. Neque obstat, quòd 9 †ipsi D. Medici deponant per verbum, videtur. quia respondetur, quòd tale eorum testimonium valet, tum quia sunt periti in eo, de quo deponunt, tum quia reddunt rationem sui dicti, vt de vtroque tradit Bart. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. tangit etiam in l. 1. in princ. ff. de arbitr. & latè Feli. in c. quoties. col. 2. & 3. & 4. de testi.

Quarta præsumptio, & semiplena probatio est, quia D. Oliuerius in vltimo suo examine deponit concludenter, quòd D. Franciscus nõ potuisset vulnerare D. Alexandrum, quin ipse vidisset, & tamen nõ vidit. & D. Oliuerius non videtur pati exceptionem. quamuis sit amicus D. Franciſci, quia erat maior amicus D. Alexandri, vt probatum est; adeò, quòd si D. Franciscus interfeciſſet D. Alexandrum. D. Oliuerius factus fuisset ei inimicus secundum iudicium illorum, qui eos omnes cognouerũt, vt etiam 10 probatum est, & † amicus communis vtriquè parti est integer testis. Bart. in l. non solùm. §. 1. ff. de ritu nup. & in l. parentes. in fin. C. de te-11 stib. Præterea † testis domesticus, vel amicus habetur pro integro teste ad defensionẽ, dummodò sit bonæ vocis, & famæ. Salice. in d. l. parentes. Et quamuis D. Oliuerius id non dixerit in suo primo examine, id non obstat; quia, vt patet ex ipso processu, non fuit multis verbis interrogatus, quia hora erat tarda &c. & satis in effectu id videtur dixisse etiam in primo examine, quia generaliter respondit, ꝙ D. Franciscus eum non interfecit, & fuerat interrogatus generaliter, An casu, vel aliter &c.

Quinta coniectura, quia etiam in inferiori parte scalæ visæ sunt guttæ sanguinis, vt patet ex visitatione facta per multum Magnificum Dominum Cauanagum.

Sexta, quia constat ex præsumptione iuris, quòd dicti de Menochis commiserunt hoc homicidium, postquam passi sunt se capitaliter damnari, & haberi pro confessis, & conuictis, 12 & per alia, de quibus modò dicetur. ergo † debet cessare omnis suspicio de D. Francisco, qui non erat cum eis, sed cõtra eos. l. si inter me & te. ff. de excep. rei iudica.

Septimo loco, saltem comprobando supra-13 dicta, potest addi bona † vox, & fama, & quietus viuendi modus ipsius D. Francisci, de quibus patet probatio in processu; & hoc solet per se sufficere ad extinguendum vnum inditium, vt per Marsil. in Prac. crimi. §. diligenter. numer. 196.

Per contrarium verò, quòd prædicti de Menochis, præsertim Gasparinus, & Baptista interfecerint D. Alexandrum, extant vrgentissimæ præsumptiones, & quò ad effectum iuris 14 probationes. Prima, quæ omnib. patet, † prouenit ex inimicitia præcedenti, quia D. Alexander dixerat erga Gasparinum verba iniuriosa, & euaginauerat contra eum, & coegerat eum rapere fugam per flumen Ticini, quamuis es-15 set vestitus: quæ † cum fuerit iniuria acris, peperit sine dubio inimicitiam capitalem. Bartol. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. & damnum 16 † solet præsumi illatum ab inimicis. Specula. in titu. de præsump. §. species. colum. penult. & fin. versic. sed pone. & versicu. & idem & si aliquis.

Secunda est, quia ex dispositione Magistri Petrini de Morasca, qui in primo processu est 32. vel 31. testis, & productus ex officio; constat, quòd in prima aggressione facta apud portam pontis Ticini per dictos Gasparinum, & Baptistam,

stam, habebat Baptista vnam Alabardam, & cũ ea ter percussit D. Alexandrum, videlicet prima vice de ramazzo, & alijs duabus vicib. punctim: & quamuis non sit certus, quòd eũ vulnerauerit, tamẽ ab effectu postea subsecuto satis infertur, quòd eum vulnerauit: & cùm percusserit ipsum D. Alexãdrum, qui ceciderat ad terram, potuit eum percutere quomodocunque, vel à sinistris, vel à dextris, & à parte superiori corporis versus inferiorem, & è conuer-
17 so. & quòd † vulnus illatum præsumatur fuisse illatum ab illo, qui vibrauit, seu admenauit ensem, aut aliud genus armorum, tradit Io. And. in addi. ad Specul. in tit. de proba. §. fi. colum. 5. versic. decimotertio per inditia. & Blancus moder. Pataui. in tract. de indi. homicid. num. 302. & est satis verisimile, quòd iam tunc D. Alexander recepisset aliquod vulnus, quia fugiebat postea lento passu, propter quod redarguebant eum alij duo eius socij, vt supradictũ fuit. Neque huic testimonio obstat depositio alterius testis, scilicet Francisci de Desertis contestabilis pontis Ticini in suo primo examine; quia sine dubio deposuit falsum, vt patet deinde ex eius repetitione, ex qua in effectu comprobatur testimonium supradicti Magistri Petrini.

Tertia est, quia per quamplures testes constat, quòd isti de Menochis in secundo eorum insultu insecuti fuerũt ipsos tres scholares vsque ad locum, in quo mortuus est D. Alexander, videlicet Io. Angelus de Verducis, 17. testis, in primo processu, & Franciscus de Oliuaris hospes & parochianus in sua denũcia id ponit pro expedito: & inter alios id deponit ille Daciarius D. Martinus de Mesinti; & expressè ait, se vidisse Baptistam, & Io. Dominicum, & Presbyterum turbatos, & euntes celeri passu versus Ecclesiam sancti Antonij: & quòd paulò post vidit Baptistam cum ense nudo in manibus euntem versus illam domũ, vbi fuit occisus D. Alexander; & quòd deinde eum vidit in dicta domo, & eius curtili, etiam cum ense nudo in manibus. vnde oriuntur de iure duæ
18 præsumptiones, prima, † quòd hæc secunda aggressio arguit maximã animi deliberationem ad perpetrandum omninò homicidium, vt tradit Blancus Pataui. vbi supra, numer. 233. Alia
19 est, quòd cùm ipsi de Menochis † fuerint ibi reperti, vbi fuit occisus, cẽsentur ipsi eum interfecisse, præsertim stante ipsa inimicitia, & persecutione, vel qualibet alia suspicione, vt est text. in l. 1. §. si quis in villa. versic. sufficit ergo eos. ff. ad Syllan.

Quarta, quia statim commisso homicidio
20 dictus † Baptista visus est rapere fugam versus flumen Grauaroni cũ ense adhuc nudo in manibus, quamuis nemo eũ insequeretur, vt deponit in sua denuncia, Franciscus de Oliuaris hospes & parochianus: & quamuis non dicat se id vidisse, tamen censetur eius testimonium maius, quàm si ipse solus vidisset: quia in initio suæ denunciæ protestatur, se ea omnia intellexisse, & audiuisse à quampluribus, & se fecisse opportunam diligentiam, prout cõuenit eius officio: & de tali fuga cum ense euaginato tradit Bar. in l. 2. in princ. ff. de furt.

Quinta, quia dicti Baptista, & Gasparinus rapuerunt fugam, neque ausi fuerunt vnquam postea comparere in ciuitate, vel suburbijs Papiæ, etiam antequàm condemnarentur. quæ
21 † fuga fecit eos multũ suspectos, & habuit vim semiplenę probationis. Bart. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. neq; fuit bona eorum exculsatio de timore pœnæ propter primam euaginationem; quia pro responsione videmus quotidie, quòd ij, qui solùm timent de pœna primæ euaginationis, non solent tam diligẽter se occultare, vt nunquàm videantur.

Sexta, quæ in effectu est probatio; *est, quòd*
22 isti post eis concessas quamplures *dilationes ad* comparendum † vigore præceptiad eos transmissi sub pœna confessi, & conuicti, tandẽ passi sunt se banniri, & condemnari in pœnã mortis, & confiscationis bonorum: qua præsumptione nihil posset esse maius; & quoad effectũ iuris habentur pro verè confessis, & conuictis; adeò, quòd si nunc sponte vellent comparere, id nihil eis prodesset, nisi clarè, & concludenter probarent, se omninò innocentes, & esse extra omnem suspicionem eius delicti, vt tradit Bald. in l. ita demum. colum. fin. C. de procura.

Septima, quia ex depositione Ioannis de Martinis, die 22. præsentis Mẽsis Februarij examinati super 19. capitulo, cõstat, quòd Gasparinus paulò post commissum dictum homicidium, mutatis sibi caligis, reuersus est ad ripam Ticini, vbi erat gabanum quoddam suũ, quod reliquerat ibi in burchiello, quando coactus fuerat à D. Alexandro transire vestitus per flumen Ticini; & accepit dictum gabanum, & dixit cuidam nautæ illa verba, (ho fatto vna mala cosa; & deinde accepit iter versus quandã Ecclesiam extra ipsam ciuitatem, habens secum duos homines cum armis hastilibus; & paulò post per eundem locum transierunt tres homines cum tribus equis, qui perquisiuerunt à dicto nauta, versus quem locum iuisset dictus iuuenis, id est, Gasparinus.

Octaua, ex depositione illius Ioannæ Bononiensis, examinatæ die 25. præsentis Mensis Februarij, constat, quòd in ipso instanti, quo fuit interfectus D. Alexander, extabant in curtili ipsius

ipsius domus saltem sex homines cum ensibus nudis in manibus; adeò quòd nulla est comparatio, an scilicet imputandum sit dictum homicidium D. Francisco; an vero sit imputandum istis sex.

Nona, quia nihil pertinebat ad ipsos de Menochis, neque ad Ioannem Marotium. nam non est bona eorum ratio, se id fecisse, ne parochia pateretur; quia certum est, quòd ipsi non sunt de illa parochia, vel Burgo sancti Antonij, vt fatetur Io. Dominicus in secundo pro-
23 cessu. iste † igitur eorum actus tanquam impertinens arguit contra eos suspicionem. l. culpa est. ff. de reg. iur. sicut alibi dicitur de clausula insolita, vt per gl. in l. si quis sub conditione. ff. de cõdi. institu. Deci. cons. 94. col. 1. quæ suspicio aliud verisimiliter præ se non fert, nisi hanc fraudem transferendi imputationẽ homicidij in Dominum Franciscum.

Decima, cùm totum odium esset contra D. Alexandrum, certè si D. Franciscus eum interfecisset: tunc dicti de Menochis præstitissent ei fauorem; quia fecisset vindictam pro eis, non autem se erga eum tam seuerè gessissent.

Vndecima, si ipsi de Menochis neminẽ vulnerassent, non satis constat, qua ratione tam subitò fuisset sedatus eorum furor.

Duodecima, quia ex relatione habita à duobus Canonicis Regularibus sanctæ Epiphanię, mediante depositione in processu duorum dignissimorum testium (postquam ipsi Canonici causa) constat, inquam, quòd ille presbyter iuuenis, qui in effectu est ex filijs ipsius Christophori Menochæ, & q fuerat præsens dicto homicidio, vt passim patet ex processu; dixit dicto Christophoro, (ne hanno amazzato vno, & ne hanno preso vn'altro: & esso Menocha
24 disse: tace, non dir niente.) Et hoc testimoniũ, † mediante relatione, seu auditu ab alijs, facit saltem præsumptionem, vt per Dec. consil. 57. & consil. 272.

Decima tertia coniectura, quia ferè omnes testes, deponentes in fauorem ipsorum de Menochis, sunt suspecti in eorum dicto. nam variant, & dicunt multa non verisimilia, & tacẽt multa non tacenda, & deficiunt ferè in medio ipsius sermonis, si bene inspiciantur.

Decima quarta, quia deponit Ioan. Maria cadregarius, q Io. Dominicus Menocha dixit Baptistę fratri suo, dum adhuc esset in loco, vbi D. Frãcisc̃us detinebatur ab eis, tira da qui forfante, o poltron, & quòd tunc dictus Baptista recessit &c. quæ monitio arguit euidenter, q Baptista inter alios perpetrauerat hoc homicidiũ; & quòd ea de causa frater suus maior præcipiebat ei, vt illinc recederet.

Decima quinta, quia ipsi de Menochis soliti sunt alia delicta committere, vt ex eorum confessione patet, dum petierunt saluum conductum ab alijs delictis.

Quibus præsumptionibus stantibus, satis apertè, & naturaliter cõstare videtur, quorsum tendat res, & ad quam opinionem debeat applicari animus cuiuslibet iudicantis: ita, vt non facilè debeat quis ab hac opinione remoueri, etiam si quicquam aliud in contrarium per aliquos testes adducatur, præsertim si verisimili-
25 ter sint suspecti: & hic propriè videtur † casus, in quo iura clamant, non debere iudicantem ad vnam probationis speciem, videlicet per testes allegari, sed ex sententia † animi sui Iudices æstimare oportere, quid aut credãt, aut parum probatũ sibi opinentur, vt ait tex. in l. 3. in prin. & §. tu magis scire potes. & §. eiusdem. ff. de testib. & l. ob carmen. §. fin. eod. tit. præsertim in verbis illis, (credendum est, quod naturæ negocij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ suspicione caret, confirmabitq; Iudex motum animi sui ex argumentis, & testimonijs, quæ & rei aptiora, & vero proximiora esse comperit &c.) & habetur etiam in c. si testes omnes.
26 4. q. 3. & est † in facultate Iudicis, non adhibere fidem testibus, etiam quòd de falso non conuincantur. Bartol. in l. Lucius. in fin. ff. de infami. latè Cur. iun. cons. 178. & pariter est in eius facultate, fidem præstare paucioribus testibus, & illos, qui sunt maioris numeri, repellere. d. l. ob carmen. §. fin.

† *Adde Soci. Iunio. consil. 90. col. pen. nu. 18. & 19. in 2. volum. Vin. Annib.*

Non obstant modo quinque illa, quæ in effectu videntur in motiuis deducta aduersus ipsum D. Franciscum. Quorum primum est de cõfessione illa, quam asserunt per eum factam, cum esset ad fenestram per illa verba, oime che ho amazzato il mio compagno, lasciatemi andare: de quibus deponunt quatuor, scilicet Io. Dominicus de Menochis frater aliorum, & Io. Marotius eorum sororius, & Baptista de Salatis frater Badoni, & Martinus de Mesinti datiarius, quæ confessio facit inditium ad torturam &c. nam primò respondetur, quòd de Io. Dominico, & de Ioanne Marotio non est habenda ratio; quia vnus est frater delinquentium, & alius est eorum sororius, vt ipsi fatentur. Alius scilicet Martinus fatetur se amicum Christophori Menochæ, & est etiam probatum, quòd habet negotia cum eo occasione dacij, vt deponit ipsemet Io. Dominicus in secundo processu; deinde est suspectus in toto
27 suo testimonio, quia † vacillauit in vltimo examine, & fuit sibi contrarius; adeò, quòd nihil probat. l. 2. ff. de testib. & falsus in vno, est falsus in omnibus ratione periurij, vt per Felin. in cap. fraternitatis. colum. penul. & fi. c. hæreti.

adeò, quòd restat solus Baptista frater Badoni, qui etiam est leuis armaturæ, cum sit nauta, & piscator, vt cõstat ex dicto Francisci de Oliuaris; & per consequens sit verisimiliter amicus dicti Christophori, qui exercet se in conductis nauium, & dat sæpe lucrum nautis: & præter hoc, est suspectus, vt statim dicetur. Et certum
28 est, † quòd ad probandum vnum inditium requiruntur saltem duo testes omni exceptione maiores, vt per gl. & Doct. in l. fi. C. famil. hercis. & de confessione tradit Blancus vbi supra, num. 204. 205. & 206.

Item secundo modo respondetur, quòd isti quatuor testes in hoc sunt varij. nam aliqui deponunt, quòd D. Frãciscus dixit ea verba, cùm esset ad fenestram, alij dicunt, quòd dixit ea descendendo; alij dicunt, quòd dixit ea, dum esset in strata. Item sunt varij, quia vnus dicit, signori. alius dicit, o li mei fratelli. & quælibet
29 † diuersitas hic operatur, vt censeantur varij, & non probent, cùm tractetur de re verbali, id est, de probanda confessione, vt per Iaſ. in l. 2. colum. penult. C. de bon. posse. secun. tab. & clarum est, quòd qualitas personarum non patiebatur, vt D. Franciscus vocaret eos, signori. vel gentil'huomini. & qualitas ipsius casus non patiebatur, quòd vocaret eos, li mei fratelli. Prætereà non fuisset bona ratio, scilicet, quòd deberẽt eum dimittere, quia interfecerat eius socium. Et ita eorum depositio non est verisimilis.

Item respõdetur & tertio modo, quòd euidenter apparet falsitas istorum; quia D. Oliuerius in ipso primo die, quo fuit detentus in carceribus, deposuit de dictis verbis D. Francisci, sed alio modo, videlicet, donatemi la vita doppo che haue te amazzato il mio compagno: & est multum verisimile dictum, & coadiuuatur per Gasparem Textorem in primo suo examine; qui ait, quòd, cùm isti imputarent D. Francisco hoc homicidium, ipse respondit, io non ne so niente; & id etiam nunc deposuit Ioanna Bononiensis; & idem deposuit Monica vxor Gasparis: adeò, quòd si per quatuor testes constat, quòd D. Franciscus ad assertionem aduersariorum id negabat; sequitur, quòd est falsissimum, quòd à se ipso id cõfiteretur. Et in hoc mihi videntur omnino conuinci de mendacio dicti quatuor testes.

Item & quarto modo respondetur, quòd dicti quatuor testes, scilicet Ioan. Dominicus, & cæteri, præsumptione iuris sunt complices ipsius delicti; quinimò sunt ex ipsis principalibus. nam sunt inuenti in ipso loco delicti vsque ab initio, quando Domin. Franciscus erat ad fenestram, vt deponit vnus ex eis, scilicet Martinus, in dicto primo suo examine; qui etiam fortius dicit, quòd ipsi tres erant, qui dicebant D. Francisco, vt deberet descẽdere super eorũ fide; quòd ita patet, quòd ipsi erant, quos timebat D. Franciscus, & qui eum fuerant insecuti. & id etiam coadiuuatur ex depositione supradictæ Ioannæ; quæ ait, quòd in ipso primo initio vidit homines saltem sex in curritli ipsius domus cum ensibus euaginatis, quando D. Franciscus descẽdit. &, vt supra fuit dictum
30 ad aliud propositum, † præsumuntur ex hoc fuisse complices delicti; & de iure essent torquendi, vt est text. in d. l. 1. §. si quis in villa. versic. sufficit ergo. ff. ad Syllan. & tradit Blancus in d. tract. de Inditijs. numer. 300. & tantò magis, quia Io. Dominicus, & Ioannes Marotius in secundo processu dicũt, quòd nunquam ingressi fuerunt curtile; & id etiam in primo examine & ipsi duo, & Baptista frater Badoni dixerant: & tamen contrarium patet ex depositio-
31 ne dicti Martini, & dictæ Ioannæ, & † est mendacium valde substantiale; ideoque per se sufficeret pro inditio ad torturam. Bar. in l. fi. col. 2. ff. de quæstio.

Non obstat secundum motiuum de alia cõfessione facta per D. Franciscum coram Baptista Cane, quæ etiam nuper fuit comprobata per Io. Mariam de Ghisonibus caligarium; quia respondetur, quòd vtriusque depositio est suspectissima, & à se ipsis videntur conuinci de mẽdacio, & de manifesta falsitate. nam primò quo ad Canem, constat, quòd ipse debet tres cõtestes, scilicet Io. Dominicum, & Ioannem Marotium, & D. Oliuerium, & tamen quilibet eorum deponit, se nihil tale audiuisse, neq; interrogationem Canis, neq; responsionem D. Frãcisci; quinimò D. Oliuerius deponit, quòd
32 † non potuisset id fieri, quin ipse audiuisset; & ita concludenter confundit dictũ Canis. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. colum. 2. nu. 8. ff. de iti. actuq; priua. & re ipsa etiam cõfunditur per dictos Io. Dominicum, & Marotiũ: quia ipsi detinebant D. Franciscum, vnus à dextris, alius à siniſtris; ita, vt credendũ non sit, quòd dormirent, & tamen dicunt, se nihil audiuisse; & tanto magis hoc videtur mirũ, quia Canis reperitus deponit, quòd id bis fuit dictum. Prætereà, cùm iam per quatuor testes, quamuis fauorabiles parti aduersæ, constet, quòd D. Franciscus, antequã Canis veniret, id negabat constanter: non est credendũ, quòd statim mutauerit pro-
33 positum: & non est nouũ, † q̃ nuncij publici aliquando falsum dicant, neque sine causa de hoc factus est text. qui vult, acrius eos esse punidos, in l. diuus. la. 2. ff. de custod. reorũ. Alius vero testis, scilicet Cadregarius est mẽdax euidenter, & varius, & contrarius multis respectibus in sua depositione, nam præterquam q̃ variat

ab alijs

ab alijs testibus de hora, clarius vacillat, dum dicit, quòd duo ex ipsis scholaribus ibāt prius, & alius ibat post: & tamen dicit, quòd omnes tres ibant simul loquendo. sed magis est varius, & mendax, dū deposuit primò, quòd Textor habebat duos enses ipsorum scholarium, & quòd Ioan. Dominicus eos consignauit Cani, & tamen repetitus, & monitus deponit de vno ense tantùm, & nullam reddit bonam rationem eiusmodi varietatis. Item varius, dum deponit de euaginatione nō totius ensis. Item quòd ad propositum, de quo agitur, non dicit verisimilia. nam fatetur, quòd ipse erat magis remotus, quàm Io. Dominicus, & Marotius; & tamen illi non audiuerunt ea verba: item deponit, quòd ea verba fuerant prolata semel tantùm: & Canis deponit, quòd bis fuerunt dicta: deinde, vt supradictum est, nullo modo est verisimile, quòd Dom. Franciscus id fuerit confessus, quod paulò antè constanter negauerat.

Non obstat tertium motiuum de ense sanguinolento: quia de hoc solùm deponūt quatuor testes, qui in effectu sunt complices delicti, vt supradictum est, respondendo ad primū; & eruēda esset veritas ab eis, & de hoc, & de ipso negocio principali. item, etiam si essent innocentes, sunt tamen suspecti in eorum testimonio: quia vnus est frater, alius est sororius, & alius est amicus, & socius patris in negocijs dationum. deinde omnes quatuor deprehenduntur in mēdacio super hoc proposito ensis. nam vltimo loco repetiti dicūt, quòd Textor nunquam recessit à præsentia D. Frāciſci, postquam sibi fuit ensis consignatus: & tamen hoc est falsum: quia, vt deponit Ioanna Bononiensis, Textor detulit hunc ensem super solario, vbi erat cadauer, & copia sanguinis, & vxor ipsius Textoris fatetur, quòd vidit eū super scalā cum dicto ense: & ipsemet Textor positus ad torturam sibi contrarius tandem id confessus est, dū dixit, che di questo se ne rimettè al detto delle donne. & etiam in alio examine penultimo cœperat vacillare, & debilitare eius primum dictum: & vsus est illis verbis, io torria cento sacramenti: & cuilibet legenti omnes eius depositiones, facilè, (vt puto) erit credere, quòd ensis fuit sanguine tinctus ab ipso Textore, vel saltem de eius scientia, cum participatione illius presbyteri, qui est etiam filius Christophori Menochæ; vt patet ex depositione fœminarum, quæ nouissimè fuerunt examinatæ. Et correspondet huic coniecturæ assertio supradictorum Canonicorum Regularium, dicentium, quòd ensis visus est eis fuisse sanguinolentus ex aliquo artificio; & ille vicarius, quamuis sit religiosus, id asseruit per bonas rationes, dum attestatur, se vidisse sæpius enses, quibus fuerant homines interfecti. Item ipse Textor, & Cęsar filius Matthæi dicunt, se vidisse D. Franciscum descendentem cum ense nudo in manibus; & non dicunt, quòd esset sanguinolentus; & certè si fuisset sanguinolentus, verisimile est, quòd id vidissent, quia est res notabilis. Præterea, cùm per quatuor testes constet, vt sæpe dictum est, quòd D. Franciscus negabat, se vulnerasse dominum Alexādrum, de plano infertur, quòd non habebat ensem sanguinolentum in manibus: quia si eum habuisset, non negasset id, quod non poterat negare, sed potius se excusasset: & ad hoc est maximè aduertendum.

Ad quartum motiuum, quòd D. Franciscus visus sit rapere fugam, non est opus longa responsione; quia constat ex prima depositione Martini datiarij, quòd D. Franciscus timebat Io. Dominicum, & Ioan. Marotium, & Baptistam fratrem Badoni; quia dicit, quòd ipsi ei pollicebantur, se eum non offensuros: Propterea, si statim postquàm egressus fuerat de ipso curtili, visus est velle recedere ab eis; causa erat in promptu, quia adhuc de eis dubitabat; & si videantur ferè omnes testes, dicunt aliqui eorum, quòd statim fuit captus, & alij dicunt, quòd iuit per aliquot passus; & nemo dicit, quòd fugeret.

Ad quintum motiuum de vulnere illato, prout deponūt Medici, scilicet, à superiori parte humeri sinistri, descendēdo in pectus; adeò, quòd impossibile sit, quòd tale vulnus fuerit illatum, nisi per aliquem existētem in loco superiori &c. respondetur, quòd si nihil aliud extaret, esset possibile, quòd D. Franciscus intulisset dictum vulnus; sed stantibus supradictis, non est verisimile, neq; videtur possibile. nam primò Dom. Oliuerius deponit cōcludenter, quòd non potuissent per D. Franciscum inferri aliqua vulnera, quin ipse vidisset; & tamen non vidit; & D. Oliuerius videtur integer testis, vt supradictum fuit: & eius dictum coadiuuatur ex qualitate loci. nam, cùm D. Oliuerius audiuerat Dom. Alexandrum in media parte scalæ dicentem, Oime ch'io son morto. & viderit eum venientem, & deinde viderit eum cadere mortuum, vt dixit in primo examine, & locus ipse sit paruus, videlicet longitudinis quinque, vel sex brachiorum; non potest aliter esse, quin D. Oliuerius vidisset. Præterea, si D. Franciscus intulisset vulnera, certè D. Alexander non perseueraſſet veniēdo versus eum ascendendo scalam, sed retrò reuersus fuisset, ne alia vulnera acciperet. Deinde cōstat, quòd Alexāder habebat vnum vulnus super faciem, & aliud in tergum, quamuis non penetraret,

quinimò & aliud in parte anteriori sub mamilla dextra: quia ex dicto Medicorum non constat, quòd hoc quartum esset vnum & idē vulnus cum illo vulnere illato in superiori parte humeri sinistri; & impossibile est, quòd D. Frāciscus intulerit ea omnia vulnera: sed est necesse fateri, quòd fuerint illata ab alijs personis;
34 ergo † & præsumendum est, quòd qui alia vulnera intulerunt, intulerint etiam istud, argu. eorum, quæ tradit Barto. in l. si in rixa. col. 2. & 3. ff. de sicar. facit text. in l. non est ferendus. ff. de transac. facit regula, qui semel malus &c. & cum D. Alexander esset iuuenis paruæ staturæ, non fuit difficile, quòd aliquis maioris altitudinis eum vulnerauerit illo modo; vel recepit illud vulnus super ponte Ticini, vbi constat, quòd proiectus ad terram percussus fuit à Baptista cum vna alabarda punctim: & potuit etiam esse, quòd in curia ipsius domus proiecerint iterum eum ad terram, cùm essent multi, & eo modo eum vulnerauerint: vel quòd percussus fuerit cum pugione aliquo. Et præter hæc, extat depositio omnium trium Medicorum dicentium, quòd iudicio eorū tale vulnus non fuit illatum cum ense. Et in effectu cū extiterint persecutores, & percussores certi, non videtur super hoc facienda difficultas. Neq; D. Oliuerius deponit, quòd D. Alexander clamauerit, recepto eo vulnere, sed simpliciter dicit, quòd, ptulit illa verba, oime ch'io son morto: quinimò præsupponit quòd D. Alexander dixerit ea verba, antequàm posset videri de ipso solario, quia dicit D. Oliuerius, quòd cognouit eius vocem, & quòd tunc respiciens cum expectauit, donec ascendit per scalam: & postea super solario cecidit mortuus.

Postremò dato (sine veritatis præiudicio)
35 quòd D. Franciscus vel vulnerasset, vel † interfecisset D. Alexandrum; id non potuisset esse, nisi per errorem, existimans, quòd esset vnus ex persecutoribus; quo casu non censeretur D. Franciscus commisisse aliquod delictū, quamuis errasset in persona. l. illud. §. fi. & l. seq. quæ incipit, si cum seruo. ff. de iniur. cū, scilicet dāret operam rei licitæ, vt ibi per Bart. & Bart. in l. respiciendo. §. delinquunt. in fin. ff. de pœ. vbi ex hoc respondet ad text. in l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. nam D. Franciscus id fecisset pro necessaria defensione, vt per Docto. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & optimè per Abba. in c. olim. à num. 15. vsque ad nume. 18. de restitu. spolia. & ad tex. in l. scientia. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. respondetur, quòd loquitur solùm de pœna legis Aquiliæ quò ad interesse pecuniarum partis læsæ, vt ibi per gl. & clarius per glo. in d. §. delinquunt. & latè Iaſ. in l. si
36 pater. colum. 2. C. de hære. insti. si igitur † talis actus Domini Franciſci nō est punibilis criminaliter; videtur, quòd pro eius veritate habenda non possit torqueri. l. 1. in princ. ff. de quæstio. etiam si veritas aliunde haberi non possit, nisi fortè esset seruus. l. diuus. eod. titu. & hanc regulam deducit Marsil. in Practica criminali, §. expedita. nume. 57. versic. vlterius quæri po-
37 test. & ibi habet pro absurdo, † quòd quis possit puniri corporaliter per torturam ad habendam veritatem de illo actu; de quo si haberetur certitudo, nullam ille mereretur pœnam corporalem; & latius tractat idem Marsi. in d. l. diuus. colum. 1. vbi respondet ad illud, de quo miratus fuerat in d. §. expedita. dum dixerat, quòd etiam serui non deberent posse torque-
38 ri in causa ciuili; & respondet, quòd † serui sunt viles personæ, & potuisset dicere, quòd æquiparantur quadrupedibus. l. 2. ff. ad leg. Aquil. &
39 facit, quod alibi dicitur, quòd falsitas, † quæ nemini potest nocere, non debet puniri. glos. & Doctor. in l. damus. C. de falsis. Et si D. Franciscus hac ratione non est torquendus de se ipso; non etiam videtur torquendus ad habendam veritatem, an illi de Menochis commiserint hoc homicidium; quia quò ad eum iam habetur veritas, postquàm sunt condemnati; præterea melius potest veritas haberi ab eorū fratribus, & socijs. l. 1. §. 1. ff. de quæstio. & in omnem casum, etiam quòd D. Franciscus esset torquendus, quamuis nullam pœnam mereretur, si confiteretur; tamen est maxima coniectura, quòd ipse sit penitus innocens; quia cū iam sæpe de hoc & à patre, & ab alijs fuerit monitus, quòd scilicet nullam pœnā mereretur, si id confiteretur; non est credendum, quòd submitteret se huic periculo torturæ, persistendo in falsa negatione istius actus, de cuius confessione nullam mereretur pœnā. Et hæc vltimo loco deducta, censeantur dicta ex abundanti. nam siue casus sit talis, vt D. Franciscus mœreretur pœnam, siue non mereretur; tamen res eius videtur in tuto, etiam quò ad torturam, stantibus alijs supradictis.

Et super omnia erit habendum præ oculis, quòd contra D. Franciscum, nullum penitus extat inditium, quod non proueniat à testibus suspectissimis. nam ex natura negotij omnia stant pro Dom. Francisco. Et de qualitate illius vulneris illati in humerum sinistrum satis supradictum fuit; quòd id quamuis non faueat D. Francisco, non tamen nocet ei. Aduersus alios autem extant inditia vrgentissima nō solùm ex depositionibus testium, quibus est credendum, sed etiam ex natura, & qualitate ipsius negotij: ad quæ nunquam dari poterit responsio, quinimò & ex ipsorum cōfessione, cū fuerint citati sub pœna confessi, & conuicti crimi-

criminis; & tamen passi sint, se capitaliter damnari.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis matutini interpres Papiæ. 1549. vltimo Februarij, pro D. Marcello Artium Scholastico.

ARGVMENTVM.

De prohibitione alienandi facta per testatorem hoc modo, quòd hæres non possit sine cõsensu tutorum, & Curatorum contrahere, vel distrahere aliquo modo, neque vendere, aut alienare, neque quicquam agere, quandiu esset minor. 25. annis, sub pœna priuationis bonorum. in quam pœnam subsituit alios, an talis prohibitio comprehendat alienationem bonorum tantùm: an verò omnem contractum, & an donationem inter viuos cuiusdam summæ pecuniariæ factam per hæredem vxori, vt tunc hæres incidat in pœnam, & an talis pœna priuationis noceat filijs ipsius hæredis prohibiti, vt excludantur à substitutis in pœnam &c.

SVMMARIVM.

1 CONSVETVDO *testatorum attendi debet.*
2 *Punitur quis in eo, circa quod deliquit.*
3 *Prohibitio alienandi bona nõ comprehendit alienationem actionis personalis ad bona.*
4 *Substitutio facta in pœnam solet strictissimè interpretari.*
5 *Magis dilectus à testatore in vna parte testamẽti, censetur etiam magis dilectus in alia parte.*
6 Dictio, vt supra. *facit rationem ad præcedentia.*
7 *Testator substituens hæredi in pœnam post aditam hæreditatem, non censetur disponere de hæreditate, nisi per fideicommissum.*
8 *Hæres prohibitus à testatore contrahere, vel distrahere aliquo modo, vendere, alienare, aut quicquam agere sine consensu tutorum, & Curatorum, quamdiu sit minor. 25. annis, censetur prohibitus facere contractum.*
9 *Et censetur testator tũc timore pœnæ adiectæ prouidere hæredi, eo quòd videt in eo minorem industriam, quàm sit opus.*
10 *Et tales prohibitiones contrahendi &c. vsque ad certam ætatem, censentur fauorabiles, & latè interpretantur, vt etiam comprehendat legitimam ipsorum filiorum prohibitorum.*
11 *Testator potest priuare hæredem, vel legatarium si voluntatem eius non seruauerit, & potest in pœnam substituere.*
12 *Et potest priuari hæreditate, si hæres contraxerit sine licentia alicuius, & tum non admittitur purgatio moræ.*
13 *Prohibitus contrahere, si donet inter viuos, incidit in pœnam.*
14 *Donatio inter viuos est contractus, & habet consensum duorum.*
15 *Contractus appellatione venit omnis actus, per quem efficaciter obligamur.*
16 *Donatio strictè loquendo, non est propriè contractus.*
17 *Contractus donationis fieri potest in testamento, & stipulatio Notarij interueniens facit, quòd censeatur irreuocabilis, & habet naturam contractus quò ad omnia.*
18 *Pœna priuationis alicuius rei comminata alicui in casum contrauentionis, nocet etiã eius filijs. Etiam quòd filij sint expressè vocati ad eam rem scilicet nomine filiorum, non autem propriis omnibus.*
19 *Exclusa vna persona, censentur exclusæ etiã omnes ab ea descendentes.*
20 *Non debet quis ex alterius persona cõsequi, quod ex sua prohibetur.*
21 *Trebellianica censetur per testatorem prohibita, quando dixit, quòd omnis eius hæreditas, ac omnia & singula bona &c.*

Consilium LVII.

VIDETVR prima facie dicendũ in præsenti casu, quòd Marcus Antonius non inciderit in pœnã, & dato, quòd in eam incidisset; videtur quòd id nocere non debeat eius filijs, si qui extant, vel in futurum extabunt. Nam verba testamenti inducentia pœnã priuationis, quãuis simpliciter, & generaliter videantur prolata, vt comprehendant quemcunque contractũ; videntur tamen restringenda ad contractum, qui contineret alienationem aliquam bonorum per testatorem relictorum ipsi M. Antonio; quia † id communiter consueuerunt facere testatores in simili proposito. l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testamen. & si verba ipsa intelligerẽtur ad literam, prout iacent; sequeretur absurdum, quòd sine consensu tutorum, & Curatorum M. Anto. comedere, vel bibere non potuisset, neque quicquam aliud agere, cùm verba dicant, quòd nihil agere possit. &c. Et hæc interpretatio ex eo etiam videtur admittenda; quia testator apposuit pœnã priuationis bonorum, & communiter † solet quis puniri in eo, circa quod deliquit. c. fin. de immu. Eccle. ex qualitate igitur pœnæ per testatorẽ appositæ videtur declarari, qualis fuerit eius animus, dum prohibuit contrahere. Si autem prohibitio alienandi respiciebat bona tantum, clarum videtur, quòd non comprehendit donationem summæ cuiusdam pecuniariæ factam per M. Anto. eius vxori; quia, ꝙ fortius est, non † comprehenderet alienationem actionis personalis ad ipsa bona. Bar. in l. Gallus. §. videndum. ff. de libe. & posthu. Deci. cons. 300. col. 2.

Sed & dato, quòd M. Antonius incidisset in pœnam; id tamen non deberet nocere eius filijs, qui fuerunt substituti in alia parte testamẽti, cùm vulgare sit, quòd pœna debet restringi ad suos autores. l. sancimus. C. de pœnis. & factum, seu delictum patris non debet nocere fi-
4 lijs. l. cum ratio. ff. de bon. damna. & talis † substitutio, vel translatio facta in pœnã solet strictissimè interpretari, vt tradit Deci. cons. 290. colum. 2. & latius in consil. 273. & cum eo casu eueniente, vocauerit testator præfatos substitutos, (vt suprà &c.) & constet ex priorib. partibus testamenti, quòd substituti fuerant non solùm filij D. Guliermi, & illi alij cum eis nominati, sed etiam substituti fuerant filij ipsius M. Antonij, & primo loco atq; ante alios; propterea videtur de plano sequi, ꝙ appellatione substitutorum in casum commissæ pœnæ con-
5 tineantur & ipsi filij. & † quemadmodum magis dilecti fuerant in prioribus partibus testamenti, & cæteris omnibus substitutis antepositi, idem quoque dicendum videtur sensisse testatorem in ea vltima parte. §. & si ex disparibus. Institu. de vulga. substi. Deci. consil. 186. colum. 2. & id videtur omninò denotare in ca-
6 su nostro † illa dictio, vt suprà. quæ facit relationem ad præcedentia. Deci. consil. 227. col. 1. in fin. nume. 3. & consil. 182. colum. 4. & 5. & consil. 287. col. 4. post Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postulan. Et in omnem casum nõ potuit dictus M. Antonius priuari per testatorem, nisi in dimidia parte; quia aliam dimidiam habebat ex persona patris sui, vt patet ex ipsamet institutione. deinde istius dimidiæ, de qua potuit testator disponere, videtur, quòd retineri pos-
7 sit quarta quædam Trebellianica, eò, ꝙ † cùm testator adiecerit pœnam post aditam hæreditatem; videtur non potuisse disponere de hæreditate, nisi per fideicommissum, vt tradit So cin. in Rubric. ff. de his quæ pœnæ nomi. in fin.

Pro contraria verò parte; id est, in fauorem filiorum D. Guliermi, & aliorum cum eis vocatorum, videtur dicendum, quòd M. Antonius inciderit in pœnam, & quòd id noceat eius filijs. nam verba testamenti vidẽtur clara, quòd
8 M. Antonius, † quamdiu esset minor viginti quinque annis, non posset sine consensu tutorum, & Curatorum contrahere, vel distrahere aliquo modo, neque vendere, aut alienare, neque quicquam agere, scilicet quòd haberet vim negotij, iuxta tex. in l. Labeo. la. 2. ff. de verbo. significa. quæ verba non patiuntur supradictam restrictionem ad alienationem bonorũ, &c, cum clarissimè comprehendant quemlibet contractum faciendum per ipsum minorem. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3.
9 & denotent † euidenter, quòd testator voluit timore pœnæ prouidere ipsi M. Antonio, videns in eo minorem industriam, quàm fortassè fuisset opus, vt per Aretin. consil. 19. col. 2. Iaſ. in l. filiusfam. §. diui. in prima lectu. nu. 35. ff. de lega. 1. & retorquendo consuetudinem testatorum in contrarium, si voluisset testator prohibere alienationem bonorum suorũ tantùm, nõ limitasset eam ad tempus viginti quin-
10 que annorum. & † huiusmodi prohibitiones contrahendi vsque ad eam ætatem, censentur fauorabiles, & latè sunt interpretandæ; vsque adeò, vt etiam comprehendant † legitimã iporum filiorum, vt tradit Iaſ. post alios in d. §. diui. in prima lectu. circa finem, num. 116. & in
11 secunda lectu. nume. 17. & non † est dubium, quin possit testator priuare hæredem, vel legatarium, si voluntatem testatoris non seruauerit. l. 1. C. de his quæ pœn. nomi. & quin possit testator in pœnam substituere, vt latè per Deci. in dicto consil. 273. & consil. 290. colum. 2. & aliquid per Alexan. consil. 52. Viso testamento. in princip. in 2. volum. & in terminis nostris
12 † de priuatione hæreditatis, si hæres sine licentia alicuius contraxerit &c. Alexand. consil. 57. Perspectis. colum. 1. in secundo; vbi etiã subijcit, quòd purgatio moræ non *admittitur*, vt ibi per eum, colum. fin. nume. 14. vndè sequi videtur in casu nostro, quòd D. Marcus Antonius, qui per publicum instrumentum † fecit
13 donationem inter viuos, librarum 2000. eius vxori, incidit in pœnam, & fecit locum substitutioni, eo loco per testatorem introductæ, cùm † donatio inter viuos sit contractus, vt
14 per Bart. in l. iurisgentium. colum. 1. ff. de pac. nam habet consensum duorum. l. 1. §. conuentionis. cod. titu. de pac. & appellatione † con-
15 tractus venit omnis actus, per quem efficaciter obligamur. l. omnem obligationem. ff. de iudi. sed & dato, quòd strictè † loquendo, dona-
16 tio non esset propriè contractus, quia non est vtrinque obligatorius, d. l. Labeo. la. 2. in fine. ff. de verb. signi. hic tamen dictum fuit, nihil agere. &c. quod verbum est generale ad omne negotium. d. l. Labeo. in princip. & paulò inferius etiam fuit appositum vocabulum, obligatio. quod verificatur in casu nostro. fuit etiam appositum vocabulum, alienare. quod est generale. l. alienationis verbum. eod. titu. de verbo. signifi. neque refert, quòd contractus do-
17 nationis † factus fuerit in testamento. nam id potest fieri, vt per Barto. in d. l. hæredes palam. §. fin. & cùm interuenerit stipulatio Notarij, censetur irreuocabilis, & habet naturam contractus quò ad omnia, vt per Deci. consil. 196. colum. 2. & consil. 293. colum. 2. in princip. ex quibus videtur omninò concludendum, quòd M. Antonius inciderit in pœnam.

Quòd

Quòd autem huiusmodi pœna debeat nocere etiam eius filijs, videtur dicendum, ex eo,
18 quòd regulariter ita est, quòd † vbicunque aliquis re aliqua priuatur in pœnam prius sibi imminentem, seu (vt vulgò dicitur) sibi prius cõminatam, tunc etiam videntur priuari eius filij. c. 1. si Vasal. feud. priue. & in c. 1. §. si Vasallus culpam. si de feudo defunc. fue. contro. facit tex. in l. si cohortalis. C. de cohort. lib. 12. & id procedit, etiã quòd filij ad eam rem essent vocati ex dispositione expressa, dummodò non fuerint vocati proprijs nominibus, sed simpliciter sub nomine filiorum; quia præsumuntur vocati contemplatione patris; ideoque excluso patre, ipsi quoq; excluduntur, vt tradit Iser. in d. c. 1. col. 1. in fi. si Vasal. feud. priue. & ad hoc
19 facit id, quod generaliter alibi tradunt Docto. † quòd excluſa vna persona, censentur etiam excluſi omnes ab ea descendentes. Bal. in l. fin. col. 1. C. de libe. præte. Deci. in l. illam. col. 3. C. de colla. Et ad hæc facit, quia si voluisset testator; vt eo casu admitterentur filij ipsius M. Antonij; facile fuisset ei exprimere; quod cùm nõ fecerit, videtur fuisse contrariæ opinionis. l. vnica. §. finautem ad deficientis. vbi Pau. de Ca. C. de cadu. tollen. & cùm vsus fuerit illis verbis, præfatos substitutos, vt supra. videtur sensisse de filijs D. Guliermi, & sensisse de D. Dauid, & Ioseph o, & Christophoro, qui clarè, & distinctè, & per se principaliter fuerant substituti: non autem videtur sensisse de filijs M. Antonij, de quibus nunquam fuerat facta mẽtio, nisi accessoriè ad eum, & vnico verborum contextu cum eo, & tanquam eius contemplatione, vt per Iserniam, vbi supra.

Et si eius filij admitterentur, sensisset D. M. Antonius commodum ex eorum persona, videlicet ratione vsusfructus, & potuisset perseuerare in administratione, & possessione ipsorum bonorum; quod tamen videntur denegare verba testamenti: dũ adeò enixo modo eum remouent à possessione bonorum, eueniente
20 eo casu; non † igitur debet ex alterius persona id consequi. l. quæritur. ff. de bon. libert. Deinde si diceremus, filios M. Antonij nõ fuisse excluſos; sequeretur, quòd, si fortè ipse per spatium aliquod temporis alienasset, antequàm suscepisset filios, deducta fuisset res ad alterum ex duobus capitibus, quorũ quodlibet habet difficultatem. nam necesse fuisset dicere, quòd vel ipsi substituti statim fuissent admittendi ad hæreditatem; & postea natis filijs ex M. Antonio, isti substituti iam facti hæredes desijssent esse hæredes, quod est absurdum: aut dicendũ fuisset, quòd hæreditas semper mansisset apud ipsum M. Antonium, quamdiu non suscepisset liberos, sed aptus fuisset ad eos suscipiendum; quod etiam esset absurdum, & aduersus mentem, & verba testatoris, quæ statim eum priuãt hæreditate ipso iure, & facto.

Quibus rationibus videtur res ista inclinare aduersus filios M. Antonij, si aliqui extant, vel in futurum extabunt. Et quamuis negari non possit, quin vltimus iste articulus sit disputabilis; rationes tamen vltimo loco deductæ videtur esse vrgentiores, & per eas tolluntur cætera deducta in contrarium. Quòd autem dictũ
21 est de † Trebellianica deducenda, cessat, stantibus illis verbis testamenti, scilicet, omnis eius hæreditas, ac omnia, & singula eius bona &c. quibus censetur Trebellianica prohibita, vt per Deci. cons. 495. col. penul.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis matutini interpres. Papiæ. 1549. die 13. Aprilis, pro D. Guliermo de Paletis Cremonen.

ARGVMENTVM.

Legatarius si stetit per 40. annos, vel plures, quod non petijt legatum, an si petat, obstet sibi aliqua præscriptio: & an possit petere aliquod interesse.

SVMMARIVM.

1 *Malæfidei possessor nullo tempore præscribit, & an id procedat etiam quò ad actiones personales, vide infrà nume. 4.*
2 *Hæres præsumitur habere scientiam legati.*
3 *Hæres etiam primi hæredis tenetur eius conscientiam exonerare.*
4 *Malæfidei possessor nullo tempore præscribit, etiã quò ad actiones personales, reprobato Bartolo.*
5 *Legatum quamuis consistat in pecunia, nullum tamen debetur interesse legatario, maximè ante petitionem.*

Consilium LVIII.

VIDETVR sine dubio, quòd legatũ potest peti, etiam quòd à tempore conditi testamenti, & mortui testatoris, lapsi sint anni 40. vel plures; quia, cùm adhuc viuat hæres ipse primus ex testamento vocatus, qui habet scientiam legati; tractandum non est de aliqua præscrip-
1 tione, cùm vulgare sit, q̃ † malæfidei possessor nullo tẽpore præscribit. c. fi. extra de præscrip. &c. possessor. de reg. iur. lib. 6. & certũ est (præ-
2 sumptione iuris) quòd † hæres iste habet scientiam istius legati, quia iam soluit alia legata. l. non est ferendus. ff. de transac. & latè per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. 3. q. ff. de verbo. oblig. quinimò, etiã si decessisset primus hęres

qui

qui habebat scientiam, & per consequens ma-
3 lam fidem, teneretur † hæres ipsius hæredis exonerare eius conscientiam, vt per Alexand. & Iaſ. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. posse. Neque prædictis obstat, si fortè diceretur, † quòd dispositio tex. in d. c. fi. & in dict. c.
4 possessor. non procedit in actionibus personalibus, vt voluit Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. quoniam respondetur, quòd ea opinio Bar. est magis communiter reprobata, vt tradit Deci. consi. 266. col. fin. & consil. 267. colum. 5. & consil. 272. colum. 4. & consil. 303. colum. 1.

5 Quod autem quæritur de interesse † prædicti legati consistentis in summa pecuniaria; respondetur nullum interesse deberi, præsertim ante petitionem. l. 1. & ibi gloss. C. de vsur. & fruc. legatorum.

Iacobus Mandellus, Albensis, Papiæ. 1549. 16. Aprilis, ad petitionem Magnifici D. Bonifacij Macelli.

ARGVMENTVM.

Quando imbreuiatura Notarij, & exemplum extractum continent inter se diuersitatem, cui sit standum, & an, & quando standum sit exemplo extracto. & quando possit Notarius extendere, seu addere id, quod omisit, seu abbreuiatum posuit in imbreuiatura &c.

SVMMARIVM.

1 *Si sit diuersitas inter imbreuiaturam Notarij, & exemplum ab ea extractum, standum est imbreuiaturæ.*

2 *Clausula solita apponi per Notarium est de nouo apponenda, vel habetur pro apposita.*

3 *Notarius met rogatus de instrumento, an possit in exemplo extracto adijcere clausulam, de qua nullam mentionem fecit in imbreuiatura, & quando.*

4 *Error omissionis in Notario est leuis error.*

5 *Notarius potest addere ea, quæ subintelliguntur de consuetudine, & vigore abbreuiationum, seu cæterationum.*

6 *Pro Notario est semper in dubio præsumendũ in bonam partem.*

7 *Notarius quicquid in instrumento apposuit, quod respiciat factum partis, præsumitur apposuisse de assertione, & voluntate partium.*

8 *Instrumenti scientiam præsumitur quis habuisse in singulis eius partibus ex eo, quod habuit instrumentum ipsum apud se.*

9 *Contractus declarantur ab effectu postea subsecuto inter ipsos contrahentes.*

10 *Qua contemplatione aliquid dicatur, vel fiat, semper inspici debet.*

11 *Instrumentum producens, censetur ipsum approbare in omnibus, & per omnia, neque potest postea reuocare, neque allegare errorem: sed sibi imputet, si bene non considerauit.*

Et hoc procedit, etiam quòd quis produxerit, protestans, quòd in partibus pro se facientibus tantùm producebat.

Consilium LIX.

QVAMVIS in præsenti casu prima facie offerat se difficultas contra Hospitale ex decisione Barto. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2.
1 vbi concludit, † quòd si sit diuersitas inter Imbreuiaturam Notarij, & exemplũ ab ea extractum; standum est Imbreuiaturæ; & † sequitur Ange. in l. publicati. C. de testamen. re tamen diligenter considerata cum suis qualitatibus, videtur concludendum in fauorem Hospitalis, vt standum sit exemplo extracto, & habenti illam clausulam, eo tempore. &c. quia, cùm iam constet ex fide facta per Venerandũ Collegium Dominorum Notariorum, quòd † ea
2 clausula solet apponi in diuisionibus, & solet extendi, prout hic factum fuit; inferuntur duo: primum, quòd, etiam si non fuisset ea clausula apposita, per ipsum Notarium in exemplo edito; esset tamen de nouo apponenda, vel esset habenda pro apposita. l. fin. vbi gloss. in verbo, Simpliciter. & ibi etiam Bald. C. de fideiuss. latè Iaſ. in l. certi condictio. §. si nummos. num. 24. ff. si cert. peta. Felin. in c. ex literis. num. 12. de fide instru. Deci. consil. 247. col. fin. & consil. 449. nume. 24. & constat, eam clausulam solere apponi in diuisionibus, etiam continentibus fideicommissum, nisi fideicommissum expressè reseruetur, vt patet in instrumẽto diuisionis factæ inter illos de Abdua; quinimò id patet ex instrumento diuisionis factæ per ipsummet D. Georgium aduersarium, & fratres suos ex vna parte, & D. Io. Marcum patruum suum ex alia parte, anno 1516. Infertur & secun-
3 do, quòd † potuit ipsemet Notarius rogatus de instrumento eam clausulam adijcere in exemplo extracto, prout adiecit, quãuis nullam de ea fecisset mentionem in Imbreuiatura. Bald. in Rubric. C. de fide instru. colum. 6. versicu. quartò quæritur. etiam quòd in imbreuiatura neque mentionẽ talis clausulæ, neque aliquod caput ad eam pertinens posuisset, dummodò saltem eam extensionem fecerit, antequã esset mota lis, & priusquàm exemplum aliquod extraxisset, prout hic per omnia factum fuit. Bald. vbi suprà. versic. sed pone quod tabellio.
4 Et vt alibi ait Bald. † error omissionis in Notario de facili committitur, propterea censetur esse leuis error. Bald. in l. Imperator. la. 1. col. pen.

pen.in fin.ff. de sta.homi. & in casu nostro res adhuc facilius videtur procedere: quia nō credidit Notarius hic se errasse; sed potius credidit, sibi id semper licere, videlicet, vt in quocūque † exemplo extrahendo id posset apponi, tum vigore consuetudinis, tum vigore multorum capitum continentium abbreuiationes, seu cæterationes (vt vulgò dicitur) positorum in ipsa imbreuiatura, iuxta nota. per Bar. & Docto. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthu. & Bart. in l. si quis cum testamentū. versicu. & per ista dico. ff. de testamen. & id euidenter patet, quia si Notarius credidisset se errasse in imbreuiatura, seu fuisse oblitum, addidisset deinde eam clausulam in ipsa imbreuiatura, saltem eo tempore, quo illam posuit in ipso exemplo: & hic succedit, quòd dici † solet, esse semper præsumendum in dubio pro Notario in bonam partem. Barto. in l. quoties. §. 1. ff. de hære. instituen. Deci. in l. si librarius. in fi. ff. de regulis iur. & quicquid † reperitur fuisse in instrumento appositum per Notariū, quod respiciat factum partis, præsumitur fuisse appositum de assertione, & voluntate ipsarum partium. Barto. in l. si quis filiabus. ff. de testa. tutel. Bald. in l. 1. circa finem. C. de priuileg. dot. Roma. consil. 179. Amplissimè. colum. 2. Bal. consil. 263. Verba. col. 1. in primo vol. Deci. in d. l. si librarius. nu. 3. & 4. & consil. 450. & cons. 639. colum. 2. vnde apparet, non obstare decisionem Bar. in d. l. Sempronius Proculo. quia respondetur, quòd in casu nostro, interpretatione iuris, & ex euidenti mente Notarij non censetur esse differentia inter Imbreuiaturā, & exemplum extractum; quia, vt dictum est, patitur imbreuiatura eam extensionem.

Comprobatur supradicta cōclusio, quia intra paucos dies, postquàm rogatum fuit eiusmodi instrumentum diuisionis; fuit extractū supradictum exemplum cum dicta clausula, & traditum ipsis contrahentibus, vt mihi in facto præsupponitur; propterea † præsumuntur habuisse scientiam talis instrumenti in singulis eius partibus, & verbis, cùm ipsum haberēt apud se. Areti. cons. 15. in fi. Deci. cons. 328. col. 3. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. nume. 56. ff. de verbo. obliga. facit tex. in l. non est ferendus. ff. de transac. ideoque censentur inde ipsi cōtrahentes declarasse, quòd omnia in eo instrumento contenta prouenerant vsq; ab initio ex eorum voluntate. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo.

Item comprobatur, quia †, post dictas diuisiones ipsi contrahentes alienauerunt multa bona; propterea ab effectu &c. Bartol. consil. 59. col. 2. Soci. cons. 145. 1. vol.

Comprobatur etiā prædicta opinio ex alio instrumento diuisionis facto 1516. de parte supradictorum bonorū inter vnū de supradictis diuidentibus, scilicet D. Io. Marcum, & filios D. Iosephi, inter quos aderat ipse D. Georgius aduersarius, & in eo instrumento fuit etiā apposita clausula, eo tenore, &c. & ita fuit præsup positū, ꝙ bona non essent amplius subiecta fideicommisso: quę certè videtur fuisse satis perspicua declaratio præcedentis diuisionis.

Nō obstat illa clausula posita in alia parte instrumēti, scilicet, ꝙ bona remaneāt penes eos, prout in eos, seu in eorū patrē peruenerāt, &c. & sic remaneant cum onere fideicōmissi: quia manifesta est responsio ex verbis antecedētib. nā ex eis clarè patet, ꝙ cōtrahentes intendebāt dare sibi vicissim in ea bona libero modo, & etiā cùm promissione de euictione; sed voluerunt deinde limitare eā promissionē, vt intelligeretur pro eorū dato, & facto tantū; & id statim alijs verbis declarauerunt: vel eorū factum intelligeretur, vel de facto proprio eorum, vel de facto patris sui; & ita † cùm semper inspiciēdū sit, qua cōtemplatione aliquid dicatur, vel fiat. l. si procuratorē dedero. in prin. ff. manda. nō est constituenda vis in vno verbo tantū; sed inspicienda sunt cætera omnia verba præcedētia, præsertim cùm sint principalia. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. Et ꝙ hæc fuerit mens contrahentiū, demōstratur; quia promittere de euictione, etiā pro suo facto tantū, & reseruare fideicōmissum, vidētur esse cōtraria. nam si alter ex diuidentib. euinceret ratione fideicōmissi facti per cōmunē autorē; censeretur in effectu euincere ex suo proprio facto, cùm ipse successerit pro sua portione illi autori. Bart. in d. §. duo fratres. prima q. versicu. quartò dicit. ibi, In proposita dico. & quamuis Bar. id videatur adducere ad contrariū propositum, videlicet ad hoc, vt non obstāte diuisione, possit peti fideicōmissum; loquitur Bar. in simplici diuisione, in qua non fuit apposita clausula, nil cōtra diuisionem facturos. vt prius ipse dixerat, sed cùm in casu nostro fuerit ea clausula apposita, & promissa defensio, vt saltem cōprehendat factum ipsorū diuidentium; bene sequitur id, quod dictum est, quia factum autoris eorū, & factum eorū, censetur vnum, & idem, vt per Bart. vbi suprà, & tantò magis cùm etiam facta fuerit mentio de facto patris sui.

Postremò cùm aduersarius hoc instrumentum † ita extensum produxerit in hac causa ad probandū bona esse in bonis; censetur ipsum approbasse in omnibus, & per omnia. Alex. in l. 1. §. editiones. col. pen. versic. in ea. ibi, Respō deo, iuuatur. ff. de eden. neq; potest nunc id reuocare, neq; allegare errorē. Specul. de instru. edi. §. videndū. col. 3. versic. quid si aliquis produxit.

duxit.nu.12.vbi ait,quòd procedens debet sibi imputare,si non melius considerauit.ca.imputare.de fide instru.& id procederet, etiã si protestatus fuisset,se solùm producere in partibus pro se facientibus.Paul. de Cast.in d.§. editiones.col.pen.versic.& nota circa.Alexan.in l.1. col.pen.C.vt quæ desunt aduoca.par. Deci. in l.fin.col.fin.C.de eden.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ. 1549. 2.Maij,pro Hospitali Mediolani.

ARGVMENTVM.

An in primogenitura constituta in testamento succedere debeat nepos,id est,filius primogeniti: an verò patruus,id est,secundo genitus testatoris: & concludit pro patruo.

SVMMARIVM.

1 PATRVVS *si sit maior natu,quàm nepos, præfertur nepoti in primogenitura: & quæ sit ratio.*
2 *Primogenitus idem denotat,quod primo natus.*
3 *Verba debent intelligi propriè,& non fictè, præsertim in dispositione hominis.*
4 *Primogenitura censetur esse magis beneficiũ ætatis,quàm filiationis.*
5 *Patruus præfertur nepoti,quando dispositio habet non solum dictionem,primogenitus.sed etiam dictionem,filius .secundum magis cõmunem: & quæ sit ratio.*
6 *Filiorum appellatione non venit nepos de proprietate sermonis, sed impropriè per interpretationem:& nume.20.*
7 *Causa proxima,& immediata semp inspici debet.*
8 *Qualitas verborũ semp inspici debet ante omnia.*
9 *Patruus præfertur nepoti in primogenitura, quãdo agitur de causa testamenti, seu alia vltima voluntate:secus est in actibus inter viuos: & quæ sit ratio diuersitatis.*
10 *Primogenitura constituta in testamento est in effectu fideicommissum.*
In fideicommissis & alijs dispositionibus hominũ filius non subintrat locum patris secundũ magis communem,et veriorẽ opinionem,ibidem.
11 *Filij appellatione non venit nepos regulariter in dispositione hominis: & nume.20.*
12 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
13 *Primogenitura debet extare tempore, quo actus deducitur ad effectum,aliàs non habetur in cõsideratione.*
14 *Patruus si reperiatur in possessione bonorum,tunc est magis expeditum,quòd præfertur nepoti in primogenitura.*
15 *Patruus aliquãdo non habet ius ad primogenituram,nisi deficientibus nepotibus.Et de text.in c. licet,extra de voto,quomodo procedat.*
16 *In feudo nepos succedit cum patruo, & representat personam patris,& quare.*
17 *Primogeniti appellatione nunquam venit secundogenitus,etiam deficientibus descendentibus primogeniti,secundum Bald.sed malè.*
18 *In primogenitura delata,non ex testamento,sed ex dispositione legis, filius succedit loco patris, & sic nepos præfertur patruo: & ita intelligit Io.Fab.in §.cum filius.& Bar.in authent.post fratres.*
19 *Andr.Sicul.errat,dum vult, quòd etiam in dispositione testatoris nepos præferatur patruo.*
20 *Filiorum appellatione an contineantur nepotes.*

Consilium LX.

HABET præsens casus latissimum campum disputationis, Nunquid in primogenitura nepos sit præferendus patruo, an patruus nepoti. Sed quia id tantùm quæritur, vt dicam,quid in effectu censeam esse verius,præsertim cùm negotium agatur inter coniunctos, & absq; animo litigandi: propterea subijciam hæc pauca; quibus quantum attinet ad præsentem casum, mouetur(vt liberè dicam)rem hanc de iure inclinare in fauorem patrui.

1 Et primò, quia videtur esse magis † cõmunis distinctio Doctorũ, ℣, si patruus sit maior natu,quã sit nepos,vt est in præsenti casu; tunc patruus sit præferẽdus, si verò nepos sit maior natu,quàm sit patruus,tunc sit subdistinguendum,vt inferius dicetur. Bald.in l.3. C. de libe. præte. Martin. Lauden.in tracta.de primogenitu.col.pen. Alexan.cons.4.col.3.num.10.in 4.vol.& idem Alex.in l.is potest.col.2.vbi etiã Ias.nu.45.ff.de acqui.hære. Deci.cons.443.nu. 24. Et hæc opinio, ℣ præferatur patruus, si est maior natu, habet rationes euidentes. haber enim primò proprietatem verborum; quia
2 † primogenitus nihil aliud denotat,quàm idẽ, quòd primo natus, vt ait Bald.in l. cùm antiquiorib.col.5.& col.pen.versic.9.C.de iu. delibe.quod vtique verificari non potest in nepote,qui natus sit post patruum,vt de se patet,nisi fortasse per fictionem:& vulgare est. † quod
3 si verba debent intelligi propriè,& nõ fictè, præsertim in dispositione hominis, vt in hoc proposito inquit Bald.in d. l. cum antiquioribus. col.pen.versi. septimò. & Alex. in d. consil. 4. col.2.& si diceremus nepotẽ hoc casu dici primogenitum, cõmitteretur duplex fictio, duplexque improprietas, videlicet, natiuitatis,& gradus, vt inquit Aretin.consil.164. colum.3. Deinde pro prædicta communi opinione facit; quia † primogenitura censetur esse magis
4 beneficium ætatis, quàm filiationis, vt ait Bal. in d.l.cum antiquioribus. col.6. versicu. nunc ad partem contrariam.

Secundò

Secundò in fauorem patrui videtur hic extare aliud fundamentum magis communiter
5 approbatum, videlicet, quòd, † si dispositio habet non solùm illam dictionem, primogenitus. sed etiam habet illã dictionem, filius. tunc præfertur patruus. Bald. in d. l. 3. C. de libe. præte. Alex. in d. conf. 4. col. 3. in 4. Alex. & Iaſ. in dict. l. is potest. nam hæc est secũda pars distinctionis supradictæ, & habet rationem euiden-
6 tem; quia † filiorum appellatione non venit nepos de proprietate sermonis, sed venit impropriè per interpretationem. l. filium habeo. ff. ad Macedo. & l. iusta interpretatione. ff. de verb. sig. vbi etiam D. Alciat. tradit, & pariter tradit in l. filij appellatione. eod. tit. In casu autem nostro verba testamenti habent mentionem ter de filijs, vt patet in versicu. & casu quo contingeret, quod Deus auertat, quòd prædictus Franceschinus decederet &c. ita q̃ quãuis dictio, filius. non fuerit posita in prima parte istius primogenituræ, fuit tamẽ apposita in secunda eius parte, & id videtur sufficere. l. qui filiabus. in prin. ff. de lega. 1. & tantò magis quia in ipsa secunda parte fit expressa mentio de parte prima, & in ea mentione adijcitur dictio, filij. vt patet ibi, scilicet, in eodem statu, & gradu in quo erat, & succedere poterant filij susceptiex ea, & prædicto D. Franceschino, &c. & paulò inferius ibi, & hoc quando dicti filij susceptiex ea, & prædicto D. Franceschino &c.

Tertiò in fauorem patrui stant alia verba testamenti, quæ dicunt, de primogenitis eiusmodi filij, & aliquando dicunt, de genitis eiusdem filij, quæ verba propriè verificantur in filijs natis ex eo immediatè, non autem in nepotibus,
7 quia † debet semper inspici causa proxima, & immediata, vt in his terminis ait Bald. in dict. l. cum antiquioribus. col. penul. versic. Sextò & fatentur omnes Docto. tractantes hanc dis-
8 putationem, quòd antè † omnia debet inspici qualitas verborum, quibus concepta est ipsa dispositio per vulgarem regulam, tex. in l. non aliter. ff. de lega. 3. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito.

Quartò extat aliud fundamentum, propter quod cessare deberet hic omnis disputatio. nã versamur hîc non in dispositione legis cõmunis, aut municipalis, neq; in dispositione Principis, vel alia dispositione inter viuos; sed agi-
9 tur hic de causa † testamenti: quo casu etiam Docto. illi, qui in cæteris casibus sequuti sunt opinionem pro nepote; fatentur, quòd iudicandum est pro patruo, vt latè tradit Præpositus Mediolanen. in c. 1. de feud. Marchiæ, col. 7. versi. tertiò deducitur istud. seu paulò inferius, versic. & per hoc non obstat præallegata lex vnica, &c. vbi adducit rationem diuersitatis. ait enim, quòd in actibus inter viuos habetur fortius ius; ideoq́ue filius primogenitus moriens, antequàm casus eueniat, transmittit tale ius ad filium suum. §. ex conditionali. Institu. de de verborum obligationib. & l. is cui. ff. de ac. & obli. in testamento autem & alijs vltimis voluntatibus cessat talis transmissio ante ius delatum. l. 1. §. sinautem aliquid. C. de cadu. tollen. Idem etiam repetit Præpositus in col. antepenult. versic. non obstat sextum decimum argumentum; & ibi adducit aliam rationem differentiæ, quia scilicet in vltimis voluntatib. consideratur affectio testatoris, seu alterius disponentis, & ordinata charitas, & per consequens consideratur, quis sit in proximiori gradu. l. cũ ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. & & per ea, quæ tradunt Bart. & alij in l. Gallus. §. quidam rectè. Et potest hîc addi tertia etiã ra-
10 tio vrgens, quia † primogenitura constituta in testamento est in effectu fideicommissum, & in fideicommissis filius non succedit in loco patris, sicut neque in cæteris dispositionib. hominum secundum magis communem, & veriorem opinionem, vt latè tradit Deci. consil. 1. & in l. si auiæ. colum. 3. C. de succes. edic. Ad-
11 di potest & quarta ratio, quia † in dispositione hominis regulariter appellatione filij non venit nepos, vt tradit D. Alciat. in d. l. filij appellatione. ff. de verb. signif. & patet ex §. fin. Institu. qui testa. tut. da. pos.

Quintò videtur facere pro patruo, quia verba testamenti non simpliciter vocant primogenitum, sed vocant illum, qui erit primogenitus post mortem Dominæ Monicæ; adeò q̃ consideranda hic videtur qualitas primogenituræ, nõ quolibet tempore, sed duntaxat tem-
12 pore mortis D. Monicæ: quia † qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. si damnum. ff. de noxal. & l. Titius. ff. de mil. testa. & hæc qualitas solùm reperitur in patruo, nõ autem reperitur in nepote, siue consideremus eius personam, siue personam patris sui. nam ipse nepos natus est post patruum: ergo non est primogenitus; pater verò non erat in rerum natura, quãdo mor-
13 tua est Domina Monica; & † primogenitura ipsius patris, quæ fuerant ante, non debet haberi in consideratione, cùm non extet tempore, quo actus deducitur ad effectum, vt in simili per Alexan. in l. si rem meam. in fin. ff. de verborum obligationib. & per Deci. conf. 40. colum. 1. in fin. & consil. 214. colum. 1. & hoc modo esse considerandam primogenituram, saltem in præsenti casu, patet ex multis, quæ tradit Deci. in d. consil. 443. col. 2. in fin. versicu. tertiò quia constitutio.

Sextò, quia in dubio magis est faciendum fi-

lio tanquàm proximiori, cùm nepos sit remotior, vt per Bald. in d. l. 3. C. de libe. præte.

Septimò pro patruo extat text. in Clemen. Pastoralis. de re iudica.

14 Octauò, † si patruus reperiretur in possessio ne bonorum, vt fortè est inducendus de iure in presenti casu, tunc esset res magis expedita pro eo, vt per Deci. in d. consi. 443. nu. 28.

Possent & alia quamplura adduci; sed prædicta videtur sufficere; quia (vt opinor) excipiũt casum nostrum à disputatione Doctorum in hac materia.

Non obstant quædam, quæ ex aduerso deducuntur, & in primis text. in c. licet. extra de
15 de voto; vbi præsupponitur, † quòd patruus non habeat ius ad primogenituram, nisi deficientibus nepotibus. nam respondetur quòd ille text. procedit in casu claro, videlicet, quando filius primogenitus vixit post mortem patris, & acquisiuit regnum, vt declarat Lauden. vbi suprà, colum. fin. & Deci. in d. consil. 443. colum. pen. nu. 29. versic. 5. non obstat, & patet ex verbis ipsius textus.

Non etiam obstat tex. in c. 1. in princ. de succ. fratr. & de gradi. succeden. vbi habetur, q
16 † in feudo nepos succedit cum patruo, & representat personam patris: quia, vt respondet Iaso. in d. l. is potest. nu. 38. in fin. ille tex. procedit in alijs terminis, videlicet, quando agitur de excludendo patruo non in totum, sed duntaxat à portione patris; vel melius potest responderi, quòd ille tex. procedit in successione delata per dispositionẽ legis, & nõ in successione delata ex dispositione hominis; præsertim per testamentũ: quia est longè diuersa ratio inter hæc, vt supra dictum fuit in quarto fundamento. Item quatuor alijs modis potest responderi ex his, quæ deducta fuerunt in primo fundamento, & secundo, & tertio, & quinto.

Non obstat id, quod ait Bald. in c. 1. in fin. de filijs natis ex matr. ad morgani. de quo per Iaso.
17 in d. l. is potest. nu. 40. quia respondetur, quòd ea opinio Bald. dum vult absolutè, quòd † primogeniti appellatione nunquam veniat secũdogenitus, etiam deficientibus descendentib. primogeniti; non potest procedere; quia, si id verum esset, frustratoria esset tota hæc disputatio, vter eorum sit præferendus, an nepos, an patruus; & meritò inquit Iaso. in d. l. is potest. q nemo ex Docto. solet allegare. Bald. in eo proposito.

18 Non obstat † q Io. Fabri in §. cum filius. Institu. de hæredita. quæ ab intesta. videatur velle, quòd etiam in primogenitura delata ex testamento, filius succedit loco patris: quia respondetur, non esse verum, q Io. Fabri loquatur de dispositione testamentaria; sed loquitur de dispositione legis, prout loquitur ille tex. in §. cum filius. à quo sumit Ioan. Fabri argumentum suæ illationis.

Et ad decisionẽ Bar. in authen. post fratres. C. de suis & legi. quam sequitur Aretin. consil. 164. dum vult, seu præsupponit Barto. q si esset primogenitura proueniens iure successionis, tunc nepos succederet loco patris sui ad exclusionem patrui; respondetur pari modo, quòd Bart. loquitur de successione delata ex dispositione legis, prout loquitur ille text. ideo nõ est inferendum ad successionem prouenientem ex testamento, cùm sit longè diuersa ratio, vt dictum fuit in quarto fundamento.

Neq; obstat, q † And. Sicul. cons. 10. col. 2. 19 in secundo idẽ velit etiã in dispositione testatoris, per text. in l. cùm auus. ff. de condi. & demon. quia sine dubio erat in intelligẽtia illius tex. ibi enim nõ consideratur preeminentia aliqua natiuitatis; & vt supradictũ est in quarto fundamẽto, in dispositione testamẽtaria extat autoritas Præpositi. in d. c. 1. col. 7. de feud. Marchiæ, & rationes euidentes superius deductæ.

Non etiã obstat, quod dicitur; † appellatio- 20 ne filiorũ contineri nepotes; quia patet respõsio ex supradictis, q id non est verũ de proprietate sermonis. d. l. iusta interpretatione. & tanto minus in dispositione hominis, vt per D. Alciat. in d. l. filij. & cùm possit sermo hic verificari propriè in patruo, nõ est admittenda eiusmodi improprietas, vel extensio.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Papiæ. 1549. Mense Maio, pro Magnifico D. Iosepho de Curte, ad petitionem Magnifici Iureconsulti D. Rolandi fratris sui.

ARGVMENTVM.

De alienatione feudi, quando fieri possit, & an in præiudicium eorum, qui asserũt se agnatos &c. Et quomodo pro alienatione sit impetrandus consensus superioris, vacante Episcopatu, & an sufficiat consensus Capituli: & quid si est Episcopus, de cuius autoritate disputatur.

SVMMARIVM.

1 QVI *dicit se tanquam agnatum habet ius succedendi, vel reuocandi, &c. debet in primis probare, se esse talem: Et an debeat probare certum gradum agnationis, & nu. 2.*

2 *In feudis non admittuntur agnati transuersales, nisi vsque ad septimum gradum.*

3 *Feudum antiquum quando dicatur, & an præsumatur antiquum, & quando, quòd non præsumitur antiquum, quando possidetur per diuersas familias, & agnationes.*

4 Ex

4 *Ex his, quæ postea contingunt, declarantur præcedentia, & primordium tituli.*

5 *Feudum, pro quo nullum præstatur seruitium domino, censetur esse franchum, & liberũ, & potest liberè alienari, & transire in quascunque personas, etiam in fœminas.*

6 *Feudum potest alienari, stante cõsuetudine ipsum alienandi: & an valeat consuetudo in præiudicium agnatorum, & domini: & quid si probatur consuetudo alienandi feudum pro parte, an possit totum alienari.*

7 *Feudum quando potest alienari, talis alienatio intelligitur generaliter, scilicet & per cõtractus, & per vltimas voluntates.*

8 *In alienatione feudi quomodo impetretur consensus superioris, vacante Episcopatu, & an sufficiat tunc impetrare à Capitulo, & non à Pontifice.*

9 *Episcopatu vacante, an verum sit, quòd omnis potestas sit apud Capitulum, & quorum rerũ potestas, & quòd ea, quæ sunt iurisdictionis.*

10 *Et quid sit extet Episcopus, de cuius autoritate disputetur, an sufficiat eius cõsensus in alienatione feudi,*

Consilium LXI.

DVTO esse habendum pro expedito multis rationibus, quòd feudũ Cellarenghi, quod inter multos diuisum est; possit libero modo alienari in quãcunq; personam secundum ea, quæ mihi in facto proponuntur, scilicet quantum attinet ad prẽiudicium illorum, qui se asserunt 1 agnatos, seu de familia. nam † primò certũ est, quòd qui dicit, se tãquam agnatum habere ius succedendi in portionem alterius, vel habere ius reuocandi, si fiat alienatio; debet probare se esse talem, vt tradit Deci. post alios cõs. 222. col. pen. versi. sextò hoc idem confirmatur. & latè idem Deci. cons. 321. vbi etiam amplius tradit, quòd probandum est, quo gradu agnationis iunctus sit, & videtur esse text. in c. licet ex quadam. de testi. & in c. tua nos. de consanguinita. & affini. vnde, cùm in casu nostro præsupponatur, non posse probari hanc agnationem, vel coniunctionem sanguinis; non videtur esse in hoc difficultas: & tanto magis hoc procedit 2 in feudis. nam † non admittuntur agnati transuersales, nisi vsque ad septimum gradum. c. 1. §. quoque sciendum. qui feud. da. possunt, latè Deci. consil. 85. & quamuis sit disputatio inter Doct. vtrum semper sit probandus certus gradus agnationis, vt modò dixi, & latè per Alex. & Iaſ. in l. is potest. col. pen. ff. de acqui. hær. qui videatur sequi opinionem Raphaelis Comen. negatiuam, & cõtrariam opinionem defendit Deci. in d. cons. 321. Sumus hic extra eam disputationem, per supradicta.

Secundò, quia illi, qui volunt impedire alienationem feudi in præsenti casu, censentur di- 3 cere, feudum † istud esse antiquum, id est, fuisse acquisitum ab aliquo stipite communi, id est, acquisitum per personã, à qua prouenerint & is, qui alienat, & ipsi, qui volunt impedire. c. 1. §. 1. de succes. fratr. Curt. iun. in tract. feud. 8. q. primæ par. & ita opus est, vt constet, feudum esse antiquum. hoc autem, vtrum præsumatur antiquum, nec ne, habet tex. satis ambiguum, in d. c. 1. §. fin. de succes. fratr. sed stante aliqua præsumptione, vincit illa opinio, quæ præsumptionem habet pro se, vt ibi tradunt gl. & Doctor. & in casu nostro videtur extare præsumptio euidens, quòd hoc feudum non prouenerit ab vnico stipite; quia possidetur per diuersas familias, & diuersas agnationes; ideò tanquam effectus subsecutus diuersis modis indicat causas diuersas, & non vnicam, cùm vulga- 4 re sit, quòd † ex his, quæ postea contingunt, declarantur præcedentia, & primordium titu. l. 1. §. fi. C. de imponen. lucra. descrip. lib. 10. Deci. cons. 116. col. 1. & cons. 130. col. 2. si igitur nõ est feudum proueniens à communi stipite, ergo nõ est antiquum, scilicet eo modo, de quo hic agitur, vt per Curt. vbi supra.

5 Tertiò dicitur, q̃ pro hoc feudo † nullũ prestatur seruitium domino; ergo est feudũ franchum, & liberũ, & per consequens potest transire in omnes personas, & liberè alienari, etiam in fœminas, vt per Curt. iu. vbi supra in prima q. tertiæ partis. col. 3. versic. quintò limitate, & de vtroque per Deci. cons. 269. col. 3.

6 Quartò, quia † præsupponitur consuetudo alienandi huiusmodi feudum; ergo & propter hanc rationem res non habet difficultatem, vt per Deci. cons. 208. colum. 3. facit text. in l. pater. §. quindecim. ff. de lega. 3. & valet talis consuetudo, non solùm in præiudicium agnatorũ, vt ait Deci. vbi supra, sed etiam in prẽiudicium domini, vt per Curt. vbi supra in quarta parte in 19. q. & si probatur talis consuetudo alienandi in aliqua parte, seu portione istius feudi, cẽsetur probatum in totum. argu. ex. l. non est ferendus. ff. de transac. quia vna, & eadẽ res non debet diuerso iure cẽseri. l. eum, qui ædes. ff. de vsucap.

Et plura scriberentur, si esset opus. Et quod 7 dictum est † posse hoc feudum libero modo alienari; debet generaliter intelligi, tam per vltimas voluntates, quàm per contractus, vt per Deci. in d. cons. 269. col. 3.

Cæterũ ad illud, de quo dubitatur, quomo- 8 do † impetrari debeat consensus superioris, si continget alienationem fieri, quia nunc vacat

Episcopatus; puto esse dicendum, quòd impetrandus erit consensus Capituli Ecclesiæ maioris: quia, quamuis nõ indistinctè verum sit id, ad quod solet allegari Barto. in l. vbi absunt. ff. 9 de tuto. & curato. da. scilicet quòd † vacante Episcopatu, omnis potestas sit apud Capitulũ; (nam collatio beneficiorũ, & alia omnia, quæ dicuntur respicere Ius Episcopale, non transeunt in Capitulum, vt est text. in c. 2. ne sede vacan.) transeunt tamen in Capitulum ea, quæ sunt iurisdictionis, vt est præsens negotium. c. his quæ pro Ecclesia. & c. cum olim. de maio. & obed. & hoc est quod voluit Bart. vbi supra, & latè gloss. & Doctor. in d. c. his quæ. & distinguit Abb. in c. 1. col. 1. ne sede vacan. sed quia abundãs cautela non nocet, bene erit, q̃ cùm postea creatus erit Episcopus ab eo impetretur confirmatio, neq; videtur expediens accedere ad Pontificem ob hanc causam, per ea, quę tradit Curt. in d. tracta. Feud. in 10. q. Quod autẽ 10 dubitatur, quid † si extet Episcopus aliquis, de cuius autoritate disputetur; nõ habet difficultatem in iure; nam, si talis Episcopus erit in quasi possessione Episcopatus, valebunt gesta per eum in similib. casibus, qualis est hic, cum scilicet non afferat præiudicium Ecclesiæ, sed potius vtilitatem, & exercitium suorũ iurium, ac iurisdictionis suæ, vt per gloss. in cap. 1. de schismaticis. faciunt quæ tradit Barto. in l. creditor. ff. de solutio.

Iacobus Mandellus Alben. legens Papiæ Ius Ciuile in prima Cathedra lectionis matutinæ. 1550. secundo Februarij, pro D. Dominico de Capellis, Prætore Guarenæ.

ARGVMENTVM.

Quod per minorem causam non fiat præiudiciũ maiori, & quando dicatur causa maior. & quòd pendente causa vniuersalis subiectionis alicuius oppidi, non debeant tractari aliæ particulares dependentes. Et de quibusdam locis, Godiani, Ripariæ, Orthæ &c. an sint de statu Mediolani, & an fuerint taliter cõcessa Episcopis Nouarien sib. seu Ecclesiæ, quòd non recognoscant imperium, & quòd censeatur Imperator à se abdicasse omnem superioritatem. Et an possit Imperator, si velit, à se abdicare superioritatem imperij, & quid si donat Ecclesiæ Romanæ, & quid si Ecclesiæ inferiori, an tũc censeatur à se abdicare etiam superioritatem imperij. Et an prædicta loca Ripariæ, Orthæ &c. translata in Ecclesiam Nouarien. ab Imperatore, cogi possint ad onera soluẽda imposita in statu Mediolani, vel imposita sub nomine imperij. Et quando procedat præscriptio contra superioritatem imperij. Et quando præscribatur libertas nõ soluendi collectas, & alia onera, & quæ requirantur. Et vide etiam in duobus Cons. sequen.

SVMMARIVM.

1 PER *Minorem causam fieri non debet præiudicium causæ maiori: & quæ dicatur causa maior, & an causa vniuersalis subiectionis alicuius territorij.*

2 *Pendente lite de vniuersali subiectione, debent sistere cæteræ omnes particulares ab ea dependentes, vel eam quouis modo attingentes, etiamquòd non fuerit cœpta lis, sed dubium sit de ea.*

3 *Persoluere onera, est potissimum signum subiectionis.*

4 *Exceptio (quòd discutiatur prius causa subiectionis;) respicit interesse & hominum territorij, & illius, qui homines possidet, & potest per quemlibet eorum opponi.*

5 *Defectus iurisdictionis potest quandocunq; opponi in quacunque parte iuditij, & etiã post sententiam.*

6 *Imperator non potest reuocare concessionẽ factam Ecclesiæ à suo prædecessore, quando non continet concessio ipsa enormem læsionem.*

7 *Verba enunciatiua disponunt, quando fuerũt prolata à personis, quæ habebãt autoritatem libera-ram disponendi.*

8 *Appellatio facit potissimum indicium superioritatis, & subiectionis.*

9 *Interpretatio alicuius dispositionis illa optima est, quæ sumitur ab effectibus subsecutis.*

10 *Imperator, etiã si velit, non potest alienando abdicare à se illam superioritatem imperij, quam quilibet tenetur recognoscere.*

11 *Fallit, quando alienat in Ecclesiam, quia tunc potest abdicare etiam superioritatem: & de donatione Constantini in Ecclesiam, an valuerit.*

Et procedit hoc, quando alienatio in Ecclesiam est de rebus singularibus, non autem de quota imperij: item quando non continet enormem lesionem imperij.

12 *Ecclesia est par cum imperio, & etiam superior.*

13 *Alienatio Imperatoris in Ecclesiã quòd non valeat, si contineat enormem læsionem, & quòd possit reuocari.*

14 *Imperator potest liberè abdicare à se etiam superioritatem, quãdo donat Ecclesiæ Romanæ, secus si donet Ecclesiæ inferiori: & an sit vera hæc distinctio Io. Andr. & aliorum.*

15 *Imperator quòd possit à se abdicare superioritatẽ, etiam transferendo in Ecclesiam inferiorem, est magis communis opinio.*

16 *Ecclesia Romana habet omnes alias Ecclesias sibi subditas, & tanquàm membra: & vnica est Ecclesia inter Christianos. Et bona omnia omnium Ecclesiarum censentur esse bona vniuersalis Ecclesiæ.*

17 *In dubio, Imperator non censetur transferre superiori-*

perioritatem in Ecclesiam inferiorem; Et hæc est mens Io. Andr. &c.

18 Feudũ esse non censetur, sed libera donatio, quando concessio Principis habet illa verba, donamus, vel largimur, &c.

19 Imperator quando censeatur à se abdicare omnia, præter superioritatem.

20 Imperator est dominus mundi quò ad supremum dominium, sed est dominium impropriè, scilicet quò ad iurisdictionem, & protectionem in vniuersum, non autem quò ad proprietatem.

21 Dominiorum quatuor sunt genera in iurisdictionalibus, remissiuè.

Et qui dat in feudum, retinet sibi dominium directum proprietatis.

22 Loca prædicta Godiani, Ripariæ, Orthæ, &c. translata in Ecclesiam, quòd non possint conueniri ad solutionem onerum cũ statu Mediolani, etiam quòd onera imponantur sub nomine imperij.

23 Sub concessione Ducatus Mediolani non comprehenduntur loca iam alienata ante concessionem Ducatus, & quæ iam possidebãtur per Ecclesiam.

24 Imperator in Ducatu Mediolani representatur tanquam dux Mediolani, non autem tãquam Imperator.

25 Regalia possunt liberè transferri in laicos: Et si transferantur in Ecclesiam, nõ potest amplius Princeps secularis se intromittere &c.

26 Exactio, est vocabulum generale.

27 Generalis concessio non debet restringi per enumerationem aliquorum specierum, quando ipsa generalis concessio est apposita post enumerationem illarum specierum; & quomodo debeat apponi.

28 Subrogatum sumit naturã illius, in cuius locum subrogatur.

29 Loca, & territoria, quæ donantur Ecclesiæ, non possunt amplius grauari oneribus à Principe seculari, qui donauit.

30 Imperator saltem de facto, & vsu longissimo in contrarium, censetur amisisse ius exigẽdi onera in illis locis, in quib. nõ habet nisi superioritatem imperij, & non dominium particulare.

31 Imperator ante coronationem potest omnia, quæ potest post coronationem, licet appelletur simpliciter Rex Romanorum.

32 Parua, vel magna, seu enormis læsio imperij iudicatur secundum qualitatem Principis, & rei alienatæ.

33 Imperator potest facilius alienare loca sterilia: Item & alienare facilius alicui in recompensationem damnorum.

34 Præscriptio longissimi temporis, & de cuius initio &c. currit etiam cõtra superioritatem imperij, quando interuenit scientia Imperatorum, etiam sine titulo &c.

35 Præscribere an quis possit, vt non subsit imperio, est disputabile; exceptis duobus casibus.

36 Ecclesia potest sine dubio præscribere, vt non subsit imperio, etiam si sit magna res.

37 Laicus potest præscribere contra imperiũ, quando interim præstitit obedientiam, & obiectionem Ecclesiæ.

38 Libertas non soluendi collectas, & alia onera, an præscribatur: & quòd sufficiat tẽpus quadraginta annorum; & quæ requirãtur vltra cursum temporis: & an sufficiat titulus etiam inualidus.

39 Dictio, mansus. quid significet: & quòd habeat varia significata.

40 In ambiguis concessionibus nulla melior est declaratio, quàm per possessionem subsecutam.

41 Clausula, ex certa scientia. & clausula, de plenitudine potestatis. habent vim clausulæ, nõ obstante. item tempus 40. annorum æquipollet etiam dictæ clausulæ.

Consilium LXII.

QVAMVIS dubia excitata aduersus homines Ripariæ, Orthæ, & in effectu aduersus Reuerendissimum Episcopum Nouarien sem, videantur prima facie multum vrgere; tamen re diligenter considerata, nihil videtur posse de iure innouari contra eos. Et vt clarius hoc liqueat, constitui possunt prius quinque fundamenta: deinde patebit responsio ad supradicta in contrarium excitata.

Primum fundamentum videtur, quia de iu-
1 re est expeditum, quòd † per minorem causam fieri non debet præiudicium causæ maiori. l. per minorem. ff. de iudi. & l. si quis libertatem. ff. de peti. hære. & l. si post litem. ff. de excep. Et inter cæteros modos dicitur maior causa illa, in qua agitur de vniuersali subiectione alicuius oppidi, vel territorij, respectu alterius causæ, in qua contingit tractari de effectu aliquo particulari illius subiectionis, seu iurisdictionis. Et
2 propterea, † pendente lite super ipsa vniuersali subiectione, debẽt silere cæteræ omnes controuersiæ particulares, quæ ab ea dependent, vel eam quouismodo possunt attingere, vt est decisio Bartol. in d. l. si quis libertatem. in fin. & in d. l. si post litem. in fin. & Bald. in l. emptorem. colum. 2. versic. sed pone quidam. C. loca. Et procedit hoc, etiam si nondum sit cœpta lis super causa maiori, dummodò sit probabile dubium de ea, vt habetur in d. l. si quis libertatem. & ibi glos. in verbo, Contestatum. per illũ tex. in §. planè. & est text. expressus in l. fi. C. de peti. hær. & tradit Bar. in d. l. si post litem. in fin.

fin. Cùm igitur in præsenti casu Reuerendissimi omnes Episcopi Nouarienses, qui fuerunt ab annis 400. vel 500. citra, possederint quieto modo hactenus loca ista Orthæ, & Ripariæ, seu Ripatæ, & Godiani, & alia loca, de quibus agitur, tanquàm veri, & absoluti domini, etiam in temporalibus, neminem penitus Principẽ secularem recognoscentes, neque ipsi Reuerendissimi Episcopi, neque ipsi subditi dictorũ locorũ; sequitur satis euidenter, quòd causa hæc, seu molestia aduersus ipsos subditos nuper excitata de subeũdis oneribus ad similitudinem subditorum status Mediolani, est causa omninò prę iudicialis ipsi libertati, quam prætendũt aduersus Principes status Mediolani, & quoslibet alios Principes seculares. nam † solet hoc esse potissimum signum subiectionis, scilicet persoluere onera. §. si quis igitur ex qualibet. & ibi gl. in verbo, Persolui. in authen. quib. mod. natu. effi. sui. & l. 3. vbi Bald. C. de natu. libe. facit tex. in cap. omnis anima. extra de censi. tradit etiam Bald. in l. data opera. colum. 9. versi. super situ. C. qui accusa. nõ possunt. Et per consequens infertur, quòd nihil penitus est innouandum super hac particulari causa onerũ, nisi prius discutiatur ipsa principalis causa subiectionis. Et si non extarent supradictæ decisiones, deberet naturalis ipsa ratio sufficere. nam, si possent compelli homines isti ad soluẽdum, non facta prius discussione de causa principali subiectionis; videretur aperta esse via fraudibus, & per indirectum reperirent se subiectos, vbi deberent esse liberi.

Et cùm † huiusmodi exceptio respiciat interesse, non solùm ipsorum hominum, sed etiam ipsius Reuerendissimi Episcopi Nouariensis; potest quilibet eorum cam proponere. vt tradit Innoc. in c. auditis. colum. 1. in fin. versi. & in hoc casu vltimo, de præscrip. Abb. in c. cũ non liceat. colum. penult. vers. sed contra hoc. eod. titu. de præscrip. & latius idem Abb. in c. cùm super. colum. 1. & col. 4. de re iudic. vbi dicit esse cõmunem opinionem, & Petr. de Anchar. consil. 310. Tres domini. col. 4. Et quamuis Reuerendissimus fortè Episcopus nõ fuisset hactenus vocatus ad hoc iudicium: tamen est indubitatum, quòd potest à se ipso comparere pro suo interesse. l. si suspectum. ff. de inoffi. testa.

Et ex prædicta exceptione præiudiciali infertur aliud in præsenti casu, quòd Illustres ipsi domini Commissarij non debent ad vlteriora procedere in præsenti casu, postquàm erit proposita prædicta exceptio. nam ipsi non sunt Iudices cõpetentes in causa principali subiectionis, vt puto esse clarum ex tenore rescripti, & autoritatis tributæ eis à Cæsarea Maiestate; & vulgare est, quòd † defectus iurisdictionis potest quandocunque opponi in quacunq; parte iudicij, quinimo etiam post sententiam, vt per gloss. fin. in Clemen. vnica, de sequestra. posse. & fruc. Alexand. consi. 77. colum. 3. in 2. vol. & gl. Institu. de oblig. circa prin. in verbo, Secundum. in fine.

Et per hoc etiam tollitur quoddam aliud, videlicet, si fortè obijceretur, quòd Illustres ipsi domini Commissarij amplissimam habent autoritatem in procedendo, & fortasse etiã non seruato iuris ordine &c. adeò, quòd videretur posse reijcere prædictam exceptionem, cũ sit exceptio ordinis. nam respondetur, q; cùm non sint Iudices competentes respectu subiectionis, est hic maior defectus quàm defectus ordinis, vt per se patet. Agendum erit igitur prius de causa subiectionis, & agendum erit coram Iudice competenti, videlicet, vel coram Excellentissimo Senatu Mediolani, vel coram aliquo delegãdo à Cæsare: vel fortè veriùs tractanda erit aliàs causa coram superiore Ecclesiastico, videlicet Papa, vel coram aliquo delegando à Papa; quia asseruntur esse loca Ecclesiæ, & pro talibus possidentur, vt tradit Alex. consi. 79. col. 2. in 1. vol.

Secundum principale fundamẽtum, *quod* & attinet ad merita ipsius causæ; *erit, quia* concessiones olim factæ per Imperatores Ecclesiæ Nouarienſi, nõ tendebant principaliter ad cõcedendam immunitatem ab oneribus, vt præsupponitur in motiuis excitatis, sed principaliter continebant translationem ipsorum locorũ, & totius iurisdictionis: & inter alias exstant duæ cõcessiones, videlicet tertia, quæ fuit Henrici quarti. 1060. & quinta, quæ fuit altera Henrici. 1124. vel 1024. in quibus duo prædicti Imperatores videtur penitus à se abdicasse omnem iurisdictionem, & superioritatem, videlicet per illa verba, teneant firmiterq; possideant, habeantque, &c. nostra nostrorumq; successorum, & totius dignitatis, seu officij, hominum contradictione remota: adeò, quòd si abdicata fuit ab istis Imperatoribus omnis penitus iurisdictio, & suprema potestas, cessant omnes difficultates. Et quãuis alij deinde Imperatores, qui postea fuerunt, reseruauerint sibi iura imperij, id nihil facit: quia † non erat in eorum facultate, concessionẽ Ecclesijs factam reuocare, cùm non contineret enormem læsionem, vt in terminis tradit Specul. de instru. edi. §. nunc autem videndum restat. in fin. Bal. consi. 327. Pridie. in prin. & in 3. colum. num. 8. in primo vol. Hostien. in sua summa, de immuni. Eccl. §. sed nec illa immunitas. colum. fina. & dato etiam, quòd alij Imperatores, qui fuerant ante duos prædictos, reseruassent sibi ius impe-

imperij; id etiam nihil facit; quia talis reseruatio fuit sublata per istos duos Imperatores, qui potuissent loca ipsa de nouo donare. Et pariter id procedit, dato, quòd supradicta verba denotãtia abdicationem totius iurisdictionis, fuissent posita enunciatiuè, † & posita inter alia verba confirmatoria priorum concessionum. nam talia verba disponunt; quia scilicet fuerũt prolata à personis, quæ habebant autoritatem liberam disponendi, vt habetur in l. optimam. C. de contrahen. stipu. & per Deci. post alios, in authen. si quis in aliquo. nu. 34. & Dec. consil. 184. col. fi. vers. circa secundum dubium. Et præter hoc, fuerunt in casu nostro ea verba dispositiua, non autem enunciatiua. Et quòd intentio prędictorum Imperatorum fuerit abdicare à se omnẽ penitus superioritatẽ, patet ab effectu postea subsecuto. nam nũquam postea dicta loca recognouerunt † imperium mediatè, vel immediatè, neq; etiam per viam appellationis, quod est potissimum inditium, vt per Docto. in c. Romana. §. debet. de appella. in 6. sed semper fuerunt sub Ecclesia. Et nulla † solet esse melior interpretatio alicuius dispositionis, quàm illa, quæ sumitur ab effectibus subsecutis. l. si de interpretatione. ff. de legib. tradit Bar. cons. 59. col. 2. vers. præterea à verba. Feli. in c. cum Bertoldus. nu. 28. de re iudica. Soci. cõsil. 145. in 1. volu. & in simili casu tradit Roma. consil. 271. Vis præsentis consultationis. col. 2. vbi ea ratione interpretatur, ꝙ alienatio quorundam locorum facta per Regem Ladislaum comprehenderet etiam regalia.

Neq; hic obstat, si dicatur, quòd Imperator, etiam si omninò † id velit, non potest abdicare aliquam partem imperij, id est, illius superioritatis, quam quilibet tenetur recognoscere, vt ait Bald. in l. qui se patris. col. pen. C. vnde libe. & cons. 327. colum. 3. in primo vol. & consi. 333. colum. fin. eod. vol. Alexan. in l. filio quem pater. colum. fi. ff. de libe. & posthu. quoniam respondetur, quòd id † cessat, quando fit donatio, vel alienatio in Ecclesiam, vt magis cõmuniter concludunt Doct. dum tractant de validitate donationis factæ per Constantinũ Syluestro Pontifici, & concludunt, eam valuisse; quia cẽsetur facta Deo, seu gerentibus eius vices; adeò quòd in effectu nihil noui dat, neque maior subijcit se minori, sed potius è cõuerso, vt per Barto. in proœ. Digestorum. colum. 1. & 2. & passim per Docto. & latè Bald. in prin. Codicis, col. 2. 3. & 4. vbi cõcludit, quòd in quamcunq; Ecclesiam facta talis libera penitus alienatio per Imperatorem valet, dummodò non fit sub nomine quotæ, putà tertia, vel quarta pars imperij, sed sit de rebus singularibus, vt de aliquib. ciuitatibus, vel territorijs, & dummodò non contineat valde enormem læsionem imperij: & ait ibi Bald. quòd cùm fit donatio Ecclesiæ per Imperatorem, cessat ratio, quæ in cæteris casibus solet Imperatorem impedire, ne à se abdicet superioritatem; scilicet, quia omnes laici debent esse subditi imperio. nam † Ecclesia est par cum imperio, vel superior, vt ibi per eum, & de ea paritate est text. in §. finimus igitur. in authen. de non alienan. reb. Eccle. Et ad illam rationem, (quòd semper erit absurdũ, quia posset Imperator paulatim alienare omnes res imperij,) quam ibi deduxerat Bald. colum. 3. in fin. & non dederat responsionem; potest responderi, quòd † alienatio non valet, si contineat enormem læsionem, vt iam dixerat ipse Bald. & tradit Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Propterea, si Imperator aliquis multiplicaret alienationes, & faceret eiusmodi fraudem imperio, (quod nõ est credendum) tunc constito de fraude, reuocarentur alienationes omnes. l. 1. §. si pluribus in fraudem. ff. si quid in fraud. patro. vel reuocarentur posteriores alienationes, & nõ priores, si priores non continerent enormem læsionem, neque fraudem. d. l. 1. §. sed si rem quidem bona fide. & in simili tradit Cor. consil. 190. Pro decisione. colum. pen. vers. 4. dubitari potest. in 2. volu. dum tractat de multis alienationibus factis per patrem in præiudicium filiorum.

Neq; videtur posse † sustineri illa distinctio, quòd Imperator possit libero modo à se abdicare, & donare Ecclesiæ Romanæ, non autem Ecclesiæ inferiori, vt videtur voluisse Io. And. ad Specul. de iurisd. om. iud. col. 5. in addi. quę incipit, Vidisti duas opiniones. & Pau. de Cast. consil. 230. Dubitatur. col. 1. in antiquis, vt in motiuis fuit deductum, & Pau. de Cast. consil. 74. Quia frustra. colum. 4. in antiquis. nam in cõtrarium † videtur magis communis opinio, quòd etiã in Ecclesiam inferiorem possit Imperator loca aliqua transferre, abdicando à se penitus superioritatem. glo. in c. solite. in verbo, Suscipiunt. de maio. & obed. & ibi etiã sequitur Inno. & clarius etiam ibi Abb. in sexto nota. qui declarat Innocentium, dum loquitur de Rege, quòd debeat intelligi etiam de Imperatore, prout de Imperatore loquitur glo. & tradit etiam Abb. in capitulo, veniens. colum. 1. in secundo nota. de accusa. maximè per text. in c. nouerint. 10. q. 1. & idem Abb. in c. 2. in fi. de delic. pue. & Feli. in d. c. solite. colum. 3. nu. 4. vbi post supradictos concludit, quòd etiam eo casu censetur in dubio facta libera translatio, nisi contrarium constet per concessionem in feudum: & prædictam etiam opinionem habent pro expedita, Anchara. in d. c. Romana.

colum. 3. in decimoquarto nota. & ibi etiam clarè Perusi. & Geminia. scilicet in §. debet. de appella. in sexto, Et siue sit Ecclesia Romana, siue sit Ecclesia inferior, videtur vtroque casu procedere eadem ratio, scilicet, quòd censetur donatio fieri Deo, vt per Bartol. & alios vbi supra: quinimò in effectu quicquid donatur Ecclesijs inferioribus, censetur donatum Roma-
16 næ Ecclesiæ, † nam illa habet omnes Ecclesias sibi subditas, & tanquàm propria membra, capitulo cuncta per mundum. el. 1. & 2. nona. q. tertia; & vnica inter Christianos in effectu censetur Ecclesia, vt latè habetur in extrauagan. incip. Vnam sanctam Ecclesiã. sub titu. de maio. & obed. inter extrauagan. communes; & q omnia bona omnium Ecclesiarum censeantur esse bona vniuersalis Ecclesiæ, multa adducit Campez. inter consilia Bruni, consil. 2. colum. 5. in fin. & 6.

Vnde patet, q, si Io. And. vbi supra voluit illud, ad quod allegatur, censetur communiter reprobatus, & eius distinctio nõ videtur habere rationem; quamuis putem, quòd alia fuerit
17 † mens Io. And. non enim voluit negare, quin etiam in Ecclesiam inferiorem possint omnia transferri; sed duntaxat voluit tractare, quid censeretur actum in dubio. & q ista fuerit eius mens, patet euidenter; quia Spec. ibi loquitur etiã in istis terminis: & quatuor illæ, vel quinque opiniones relatæ per Io. Andr. procedunt etiam in his terminis, quid cẽseatur factum in dubio; & tunc voluit Io. Andr. esse differentiã inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesias inferiores; quia Ecclesiæ Romanæ indecens esset, quòd aliquid acciperet in feudũ à Principe laico; adeo, quòd eum aliquo respectu recognosceret vt superiorem; propterea semper iudicandum est, q in Ecclesiam Romanam censeatur facta libera alienatio: quæ ratio cessat in Ecclesijs inferioribus, quia eis prohibitum nõ est habere in feudum à Principibus secularibus. c. verum. de foro competen.

Tertium principale fundamẽtum est, dato, quòd alienationes factæ per ipsos quinque aut sex Imperatores in Ecclesiam Nouariensem, censerentur factæ, reseruata superioritate, seu suprema illa potestate imperij, vt videntur denotare quædam verba posita in primo, & secũdo, & quarto priuilegio, videlicet illa verba, & nostro fœliciter imperio pareant. & illa, saluo iure regio. quæ sunt in priuilegio Federici; tamen certum est, quòd excepta ea suprema potestate, seu superioritate imperij, fuit translatum omne dominium, & omne ius dictorum locorum in ipsam Ecclesiam, vt patet ex illis verbis, sintque deinceps in iure ipsius Ecclesiç. & ex illis verbis, iuri & potestati Ecclesiæ subdidisse. quæ continentur in primo priuilegio; & fuerunt repetita in cæteris subsequentibus, & clarius habetur in alijs priuilegijs, in quibus
18 extat sæpius repetitum † vocabulum, donamus. & vocabulum, largimur. adeò, quòd non fuit concessio in feudum, sed libera donatio, vt per Angel. consil. 242. Super puncto. in fin. & latè per Deci. consil. 32. & consil. 85. colum. 3. & consil. 193. colum. 1. & consil. 208. colum. 2. & cõsil. 269. colum. 2. & † id etiam euidenter denotant illa verba, sub tuitionis nostræ defensione
19 & protectione, &c. quæ denotant, quòd cætera omnia fuerunt abdicata, vt tradit Specul. de iurisdi. omn. iudi. §. 1. colum. 5. nu. 15. & de illis verbis est tex. in c. ex parte tua. de priuileg. & in c. si Papa. §. & est idem priuilegium. versi. similiter, de priuileg. in sexto; adeò, quòd Imperatores abdicauerunt à se & dominium plenum,
20 & dominium vtile, & dominium directum, & duntaxat sibi retinuerũt illud † supremum dominium, propter quod appellatur Imperator mũdi dominus. l. deprecatio. ff. ad legẽ Rhod. de Iac. quod est impropriè dominium. nam sõlùm eo respectu dicitur dominus; quia habet supremam iurisdictionem, & protectionem in vniuersum, & non proprietatem, vt per gloss. 1. in proœmio Digestorum in verbo, Sanctionem. & ibi latè per Bartol. colum. 1. & 2. & per Bartol. in l. 1. §. per hanc. el. 2. ff. de rei vendica. Abb. in c. significasti. in secundo nota. de præscrip. & Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, totius orbis. Alex. consil. 1. col. pen. nu. 46. in 5. volum. Soci. in l. 1. in prin. col. 3. & 4. ff. de acqui. posse. Iacobus de sancto Geor. in sua inuestitura feudali, in verbo, inuestiti. in quibus
21 † locis melius explicantur tria, seu quatuor ea genera dominiorũ in iurisdictionalibus, quàm fuerint explicata per Guidonem Papam in allegata decis. 551. incip. De hoc anno. nam se ipsum confundit, dum supremum dominium tribuit illi Principi, qui aliquid concedit in feudum: si enim concedit in feudum retinet sibi dominium proprietatis directum, vt habetur in c. 1. §. 1. de inuestitu. in re alie. fac. & per Deci. consil. 144. col. fin. Stante igitur † tali conces-
22 sione in Ecclesiam de prædictis locis, non possunt de iure nunc conueniri habitatores ipsorum locorum ad solutionem aliquorum onerum impositorum in dominio Mediolani, neque etiam possunt cõueniri, dato, q onera imponerentur sub nomine imperij. Nã quò ad statum Mediolani res est clara, quòd antequàm Imperatores transtulissent ipsum statũ Mediolani in Duces; iam fecerant istas concessiones Ecclesiæ Nouariensi; ergo sub concessione ipsius Ducatus † nõ potuerunt cõprehendi talia
23 loca, iam alienata. c. 1. de capita. qui curi. vendi.

præscr-

præsertim cùm iam possiderentur per Ecclesiam.c.dudum,de priuileg. Deci.cons.468.nu. 18.&19. Neq; etiam potuisset expresse fieri talis reuocatio de rebus semel in Ecclesiam trãslatis,vt supradictum fuit in secũdo fundamento. Nec dicatur,ꝙ Ducibus Mediol.fortè facta sit alienatio per Imperatores, etiam dictorum locorum, saltem respectu iuris supremi, quod sibi retinuerant Imperatores; quia respondetur,ꝙ tale ius non potest abdicari, vt iam præsupponitur in ipsis motiuis, præsertim alienando in personam laicam: & est sine dubio,quòd Duces Mediolani recognoscunt Imperatores: ideoque sicut respectu ipsius status Mediolani Imperatores non abdicauerunt à se superioritatem,multo minus cẽsentur eam à se abdicasse respectu dictorum locorum, de quibus nullam fecerunt mentionem. Et quòd ea loca nihil penitus habeant commune cum statu Mediolani, patet clarissimè ex conuentionibus factis cũ Ducib. Mediolani,anno. 1429. & 1450. & anno 1495.& succedentibus alijs temporibus: in quibus ipsimet Duces expresse fatentur, quòd dicta loca sunt subiecta spiritualiter,& temporaliter Episcopis Nouarien sibus: & patet etiam ex tenore dictarum cõuentionum, quæ factæ fuerunt cum eis tanquàm cum forensibus. vndè ex hoc capite clarè constat, quòd conueniri non possunt ad prædicta onera imposita in dominio Mediolani tanquàm sint ipsi sub Ducatu Mediolani. Et certum est, quòd agentes 24 † nomine Cæsaris in hoc Ducatu, repræsentãt Cæsarem,tanquam Ducem Mediolani,& non tanquam Imperatorem.Bartol.in l.si quando. C. de appella. per illum text. & Pet. de Ancha. in dict. c. Romana. in decimoquarto nota. de appella. lib.6. Sed dato fortius, quòd Imperator tanquam Imperator vellet istis locis imponere onera respectu supradictæ supremæ potestatis; non videretur de iure id posse facere; quia,vt patet ex tenore ipsarum cõcessionum, supradicti Imperatores transtulerunt omnem proprietatem in ipsos Episcopos, & expressim in eos transtulerunt regalia, præsertim ius fa- 25 ciendi exactiones in ipsis locis: quæ † translatio regaliũ potuit fieri sine aliquo dubio; quia passim fit in Principes laicos, vt tradunt omnes in capitulo.1.quæ sint regal.Rom. in d. cõsil.271. in prin. & semel translatio regalium facta alicui Ecclesiæ, censetur libero modo in cã translata; adeò, quòd Princeps ipse secularis, qui transtulit; non amplius potest se intromittere. Et si contingat, vt habendus sit recursus ad superiorem, adeundus erit Papa, & non ille Princeps secularis, vt in terminis tradit glo. fin. in cap.2.de delic. puero. nam in istis regalibus cessant rationes supradictæ, quòd Imperator nõ possit à se abdicare supremum ius: quia hęc magis respiciunt commodum pecuniariũ, quàm protectionem, vel defensionem populorum.

Neque obstat,quod ex aduerso dicitur,fuisse concessam immunitatem à quibusdam speciebus onerum, videlicet à fodro, & mansionatico,& à paraticis,& à redhibitionibus,& ab illicitis occasionibus &c. quæ hodiernis temporibus non videntur amplius esse in vsu, & ꝙ talis immunitas extendi non debet ad onera hodierni temporis imposita propter bella,iuxta nota.in l.si ex toto.ff.de lega.1.Nam respondetur,quòd ex tenore ipsorum priuilegiorum, seu concessionum, quamuis habeant aliquam perplexitatem verborum, prout ferebant illa tempora; tamen colligitur euidẽter, quòd facta non fuit cõcessio alicuius immunitatis ipsis hominibus: sed fuit in effectu ipsi Ecclesiæ concessum, & translatum omne ius exigendi ab ipsis hominibus, quicquid poterat Imperator exigere, vt clarissimè patet ex illis verbis, quicquid de seruitijs requirendis exigi poterit in integrum eidem concedimus Ecclesiæ. quæ sunt in primo, & secundo priuilegio, & ex illis verbis, vt nullus alius vllas exactiones. quæ 26 sunt in quarto, & quinto. nam † vocabulum, exactio. est generale. c. si quis Romipetas. 24. q.3.& patet ex tit.C.de exac.tributorum, cum tit.sequen.lib.10.& in l.fin. C. de sacrosan.Eccle. quæ omnia sunt verba principalia. & quæ debent considerari, non inspecto inepto ordine cæterorum verborũ. l.nec enim. ff. de solu- 27 tio. & mentio † facta de fodro, & supradictis quibusdam alijs speciebus onerum,non debet restringere ipsam cõcessionem generalẽ, quia talis enumeratio aliquot specierum censetur facta ex abundanti, vt dicit tex. in l. quæsitum. §.si quis fundum.qui est.§. fin. ff. de fundo instruct. præsertim cum hic ipsa concessio generalis sit apposita post enumerationem ipsarum specierum, & fuerit apposita eo modo, quem requirunt Bar.& alij, videlicet per dictionẽ generalem, quicquid. cum substantiuo certo, & de sui natura generali, videlicet per dictionẽ, seruitij.& per dictionem, exactionibus. vt tradit Bartol. in l.fin. §. cui dulcia. ff. de tritico & vino lega.& latius in d.§. siquis fundũ. colum. penul.& in l.cum de lanionis.§.fin.eod.tit. de fundo instruct.Abb.in c. sedes. colum. pen. & Felin.col. 7. in quarta declaratione. de rescripta,quòd cùm non fuerit concessio immunitatis,sed fuerit datio ipsius iuris exigendi; sumus extra ea,quæ notantur in d.l. si ex toto. & pariter sumus extra illam disputationẽ, Nunquid illa genera onerum, vel exactionum expressa in ipsis concessionibus, sint in vsu hodiernis

temporibus. Et præter hoc non esset facienda difficultas in expressione onerum illius temporis, si postea hodiernis temporibus fuerunt immutata eiusmodi genera exactionum; quia
28 vulgare † est, quòd subrogatum sumit naturam illius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. facit etiã text. in l. non possunt. ff. de legi. & fortius facit, quia prædicta concessio exactionum facta fuit Episcopis in cõsequentiam translationis ipsorum locorum. Propterea, cùm talis translatio adhuc hodie procedat, & valitura sit in perpetuũ; debet etiam procedere atque in perpetuum valere ipsa cõcessio onerum quibuscunq;, & qualibuscunque temporibus. Facit etiam id, quod alibi solet dici, quòd expressio aliquorum casuum non excludit alios casus habentes eandem, vel similem rationẽ. glo. in l. cum prætor. ff. de iudi. & pariter facit quod alibi dicitur de promissione alicuius monetæ, quæ deinde nõ reperitur eo tempore, quo faciẽda est solutio; vt scilicet eo casu debeat subrogari moneta alterius generis, prout reperitur esse in vsu, vt per Bart. & Pau. de Cast. in l. Paulus. ff. de solutio. & passim per Doct. facit etiam text. in cap. quia circa. de priuile. vbi habetur pro absurdo, quòd concessio exemptionis diuerso iure censeatur, vt scilicet pro parte tantum habeat effectum; & ait ibi gl. quòd quando exemptio habet aliqua verba generalia, tunc trahitur ad quoscunque casus. Et nõ videtur dubiũ, quòd, si illi Imperatores de hoc fuissent interrogati, &c. vt per gl. fi. in l. tale pactum. ff. de pac. ideoque nõ debet eorum priuilegium per viam indirectam reddi eluforium. c. quanto amplius. de priuileg. Accedit etiam, quia fauore Ecclesiarum facienda esset interpretatio in partem magis fauorabilem, si casus iste haberet maiorem dubitationem, quã habeat; quia in his, quæ donantur Ecclesijs, optima mensura est immensitas, inquit text. in d. §. finimus igitur. in authen. de non alienan. reb. Eccle. & multa huiusmodi tradit Hostiẽ. in summa, de immunita. Eccles. §. sed nec illa immunitas. & tanto magis in hac materia immunitatis, nã absq; aliqua expressa concessione videtur, quòd res, quæ donantur Ecclesijs, sint statim immunes ab oneribus laicorũ, vt per Hostien. vbi supra.
29 & in terminis † de Comitatu, vel Baronia, vel alio territorio donato Ecclesiæ; vt scilicet talia loca non possint amplius grauari tributis, & oneribus per Principem ipsum secularẽ, qui simpliciter donauit; tradit Iacobin. de sanct. Georg. in sua inuestitura feudali. in verbo, in feudum. col. 4. vers. decima tertia diuisio. ergo multo magis id admittendũ est in casu nostro, cùm fuerit facta expressa concessio, & fortius, cùm hactenus semper fuerit interpretatum, vt comprehenderet quodcunq; genus onerum, vt latè per Roma. in d. cons. 271. col. 2. & ratione omnes omnes istæ videntur vtrumq; casum comprehendere, videlicet, siue agatur nomine imperij, siue agatur nomine Ducis Mediolani. Et præter hoc dici potest, quòd, si ageretur nomine imperij, obstaret aliud, quod deducit Bald.,
30 † quòd Imperator saltem de facto, & vsu lõgissimo in contrarium amisit ius exigendi onera in Italia, scilicet, in locis, in quibus non habet dominium particulare, sed duntaxat habet illã superioritatem imperij. ita Bal. cons. 307. Verba rescripti. col. 2. in 3. vol.

Cæterùm si aduersus hoc tertium principale fundamentum, nec non & aduersus secundum præcedens fundamentũ obijceretur, Imperatores illos non potuisse facere huiusmodi concessiones, & alienationes, quia vno fortasse ex eis duntaxat excepto, alij non fuerunt coronati; respõdetur, quòd quamuis de hoc fuerit longa controuersia inter Doct. est † tamen
31 magis communis opinio, quòd Imperator antequam coronationem possit in effectu omnia, quæ potest post coronationem, quãuis appelletur solùm Rex Romanorum, vt post multos pro vtraq; opinione relatos, concludit Deci. cons. 194. col. 1. & latè etiam tradit Bald. consil. 326. Rex Romanorum. in primo vol. Neq; hic expedit dubitare, vtrũ huiusmodi alienationes fuerint factæ in enormem læsionem imperij, iuxta nota. p Bart. in d. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam; quia per se patet, quòd respectu imperij hæc est res leuissimi momenti, & solet in
32 hoc proposito † iudicari parua, vel magna læsio, secundum qualitatem Principis, & rei alienatæ, vt tradit Deci. consil. 289. in fin. Præterea hæc sunt loca sterilia, in quibus nihil ferè percipitur ex agris, quia sunt loca sita in mon-
33 tibus; ideoque † facilius potuit fieri eorum alienatio. Felin. in c. ad audientiam. columna 2. de præscrip. præsertim cùm fuerit facta alienatio in casum pium, id est, in Ecclesiam, & ex causa pia, id est, pro Dei amore, & pro remedio animæ, vt dicitur in ipsis priuilegijs: quinimò in priuilegio illius Henrici secundi concessio de anno. 1024. superaddita fuit concessio aliquorum locorum in recompensationem damnorum, quæ passus erat Episcopus Nouarien sis illius temporis; ideoq; facilius fuit talis alienatio admittẽda, vt per Io. de Ana. cons. 81. col. 1.

Quartum principale fundamentum erit ex præscriptione longissimi temporis, videlicet annorum. 500. & vltra, cum titulis sæpius iteratis; quo casu non est dubium, quin omnis iurisdictio, & proprietas istorum locorũ acquisita sit Ecclesiæ Nouarien si, vt habetur in locis vulga-

vulgatibus; & censetur cucurrisse præscriptio
34 † etiam cõtra superioritatem imperij, quia in-
teruenit scientia Imperatorum, secundũ Bart.
in l.1.§.denique.num.5.ff.de aq.plu.arcen. &
Iacobi.de sancto Georg.in sua inuestitura feu-
dali,in verbo,cum mero & mixto imperio.co-
lum.3.& id vult Barto.procedere,etiam si non
extaret titulus,dummodò interuenerit spatiũ
longissimi temporis,de cuius initio non extet
memoria in contrarium, quia id habet vim ti-
tuli.l.2.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidia. nã
pertantum tempus præscribuntur regulariter
etiam ea,quæ solebant præstari in signum supe
rioritatis.Abb.in c.super quibusdam.col.2.de
35 verb.significa.Et quamuis negari † non possit,
quin disputabilis sit articulus, Vtrum currat
præscriptio,vt quis non subsit imperio,de quo
latissimè per Felin.post alios,in c. cùm non li-
ceat.colum.3.cum multis seq.de præscript. ta-
men duo sunt casus,in quibus sine difficultate
36 currit præscriptio: vnus est, † quando est Eccle
sia,quæ allegat se prescripsisse, vt tradit Specu.
de instru.edi. §. nunc autem videndum restat
de impugnatione.in fin.etiam si sit magna res,
vt ibi per eum,& Bald.in princip.Codicis.col.
4.& faciunt, quæ supra fuerunt deducta in se-
37 cundo fundamento. Alius casus est, † quando
is,qui allegat præscriptionem contra imperiũ,
est laicus,sed interim præstitit obedientiã, seu
subiectionem Ecclesiæ,vt tradit Felin.in dicto
cap.cùm non liceat.colum.6.in princ.versicu.
super qua responsione attende.quæ duæ quali-
tates concurrunt in casu nostro, & propterea
reddunt eum clarum; quinimò vult Alexand.
quòd absque probatione præscriptionis suffi-
ceret sola fama, & communis opinio ex anti-
quo aliquo tempore,quòd talia loca, & iurisdi
ctiones fuerint Episcopatus Nouariensis libe-
ro modo.Alexand. consil.24. Ponderatis. nu-
mc.21.versic.accedit etiam.in 5.volum.

Quintum fundamentum est, quòd in sub-
38 sidium saltem censetur † præscripta libertas
non soluendi collectas, & alia onera Principi-
bus secularibus per supradictum spatium tem
poris.Barto.in l. licitatio. §. earum rerum. ff.
de publican.Alexand.consilio 30. Ponderatis.
colum.penult.versic.quò ad quintum dubiũ:
in 5. volum. qui ambo concludunt, sufficere
tempus quadraginta annorum, & in casu no-
stro lapsum est tempus annorum quinque &
centum,& vltra.& quamuis idem Alexan.con
sil.136.In causa & lite.col.pen.& fin. seu nu.18.
& 19.in 2.vol.dicat, quòd ad talem præscriptionẽ
multa requiruntur vltra cursum temporis, vi-
delicet,quòd is,qui prescripsit,fuerit aliquãdo re-
quisitus,vt solueret,item quòd recusauerit sol
uere, item scientia, & patientia vniuersitatis,
vel Principis, item bona fides, vt etiam deduc-
it Ripa,lib.2.responsorum,cap.4.colum.fin.
cessant tamen huiusmodi requisita, quãdo in-
teruenit aliquis titulus, etiam quòd fuisset in-
ualidus,vt declarat idem Ripa.libro 1.Respon.
cap.14. incip. Ex impensis in fabrica.nume.25.
post Baldum in tracta.præscrip.in secunda par.
quintæ par. princip. quæst. 7. & in casu nostro
interuenit titulus, & validus, & sæpe iteratus;
ergo &c.

Et aduersus prædicta quinque fundamenta
restare videtur vna difficultas, quòd in ipsis pri
uilegijs,seu concessionibus non videntur cla-
rè cõtineri loca ipsa principalia, de quib. nunc
agitur, scilicet Orthæ, & Ripariæ, & Godiani.
Sed respondetur primò, quòd in conuentio-
nibus celebratis cum Ducibus Mediolani di-
stinctè, & expressè continentur dicta loca: &
hoc per se sufficeret, quia hoc trahit tempus
centum viginti annorum; ita quòd adest præ-
scriptio longissimi temporis,& consensus, at-
que attestatio Ducum. Item respondetur se-
cundo modo,quòd in quarto priuilegio, scili-
cet Federici conceditur mercatum in Godia-
no,& Ripata; & ita præsupponitur pro expedi-
to,q̃ ipsa loca iam essent Ecclesiæ: & notoriũ
est,q̃ appellatione Ripatæ,seu Ripparię conti-
nẽtur omnes villę positæ in circuitu lacus Or-
thæ: & per consequens potest contineri ipsa
Ortha. Item tertio respondetur,q̃ in secundo,
& tertio priuilegio fit mentio de Ortha,& de
insula sancti Iulij,& lacu sancti Iulij, & conce-
duntur loca circumuicina: ergo præsupponi-
tur,q̃ ipsa loca principalia iam essent Ecclesiæ.
Neq; obstat,quòd in concessione dicatur, tres
39 mansos in Ortha positos, &c. quasi † dictio,
mansos. denotet duntaxat id, quod vnum par
boum vno anno potest arare, secundum Bart.
in l.si ita esse.in fin.ff.de auro lega.& cap.1. vbi
glos.extra de censib.quia potest responderi,q̃,
cùm vocabulum,mansus. sit barbarum, & in-
cognitũ, & in varias significationes trahatur,
vt per Docto.in c.1.§.si quis de manso.si de in-
uestitu.feud.fue.contro. & latius per gloss. in
c.secundum Canonicam.23.quæst.8.debet de-
clarari ex verbis præcedentibus, & subsequen-
tibus:& ibi dicitur,q̃ ostium fluminis,& pisca-
ria laci fluminis pertinet ad ipsos tres mansos;
ergò vel per vnam viam, vel per aliam constat,
quòd locus Orthæ ad se trahit latum spatium
territorij.& patet etiã ex tertio priuilegio,quo
conceduntur multi Comitatus, & multæ Cu-
40 riæ circa ipsum lacũ Orthæ.& in eiusmodi † am
biguis nulla melior est declaratio,quàm posses
sio subsecuta.argum.l.si de interpretatione.ff.
de legib.& eorum,quæ tradit Bartol.in l. 2. C.
de acquiren.possess. Et dum deinde subijcitur,

quòd concessio de tribus mansis non arguit concessionem iurisdictionis; respondetur, ꝙ iurisdictio conceditur in inferiori parte priuilegij, scilicet ibi, in Ecclesias, castra, loca, vel, agros, & reliquas possessiones: & paulò inferius, ibi, distringere, & rationabiliter quicquid inter eos conuentionis emerserit, diffinire.

Et ex prædictis satis constat, sublatas esse difficultates in motiuis excitatas. & summatim respondendo, dum primo loco obijcitur, ꝙ immunitas concessa istis locis, non videtur probari ex supradictis priuilegijs; quia loquuntur solùm de fodro, & de mansionatico, & de redhibitionibus, & de Teloneo, & de publicis functionibus, respõdetur, quòd in ipsis priuilegijs non tractatur de concessione alicuius immunitatis; sed tractatur de translatione ipsorum locorũ, & iurisdictionis pleno iure, id est, quò ad vtile dominium, & directum, & tractatur de transferendo iure exigendi onera in ipsos Episcopos: & incidenter, atque in consequentiam facta fuit expressio aliquot specierum exigendi, vt dictum fuit in secundo, & tertio fundamento. Item respondetur, quòd in ipsis priuilegijs extat illa concessio generalis, quicquid exigi poterit. & quascunque exactiones, &c. quæ non debet restringi per enumerationem aliquot specierum, vt etiam dictum fuit. Item respondetur, quòd supradicta vocabula, præsertim, fodrum. & publicæ functiones. satis cõprehendunt onera præsentis temporis, vt per alios optimè iam scriptum fuit: & dato etiã, ꝙ hodiernis temporibus inuentæ sint nouæ impositiones; debent tamen comprehendi, quia censentur subrogatæ loco veterũ; & quia vtroque casu est eadem ratio, & quia durat causa principalis, id est, translatio ipsorum locorum in Ecclesiam.

Ex quibus etiam cessat obiectio illa de oneribus tempore bellorũ; quia vt dictum est, hic non agitur de concessione immunitatis.

Et dum deinde obijcitur, nõ constare, quòd Episcopatus haberet aliquam iurisdictionem in Ortha, sine qua iurisdictione fieri non possunt exactiones; respondetur, quòd ipsa concessio exactionum præsupponit, quòd competeret iurisdictio. & præter hoc constat ex inferioribus verbis priuilegiorum, quòd concessa fuit expressa iurisdictio, non obstãte illa mentione facta de tribus mansis, vt dictum fuit.

Ad secundum principale motiuum, quòd Imperator censetur sibi reseruasse supremam potestatem, vt per Bald. in l. qui se patris. col. penult. C. vndè libe. latè responsum fuit, quòd ex duabus concessionibus Henrici quarti, & Henrici quinti videtur constare, quòd Imperator abdicauit à se omnem superioritatem, & quod id potuit facere, alienando in quãcunq; Ecclesiam secundũ magis communem. Item responsum fuit, dato etiam, quòd Imperator reseruauerit sibi eam superioritatem; non tamen eam transtulit in Duces Mediolani, quia verba inuestiturarum de Ducatu Mediolani id non comprehendunt; neque etiam potuisset Imperator à se id abdicare, conferendo in personam laicam, neque illa consideratio, ꝙ censeatur translatum saltem exercitium illius superioritatis, videtur iure probari. nam superioritas illa nihil aliud est, quàm protectio, & defensio ratione iurisdictionis in vniuersum, & nõ ratione alicuius proprietatis, vt per glos. & Bar. in proœmio. fforum; quæ non videtur recipere distinctionem, vt sub ea constituatur quoddam eius directum, & quoddam exercitium, tanquàm ius vtile; quia talis superioritas conceditur Imperatori, vt Imperatori, & nullo modo potest extingui; quod tamẽ aliter est in actionibus, quæ competunt cæteris hominibus. nam possunt extingui solutione, acceptilatione, & alijs modis; ita, quòd cùm sint in mera facultate ipsorum hominum, nõ est mirum, si possunt per eos transferri quò ad exercitium, & effectum.

Item responsum fuit, dato, quòd tale ius superioritatis, quò ad exercitium fuit translatũ in Duces; non potuit tamen comprehendere hoc speciale ius exactionum, quod iam fuerat translatum in Ecclesiam: neque habenda est ratio illorum verborum, redhibitiones, & occasiones illicitas. vt obijcitur in motiuo; quia, vt dictum fuit, extant alia vocabula apta, & clara, scilicet, quicquid exigi poterit. & quascunque exactiones. & curandum non est de vocabulis ineptis, & de inepto modo loquẽdi, prout illa ætas ferebat. l. quæ extrinsecus. ff. de verbo. obligationibus, vt etiam patet de illis vocabulis, ad pusterlas faciendas. aut homines ipsius Ecclesiæ dislangendos, &c. Item ipsimet Duces in illis conuentionibus supradictis aperte declarauerunt seu præsuppo suerunt, tale ius eis non competere.

Ad illud de clausula, nõ obstante. iuxta tex. in l. euacuatis. C. de decurio. respondetur, ꝙ non erat necessaria talis clausula, quia nõ agebatur hic de concessione alicuius immunitatis. Item † clausula, ex certa scientia. & clausula, de plenitudine potestatis. habent vim dictæ clausulæ, non obstante. vt per Io. de Ana. cons. 81. colum. fin. & in materia immunitatis tradit Alexand. consil. 30. nume. 10. in 5. volum. quinimò ait ibi Alexand. nume. 11. quòd tempus quadraginta annorum æquipollet dictæ clausulæ.

Ad illud, quòd capitula inita cum Ducibus fuerint

fuerint ex gratia, ideoque faciant contra ipsos homines; patet responsio ex eis. nam per contrarium, probãt dicta capitula, quòd huiusmodi loca erant penitus extra statum Mediolani; & illud, quod eis tunc concedebatur ex gratia, erat tale, quod præsupponebat eos omninò forenses, videlicet, vt possent concedere Blada pro eorum vsu de statu Mediolani ad ipsa loca. At illud, quòd præscriptio non soluendi collectas non currat, nisi à die petitionis, patet responsio ex quarto, & quinto fundamento supradicto.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ. 1549. die 22. Februarij, pro Reuerend. D. Arcimboldo, Episcopo Nouariensi.

ARGVMENTVM.

Super eodem casu, an scilicet loca Godiani, Ripariæ, Orthæ &c. sint aliquo modo de statu Mediolani, & an fuerint translata per Imperatores in Ecclesiam, seu Episcopos Nouarien. absolutè, etiam quòad superioritatem, & an potuerint concedi, & transferri. Et de interpretatione priuilegiorum, & concessionum &c.

SVMMARIVM.

1 REGALIA *possunt per Principes alienari etiã in laicos.*
2 *Princeps secularis si semel concedat regalia Ecclesiæ, non potest amplius se in eis intromittere.*
3 *Verba debent interpretari, vt prosint ea proferenti, non autem vt noceant.*
4 *Generalitas, & cõfusio distingui, & declarari debet ex his, quæ postea fuerunt gesta.*
5 *Episcopus si alienauit aliquid in damnum Ecclesiæ, potest ipsemet reuocare alienationem.*

Consilium LXIII.

QVIA veritati omnia consonant, videtur, quòd ea, quæ vltimo loco fuerunt excitata aduersus Reuerendissimum Episcopum Nouariensem, possunt retorqueri in eius fauorẽ; & adeò euidenter, vt res ista non indigeat iuris allegationibus, præsertim cùm superioribus diebus latissimè scriptum fuerit, & tractetur negotiũ coram viris eruditissimis.

Et summatim agendo, constat ex his, quæ de iure scripta fuerunt in præsenti causa, extare quinq; fundamenta in meritis rei pro ipso Reuerendissimo Episcopo, seu pro Ecclesia Nouariensi.

Primum fundamentum, quia ex concessione duorum Imperatorũ, scilicet Henrici quarti, anno. 1060. & alterius Henrici, anno. 1124. vel fortè anno. 1024. fuit in Ecclesiam Nouariensem translata, omnis proprietas, atque omne dominium, & quodlibet aliud ius istorũ locorum, de quibus nunc agitur, nullo penitus iure ipsis Imperatoribus reseruato, vel superioritate, vt legitur in ipsis concessionibus per verba illa, scilicet, omni nostra, nostrorumq; successorum, Regum, & Imperatorum contradictione, vel diminutione remota: & in concessione prædicta, de an. 1124. extant illa verba, scilicet, omnino transfundimus, & perdonamus; & concedimus. Neq; dubium est, quin potuerit omne ius, etiam supremum abdicari ab ipsis Imperatoribus, alienando in Ecclesiam vel Romanã, vel inferiorem, prout scriptum fuit.

Secundum fundamentum, quia cæteri Imperatores, videlicet Otho, & Hẽricus, & Federicus, quamuis reseruauerint sibi ius Regium, seu supremam illam potestatem, quæ solet esse apud Imperatores; transtulerunt tamen in Ecclesiam omnem proprietatem, & omne dominium vtile, & directum istorum locorũ. nam in concessione Othonis, anno. 1001. extant illa verba sæpius repetita, iuri, & potestati Ecclesiæ Nouarien. subijcimus &c. & in concessione Henrici. 1015. extant illa verba, dediſſe, perdonasse, & in ius, & dominium Ecclesiæ transtulisse. & clarius in concessione Federici, anno 1155. extat illa dictio, largitionem. & paulo inferius extant verba clarissima, scilicet, donationis voto confirmamus, & nihil ibi excipitur, nisi per illa verba, saluo iure regio. & extãt cõmunes decisiones Doctorum, quòd in eiusmodi casibus non censentur concessæ res in feudum, sed censentur donatæ libero modo; & quòd ius illud Regium non est propriè dominium, nisi in vniuersum quò ad defensionẽ, & protectionem.

Tertium fundamentum, quia, quicquid sit de translatione dominij, & iurisdictionis, certum esse videtur, quòd ex prædictis omnibus concessionibus Imperatorum translata fuerũt Regalia in ipsam Ecclesiam Nouariensem, præsertim ius faciendi exactiones. nam in priuilegio Othonis transfertur, quicquid de seruitijs exigi poterit &c. & in priuilegio Henrici, 1015. transferuntur molendina, piscationes, aurificia, & inferius trãsfertur quicquid de seruitijs &c. & in priuilegio Henrici. 1060. transferuntur telonea, & publicæ omnes functiones, Regiæ potestates; & in priuilegio Henrici anno. 1024. vel 1124. concedũtur telonea, piscationes, venationes, pascua, syluæ, paludes, aquæ, aquarum decursus, molendina, piscariæ, campariæ, & cum omnib. quæ dici, aut vocari possint &c. & omnia quæ ad publicam partem pertinent, & omnes exactiones. Et vt superioribus diebus scriptum fuit, nullum penitus est
1 dubiũ, quin † possit Princeps alienare Regalia,
etiam

etiam in laicos, vt per Roma. cons. 271. in prin.
2 & si concessio regaliũ fuerit semel facta † Ecclesiæ per aliquem Principem secularem; non potest ille Princeps se amplius in eis intromittere, vt in terminis tradit gloss. in c. 2. de delic. puero. nam tunc cessant rationes, quæ vt plurimum solent impedire alienationes Principũ, agitur enim in regalibus potius de commodo pecuniario, quàm de protectione, vel defensione populorum.

Quartum fundamentum, quia ex capitulis celebratis cum Ducibus Mediolani constat euidentissimè, quòd hæc loca sunt, & tunc erãt, & prius fuerant subdita Ecclesiæ Nouariensi, tam quò ad iurisdictionem tẽporalem, quàm quò ad spiritualem, vt in eis expressè legitur; & Duces ipsi non solùm id tacitè admittebant, sed expressè confitebantur, vt maximè patet ex capitulis initis cum Duce Francisco Sforzia primo, an. 1450. & id etiam ponitur pro expedito in confirmatione facta per Ducem Ludoui cum, anno. 1495. & idem præsupponitur in cõfirmationibus Regum Franciæ: & facta fuerũt eiusmodi capitula tanquàm cum forensibus; quia cum subditis fuissent superflua, ita quòd non est necessarium disputare super capitulis initis cum Duce Philippo, anno. 1429. quamuis & si illa proponantur, videntur sine dubio magis facere pro ipsa Ecclesia, quã cõtra eam. nam in eis expressè dicitur, ista loca esse de iurisdictione spirituali, & temporali Ecclesię Nouariensis, & Dux id non negat; quinimò videtur tacitè affirmare, dum cõtrahit cum eis; tanquam cùm non subditis. neque obstant illa verba ipsorum supplicantiũ, scilicet, quòd gubernentur &c. quia pro responsione constat ex prioribus verbis, quòd id referri nõ poterat ad subiectionem erga Ducem. nam immediatè prius dixerant, se esse subditos Ecclesiæ Nouariensis spiritualiter, & temporaliter, debet igitur illa dictio, gubernentur. intelligi, prout patitur materia subiecta, & prout euidenter indicant verba circunstantia, & exponendum est, gubernentur. id est, permittantur in illo esse, &c. & hæc expositio habetur ex capitulis factis cum Duce Francisco primo, vbi petunt, se gu-
3 bernari in libertate, & in effectu, cùm † ea verba non fuerint prolata per ipsum Ducem Philippum, sed fuerint prolata per ipsos homines supplicantes; debet sumi ea interpretatio, quæ eis prosit, non autem quæ eis noceat. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Non etiam obstat, quòd in dictis capitulis initis cum Duce Philippo petatur remissio à multis condemnationibus, & descriptionibus contra ipsos supplicantes factis versus Camerã Ducalem; quia respondetur non esse nouum, quòd etiam contra forenses proceditur, scilicet, si delinquant in territorio ipsius procedẽtis, vel si in eius territorio habitent. Potest etiam responderi, q fuerat de facto contra eos processum; ideo sine difficultate concessit eis Dux, vt omnes eiusmodi processus cancellarentur. Non etiã obstat, quòd in capitulis initis cum Duce Francisco, co primo, non voluerit ipse Dux cõcedere eis, vt possent conducere sal per eius territorium: quia respondetur, quòd id nihil infert, quod pertineat ad subiectionem. nam potuisset etiã eis denegare, vt possent cõducere blada, & alia per eos petita. Et pariter nihil facit, quòd ipsi supplicantes dixerint, se nõ fuisse vsos sale Ducali, nisi pro libito voluntatis suæ; quia quamuis non fuerit eis necessarium, sed potius fuerit ineptum vti ea ratione; nihil tamen infert ad subiectionem, sed potius infert contrariũ.

Quintum fundamentũ est de prescriptione longissimi temporis, quæ fauore Ecclesiæ admittitur & contra fiscum, & contra quemlibet Principem, & contra imperium, vt latè etiã de hoc scriptum fuit.

Quibus quinque fundamentis stantibus, nõ obstant adducta ex aduerso. Et primò non obstat, quod dicitur, non constare, quòd omnia hæc loca, quæ non possidentur per Ecclesiam Nouariensem, fuerint comprehensa in priuilegijs, seu cõcessionibus eidem Ecclesiæ factis; quia respondetur multis modis. Primo, quòd de eis expressè constat per supradicta capitula inita cum Ducibus, & hoc per se sufficeret. Secundo modo respondetur, quòd ea omnia loca possessa iam fuerunt per Ecclesiam longissimo tempore præscripta, & si duæ istæ responsiones simul iungantur, nullam admittunt disputationem. Tertio modo respondetur, quòd saltem præsumptione iuris censentur ea omnia loca fuisse comprehensa sub concessionib' Imperatorum. nam in dictis priuilegijs exprimuntur multa loca, quorũ nomina nunc ignorantur: deinde in ipsis priuilegijs euidẽter præsupponitur, quòd Ecclesia Nouariensis habebat in illis regionibus quamplura alia castra, possessiones, agros, & alia loca; adeò quòd cùm ex ipsis concessionibus Imperatorum constet, saltem generaliter, & confuso quodam modo, quòd Ecclesia ibi haberet multa castra, & loca, non videtur dubium de iure, quin † ea generalia
4 tas, & confusio sit distinguenda, & declaranda, atque interpretanda ex his, quæ postea fuerunt gesta. l. si de interpretatione. ff. de legib. q autem ita sit in facto, patet; nam in prima concessione, scilicet Othonis, quãuis nihil de nouo contineatur, nisi ciuitas Nouariensis cum spatio trium milliariorũ, ponuntur tamen in inferiori parte ipsius priuilegij illa verba, scilicet,

cet, nec quisquam nostri Imperij in Ecclesias, castra, vel loca, aut agros, seu reliquas possessiones, quas in quibuslibet pagis, & territorijs infra ditionem nostri Imperij iustè, & legaliter prædicta tenet, & possidet Ecclesia. & in secundo priuilegio, scilicet Henrici, 1015. quamuis concessio dicat, tres mansos in Ortha: tamen subijcitur, & ostium fluminis Pisconij, & piscaria lacus ad ipsos mansos pertinens. deinde cõceditur quædam terra de curte iuxta ripam lacus sancti Iulij, & subijciuntur ista verba, scilicet, cui ex omni parte res ipsius Ecclesiæ cohærent, &c. & ita expresè ibi præsupponitur, q̃ Ecclesia Nouarien sis haberet residuum dictorum locorum ab omni parte. Item in tertio Priuilegio, scilicet Henrici, anno. 1060. fit mẽtio de alpe de Othra; verisimile est, quòd paulisper corrupto, vel immutato nunc vocabulo sit locus ille, qui nunc appellatur Ortha. nam mihi in facto præsupponitur, esse locum monasterij. deinde in hoc tertio priuilegio conceditur, quicquid habebant quidam particulares circa lacum sancti Iulij in circuitu, quæ verba videntur præsupponere alterũ de duobus, videlicet, vel intentionem Imperatoris fuisse, quòd volebat donare huic Ecclesiæ quicquid erat circa illũ lacum; vel quòd Imperator præsupposuit, iam fuisse donatum ipsi Ecclesiæ quicquid erat circa illum lacum; quia alioquin non fuisset locutus ita generaliter.

Non obstat, quod secundo loco obijcitur de processibus agitatis per Magnificum D. Capitaneum iustitiæ Mediolani contra aliquos oriundos ex istis locis. nam distinctè ad hæc omnia respondetur, quòd primus processus, scilicet agitatus, anno. 1524. contra homines Orthæ, occasione homicidiorum commissorum in personam D. Herculis de Lido, & eius famuli, non obstat; quia id factum fuit tempore, quo Episcopatus erat sine Episcopo; & tunc administrabatur per Oeconomum; qui solet esse officialis cõmunis Papæ, & Principis temporalis; quinimò cõstitutus fuerat per Ducem administrator Episcopatus D. Io. Baptista Monorus. 1522. de mense Octob. propter mortem Episcopi Nouarien sis, id est, Card. Sedun. ne bona Episcopatus irent in sinistrum, vt patet ex ipsa constitutione: & perseuerauit in ea commissione etiam anno. 1523. & 1524. vt constat per actiones ab eo factas, & hic productas. Alius processus agitatus anno. 1544. occasione assassinamenti ad stratam publicam in personas Tonelli de Codonio, & Antonij de Vairolis, in quo processu interuenerunt literæ prætorum Brighæ, & Gozani, & prætor Gozani transmisit præceptũ Capitaneo iustitiæ, item & alius processus contra Io. Baptistã de Franconibus de loco Gozani &c. non obstant: quia ex ipsis processibus constat, quòd Episcop⁹ delegauit huiusmodi causas ipsi Capitaneo, & eius Vicario. 1545. sexto Maij; & ita Iurisdictio erat Episcopi delegantis. Et quamuis delegationes non fuerint factæ ab initio causarũ, sed post iam cœptas eas, & fortè post processum iã instructũ; id nihil facit pro Camera, quinimò retorquetur contra eam. nam, si nõ fuisset necessaria delegatio Episcopi, Capitaneus nõ admisisset eam, præsertim iam instructo processu: & quandocunq; fuerit admissa, perinde est, ac si interuenisset ab initio. nam mandatũ solet retrotrahi, & delegatio est mandatũ: quinimò in ipsa delegatione fuerunt expresè ratificata omnia, & in ipsis sententijs postea latis, scilicet vna. 22. Iunij. 1545. & alia, 19. Augusti. Vicarius iustitiæ asserit, se procedere tanquam delegatum Episcopi; & bona delinquentium confiscat Cameræ Episcopi.

Deinde quod obijcitur, scilicet de multis citationibus transmissis quampluribus hominibus de iurisdictione Orthæ; non obstat; quia ex ipsis actis constat, q̃ ad requisitionem Episcopi non fuit processum ad vlteriora. & nõ est dicendum, quòd Capitaneus se abstinuerit à procedendo, vt complaceret Episcopo: quia si id diceremus, inferretur delictum vtriusque partis, videlicet, quòd & Episcopus, & Capitaneus in hoc conuenerint, & huiusmodi homines delinquentes non punirẽtur. Præterea dicitur, quòd si bene inspiciantur citationes, nõ fuerunt citati in iurisdictione Orthæ. deinde si videantur ipsa acta, scilicet, 1546. & 1547. retorquentur in contrarium. nam facta fuit comparatio & nomine Episcopi, & nomine hominũ, & declinata fuit iurisdictio. Propterea citati postea fuerunt mediantibus literis subsidialibus ipsius Episcopi, quæ fuerunt productæ; & ita esse faciendum fuerat prius ordinatum per Capitaneum iustitiæ, participata re cũ fisco. 1547. 16. Martij.

Ad illud dè literis Ducis Francisci. 1524. 4. Augusti, mandantibus hominibus Orthæ, q̃ admittere deberent ad castellaniam Io. Petrũ Cremonensem; respondetur tripliciter. Primò, quia id factum fuit, vacante Episcopatu. Secundò, quia homines expresè contradixerunt, asserentes id esse contra eorum priuilegia, neque voluerunt obedire literis; sed dixerunt Commissario, se velle adire Ducem. Tertiò non constat, an postea fuerit admissus.

Non obstat, quòd dicitur de solutionibus onerum, vel vexationibus propter onera, quia retorquetur in contrarium. nam auditis partibus, & etiam fisco, ordinatum sæpius fuit, eos non posse vexari, vt primo patet ex ordinatio-

ne facta per Præsidem & Magistros redituum. 1517. 16. Maij. in qua ordinatione dictum expresse fuit, quòd erant in quasi possessione nõ soluendi. Item alia ordinatio per Regios commissarios super liquidatione subsidiorũ. 1518. 11. Decembris. Item alia per Præsidem & Magistros. 1534. 16. Maij. Item alia. 1541. etiam post taxationem iam factam. Item alia iterũ. 1532. 22. Aprilis. Item alia. 1542. vltimo Iulij super focularibus, re plenè discussa, & cum interuentu supremi Cancellarij; & dictum fuit, debere eis restitui pecunias iam solutas, & eos esse sub Episcopo; adeò, quòd tollitur ex hoc id, quod obijcitur de libro taxarum.

Prætereà ad prædicta omnia obiecta respondetur, quòd etiam si processus fuissent agitati per Capitaneum in euidens prejudicium Episcopi, & Episcopus non contradixisset, vel si factæ fuissent aliquæ solutiones, & alij similes actus; non tamen id noceret successoribus in Episcopatu: quia sicut expressè agendo, non potest aliquis Episcopus præiudicare Ecclesiæ alienando, seu alijs concedendo iurisdictionem pertinentem ad Ecclesiam; ita etiam non potest id tacitè facere, ne plus possit tacitũ, quàm expressum. quinimò ipsemet Episcopus, qui semel concessisset, potuisset in alijs saltem casibus ipsemet contradicere: quia de iure hoc fortius est; quòd, si ipse Reuerendissimus Episcopus † aliquid alienasset, quod cederet in dãnum Ecclesiæ: posset ipsemet reuocare alienationem. c. si quis presbyterorum. de rebus Eccle. non alien. Deci. consil. 142. col. 2. & consil. 174. in fin. & consil. 282. colum. 2.

Ad illud, quòd hæc loca alienari non potuerint, quia cedit alienatio in euidens præiudiciũ status Mediolani, cùm sint fortalitia, & sint in confinibus Heluetiorũ; non est necesse respondere, quia vtrumque præsuppositũ est falsum. nam neque sunt ibi loca aliqua munita, & in confinibus Heluetiorum sunt proximiora alia loca dominij Mediolani.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Papiæ. 1549. 23. Maij, etiam pro Reuerendissimo Domino Archimboldo Episcopo Nouariensi.

ARGVMENTVM.

Super eodem casu, an scilicet loca, vel territoria Godiani, Ripariæ, Orthæ, &c. fuerint, & sint de statu Mediolani, & subiecta Ducibus Mediolani: an verò Episcopis, seu Ecclesiæ Nouarien. pleno iure, & spiritualiter & temporaliter. Et latè de materia subiectionis, & iurisdictionis, & quomodo probetur quasi possessio, vel dominium iurisdictionis in aliquod territorium, & an per scripturas &c. Et an omnia loca, quæ possidentur, censeantur comprehendi in concessione Principis. Et quomodo iurisdictio acquiratur per præscriptionem. & quæ requirantur, & an titulus, & latè de tex. in cap. 1. de præscrip. in 6. quomodo procedat. & quando, & quomodo requiratur bona fides. Et an ex concessione locorum censeatur etiã concessa iurisdictio. Et an prædicta loca Godiani, Ripariæ, Orthæ, &c. sint saltem, sub suprema potestate imperij. Et an possit Imperator donare absolutè Ecclesiæ Romanæ, & etiam Ecclesiæ inferiori, abdicando à se omnem penitus superioritatem. Et an possit fieri per præscriptionem, vt scilicet Ecclesia non subsit aliquo modo imperio, & quantum tempus requiratur ad præscribendum contra imperium, pulcherrimum Consilium.

SVMMARIVM.

1 QVANDO *mouetur lis de subiectione contra homines alicuius territorij, est in facultate actoris conuenire vel ipsos homines tantum, vel dominum tantum, qui eos possidet, vel possessorem, & homines simul: & è conuerso, possunt ille possessor, & homines simul omnes se defendere, quamuis homines tantùm cõuenirentur: quia interest illius possessoris non amittere iura, & subditorum non mutare dominum &c.*

2 *Subditi tantum si conueniantur, possunt pro defensione allegare iura sui possessoris, vel domini.*

3 *Ius tertij potest allegari, quando prodest ipsi alleganti, quia concernat eius interesse.*

4 *Subditorum interest nõ mutare dominum, etiam si dominus vellet contrarium: & tunc possunt subditi contradicere.*

5 *Iurisdictionis possessio probatur per nominationẽ factam in instrumentis antiquis.*

6 *Omnis actus, tendens ad probandum titulum, facit fidem contra omnes, etiam in non antiquis.*

7 *Alienari prohibitum, non potest etiam deduci in compromissum.*

8 *Iurisdictio censetur esse illius, ad quem deferuntur appellationes.*

9 *Condere statuta, & decreta generalia, denotat iurisdictionem, etiam quòd ipsa decreta, vel statuta non habuerint effectum: sed sufficit, quòd Princeps ea mandauerit publicari.*

10 *Iurisdictio censetur acquisita per publicationem edictorum, vel bannorum, dato, quòd nullus incurrat in edictum, vel bannum.*

11 *Possessio, & etiam dominium iurisdictionis probatur ex scriptura antiqua.*

12 *Signorolus de Homodeis vixit temporibus Alberici de Rosa. & Bartoli.*

13 *Instrumenta continentia iuramenta fidelitatum, multum operantur ad probandam iurisdictionem.*

14 *Gratiæ & liberationes à delictis probant iurisdictionem eas concedentis.*

15 *Actus*

15 Actus separandi vnum locũ, & adijciendi eum iurisdictioni alterius, pertinet ad Principes, & infert iurisdictionem.
16 Possessorij actus in materia iurisdictionis probantur per instrumenta, & alias scripturas.
17 Possessio probatur per instrumentũ, in factis antiquis, etiam in præiudicium tertij.
18 Possessio probatur ex sola detentatione.
19 Possessio totius iurisdictionis censetur acquisita ex vnico actu possessorio, quando non constat, aduersarium possedisse, & maximè, ex vnico actu vniuersali: & infra num. 79.
20 Stante possessione antiqua alicuius, non habetur ratio possessionis alterius, quæ sit iunior: quia præsumitur violenta, vel clandestina.
21 In antiquis dominium probatur per famam. Et fama non solùm probatur per testes, sed longè melius per instrumẽta, & alias scripturas authenticas, quæ censentur facere communem opinionem: & nume. 24.
22 In antiquis standum est magis instrumentis, quàm testibus, & maximè in probatione territorij.
23 Dominium iurisdictionis probatur per scripturas antiquas: & nume. 26.
24 Fama, & generalis, atque communis opinio probatur per scripturas antiquas.
25 Antiquum dicitur, quod est centum annorum.
26 Dominium iurisdictionis probatur per scripturas antiquas, etiam quòd factæ sint propter aliud.
27 Et in antiquis probatur aliquid per quæcunque adminicula, vt per tabulas marmoreas, & qualescunque scripturas, & ex libris historiarum &c.
28 In antiquis vel aliter difficilibus, debet Iudex eas probationes admittere, quæ eum trahunt in vehementem opinionem.
29 Concessio alicuius loci facta per Principem quando non dicatur feudum, sed donatio: & quòd maximè dicatur donatio, quando est facta per vocabulum, donamus. vel largimur.
30 Feudum non dicitur, quãdo non fuit expressè reseruatum dominium directum.
31 Dispositio ambigua optimè declaratur ex facto posteà subsecuto.
32 Possidere quilibet præsumitur ex titulo præcedente, & potius ex causa licita, quàm ex illicita.
33 Priuilegium Papæ declaratur per priuilegia Regum, & vnum priuilegium per aliud, & per priuilegium originale declaratur confirmatorium, & ex coniunctione duarum scripturarum fit liquida probatio, &c.
34 Iurisdictio potest dari etiam pro castris in futurum acquirendis.
35 Iurisdictio data, seu confirmatio facta pro acquirendis, censetur etiam data, vel facta pro iam acquisitis, quæ Princeps ignorabat.
36 Priuilegium vnum quòd declaretur per aliud.
37 Princeps potest alienare, quando est alienatio non continens magnam diminutionem status.
38 Princeps si confiteatur aliqua loca esse alterius, ex hac confessione, censetur ea illi concessisse, & donasse.
39 Principis nominatio tribuit ius, & si nominat ciuitatem, quæ nõ est, vel aliquem sub titulo dignitatis, quam non habet: censetur velle, quòd ita sit, & tales fiant, & an requiratur nominatio ex certa scientia.
40 Certa scientia Principis censetur probata ex sola verisimilitudine: & præsumitur, quando est de negotio ad Principem pertinente.
41 Iurisdictio, & imperium, vel mixtum, vel merum, possunt per præscriptionem acquiri: & an requiratur titulus.
42 Titulus non requiritur in præscriptione iurium incorporalium: & an in præscriptione iurium incorporalium, quæ respiciunt personas, vt iurisdictio: & quid si est præscriptio longissimi temporis: & an saltem debeat allegari ipse titulus absque eo quòd probetur.
43 Titulus non est necessarius in præscriptione iurisdictionis, quando lapsum est tempus, de cuius initio &c. vel saltẽ tempus centũ annorũ.
44 De tex. in c. 1. de præscrip. in 6. quomodo intelligatur, & quando procedat, vel non procedat, vide latè.
45 Ducatus Mediolani fuit erectus, & constitutus per Vincesłaum Imperatorem, anno. 1396.
46 Inuestitura facta de Ducatu Mediolani nõ comprehendit castra, & loca prius alienata, seu separata ab ipsis ciuitatibus Ducatus.
47 Imperator non censetur trãstulisse in Duces Mediolani suum supremũ ius, quod ab eo nõ potest separari, nisi translatio fieret in Ecclesiam.
48 Tempus centum annorum quòd sufficiat sine titulo ad præscribendum iurisdictionem: & eo tempore possunt præscribi ciuitates, castra, etiã contra Romanam Ecclesiam. Et præscriptio cũ titulo, & præscriptio centum annorum æquiparantur.
49 Præscriptione prohibita, non censetur prohibita præscriptio centum annorum: & infra nume. 93.
50 Tempus centum annorum, quò ad præscribendũ æquiparatur tempori, de cuius initio &c. & infra nu. 94. Et tunc non est necessarium allegare titulum, dato, quòd possessioni resisteret ius commune. ibi. d. nu. 50.
51 Præscriptio iurisdictionis licet habeat præsumptionem contra se: non tamen requiritur titulus, vel tempus, quod datur in præscriptione corporalium, quando scilicet interuenit scien-

tia illius, contra quem processit præscriptio, & maximè stante cursu longi temporis: & tunc non procedit tex. in d. c. 1. de præscrip. in sexto. Et sufficit scientia præsumpta locum tenentiũ &c.

52 Tex. in d. c. 1. de præscrip. in 6. non procedit etiã, quando est leuis præsumptio pro illo, contra quem præscribitur, & fortior præsumptio pro præscribente.

53 Item non procedit, quando præsumptio contra præscribentem non est certa in genere, & in specie copulatiuè.

54 Item non procedit, quando præsumptio iuris est quidem contra præscribentem, sed non fundat intentionem aduersarij.

55 Bona fides præsumitur, neque est opus eam allegare, etiam in incorporalibus, & tantò magis in antiquis. Et an bona fides præsumatur in casu. d. c. 1. de præscrip. in 6. scilicet, in præscriptione iurisdictionis.

56 Bona fides præsumitur apud omnes personas præscribentes eandem rem successiuè, excepta prima persona.

57 Titulus, putauimus. etiam dubius de iure, sufficit ad præscriptionem, & maximè ad præscriptionem longissimi temporis: & sufficit titulus, putauimus, etiam per errorem iniustum in præscriptione iurium in corporalium.

58 Stante titulo, sufficit tempus quadraginta annorum ad præscribendum iurisdictionem.

59 Credulitas probabilis habet vim tituli.

60 Præscriptio vnius rei potest procedere ex multis titulis, & causis.

61 Titulus, qui potest de iure inualidari præstat causam præscribendi.

62 Bona fides censetur ipso iure probata, stante aliquo titulo.

63 Bona fides potest etiam procedere ex iniustis, & temerarijs rationibus.

64 In dubio præsumitur potius donatio, quàm feudum, præsertim cùm sit concessio per Principem.

65 Imperium non censetur concessum, quando est concessio particularium locorum &c.

66 Loca particularia concessa à Principe simpliciter, censentur concessa cum iurisdictione, ad similitudinem aliorum prius concessorum.

67 Castrum, vel villa. si concedatur, non facta mentione territorij, neque iurisdictionis, censetur tamen concessa iurisdictio, maximè, quando est Princeps, qui concedit.

68 Concessio iurisdictionis vnica, & simul facta de multis locis, censetur etiam facta respectu bonorum, quæ erant personarum particularium.

69 Princeps si concedat quicquid habet circa lacum, &c. nihil censetur tribuere, nisi ea generalitas aliquo modo possit declarari.

70 Bona in dubio præsumuntur allodalia, & nõ feudalia: tamen si inuestitura castri dicat, cum pertinentijs, vel cum iuribus, &c. tunc omnia bona, quæ possidet inuestitus in illo territorio, præsumuntur feudalia.

71 Iurisdictio, an, & quando censeatur concedi, an verò quidam vsus tantum, vel facultas, vel obligatio personalis.

72 Concessio Principis censetur in dubio realis, & non personalis, etiam in materia iurisdictionis.

73 Qui se gerit tanquam Dux, cùm non sit, si postea fiat Dux, censetur confirmari quicquid antea egerat.

74 Verba illa Principis, fiat, & tractentur quemadmodum fiebat, & tractabantur tempore genitoris nostri &c. non faciunt relationem, vel suspensionem, sed potius exprimunt id quod tunc erat, & non est opus facere fidem eorum, quæ proferuntur super negotio, de quo potest proferens liberè disponere.

75 Gratiam censetur quis fecisse ex iure sibi competente, & potius licito modo, quàm illicito.

76 Episcopus an possit facere gratias.

77 Episcopus, qui consideratur tanquam dominus in temporalibus, potest omnia quæ potest quilibet Princeps.

78 Memoriam non extare in contrarium, probatur per testes, non autem per scripturas.

79 Ex vnico actu possessorio iurisdictionis acquiritur possessio vniuersalis, si non probetur, quòd alius possideret: & supra, num. 19.

80 Princeps laicus, an possit præscribere, vt non sit sub imperio.

81 Imperator an possit donare aliquid Ecclesiæ, nullã sibi penitus reseruando superioritatẽ, quòd sit Romanæ Ecclesiæ: et de donatione Constantini.

82 Imperator quòd possit etiã in Ecclesiã inferiorẽ, veluti Mediolanensem, Nouarien. &c. transferre aliqua loca, abdicando à se omnem superioritatem, est communis opinio.

83 Donatio, quæ fit Ecclesiæ, censetur fieri Deo.

84 Ecclesia Romana habet omnes alias Ecclesias sibi subditas: & bona omnium singularium Ecclesiarum censentur esse bona vniuersalis Ecclesiæ.

85 Imperator potest facilius donare Ecclesiæ inferiori, quàm Ecclesiæ vniuersali, seu Romanæ: & quæ sit ratio.

86 Collata in Ecclesiam titulo lucrativo, censentur in dubio collata pro redemptione peccatorum, & sic in piam causam.

87 In dubio, si Imperator donat Ecclesiæ Romanæ, censetur donare absolutè, etiam superioritatẽ. secus si donat Ecclesiæ inferiori: & quæ sit ratio differentiæ.

88 Quic-

88 *Quicquid potest priuilegio concedi, potest etiam præscriptione acquiri.*

89 *Priuilegia posteriora nō auferunt ius iam acquisitum ex alijs priuilegijs anterioribus.*

90 *In dubio Imperator non censetur transferre ea, quæ pertinēt ad superioritatem imperij, nisi cū clausulis ampliſſimis, ex certa scientia, &c.*

91 *Præscriptio contra imperium procedit, saltem per tempus centum annorū, etiam quò ad reseruatam signum superioritatis, vel præeminentiæ.*

92 *Præscriptio quòd non procedat contra reseruata in signum superioritatis, hæc est regula: fallit in præscriptione centum annorum.*

93 *Præscriptio centum annorum nunquam censetur exclusa: & supra num. 49.*
Et procedunt hæc facilius, si loquimur de Ecclesia præscribente contra imperium, quàm de laico.

94 *Tempus centum annorum iudicatur infinitum, & regulariter æquiparatur tempori, de cuius initio &c. & supra num. 50.*

95 *Titulus debet saltem allegari in præscriptionibus contra imperium.*

96 *Præscribere vt quis possit cōtra imperium, an sit necesse, quòd recognouerit Papam, & quòd specificè probetur talis recognitio.*

97 *Ecclesia inferior acquirit ipso iure Ecclesiæ superiori.*

98 *Licet aliqua loca sint sub imperio, id tamen non nocet subditis quò ad proportionem soluendorum onerum.*

99 *Superioritas imperij, seu supremum ius non concernit dominium aliquod directum, vel vtile, sed duntaxat iurisdictionem, & protectionem vniuersalem.*

Consilium LXIIII.

QVIA articulus propositus de subiectione versatur in materia satis perplexa, & quæ solet per Doct. tra-hi in varios sensus; propterea nō extra propositum esse videtur cōstituere aliquot fundamenta in fauorem ipsorum hominū Ripariæ, Orthæ, vt clarius deinde respōdeatur ad ea dubia, quę fuerunt ex aduerso deducta. Et vt facilius etiam de veritate eorum appareat, quę pro ipsis hominib. dicentur, constituenda sunt tria præsuppositа.

1 Primum, quòd cùm † mouetur lis de subiectione erga aliquos homines, vel erga aliquod territorium, quemadmodum est in facultate actoris conuenire, vel ipsos homines tantùm, quos sibi subiectos asserit; vel conuenire illum tantùm, qui eos possidet, vel & illum, & istos simul conuenire; ita etiam è conuerso, est in facultate ipsorum hominum, & illius, qui eos possidet simul se defendere, dato, quòd non omnes cōueniantur: quia illius possessoris interest nō amittere iura, quæ existimat se habere in ipsos subditos, & ipsorum subditorum interest nō mutare dominum, vt plenè tradit Innoc. in c. auditis. colum. 1. de præscrip. Abb. in cap. inter quatuor. colum. fi. de maio. & obed. & in c. cum super. colum. 4. & 5. de re iudi. vnde
2 fit, † quòd, etiam si ipsi subditi tantùm conueniantur, vt fit in præsenti iudicio, possunt pro sua defensione adducere etiam iura Reuerendissimi Episcopi, q eos possidet, vt dicit Abb. in cap. cum non liceat. colum. 5. num. 15. versi. sed contra hoc. de præscri. Anchara. cons. 310. Tres domini. colum. 4. & est cōmune in quacunque materia, quòd † potest allegari ius tertij, quādo id prodest ipsi alleganti, quia scilicet
3 concernit eius interesse. l. si cui. C. de non nume. pecu. & ibi Paul. de Cast. declarat. & si † interest subditorum non mutare dominum, etiam si ipse dominus vellet contrarium, & possunt subditi eo casu contradicere, vt per glo. & Bart. in l. inuitus. ff. de fideicom. liberta. & latè per Neuiza. inter consilia Bruni, consi. 12. Multo magis eorum interest, & eis ius cōpetit non mutare dominum, si ipse dominus ab eis non
4 dissentiat, vt in casu Innoc. & Abbatis, qui est casus noster.

Secundum præsuppositum est, quòd concludenter censetur probata possessio, seu quasi possessio iurisdictionis in personam Reuerē-
5 dissimi Episcopi nunc viuētis, & aliorum Episcoporum prædecessorum suorū actiuè in ista castra, & loca Ripariæ, Orthæ, iam per annos quinque centum continuos, vt patet ex tribus productionibus scripturarum factis. Et concludenter etiam quò ad ipsa loca, quæ nūc possidentur, id est, à Gaudiano inclusiuè supra, constat de possessione annorum tercentum, & vltra, vt patet ex illa sententia lata per Episcopum Taurinen. nomine suo, & nomine Episcopi Mediolanensis, qui ei subdelegauit vices suas, iuxta text. in cap. quamuis. de offic. delega. & probata est possessio iurisdictionis absolutè eo modo, quo eam solent habere Principes, non autem limitato modo, prout solent eam habere feudatarij. nam primò id constat ex quinque concessionibus Cæsarum, in quibus expressè dicitur, quòd Episcopi, & Ecclesia Nouarien sis iam prius possidebant aliqua ex ipsis locis. Secundò & magis cōcludenter quò ad omnia loca id probatur ex supradicta sententia lata, anno. 1209. in qua dicitur, quòd iurisdictio consueuit esse ipsorum Episcopo-
6 rum, & appellat † passim homines Episcoporum, & Ecclesiæ; & talis nominatio facta in antiquis instrumētis probat possessionem iurisdictionis, vt tradit Soci. consil. 187. In con-

trouersia.colum.2.numer.3.vers.hoc idem arguunt.in 2.volum. Adeò,quòd cõtra eam sententiam fruſtrà obijcitur, quòd non possit nocere fisco tanquàm tertiæ personæ, quia in an-
6 tiquis id videtur expeditum. deinde † etiam in negocio non antiquo omnis actus tendens ad probandum titulum facit fidem cõtra omnes; alioqui nunquam haberet locum publiciana, vt ait Bal.in Rubri.C.res inter alios acta.in fin. & Deci.post alios,in l.2.numer.52.C.de eden. prætereà fruſtra etiam videtur tractari, an illa sententia præiudicauerit fisco, cùm fiscus nullum habeat ius,vt infra dicetur. Et quòd in ea sententia agatur de iurisdictione absoluta, & non feudali; patet ex illo capitulo de Burgo Messenæ destruendo, & quòd nõ amplius posset ciuitas Nouariæ ædificare ibi Burgum, seu villam sine licẽtia Episcopi. nam talis potestas cõcedendi licentiam pertinet ad Principes, vt per glo.in l.per prouincias.C.de ædifi.priua.& si fuisset iurisdictio feudalis,non potuisset Episcopus de ea facere compromissum, cùm vulgare sit, quòd feuda nõ possunt alienari inconsulto Principe,vt in titu.de prohi. feud. aliena.
7 &c. & † illud,quod non potest alienari, nõ potest deduci in compromissum, vt tradunt Docto.omnes in cap.cum tempore.per illum tex. de arbit.Dec.cons.39.colum.2. Tertiò id probatur ex instrumento illo amplo confecto, de
8 anno.1312.in quo continentur † appellationes istorum hominum ad Archiepiscopũ Mediolanensem:quæ res arguit,quòd iurisdictio istorum locorum erat Ecclesiæ, non autem alicuius Principis secularis. capitulo, si duobus. §. denique. de appella. & solent,ac debẽt semper appellationes dirigi ad illum, qui est superior in iurisdictione.l.à proconsulibus.& l.præcipi-
9 mus. C.de appella. Quartò id † probatur ex voluminibus decretorum, & statutorum varijs temporibus factorum per ipsos Episcopos,incipiendo ab anno.1343.& succesſiuè.1346. 1353. & ferè singulis annis vsq; ad diem præsentem, vt patet ex prima productione facta Mense Iunij,1549. & condere statuta,ac decreta generalia ad decisionem quarumcunq; causarum ciuilium, & criminaliũ in aliquo territorio, pertinet ad Principes,vt tradit Bartol.in l. omnes populi.in 1.q.ff.de iusti.& iur. Et quamuis obijciatur, non constare,quòd talia decreta, vel statuta habuerint effectum,id parum refert;quia, præterquam quòd est probatum de multis statutis,vt patet ex tertia productione facta Mense Octobri; dicitur non esse necessariũ id probare: sed satis est,quòd ipsi Episcopi mandaue-
10 rint, ea statuta † publicari, & ita fuerint publicata, vt in terminis de publicatione edictorũ, vel bannorum est decisio Innocen.in cap.dilectus.colum.1.in fin.& 2.vers. generalis autem possessio.de capel.Monacho.& ibi expressè ait Innoc. censeri acquisitam possessionem iurisdictionis in aliqua ciuitate, vel prouincia per ciusmodi actum, & quòd nullus incurrat in ipsum edictum, vel bannũ,id est,dato, quòd non probetur,ea fuisse deducta ad effectum;& communiter Doctor. sequuntur, vt Bald.in l.2.colum.9.num.54. vers. sed quid si quis procedat. C.de seruitu.& aqua,&clarius tradit Anchara. in c.sine possessione.columna 20.& 22. de reg. iur.in 6.& practi. Papien. in for. libel. in actione confessoria, in verbo; Plenam & omnimodam.colum.3.num.10.& 11.qui omnes approbant Innocen.in proposito iam dicto;sed eum redarguunt,dum paulò inferius,id est, in verſi. per hoc autem.&c. vult, quòd cẽseatur acquisita possessio iurisdictionis in vniuersitatem, & nõ in singulares personas. concludunt enim ipsi,quòd censetur acquisita & in omnes, & in singulos, quia dari nõ potest ratio diuersitatis. Quintò probatur ex literis, & cõuentionibus Ducum Mediolani,1380.1424.1450.& alijs tẽporibus subsequentibus.quibus conuentionibus, seu capitulis ipsi Duces expressè dicunt, istos omnes homines, & hæc loca esse sub Episcopis Nouariensibus spiritualiter, & temporaliter,& cum eis tanquàm talibus contrahit: quæ res non solùm probat possessionem iurisdictionis absolutè,sed etiã probat dominium, vt infra dicetur. Sextò probatur ex consilio Signorol. de Homodeis, 71. ex quo constat pro expedito, quòd hæc loca erãt absolutè Episcoporum Nouariensium, & Pontificis; & ex hoc
11 † videtur non solùm probari possessio, sed etiam dominium iurisdictionis, cùm sit scriptura antiqua.vt infra dicetur,& tradit glo. in c.cum causam.de proba.& latius per Bartol.in l.1.colum.6.numer.22.vers. quædam sunt scripturæ
12 enunciatiuæ.ff.si cer. pet. † & vixit Signorolus tempore Alberici de Rosa. & per consequens temporibus Bartoli. Et prædicti omnes actus excedunt tempus centum annorum, & aliqui eorum excedunt annos ducẽtum,& aliqui tercentum,vt supradictum est. Deinde &septimo
13 loco † extant multa instrumenta, quibus continentur iuramenta fidelitatum præstita multis Episcopis per diuersa tempora,& quæ præsupponunt, eos fuisse absolutos dominos in temporalibus,vt ex eorũ lectura patet: & multum operantur in probanda iurisdictione, vt tradit Abb.in c.cum nobis.colum.2.vers.Io. Andr.soluit,de præscrip.& in c.si diligenti.colum.3.num.9.eod.tit.& Bald.in prin. Codicis
14 colum.4. Octauò † extant quamplures gratiæ, seu liberationes à delictis factæ per ipsos Episcopos aliquãdo in particularibus casibus, aliquando

quando generaliter; & talis actus propriè pertinet ad Principes, vt tradit Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. Nonò extant quamplures actus continentes concessam licentiam forensibus acquirendi bona immobilia, qui actus vtrum pertineat ad Principes, nec ne, non expedit referre. Decimò † extat instrumentũ separationis factæ per ipsos Episcopos de nõnullis locis ab insula Ripariæ, & adiectis ad iurisdictionem Gaudiani, qui actus propriè pertinet ad Principes. Bal. in l. data opera. col. 10. C. qui accu. nõ pos. Sũt & alij quamplures actus similes, quos videtur esse superfluum vlterius referre, postquam extant eius productiones; & quid singulis ipsi actus operẽtur, patet ex his, quæ latè tradit Soci. in d. consil. 187. in 2. volum. & non est dubiũ, quin † per instrumenta, & alias scripturas possint probari tales actus possessorij in materia iurisdictionis, vt per Abba. in dict. c. cùm nobis. colum. 2. de præscrip. quia hoc lõgè differt ab eo, quòd alibi dicitur, traditionem possessionis nõ posse probari per instrumentum. l. prædia. ff. de acquir. posse. nam possunt per instrumenta probari actus possessorij, vt passim dicimus, per instrumenta locationũ probari possessionem: deinde † in factis antiquis est sine dubio, probari possessionem per instrumentum, vt per Deci. cons. 36. colum. 4. versi. & quòd ex instrumento. etiam in præiudicium tertij, vt in terminis similibus tradit Afflic. decis. 324. Agitur. colum. 3. nu. 13. & 14. quinimò † ex sola detentatione, quæ est facti, censetur probari possessio, quæ est iuris, vt per Deci. cõsil. 56 colum. 1. in fi. & qui semel probatur possedisse, præsumitur adhuc de præsenti possidere, vulgata. l. siue possidetis. C. de proba. quãuis in præsenti casu necessaria non sit talis præsumptio, cùm probata sit possessio per singula tempora vsque ad diem præsentem, vt dictum est: sicut etiam non est necessarium disputare, vtrũ probato vno actu possessorio iurisdictionis, censeatur acquisita possessio iurisdictionis; quia, vt patet ex ipsis productionibus, facta est probatio ferè omnium illorũ actuum, qui possunt in tali proposito desiderari. Sed præter hoc, esset clarum in casu nostro, quòd † ex vnico actu censetur acquisita possessio totius iurisdictionis, cùm non constet ex aduerso, Duces Mediolani, vel quamlibet aliam personam possedisse hæc loca, vt infra dicetur, secundum Innoc. in dict. c. dilectus. de capel. Monacho. & melius per Anchara. in d. c. sine possessione. columna 20. & 22. de regu. iur. in 6. & per Bald. in d. l. 2. colum. 9. num. 54. & 55. C. de seruitu. & per prac. Papien. in d. for. libel. in ac. cõfessoria, in verbo; Plenam & omnimodam. colum. 3. & Abba. cons. 71. colum. 2. in 2. vbi ait tunc maximè sufficere vnum actum, qui sit vniuersalis, & denotet animum facientis esse, vt vniuersaliter velit possidere. & Bald. in d. l. data opera. colum. 9. C. qui accu. non pos. & Felin. in d. c. auditis. numer. 19. de præscrip. Deci. cons. 271. col. 2.

Tertium præsuppositum sit, quòd hactenus per Cæsa. fiscum probatum non fuit, quòd vel Duces Mediolani, vel quisquam alius præter ipsos Episcopos possederit vnquam hæc loca, vel aliquem actum iurisdictionis exercuerit, qui de iure censeri possit cõtulisse eis aliquam possessionem iurisdictionis, quæ sit iuridica. nam fiscus duntaxat produxit processus quosdam, quorum antiquior non excedit tempus annorum vigintiquinque. Et, vt aliàs scripsi, retorquentur huiusmodi processus contra ipsum fiscum; quia priusquàm perficerentur, adhibita semper fuit autoritas Episcoporum. deinde † stãte possessione ipsorum Episcoporum adeo concludenter probata, & per annos, 500. non esset habenda ratio alicuius possessionis iunioris; quia præsumeretur violenta, vel clandestina. Bart. in l. si duo. col. 2. in fi. ff. vti posside. Alex. cons. 88. col. 2. in fi. in 5. vol. & passim habetur.

Et stantibus his tribus præsuppositis, distinguẽdum videtur totum hoc negocium subiectionis in duo capita principalia, quorum primum respicit Duces, seu Ducatum Mediolani; secũdum verò respicit imperium, seu superioritatem Imperatoris.

Et sub primo capite constitui possunt infrascripta fundamenta pro ipsis hominibus. Primum, quòd stantibus tot instrumentis, & alijs scripturis authenticis, & antiquissimis, & concludenter probantibus, quòd Episcopi Nouarienses hactenus habuerũt quasi possessionem iurisdictionis absolutè in hæc loca, & quòd se gesserunt semper tanquam domini, & Principes omnium istorum locorum distinctè, scilicet Gaudiani, & Ripariæ, & Orthæ; & per quas scripturas constat, quòd & nominatione, & effectibus habebantur ipsi Episcopi pro talibus, id est, pro Dominis, ac Principibus spiritualiter, ac temporaliter, & pariter ipsi subditi, & nomine, & effectibus habebantur pro talibus, vt deductum fuit in secundo præsuppositio; sequitur, quòd, etiam si nõ extaret aliqua concessio, vel non extaret aliqua præscriptio; censetur tamen de iure probatum, q̃ sunt veri domini spiritualiter, ac temporaliter istorum locorũ: quia † in antiquis dominiũ solet probari pro famam: quæ fama non solùm potest probari per testes, sed potest lõge melius probari per multa instrumenta, vel scripturas authenticas, quæ censentur facere communem

opinio-

opinionem, vt deducit Bald. in l. cùm aliquis. colum. 1. in fi. & ibi etiam Salicet. & clarius per Alexan. colum. 2. & per Iaſ. colum. 2. & 3. C. de iure delibe. Deci. conſ. 428. & vt ait gloſſ. in c.
22 Tertio loco, de proba. † in antiquis ſtãdum eſt magis inſtrumentis, quàm teſtibus, & id maximè procedit in probatione territorij, vt p Deci. conſ. 42. colum. 5. verſic. aggredior. & in ter-
23 minis † quòd per ſcripturas antiquas probetur dominium iuriſdictionis, latè tradit Soci. in d. conſil. 187. in 2. volum. colum. 1. 2. & 3. & Alex. conſ. 24. Ponderatis. colum. penul. numer. 21. & 22. in 5. volum. Afflict. deciſ. 324. col. 2. num. 6. & plenè etiam Areti. conſ. 42. Viſo conſi. & Soci. conſ. 86. in cauſa Communitatis. 1. volu. quod eſt repetitum conſ. 166. 2. volum. Curt. Sen. conſ. 76. Super motiuis. col. 3. Pariſ. conſi. 27. colum. 4. nume. 18. in 1. volum. quorum dicta præcisè applicantur ad caſum noſtrum, ſi videantur, & id etiam voluit Bald. in l. conuenticulam. colum. penult. verſ. ex his etiam infero. C. de Epiſco. & cler. vbi ait, quòd licet Eccleſia Romana non habeat inſtrumenta de ciuitatibus, & territorijs ſuis, quæ poſſidet temporaliter; ſufficit tamen fama, & generalis opinio. & iam dixerat ipſe Bald. in d. l. cùm aliquis. quòd
24 eiuſmodi † fama, ac generalis, atque communis opinio probatur per ſcripturas antiquas. & id etiam præſupponit Bald. in c. 1. §. ſi Vaſallus. colum. fi. ſi de feud. defunct. & idem vult Alex. conſ. 4. colum. 5. in 2. volum. Deci. conſil. 146.
25 colum. 5. verſ. tertiò benè facit. & † dicitur antiquum abſque illo dubio illud, quod eſt centum annorum, vt cõcludit Alexan. in d. l. cùm aliquis. colum. 2. & Iaſ. col. fin. quamuis multi ſint, qui dixerint, ſufficere minus tempus vt ibi
26 per eos. & quòd † ſcripturæ antiquæ probent dominiũ iuriſdictionis, traditur, quamuis ad aliud propoſitum, in c. cùm cauſam. vbi glo. & Doctor. de proba. etiam ſi ſint ſcripturæ factæ propter aliud, vt per gl. 1. in c. cùm olim. de cenſibus, & ad hoc etiam tendunt ea, quæ tradunt
27 † Doct. in d. l. 1. ff. ſi cer. peta. dum volũt, quòd ius patronatus, confinia. dedicationes Eccleſiarum, & cæteri ſimiles actus probentur in re antiqua per quæcunque adminicula, veluti per tabulas marmoreas, vt poſt alios tradit D. Alciat. ibi, in verbo, Celſus ait. vt iam dixerat gl. in d. c. cùm cauſam. quinimò vult Barto. in d. l. 1. colum. 6. quòd qualiſcunque actus ſit, ſi tractetur de negocio antiquo, poſſit probari per quaſcunq; ſcripturas antiquas, ſcilicet quæ in ſe habeantur pro veris: ſaltem ex opinione hominum, vt ſunt libri hiſtoriarum, & quæcunq;
28 alia ſcriptura ſimplex. & † vt ait Curt. Sen. in d. conſ. 76. colum. 5. poſt Bald. in authen. quas actiones. colum. fin. C. de ſacroſan. Eccle. In his omnibus, quæ vel propter antiquitatem temporis, vel propter aliam rationem difficile eſt rem claram, ac liquidam habere; debet Iudex eas probationes admittere, quæ eum in vehementem opinionem trahunt; & id alijs verbis tradit Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor. col. 3. nu. 23. & 24. & 25. ff. de eden.

Secundum fundamentum ſæpe deductum fuit in præſenti cauſa ex conceſſionibus Cæſarum; de quibus tamen hic nihil attinet tractare, vtrum per eas abdicauerint Imperatores ſibi ſupremam iuriſdictionem à ſe, ſeu ſuperioritatẽ, quia id tractabitur in ſequenti capite principali: ſed id tantum dicam, quòd non amplius in diſputationem videtur reuocandum eſſe, vtrum ex illis conceſſionibus cenſeantur † hæc
29 loca fuiſſe data in feudum; quia clariſſimũ eſt, quòd non fuit feudum, ſed donatio, vt patet ex illis verbis primi priuilegij, ſcilicet, ſintque deinceps in iure ipſius Eccleſiæ. & ex illis, iuri & poteſtati Eccleſiæ ſubdidiſſe. quæ ferè omnia verba fuerunt repetita in cæteris conceſſionibus; quinimò in alijs fuit ſæpe poſitum vocabulum, donamus. & vocabulũ, largimur. quo caſu &c. vt per Ange. conſ. 242. Super puncto. in fin. & latè per Deci. conſ. 32. Vt aliàs plenius
30 ſcriptum fuit. & † cùm non fuerit expreſsè reſeruatum dominium directum, *non fuit feudum*, vt per Oldrad. conſ. 159. Deci. conſ. 498. colum. 2. nume. 11. Neq; pariter videretur amplius eſſe facienda difficultas, quòd in ipſis conceſſionibus Cæſarum non explicentur omnia hæc loca, quę nunc per Epiſcopos poſſidentur; quia, vt & aliàs dixi, conſtat ex verbis ipſorum priuilegiorum, quòd Eccleſia Nouarienſis habebat quamplura caſtra, poſſeſſiones, & agros in ea regione, vt patet ex verbis primi priuilegij, nec quiſquam noſtri Imperij in Eccleſias, caſtra, vel loca, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas, &c. & in ſecũdo priuilegio, id eſt, Henrici, 1015. poſt conceſſionem aliquorum locorum dicitur, cui ex omni parte res ipſius Eccleſiæ cohærent &c. & pariter in tertio priuilegio conceduntur bona quorundam particularium ſub generali quodam modo, *videlicet*, quicquid habebant circa lacum ſancti Iulij in circuitu: quæ generalitas cùm ſolcat facere obſcuritatem, gloſ. in l. ita fidei. ff. de iure fiſci,
31 debet aliquo modo declarari: & † diſpoſitionis ambiguę nulla ſolet eſſe melior declaratio, quàm ea, quæ ſumitur ex facto poſtea ſubſecuto. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Bar. conſi. 59. colum. 2. latè Soci. conſ. 145. in 1. volum. ideoque cùm Eccleſia poſſederit iam longiſſimo tempore ea omnia loca, quæ nũc poſſidet; credendum eſt, præſertim in facto antiquo, *q* ea poſſederit; quia comprehendebantur *in dictis*

eis concessionibus, præsertim cum hîc cõcurrant duæ præsumptiones iuris, prima, ꝙ † quilibet præsumitur possidere ex titulo præceden
32 te. l. 2. vbi Bartol. C. de acqui. poss. alia, quòd in dubio præsumitur quilibet possidere potius ex causa licita, quàm ex causa illicita. Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nuncia. Quòd si hæc non sufficiant, deducenda est hîc decisio Bal. in c. auditis. col. 1. in fi. vers. in text. ibi si per illa, extra de præscrip. vbi per illũ text.
33 notat † Bal. quòd priuilegium Papæ declaratur per priuilegia Regum, & deinde infert Bal. generaliter, quòd vnum priuilegium declaratur per aliud; & quòd ex coniunctione duarũ scripturarũ fit plena, & liquida probatio: & quòd priuilegium originale declarat illud, quod est eius cõfirmatorium. vt ibi per eum. vndè, cum in casu nostro supradictæ concessiones Cæsarũ confirmatæ fuerint per Henricum Imperatorem, anno 1311. & latius fuerint omnes comprobatæ per Vinceslaũ. 1395. & in prima con-
34 cessione, scilicet Othonis, data fuisset † iurisdictio Episcopis, etiam pro castris, & locis in futurum acquirendis; & eodem modo etiã pro acquirendis confirmata per quartum priuilegium, quod fuit Federici; quod potuit de iure fieri. l. si seruitus. §. futuro. vbi Bart. ff. de seruitu. vrba. præd. & constet, ꝙ tempore eiusmodi confirmationum, Episcopi Nouariẽses possidebant hæc omnia loca, quæ nũc possident, sci licet Gaudiani, & Riparię, & Orthę, vt patet ex scripturis, de quibus facta est mentio in secundo præsupposito, præsertim ex illa sententia lata anno. 1209. & ex alia scriptura continente multas appellationes, anno. 1311. & ex publicatione statutorũ, & decretorum facta, an. 1343. & 1346. 1353. 1356. 1357. 59. 64. 1380. 1382. 1384. 1404. &c. & ex consilio Signoroli, qui viuebat anno. 1350. & ex alijs quãpluribus scripturis in causa productis: videtur, quòd, si omnia hæc simul iungantur, fieri possit conclusio, quòd per duos prædictos Imperatores cõfirmata fuerit; &, quatenus esset necessarium, fuerit de nouo data iurisdictio pro omnibus istis locis: quia, si confirmauerunt præcedentes concessiones, quarum aliquæ continebant generalitatẽ loco
35 rum, vt supradictum est, & prima erat etiã pro acquirendis; censentur † interpretatione iuris etiam confirmasse, seu dedisse iurisdictionem pro his omnibus locis, quæ tunc erant acquisita; quamuis ipsi Imperatores id ignorarent. l. si iam facta. ff. de condi. & demon. vbi Soci. adducit quamplura similia, & habetur etiam in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. & multa per Alex. in l. cùm stipulamur. col. 2. ff. de verb. obli. & Feli. in c. ad hęc. col. 2. de rescrip. Et clariori adhuc modo procedat hæc conclusio, si cũ prædictis iungantur declarationes factæ per Duces Mediolani in quibusdam conuentionibus, de quibus dicetur in sequenti fundamento. nã, cùm ipsi Duces dixerint expresse, ea loca esse Episcoporum spiritualiter, & temporaliter, & prima huiusmodi declaratio Ducũ fuerit nõ multis annis distans à prædicta cõfirmatione Vinceslai, nã capitula Ducis Philippi fuerunt anno. 1429. videmur propriè esse in casu, de quo loquitur tex. in d. c. auditis. vers. quo cit ca. nam ibi dubitabatur, nũquid sub priuilegio Celestini Papæ comprehenderentur quædam loca, de quibus erat lis; ideò mandat ibi Innocentius Põtifex, debere inspici alia priuilegia, quæ postea fuerant cõcessa per Reges; ita, quòd
36 † vnum priuilegium declarat aliud, vt ibi deducit glo. in verbo, Si per illa.

Tertium fundamentum erit ex conuentionibus factis inter Duces Mediola. anno. 1429. 1450. 1495. & successiuè p Reges, & alios Principes Mediolani, in quibus expresse semper asseruerũt ipsi Duces, quòd hæc loca & spiritualiter, & temporaliter erant Episcoporum, & Ecclesiæ Nouariensis: & cum ipsis hominibus tanquã cum forensibus respectu Ducatus Mediolani fecerunt capitula, & eis concesserunt quædam tanquam forensibus, vt aliàs diffusè scriptum fuit; Et nunc potest superaddi, quòd,
37 cùm ipsi Duces † haberẽt potestatem alienandi à se ea loca, si fuissent sua, quia nõ fuisset alienatio continens magnam diminutionem, iuxta tradita, per Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. cum sint loca sterilia, & nullius emolumenti, & tanto magis, cùm iam liquido constaret, multa ex ipsis castris fuisse prius concessa per Cæsares; sequitur, quòd ex
38 ipso † actu, quo confessi sunt, ea loca esse spiritualiter, & temporaliter Ecclesię Nouariensis, censerentur ea concessisse, & donasse talia loca ipsi Ecclesię, vt in terminis tradit Soci. in d. cõsil. 187. col. 3. vers. confirmantur præmissa. in 2. vol. & Areti. in d. cõs. 42. in prin. & idem Soci. in d. cons. 86. in prin. in 1. vol. & id satis probat tex. in l. 1. §. similique modo. C. de lati. liberta. tollen. & in §. fin. Institu. de adop. & ait Innoc. in c. cùm ab Ecclesiarum. col. 2. vers. item hoc
39 ipso, de offi. ordina. † quòd cùm Princeps nominat ciuitatem, quæ non est, vel nominat aliquem sub titulo dignitatis, quam non habet; censetur velle, quòd tales fiant, & censetur eis conferre ius; & sequitur ibi Io. And. col. 3. vers. Princeps autẽ. & clarius tradit Ancha. in c. statutum. §. nec audiatur. col. 2. vers. sed quid dices. de rescrip. in 6. Et quamuis Inno. requirat,
40 quòd Princeps † ex certa scientia id dicat, vel faciat; talis tamen scientia censetur ipso iure probata ex sola verisimilitudine, vt est in præ-

senti casu, secundum Bar. in l. 2. C. si seruus vel liber ad decurio. lib. 10. quinimò talis certa scientia præsumitur in Principe, cum sit de negocio ad eum pertinente, vt tradit Ang. Areti. in d. §. fin. Institu. de adop. in fin.

Quartum fundamentũ erit ex præscriptione, considerando eam varijs modis. Et primo, quatenus procedit ex quasi possessione longissimi temporis, & ex bona fide, dato, quòd nullus interueniat titulus. nam expeditum est, † ꝙ & iurisdictio, & imperium vel mixtum, vel merum, possunt per prẽscriptionem acquiri, vt latè tradit Alberi. in l. fin. colum. 2. 3. 4. 6. & 7. C. de iurisdict. om. iud. maximè per tex. in l. viros. C. de diuer. offi. & appari. lib. 12. & latè Ias. in l. Imperium. columna, 7. & 8. nume. 20. ff. de iurisdict. om. iud. Et pariter videtur expeditum, † quòd in prẽscriptione iurium incorporalium non requiritur titulus. l. siquis diuturno. ff. si seruit. vendi. tradit Bar. in l. seruitutes. la. 2. colum. 2. ff. de seruitu. Abb. in c. de quarta. nu. 25. de præscrip. Et quamuis videatur necessarius titulus in præscriptione iurium incorporaliũ, quæ concernunt personas, vt est iurisdictio, secundum Pau. de Cast. in d. l. seruitutes. in fin. id tamen non est necessarium, si agatur de præscriptione longissimi temporis, vt ibi fatetur Pau. de Cast. & tradit Ant. de Butri. in cap. si diligenti. colum. penul. de præscrip. Et quamuis Abb. in d. c. de quarta. colum. fin. numer. 28. dixerit, quòd debet saltem allegari ipse titulus, quamuis non probetur; id tamẽ videtur modici momenti, & communiter etiam reprehenditur, vt tradit practi. Papien. in forma libel. in consesso. in verbo, Seruit. col. 5. nu. 21. Et quòd † nõ sit necessarius titulus in præscriptione iurisdictionis, dummodò lapsum sit tempus, de cuius initio &c. vel saltem tempus centũ annorum; tradit Bald. in d. c. si diligenti. col. 2. vers. quæro in præscriptione iuriũ. Propterea, cùm tempus centum annorum censeatur longissimum tempus, vt per Ias. post alios, in l. cũ aliquis. colum. fi. C. de iure delibe. & in casu nostro constet de quasi possessione huius iurisdictionis, non solùm per annos centum, sed per ducentum, & tercentũ, vt patet ex deductis in secundo præsuppositio, etiam si loquamur respectu omnium ipsorum locorum, qui nũc possidentur, id est, Gaudiani, & Ripariæ, nam & sententia illa, quæ lata fuit anno. 1209. & publicatio decretorum & statutorum, & illi actus appellationum excedunt annos ducentum. †

† Videtur hic deesse conclusio.

Neque hic † potest facere difficultatem tex. in c. 1. de præscri. in 6. quia præter alias responsiones, de quibus infra dicetur; videtur illa esse in expedito, quòd hic non sumus in casu illius tex. quia hic non est dicendum, quòd tractetur de præscriptione rei, quę sit in territorio Ducũ Mediolani, vel quæ habeat præsumptionem iuris contra se. nam maximè ad hoc est aduertendum, quòd non cõstat, hæc loca fuisse vnquam de Ducatu Mediolani, vt dictum est in tertio præsuppositio; quinimò, probatum est contrarium ex eo, quòd hæc loca longè prius possidebantur per Episcopos, quã esset erectus † Ducatus Mediolani: quinimò ipsemet Vincesslaus, qui Ducatum ipsum constituit, & erexit anno. 1396. confirmauerat prius hæc priuilegia Episcoporum anno immediatè præcedente; adeò, quòd, quamuis † sub inuestitura Ducatus Mediolani facta fuerit mentio de ciuitate, & Comitatu Nouarien. nõ tamen ea mentio censetur comprehendere hæc loca prius alienata. c. 1. in prin. de capita. qui curiam vend. præsertim cùm iam possiderentur per Ecclesiã. c. dudum. de priuileg. & in terminis quòd inuestitura facta de ipso Ducatu Mediolani per Vincesslaum non comprehendat castra, & loca prius alienata, seu separata ab ipsis ciuitatibus, tradit Decius. consil. 468. numer. 18. & 19. Neque in † Duces censetur Imperator transtulisse illud suprem ũ ius; quia illud non potest ab Imperatore separari, nisi fortè in Ecclesiam transferatur, vt aliàs scripsi; & cõtrarium patet ex eo, quòd Duces recognoscunt imperium. Quòd autẽ † sufficiat tempus centum annorum, vltra Bald. in d. c. si diligenti. tradit ibi Abb. colum. 2. in fin. nu. 9. vbi etiam ait, quòd eo spatio centum annorũ possunt præscribi ciuitates, & castra contra Ecclesiam Romanam; & in effectu id probat text. ille in fin. qui æquiparat duos istos casus, præscriptionem cum titulo, & prẽscriptionem centum annorum: & est vulgare dictum omnium Doct. quòd † prohibita præscriptio cõtra ne, non censetur prohibita præscriptio cẽtum annorum. Alexan. cons. 60. in fin. in 1. vol. post glo. in authen. vt de cætero commuta. Eccl. in verbo, præscriptionẽ. Ripa in l. quominus. nu. 100. ff. de flumi. & Alex. in d. cons. 24. colum. 5. vers. quinimò etiam sufficeret. in 5. vol. vbi loquitur in terminis præscribẽdæ iurisdictionis, etiam cõtra Principes: quinimò tempus centum annorũ videtur in hoc proposito præscriptionis ęquiparari tempori, de cuius initio &c. vt tradit Afflict. decis. 324. agitur causa. colum. 2. nume. 6. vbi etiam ait, quòd tali casu non est necessarium allegare titulum, etiam dato fortius, quòd possessioni resisteret ius commune, ita quòd non habet locum tex. in d. c. 1. de præscrip. in 6. & id iam dixerat Bal. in dict. c. si diligenti. col. fi. & idem Afflic. decis. 254. fæpe fuit. col. 2. Paris. cons. 27. col. 4. num. 23. & num. 86. 1. vol. quamuis hoc nõ videatur esse necessariũ in casu nostro, quia, vt dictum est, non agitur hic de

hic de præscriptione rei, quæ fuerit vnquã sub Ducatu Mediolani: adeò, quòd necessarium non videtur esse probare, quòd in contrarium non extet memoria; quæ probatio esset facienda per testes, secundum Io. And. & alios in d.c. 51 1. Et † præter duas prædictas responsiones ad d. text. in c. 1. dari potest tertia, videlicet dato, q̃ præscribens haberet præscriptionem cõtra se; non tamen requiritur titulus, vel tempus, de cuius initio &c. sed sufficit commune tempus, quod solet requiri ad præscriptionẽ corporalium; quia hic interuenit scientia ipsorum Ducum, contra quos procedebat præscriptio, iuxta assertionem fisci, secundum Feli. in d.c. si diligentia. nu. 7. vers. secunda restrictio. & Deci. cons. 134. in fi. eorum autem scientia præsumitur ex vicinitate locorũ, c. quosdam. & c. quãto. de præsump. vt in terminis de præscriptione contra Principem dicit Alex. in d. cons. 24. nu. 17. colum. 5. vers. præterea præsupponitur. in 5. & tãto magis stante cursu longi temporis, vt per Salic. in l. autoritatem. versic. quæro de quæstione facti. C. vnde vi. Calderi. cõs. 15. colum. 1. vers. ex quo sequitur. sub tit. de præben. Deci. cons. 185. colum. penul. & fi. vers. nec obstat quòd hoc fecerit ignoranter. & de eorum scientia patet ex prædictis conuentionibus. Et dato, quòd aliquando Ducatus Mediolani fuerit apud Reges, & aliquando apud Cęsares; sufficit tamen scientia præsumpta suorum locum tenentium, secundum Bart. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publica. Bald. cons. 145. Præsupposito quodam capitulo. ante finem. versi. & præsertim quia ipse fiscus. in 2. volum. & cons. 340. Si pater. colum. 2. in 5. vol. & Pau. de Cast. consil. 256. Videtur manifestè. col. 1. circa medium in 2. volum. in nouissimis, & consil. 203. Viso quodam saluo conducto. colum. 2. vers. ad secundum respondetur. in 1. volum. Areti. in d. cons. 42. colum. 2. versicu. vnde si tenemus. & 52 cons. 153. Consultatio. colum. 1. vers. quòd autem homines. Potest etiam † & quarta responsio assignari ad tex. in d. cap. 1. de præscrip. in 6. quòd non procedit, quando est leuis præsumptio pro illo, contra quem præscribitur, & est fortior præsumptio pro illo, qui præscribit, vt tradit Abb. in d.c. si diligẽti. nu. 20. & ibi Felin. num. 8. & nu. 9. vers. quarta restrictio. & vers. quinta restrictio. & id etiam dixerat in 3. colũ. Et in casu nostro quicquid potest fiscus in hoc proposito dicere, illud est, quòd Duces Mediolani habent præsumptionem pro se ex generali cõcessione ciuitatis, & territorij Nouarien sis: sed Episcopi Nouarienses habent fortiorem præsumptionem, & probationem pro se; quia possidebant ista loca, antequàm esset constitutus Ducatus Mediolani, & eo etiã tempore, quo fuit constitutus, & postea; ideò prædicta limitatio hic conuenit: & hic verificatur 53 propriè id, quod ait Feli. vbi supra, quòd † text. in d. cap. 1. non procedit, quando præsumptio contra præscribentem non est certa duobus modis copulatiuè, videlicet in genere, & in specie, vt etiam dixerat Abb. vbi supra, & sequitur Deci. cons. 134. colum. penult. & fin. & Balb. in tracta. de præscrip. in secunda par. tertiæ partis princip. q. 6. colum. fin. Quinta etiam dari po- 54 test responsio, quòd text. in dict. c. 1. † non procedit, quando præsumptio iuris est quidẽ contra præscribentem, sed non fundat intentionem aduersarij, secundum Anto. de Butr. in d. c. peruenit. nu. 14. & nu. 15. de censib. vbi idem concludit primum in decimis, postea in iurisdictione. & idem Butr. in d.c. si diligenti. colũ. penul. vers. in quantum dixi. & id prius dixerat Ioan. Andr. seu gloss. in d. cap. 1. in verbo, Titulum. vers. conclude ergo. & ibi Perusi. colum. 2. nume. 7. fatetur esse de mente omnium Doctorum, & Balb. vbi supra, in secunda parte. tertiæ par. in sexta. q. num. 13. quod etiam videtur applicari ad præsentem casum: quia dato, sine veritatis præiudicio, quòd præsumptio iuris esset contra Episcopos, dum asserebant, se ex præscriptione acquirere iurisdictionem absolutam contra quemlibet Principem, omissa scilicet superioritate imperij, de qua infra dicetur; id tamen nihil videtur facere pro Ducibus Mediolani; quia neque verè, neque præsumptiuè potest fiscus probare, quòd hæc loca fuerint vnquàm per eos possessa, vt dictum fuit: & aliæ etiam inferius assignabuntur responsiones ad dictum tex. in capitulo. 1.

55 De bona fide † autem non expedit hic laborare, quia præterquã quòd illa regulariter præsumitur, adeò, quòd non est opus eam allegare, vt post Abba. tradit Feli. in cap. fi. colum. 5. nu. 8. de præscrip. etiam in incorporalibus. vt per. Felin. in d.c. si diligenti. colum. 3. vers. dum subdit Abb. quando in iuribus; id tantò magis procedit in antiquis, vt per Alexan. in d. consil. 24. colum. penult. numer. 18. vers. & ex diuturnitate tanti temporis. in 5. volum. qui vt supra dictum est, loquitur de præscriptione iurisdictionis absolutè, etiam cõtra Principes, & Paris. in d. cons. 27. numer. 118. in 1. volum. adeò, quòd periculosa opinio videtur illorum, qui dixerunt, non præsumi bonam fidem in casu dict. c. 1. vt ibi videtur voluisse Perusi. quiã Alexand. & Paris. qui loquuntur in illis terminis, volunt contrariũ, & adducunt alios quamplures. Sed cessat ea controuersia in casu nostro, tum quia non sumus in casu dict. c. 1. vt supra dictum est, tum quia vidẽtur omnes Doct. in- 56 distinctè fateri, † quòd præsumatur bona fides

apud omnes personas præscribentes eandem rem successiuè, excepta prima illa persona, quę incœpit præscribere, vt tradit Geminia. in d. c. 1. col. fi. & Perusin. col. 3. nu. 8. & practi. Papien. in for. libel. in confesso. in glos. seruitus. col. 6. nu. 23. Et tanto magis, si is, qui asserit se præscripsisse, nõ sit actor, sed reus, vt dicunt Geminia. & Perusi. vbi supra. Et ex eo etiam præsumitur bona fides in prę scriptione iurisdictionis, quãdo processit, sciẽte verè, vel præsumptiuè illo, cõtra quem est præscriptum, vt per Papien. vbi supra; & in effectu quælibet minima præsumptio sufficit, vt ait Geminia. in d. c. 1. nu. 10. & in casu nostro sunt infinitæ præsumptiones bonæ fidei, præsertim quoad illos Episcopos, qui possederunt à tercentũ annis citrà, id est, à tempore illius sententiæ latæ, anno. 1209. & à tempore decretorum, & statutorum, vt ait Alex. in d. cons. 24. colum. penul. nume. 18. vers. & corroboratur dicta præsumptio bonæ fidei ex sententia. in 5. vol.

Quintum fundamentum potest esse ex prę scriptione cum titulo deducto ex supradictis concessionibus Cæsarum: cui titulo illud potissimum videtur posse opponi, quòd nõ comprehendit hæc omnia loca, quæ nunc possidentur: & ad hoc plenè fuit respõsum supra in tertio fundamento, quòd interpretatione iuris censentur comprehẽdi, præsertim cùm aliquæ ex ipsis concessionibus dederint iurisdictionem, etiam pro rebus, & locis in futurum acquirendis. d. l. si seruitus. §. futuro. vbi Bart. ff. de seruitu. vrba. præd. sed dato in omnem euentum, quòd titulus iste nõ prodesset quò ad ipsa omnia loca, in vim veri tituli; debet tamẽ prodesse tanquàm putatiuus, qui debeat sufficere ad præscriptionem, cùm vulgare sit, quòd tituslus† putatiuus, etiam dubius de iure, sufficit ad præscriptionem, vt tradit Abb. in d. c. auditis. col. 3. nu. 8. de præscrip. & tanto magis in præscriptionem longissimi temporis, vt per Felin. in d. c. de quarta. nu. 27. 34. & 35. & quòd quilibet titulus putatiuus, etiam per errorem iniustum, sufficiat in præscriptione iuriũ incorporaliũ, tradit Balbus, in repeti. l. Celsus. nu. 12. ff. de vsucap. quæ posita est post supradictum eius tractatum de præscrip. & † stante titulo, videretur sufficere tempus quadraginta annorum secundum Alberi. in d. l. fi. col. 2. & col. 5. in fin. paulò ante nu. 12. C. de iurisd. om. iud. & Balb. in d. tracta. in secunda par. tertiæ part. princ. in sexta q. nu. 11. ergo multo facilius debet in casu nostro procedere præscriptio cũ spatio annorum quinquecentum, vel saltem annorũ tercentum: à quo tempore clarè constat Episcopos possidere hæc loca, & eo tempore, quo ea possidebant, constat eos obtinuisse confirmationem ab Henrico Imperatore, deinde à Vinceslao, vt supradictum fuit.

Sextum fundamentum erit ex præscriptione cũ titulo, deducendo eum ex omnibus ipsis scripturis simul iunctis, de quib. facta fuit mentio supra in secundo præsupposito. nam faciũt † credulitatem probabilem, quæ habet vim tituli, vt in terminis dicit Areti. in d. cons. 42. in fin. & maximè illa sententia lata. 1209. & publicationes decretorum, ac statutorum, vt per Alexand. in d. cons. 24. colum. pen. nu. 19. 20. & 21. & non est nouum, quòd præscriptio † vnius rei procedat ex multis titulis, & causis, vt tradunt Doctor. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acqui. posse. Baldus vbi supra, in 12. q. tertiæ partis, & patet ex Alexan. vbi supra. & hoc fundamentũ multò magis procedit, si superaddantur conuentiones factæ cum Ducibus. nam, si habent vim veri tituli, vt dictum fuit in tertio fundamento, multo magis possunt habere vim tituli putatiui, qui sufficiat ad præscriptionem, per ea, quæ dicta fuerunt in quinto fundamento. & fortius dicunt Doct. † quòd titulus, qui potest de iure inualidari, præstat cáusam præscribendi. Felin. in d. c. de quarta. numer. 35. versic. limita quartò. & Balbus vbi supra, in 12. q. tertiæ partis.

Et ex duobus his fundamentis, quinto & sexto habetur alia responsio ad rex. in d. c. 1. de præscrip. in 6. videlicèt, dato, quòd hic fuisset præsumptio contra præscribentem, quia loca hæc fuerint aliquando sub Ducatu Mediolani; potuit tamen præscriptio procedere, quia processit cum titulo: sicut etiam confirmatur, id quod supradictum est, hic præsumi bonam fidẽm. nam, † stante aliquo titulo, censetur ipso iure probatũ, vt ait Alex. in d. cons. 24. col. pen. in 5. Deci. cons. 266. col. fi. quinimò ait Bald. in l. 1. in fi. C. vbi cau. sta. quòd † bona fides potest etiã procedere ex iniustis, & temerarijs rationibus. & Deci. cons. 272. col. pen.

Non obstant modò ea, quæ ex aduerso fuerunt deducta in motiuis, ea scilicet, quæ ad hoc primum caput pertinent, id est, Nunquid pena iurisdictio istorum locorum pertineat ad Episcopos, omisso scilicet interim articulo de suprema potestate imperij, de quo infra dicetur. Et ad singula respondendo, dum primò dicitur, quòd primũ priuilegium Othonis nihil facit, quia non habetur ibi mentio de Ortha; respondetur, quòd plurimũ facit duplici respectu. Primò, quia præsupponit, q̃ Ecclesia Nouariensis haberet castra, & loca, & agros sub ditione Cæsaris; & eis contulit Imperator iurisdictionem, & eiusmodi generalitas fuit postea declarata ex actibus subsequentibus, vt supra dictum fuit in secundo fundamẽto. Item quia etiam

etiam pro acquirendis eam contulit, quod fieri potuit, vt supradictum est. Et dum postea in contrarium obijcitur. Quòd fuit concessio in feudum &c. hoc repugnat verbis ipsius priuilegij, ibi: ut & potestati Ecclesiæ subdidisse: & in du
64 bio † etiam præsumitur potius donatio, quàm feudum, vt per Ange. cōsil. 142. Super puncto. in fin. præsertim cùm fit concessio per Principem, vt tradit Deci. consi. 32. colum. 2. Et dum obijcitur, non fuisse datam iurisdictionem; id etiam repugnat verbis ipsius priuilegij; quia, dum alijs personis denegat, & Episcopis concedit facultatem ad placita tenenda; censetur contulisse iurisdictionem. vt est tex. in capitulo, ad audientiam. in verbo, placita. & ibi glos. de præscrip. & id clarius patet ex illis verbis, & quicquid contentionis inter eos emerserit, diffiniant. & ex illis verbis, homines ipsius Ecclesiæ distringendos. &c.

Et dum fit difficultas in secundo priuilegio, quòd ex eius verbis non videatur concessum
65 † imperium, quia continet duntaxat concessionem particularium locorum, videlicet tres mansos in Ortha &c. vt per Innoc. in c. ex literis. de iure patro. & per Bal. in l. à procuratore. C. manda. respondetur, quòd prius fit ibi narratio, & confirmatio supradictæ primæ cōcessionis factæ per Othonem, quæ continebat ciuitatem ipsam Nouariæ, & partem territorij & alia loca, & plenam iurisdictionem, vt supradi-
66 ctum est; propterea alia loca † etiam particularia, de quibus habetur mentio in secundo priuilegio, etiam si simpliciter fuissent concessa cum iurisdictione ad similitudinem aliorum prius concessorum, vt tradit Iaf. in l. 1. colum. 7. nu. 15. ff. de iurisdi. om. iud. latè Boerius decis. 50. num. 18. & 19. Præterea in ipso secundo priuilegio conceditur quædam terra de Curte regni; & dicitur, quòd ex omni parte cohærebantres Ecclesiæ Nouarienſis; & conceditur etiam alueus Ticini; & conceduntur molendina, & piscationes, & aurificia &c. quæ omnia euidenter denotant quandam vniuersalitatē, & trahunt iurisdictionem, vt concludit Barto. in l. 1. in fin. ff. de iurisd. om. iud. Et videmus
67 fortius, † quòd si concedatur aliquod castrum, vel villa, non facta mentione territorij, neque iurisdictionis, censetur tamen concessa iurisdictio. Bald. in l. cùm multa. col. 2. C. de bon. quæ libe. præsertim si sit Princeps ille, qui concedit, vt latè tradit Oldrad. consi. 252. Ad quæstionem. & latè Alber. in l. fin. col. 5. & 6. & nu. 11. C. de iurisd. om. iud. Deindè clarū est ex ipsis verbis priuilegij, quòd collata fuit iurisdictio, vt patet ibi, ad placita tenenda. & ibi, homines distringi. & ibi, ad causas iudiciario modo audiendas. & paulò inferius ibi, cohabitatores omnes legaliter distringere, & rationabiliter quicquid inter eos cōtentionis emerserit, diffinire. & ibi, cunctas iam dictæ Ecclesiæ res cum omnibus hominibus ad eam pertinentibus, &c. Et præter hæc etiam dictum fuit clarissimè in hoc secundo priuilegio, quòd Ecclesia Nouarienſis tunc habebat alia castra, & loca, & agros, & possessiones, & pagos, & territoria sub iurisdictione imperij; & eis locis omnibus confirmatur, & de nouo conceditur iurisdictio.

Et dum de tertio priuilegio, scilicet Henrici obijcitur, quòd in eo conceduntur multa, quæ ad hoc negotium non pertinent, & quòd quamuis concedātur alpes Ottræ, vel Orthæ, & quicquid habuerunt Hubertus &c. quòd nō conceditur aliqua iurisdictio; respondetur, q̄ conceduntur quamplures Comitatus, & quāplura castra, etiam cum illis verbis, cum vallibus, &c. quorum Comitatuum, & castrorū & si hodie multa nomina ignorētur propter antiquitatem temporis, debet tamen ea ambiguitas declarari ex possessione subsecuta, & ex alijs actibus, vt dictum fuit in secundo fundamento. & dum fuerunt concessi Comitatus; censetur etiam fuisse concessa iurisdictio, vt su
68 pra dixi de secundo priuilegio. & ea † concessio iurisdictionis censetur etiam facta respectu bonorum, quæ erant personarum particularium, postquàm fuit vnica concessio simul facta, vt per Boerium in dict. decis. 50. num. 17. 18. & 19. deinde censetur cōcessa iurisdictio per illa verba, cum pertinentijs & adiacentijs habeant, teneant, firmiterque possideant, habeantque licentiam legali siue duellari diffinitione emersuras contentiones dirimere. quæ nō indigent interpretatione, neque sunt referenda ea verba ad cognitionem duelli, vt dicitur in motiuo: quia & præcedentia & sequentia verba repugnant. nam dictum fuit, habeantque licentiam legali, siue duellari diffinitione, &c. ita quòd illa dictio, duellaris. posita est accessoriè ad dictionem, legali. & ambæ idem significant, quamuis barbaro vocabulo, vt passim fiebat illis temporibus, & euidenter patet fuisse appellatam duellarem diffinitionem, eò, quòd diffiniat controuersiā inter duos litigatores, sicut & alibi videmus appellari interdicta, quasi inter duos dicta. §. 1. versicu. sunt tamen qui putant. Instit. de interdic. Et dum obijcitur,
69 † quòd illa verba, quicquid Hubertus habuit circa lacum &c. nihil tribuunt, vt per Alexan. in l. locus. ff. de acqui. posse. post Bar. in l. si sic legatum. §. si mihi. in fin. ff. de lega. 1. iam patet responsio ex prædictis, quòd ea generalitas censetur fuisse declarata ex possessione subsecuta, & ex alijs scripturis, & actibus dict. c.

auditis.verſic.ſi per illa conſtiterit. & ibi gloſſ. & Bald.de præſcrip.Et in ſimili videmus,quòd
70 quamuis † bona in dubio præſumantur allodialia,& non feudalia; tamen, ſi in inueſtitura caſtri dicatur generaliter,cum pertinentijs.vel generaliter,cum iuribus.tunc declaratur ea generalitas ex poſſeſſione bonorum:quia omnia bona,quæ ille inueſtitus poſſidet in illo territorio,cenſebuntur feudalia,vt per Deci.conſ. 517.col.fin.Curt.iun.conſil.140.colum.2. nume.10.Pariſ.in dicto conſil.27.colum.2. num.
71 14.vol.1. Et dum obijcitur, quòd † nõ videtur conceſſa iuriſdictio,ſed quidam tantum vſus, vel facultas,vel conſtituta quædam obligatio perſonalis,per ea,quæ in ſimili tradit Cæpo. in titu.de ſeruit.vrba.cap.2.col. penulti. reſpondetur,quòd in caſu noſtro verba ſunt clara;per quæ fuit conceſſa iuriſdictio; & qualitas etiam rerum,id eſt caſtrorum,& territorium id denotat,vt ſupradictum eſt.deinde patet reſponſio ex Bart.in l. pater. ff. de ſeruitu. lega. adducta per Cæpollam vbi ſupra.nam Bart. in verſicu.
72 quæro vtrum.concludit, † quòd in dubio cenſetur conceſſio realis, & non perſonalis, cùm ſcilicet fit à Principe;deinde in fin. concludit, quòd in materia iuriſdictionis cenſetur pariter conceſſio realis,& non perſonalis.

Et in vniuerſum ad omnes difficultates deductas ex conceſſionibus Cæſarum reſpondetur,quòd quicquid ſit de eis: ſuperſunt tamen quinque fundamenta, aut ſaltem quatuor in præſenti cauſa;quæ nihil penitus habent commune cum dictis conceſſionibus.

Ad illud,quod obijcitur contra literas Ducis Galeatij, datas an. 1380. reſpondetur,quòd
73 quamuis † tunc nondum fuiſſet ei collatus titulus Ducatus; erat tamen Dominus Mediolani,vt ipſe appellat ſe in dictis literis;quinimò erat Vicarius Imperatoris,deinde, cùm factus fuerit poſtea Dux,cenſetur fuiſſe confirmatũ, quicquid antea egerat.l.cum vir.vbi Bart.ff.de vſucap. Deinde ceſſant huiuſmodi difficultates,& aliæ,quæ contra eas literas adducuntur: quia literæ iſtæ fuerunt productæ principaliter ad hoc,vt ex earum verbis appareat, quòd etiã eo tempore,& loca,& territoria erant Epiſcoporum,vt ex eis patet; & tantò magis,quia extant verba illa, ſcilicet, ſecundum pacta, quæ cum prædicto Domino Epiſcopo contraxit. non enim Princeps ipſe feciſſet pacta cũ Epiſcopis in eo propoſito iuriſdictionis,& territorij,& bannitorum, niſi vidiſſet eos habere iuriſdictionem,& dominium illorum locorum.

Ad illud, quod deducitur contra capitula Ducis Philippi; reſpondetur, quòd ea capitula optimè faciunt pro Epiſcopis Nouarienſibus, & pro iſtis hominibus Ripariæ, & Gaudiani. nam appellant ſe ſubditos ſpiritualiter D. Epiſcopi Nouarienſis:& Dux id non negat,ſed potius fatetur,dum eis tanquam talibus concedit id,quod petebant in primo capitulo. deindè, dum in ſecundo capitulo petunt, quòd conſeruentur in libertate, & ſub iuriſdictione ſpirituali, & temporali Eccleſiæ Nouarienſis, & gubernentur eo modo, quo ſemper gubernati fuerunt per prædeceſſores &c. reſpondit Dux Philippus, contentamur vt fiat. ergo ea reſponſio intelligitur ſecundũ petitionem.§.
74 præterea.Inſtitu.de inutil.ſtipul.& alia † verba reſponſionis,ſcilicet, ac tractentur, quemadmodum fiebat,& tractabantur tempore genitoris noſtri,&c.non videntur facere relationẽ, vel ſuſpenſionẽ,ſed potius expreſſionem eius, quod erat,vt in terminis tradit Oldrad.conſil. 121.Ad primam.colum.2.verſic. ad ſecundam quæſtionem. vbi propriè loquitur de conceſſione facta per illa verba, ſicut venerandæ memoriæ genitor noſter,&c.& concludit,nõ eſſe neceſſarium facere fidem eorum, quæ concederet, vt per Bart.in l.ſi.fortè.ff. de caſtren. pecul. Deci.in authen.ſi quis in aliquo. nume.34. C. de eden.& conſi.184.col.fin.verſic. ſecundum dubium.vt patet ex omnibus alijs partibus capitulorum,in quibus Dux negotiatur cum eis tanquàm cum nõ ſubditis.nam,ſi fuiſſent ſubditi,fuiſſet fruſtratorium eis cõcedere, vt poſſent pro vſu ſuo conducere blada, & legumina de ſtatu Mediolani,ſoluendo datia,& pedagia &c. Et dum dicitur, quòd ea capitula præſupponunt gratiam, & miſericordiam Ducis; reſpondetur, quòd gratia conſiſtit in licentia conducendi eiuſmodi blada,& in alijs, quæ ibi continentur,non autem refertur ad ſubiectionem; quia, vt dictum eſt, exprimitur contrarium;& illa verba,gubernentur. debent intelligi,vt patitur materia ſubiecta, & indicãt verba circunſtantia,id eſt,permittatur in illo eſſe, &c.quæ expoſitio habetur expreſsè in capitulis factis cum Duce Franciſco primo. 1330. vbi petunt ſe gubernari in libertate &c. & cum ea verba fuerint prolata primò ab ipſis hominibus,debet ſumi illa interpretatio, quæ eis prodeſt,& non quæ eis noceat. l. ſi quis intentione. ff.de iudi. & alioqui eſſet manifeſta contradictio in verbis ipſorum capitulorum. cap. inter dilectos.§.cæterum.de fide inſtru.

Et dum de præſcriptione obijcitur, quòd ante annos quinquaginta, vel pauciores plerique feudatarij concedebant gratias delictorũ ex quodam abuſu; reſpondetur,quòd hic conſtat,Epiſcopos non eſſe feudatarios, ſed plenè dominos

dominos, vt ex fundamentis supra deductis pa-
75 tet; ideò & † gratiæ debent intelligi fuisse per-
cos factæ ex iure eis competente, vt dicit Bar-
to. in l. merito. ff. pro socio, & potius debent
censeri factæ licito modo, quàm illicito. Bar-
to. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de no-
76 op. nun. Et dum † dicitur, quòd Episcopus
non potest facere gratias, sed id pertinet ad
Pontificem: si expediret, demonstraretur, id
non esse verum: sed hic debet cessare huiusmo-
di disputatio, quia non consideratur tanquàm
77 Episcopus, scilicet in spiritualibus, sed consi-
deratur tanquàm † dominus in temporalibus;
ideò potest omnia, quæ potest quilibet Prin-
ceps, vt tradit gloss. & ibi Docto. in c. quod cle-
ricis. de foro competen.

Ad illud quod habenda nõ sit ratio eorum,
quæ fuerunt facta ante decretum maioris Ma-
gistratus, quia antea omnes feudatarij vtebân-
tur maximâ licentia, &c. certè esset, hoc maxi-
mi præiudicij in hac causâ, si verum esset, sed
non est admittendum. nam, vt modo dictum
fuit, non agitur hic de feudatario, sed de eo,
qui est plenè dominus, vt ex quampluribus au-
ctibus antiquissimis constat, qui probant do-
minium iurisdictionis, vt supra in primo fun-
damento: adeò, quòd nullo modo admitten-
dum est tale præsuppositum, quod fit in moti-
uis, cùm sit hoc ipsum, de quo hic disputamus,
& latè suprà, ac concludenter probatũ sit con-
trariũ. Præterea & post editũ decretũ, scilicet.
1431. lapsi sunt centum anni, & plures, ergo &c.

Ad illud, quod dicitur, veriorẽ videri opi-
nionẽ, q hic debeat probari bona fides, plenè
responsum fuit supra in quarto fundamento.

Et pariter in eo quarto fundamento respon-
sum fuit ad id, quod obijcitur, non posse proba-
78 ri memoriam † non extare in contrarium per
scripturas, sed esse necessarium probare per te-
stes, secundum gloss. fina. & clarius per Peru-
sin. in c. 1. de præscrip. in sexto. nam demonstra-
tum fuit, nos non esse in casu, de quo in dict. c.
1. & ita non esse necessarium probare tempus,
de cuius initij, &c. vt præter hoc dictum fuit,
quòd probatio temporis centum annorũ vi-
detur æquiparari spatio temporis, de cuius ini-
tio &c. deinde dictum fuit in primo fundamẽ-
to, quòd in re antiqua potest per instrumenta,
& alias scripturas probari communis quædam
opinio, & consensus, quòd aliquis esset domi-
nus iurisdictionis. Et fuit etiam demonstratũ,
quòd in hac præscriptione non consideratur
negatiua, quòd Reuerendissimi Episcopi nun-
quam præstiterint obedientiã pro feudis tem-
poralibus erga Duces Mediolani &c. quia cùm
non constet, quòd vllo vnquam tempore fue-
rint sub Ducibus Mediolani, quinimò constet
contrarium, id est, constet, quòd ante erectum
Ducatum Mediolani ista loca erant Episcopo-
rum; non fuit necessarium præscribere contra
obedientiam, quæ non erat.

Ad illud quod dicitur, quòd per scripturas
quamuis ostẽdatur aliquis actus affirmatiuus,
non tamen potest inferri ad vniuersalem nega
tiuam obedientiæ; satis modò fuit responsum,
quòd hic non agitur de aliqua obedientia erga
79 Duces. & clarius respondetur, quòd † ex vni-
co actu possessorio iurisdictionis, acquiritur
possessio vniuersalis, si nõ ꝓbetur, quòd alius
possideret, vt tradit Innocen. in dicto cap. di-
lectus. de capel. Monacho. Abb. consil. 71. col.
2. in secundo. Deci. consil. 271. colum. 2. & alij
quamplures, quos supra adduxi in fine secun-
di præsuppositi.

Et tollitur id, quod obijcitur, fuisse factos
per fiscum aliquos actus denotãtes subiectio-
nem, veluti super immunitate collectarũ &c.
nam non constat de aliquo actu, nisi à viginti
quinque annis citrà, qui nõ possunt fisco pro-
desse, cùm pro Ecclesia sit possessio antiquissi-
ma per successiua tempora, & tituli quampluri-
res, & completa præscriptio, vt dictum fuit in
tertio præsuppositio. Deinde in eiusmodi inno
uationibus factis per fiscum fuit semper iudi-
catum contra eum, vt ex actis cõstat; ideò hoc
contra fiscum retorquetur.

Ad illud de pacto facto cum Firmerijs, quòd
distribuerint sal certo pretio hominib⁹ Orthę,
fuit aliàs plenè responsum, sicut etiam fuit re-
sponsum ad illud, quòd constituti fuerint pro-
curatores ad impetrandum confirmationem
Ducalem pro statutis Orthæ.

Ad illud, quòd fiscus suspicari debeat ex illa
abrasione facta in postrema parte statutorum
antiquorum; non videtur esse opus, noua re-
sponsione; quia de hoc satis, superque edocti
sunt Illustres D. Iudices ex processu agitato cõ-
tra illum carceratum, & est omninò alienum à
verisimili, quòd, si dolo aliquo facta fuisset ei-
usmodi abrasio, non fuisset tale volumen sta-
tutorum in causâ productum.

Ad illud de actis, quæ extant in Magistratu
Capitanei iustitiæ, fuit latè respõsum anno su-
periore, vt patet in allegationibus. incipien.
Quia veritati. nam id etiam retorquetur con-
tra fiscum.

Ad illud, quòd banniti à territorio Orthæ
non possint tutè commorari in dominio Me-
diolani; primò respondetur, id non admitti in
facto, quòd ita sit. Præterea ex capitulis Ducis
Galeatij id proueniisset; & successiuè post eius
mortem fuisset tacitè approbatum; sed pro-
pter hoc non arguitur subiectio, stantibus
in contrarium fundamentis clarissimis de

libertate

libertate,& non est nouum,quòd inter Principes fiant confœderationes respicientes etiam eorum territorium.l.non dubito. ff. de capti.

Ad illud, quod obijcitur aduersus quinque scripturas,quæ excedunt annos centũ,& contra illas, quæ respiciunt tempus à centum annis citrà,& ad illud,quòd non constet statuta, & decreta fuisse recepta vsu; latè fuit responsum supra in secundo præsuppositio.

Et in effectu quò ad hæc omnia, quæ in motiuis fuerunt deducta,quatenus attinet ad subiectionem erga Ducatum Mediolani, quamuis prima facie viderentur plurimum vrgere; cessat tamen omnis difficultas, stãtibus tribus præsuppositis,& fundamẽtis supradictis;adeò, quòd superfluum fortasse videbitur eis respondisse.Et non nouum est, quòd in omnibus ferè controuersijs supersint ab vtraq; parte semper aliquot scrupuli; sed, cùm inclinare oporteat animum ad alteram partem, debent vtiq; tales scrupuli penitus cedere fundamentis, & rationibus concludentioribus.

Remanet igitur conclusio,quòd loca,& territoria hæc de quibus agitur,neque de præsenti sunt,neque vnquam fuerunt de statu Mediolani; sed pleno iure,id est,spiritualiter; & temporaliter sunt,& fuerunt iam per annos quinque centum,aut saltem per annos tercentum omnia clarè, & distinctè Episcoporum Nouarien sium,seu Ecclesiæ. Et si res haberet aliquã dubitationem (quod non puto) scilicet probabilem; esset tamen in dubio pronuntiandũ pro Ecclesia, pro reo, pro possessore iuribus vulgaribus.

SEcundum principale caput huius negotij pertinet,vt suprà distinxi, ad superioritatẽ Imperatoris,seu imperij. Et hic ante omnia illud præfabor, non esse hic tractandũ, vtrũ cõcessione expressa,vel concessione tacita, id est,
80 per † præscriptionẽ fieri possit, vt aliquis Princeps laicus non sit sub imperio:quia prę terquã quòd ad hæc non facilè debet manus apponi, quamuis de communi opinione affirmatiua atteſtetur Felin.in c.cum nobis.colum.2. versic.secunda declaratio.nu.4.de præscrip.& Bal dus in tracta.præscrip. in secunda par. quintæ. par.principalis,versic.secunda quæstio est vtrũ superioritas.id non est ex necessitate discutiendum in casu nostro;quia hic nõ agimus de Principe,vel domino laico,sed agimus de Ecclesia; ita, quòd articulus propriè in hoc consistit, v-
81 trum † possit Imperator donare aliquid Ecclesiæ absoluto modo,id est,vt nullam penitus superioritatem sibi retineat;& pari modo, an tacitè id possit fieri,id est,per prę scriptionem;ita quòd in hunc modum restringendo rem, cessant multa, de quibus habetur in motiuis. Et quia de Ecclesia maiori, id est Romana, nulla sit difficultas, quin hoc possit fieri, & meritò, vt concludunt communiter Docto. dum tractant de donatione facta Ecclesiæ per Constantinum Imperatorem ; restringendum adhuc magis est præsens hoc negotium, videlicet, ad Ecclesias inferiores. In hoc igitur proposito scripsi anno superiore,& nunc firmiore animo
82 idem repeto, esse † communem opinionem, quòd etiam in Ecclesiã inferiorem, id est, Nouarien sem, vel Papien sem, vel Mediolanẽsem, & huiusmodi, possit Imperator loca aliqua, vel alias res transferre,abdicando à se penitus omnem superioritatem.gloss.in c.solitæ.in verbo Suscipiant.de maio.& obedien.& ibi sequitur Innocen.& clarius etiam ibi Abb. in sexto nota. qui declarat Innocentium, dum loquitur de Rege,quòd debeat intelligi etiam de Imperatore,prout de Imperatore loquitur gloss. & tradit etiam Abb.in c.veniens. col.1. in secundo nota.de accusa.maximè per tex. in c. nouerint.10.quæst.1.& idem Abb.in c.2. in fi. de licpuerorum.& Felin.in d. c. solitæ. colum.3. nume.4.vbi post supradictos concludit,quòd etiã eo casu censetur in dubio facta libera trãslatio,nisi contrarium constet per concessionẽ in feudum, vt prædictam opinionem habent pro expedito,Anchara.in c.Romana. col.3. in decimo quarto nota.& ibi etiam clarè Perusi. & Geminian.in §.debet.de appella.in 6. Et sive sit Ecclesia Romana, sive sit Ecclesia inferior; videtur vtroq; casu esse eadem ratio,quia
83 † scilicet cẽsetur donatio fieri Deo, vt per Bar. in proœmio. fforum. colum. 1. & 2. & passim per Docto. dum tractant de supradicta donatione Constantini:& quicquid donatur Eccle-
84 sijs inferioribus, censetur donatum † Romanæ Ecclesiæ,nam illa habet omnes Ecclesias subditas.& tanquã propria membra. c.cum bona omnium singularium Ecclesiarum censeantur esse bona vniuersalis Ecclesiæ, cumulat infinita Campez.inter cõsilia Bruni Affen. consil.2.colum.5.in fin.& 6. versicu. prædictis
85 tamen omnibus.quinimò † Bald.in princ.Codicis,colum.3.versic.modo ista quæstio.ponit pro expedito, quòd Imperator possit facilius donare Ecclesiæ inferiori, quàm Ecclesiæ vniuersali,seu Ecclesiæ Romanæ:& ratio potest esse,quia donando Ecclesijs inferioribus, censetur eas dotare, vel si iam habent dotem, censetur illam augere; & ita facit sancta sanctorum, &c.iuxta tex.in c.sic quidam.c.decretum.& c.
86 nouerint.& c.de his.10. quæst.1. Et castra † vel aliæ res titulo lucratiuo collatæ in Ecclesiam, censentur in dubio datæ pro redemptione peccatorum,

catorum. & ita in piam causam, inquit Butri. in c. conquestus. quarto nota. per illum tex. de foro competen. & in casu nostro dictum fuit expressè, quòd pro Dei amore, & pro remedio animæ &c. ita, quòd censetur omne ius in casu facilius transferri. & prædictam opinionem etiam ponit pro expedita Specu. de instru. edi. §. nunc autem videndum restat de impugna. col. fin. versicu. quid si Imperator. & Iacobinus de sanc. Georg. in sua inuestitura feudali, in verbo. In feudum. colum. 4. versicu. decima tertia diuisio. Vnde mirum est, quòd Pau. de Castr. consil. 74. Quia frustra. colum. 4. versicu. præterea sit magna, in antiquis; videtur voluisse constituere differentiam inter Ecclesiam Romanam, & inferiorem; & dicat, quòd inferiori Ecclesiæ non potest fieri libera donatio per Imperatorem, expropriando à se &c. & adducat Bald. vbi supra. nam Bald. dicit penitus contrarium, sicut etiam contrarium præsupponit Specul. vbi supra, quem etiam adducit Paul. de Castr. quamuis se inuoluat in illo dicto Specu-
latoris. Et motus est Pau. de Castr. principaliter ex autoritate Io. Andr. ad Specul. de iurisd. omn. iud. in prin. col. 5. in addi. quæ incipit, Pastoralis, vidistis duas opiniones &c. sed, vt aliàs dixi,
87 mens. Io. And. † ibi fuit dicere, quid censeatur factum in dubio; & vult, quòd, si Imperator donat Ecclesiæ Romanæ, censeatur in dubio donare absoluto modo, abdicando à se omnem superioritatem; secus autem si simpliciter donat Ecclesiæ inferiori. Et ratio differentię est in promptu, quia indecens esset, quòd Ecclesia Romana esset aliquo modo subiecta imperio; propterea contra communes regulas fit larga interpretatio pro donatione, vt comprehendat omnia, quæ ratio cessat in Ecclesijs inferioribus; quia non est eis inconueniens habere aliquid in feudum à Principibus secularibus, capitulo, verum. de foro competen. & Specu. ibi propriè loquebatur in his termi. scilicet, quid censeatur in dubio actum. Et si vel Io. And. vel Pau. de Castr. aliter voluerunt, non est curandũ de eis in hoc proposito; quia cõmunis est in cõtrarium, vt dictum est. nam cęteri adducti cum Pau. de Castr. in motiuis, non loquuntur de cõcessione facta Ecclesiæ, sed de ea, quæ est facta alicui laico. Si igitur potest etiam in Ecclesiam inferiorem Imperator libero modo penitus aliquid transferre; sequitur, quòd pari modo po
88 test Ecclesia inferior præscribere talia contra imperium, cùm regula sit, quòd † quicquid potest priuilegio concedi, potest etiã prescriptione acquiri. Ias. in l. imperium. col. 8. ff. de iurisdic. om. iudi. Balbus vbi suprà, in prima part. quintæ part. quæst. 7. nu. 17. & probatur in capitulo, duo simul. de offi. ordina.

Supereſt igitur hîc videre, an vel ex conceſſione expreſſa, vel ex præſcriptione factum ſit, vt Eccleſia Nouarienſis reſpectu iſtorum locorum non ſubſit imperio. Et in primis quò ad conceſſiones, quamuis negari nõ poſſit, quin res aliquantulum ſit perplexa; videtur tamen inclinare pro Eccleſia. nam tertium priuilegium, quod fuit Henrici 1060. & quintum priuilegium, iuxta ordinem literæ, quòd tamen fuit anterius, id eſt, anno 1024. continent illa verba, ſcilicet, omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum, & Imperatorum contradictione remota. quæ verba non indigent interpretatione. & quamuis alia tria priuilegia non habeant hæc verba, ſed potius contraria, quia dictum fuit, ſaluo iure regio; id tamen nihil videtur obſtare; quia illa, quæ fuerunt ante duo prædicta, fuerunt correcta per ea duo; ea
89 verò, quæ poſtea † fuerunt, non potuerunt auferre ius iam acquiſitum Eccleſiæ: vt in terminis tradit Spec. in d. §. non autem videndũ reſtat. in fin. de inſtru. edi. & Hoſtien. in ſua ſumma, de immunita. Eccle. §. ſed nec illa immunitas. colum. fin. Bal. conſil. 327. Pridie. in prin cip. & in 3. colum. nume. 8. in 1. volum. Præterea duo poſteriores Imperatores, ſcilicet Henricus vltimus, & Vinceſlaus, confirmauerunt expreſsè omnes ipſas conceſſiones; & quatenus ſit inter eas aliqua contradictio, dicendum eſt, quòd cenſeantur confirmatæ in partem vtiliorem ipſi Eccleſiæ. argument. ex l. ſunt perſonæ. ff. de relig. Non autem expedit hîc repetere, quòd, quamuis ex verbis dictorum priuilegiorum non clarè conſtet, comprehendi ſub eis omnia loca Ripariæ; cenſetur tamen conſtare de eis interpretatione iuris, propter poſſeſſionem ſubſecutam, & propter alios actus, de quibus dictum fuit in ſecundo fundamento primi capitis. Neque pariter neceſſariũ videtur reſpondere ad deciſionem Boerij. 50. nu.
90 12. dum vult, quòd, † ſi talia pertinentia ad ſuperioritatem debent transferri; neceſſe eſt, ꝙ adhibeãtur clauſulę ampliſſimę, ex certa ſcientia. &c. quia loquitur ipſe in alijs terminis, id eſt, in dubio; ſed nos ſumus in caſu certo, quia verba ſupradictorum priuilegiorum transferunt expreſsè omnem ſuperioritatem.

Secundò quòd hæc loca cenſeantur eſſe Eccleſiæ Nouarienſis penitus, & non ſub imperio; videntur facere ea, quæ deducta fuerunt in primo fundamento ſupradicti primi capitis, dum fuit deductum, quòd ex fama, & communi opinione, quæ colligitur ex inſtrumentis, & quampluribus antiquis ſcripturis; probatur, quòd dominium, & iuriſdictio abſoluto modo eſt ipſius Eccleſiæ, nam ea, quæ ibi fuerunt dicta, videntur etiam reſpicere hanc ſuperioritatem,

rioritatem, præsertim consilium Signoroli. 71. vbi pro expedito ponitur, quòd hæc loca sunt sub Episcopo immediatè, & deinde sub Papa. & id etiam præsupponunt scripturæ illæ pertinentes ad appellationem, scilicet, ab Episcopis ad Archiepiscopos; & idem etiã indicant bullæ Pontificum concessæ singulis Episcopis Nouarien sibus. nam in eis fit mentio de Vasallis ipsius Ecclesiæ Nouarien sis, tanquam pertinẽtibus ad Papam respectu iuris dictionis temporalis; & id nõ potest aliter verificari, nisi in istis Vasallis, & locis; ergo &c. l. fundus qui locatus. ff. de fundo instruc.

Tertiò adduci potest præscriptio longissimi temporis, considerando eam sine titulo, vt dictum fuit in primo fundamento primi capitis.
91 nam † per tempus saltem centum annorũ videtur procedere præscriptio cõtra imperium. vt tradit Bald. in l. 1. col. 2. C. ne rei domi. vel templo. vbi expressè loquitur etiã de his, quæ sunt reseruata in signũ superioritatis, vel præeminentiæ, & Felin. in cap. ad audientiam. nume. 22. versicu. vltimò facias regulam. de præscrip. Balb. vbi supra in prima par. quintæ par. colum. 5. nume. 17. & in secunda par. quintæ par. versicu. secunda quæstio est vtrũ superioritas. & Alexand. in c. consi. 24. nu. 13. in fi. adeò,
92 quòd illud, quod dici solet, † non posse præscribi ea, quæ reseruata sunt in signum superioritatis. l. competit. C. de præscrip. trigin. anno. & per Socin. in regula. 306. non excludit præscriptionem centum annorum, vt ex prædictis patet: & est regula, quòd † præscriptio centenaria
93 nunquam censetur exclusa. Alex. consil. 60. in fi. in 1. vol. post gloss. in authen. vt de cæte. cõmuta. Eccle. in verbo, præscriptionem. Ripa in l. quominus. nu. 100. ff. de flumini. & dictũ fuit supra in dict. quarto fundamento. Et quamuis hæc possint pati aliquam difficultatem in personis laicis, id tamen non facit ad rem præsentem, quia præfatus sum, me non loqui de laicis, sed de Ecclesia; quo casu res facilius procedit, vt per Bald. in princ. Codicis, col. 4. versic. & istam partem teneo. & Specul. in d. §. nunc autem videndum. in fi. de instru. edi. sicut etiã facilius procedit, quòd Imperator possit expressè concedere Ecclesiæ aliquid, abdicando à se penitus, quàm cõcedere laico, vt supradictum fuit; & tantò magis in præsenti casu, quo probata est possessio Ecclesiæ per annos quinque centum quò ad partem bonorum, & per annos tercentum, quò ad aliã partem. & cùm dicat Baldus in l. prima. C. ne rei domini. quòd
94 † tempus centum annorum est propè infinitũ; certè id multò magis dici potest de tempore annorum tercentum, vel quinque centum; & vt dictum fuit in prædicto quarto fundamento, tempus centum annorum videtur regulariter æquiparari tempori, de cuius initio &c. vt per Afflic. decis. 324. col. 3. nu. 6. & decis. 254. col. 2. Bal. in cap. si diligẽti. col. fi. de præscrip. Paris. consil. 27. col. 4. nume. 23. & nume. 86.

Quartò considerari hic potest præscriptio cum titulo, videlicet, deducendo titulum ex dictis quinque concessionibus Cæsarum, nec non & ex multis scripturis antiquis, præsertim ex sententia illa, lata anno. 1209. & ex consilio Signoroli, & ex alijs adductis in secundo præsupposito primi capitis; quæ omnia simul iuncta habent vim tituli idonei ad præscriptionẽ,
95 Areti. in d. consil. 42. in fin. adeò, quòd † constat illud, quod requirit Curt. iun. cons. 158. nu. 18. post Felin. in capitulo, accedentes. colum. 5. de præscrip. videlicet, quòd in huiusmodi præscriptionibus sit saltem allegãdus titulus. nam hic & allegatur, & præsumitur extare, & verè extat titulus.

Et ad ea, quæ ex aduerso fuerunt deducta in motiuis in hoc proposito, puto, quòd pareat responsio ex prædictis, nisi ad illud fortassis, quod deducitur ex Felin. in d. c. cùm non liceat. nu. 11. versi. contrariam partem. dum videtur vel-
96 le, quòd ad hoc, † vt quis præscribat cõtra imperium, necesse est, quòd recognouerit Papã, & quòd probetur ea recognitio specifica, & formalis. Ad quod tamen respondetur, quòd Felinus loquitur de personis laicis: nam in eis fortè potest esse id necessarium, quòd si volunt per præscriptionem se eximere ab imperio, debent probare, quòd recognouerint Ecclesiam. nos autem hic non loquimur de laicis, vt dictum est, sed de Ecclesia; & quamuis † sit vna ex Ecclesijs inferioribus, acquirit
97 tamẽ ipso iure Ecclesiæ superiori. vt per Campez. inter consi. Bruni, consil. 2. colum. 5. in fi. & in d. c. cuncta quæ per mundum. 9. quæst. 3. & præter hoc etiam satis videatur constare, q Ecclesia Nouarien sis recognouerit Papam pro istis locis, si perpendantur verba ipsa bullarum Episcopatus; & id etiam indicat dictum consilium Signoroli, & appellationes interpositæ ad Archiepiscopos.

Sed dato † in omnem euentum, quòd hæc
98 loca sint sub imperio; id tamen non debet nocere ipsi Ecclesiæ Nouarien si, vel ipsis subditis, scilicet quò ad propositum, de quo principaliter mota est lis, id est, propter onera subeunda;
99 quia tale † supremum ius, seu superioritas imperij non concernit dominium aliquod directum, vel vtile, sed duntaxat concernit iurisdictionẽ, & protectionem in vniuersum, vt per gloss. 1. in procœmio ff orum, in verbo, Sanctionem. & ibi latius per Bar. col. 1. & 2. vt aliàs scripsi latius; & exempla sunt vulgaria in omnibus

bus Principibus subiectis imperio. nam eorũ subditos non compellit Imperator subire aliqua onera; sed si necesse sit pro defensione impensi aliquid afferre, conueniuntur ipsi Principes, non autem eorũ subditi, vt per Iacobinum de sancto Georg. in tracta. de Homag. col. 10. versic. sed hic cadit alia dubitatio. Deinde in presenti casu multò minus videtur vel ipsi subditi, vel ipsi Episcopi posse conueniri ad aliqua onera persoluenda, quia translata fuerũt in Episcopos regalia, vt & aliàs scriptum fuit.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis interpres Papiæ, in prima Cathedra lectionis matutinæ. 1550. 4. Februarij, etiam pro Reuerendissimo D. Episcopo Nouarien si D. Arcimboldo.

ARGVMENTVM.

Donatio causa mortis facta propter periculum mortis, vel itineris ad longinquas partes, an censeatur reuocata per conualescentiã, vel reditũ. Et de opinione Decij in l. non omnis. ff. si cert. peta. Et quando donatio causa mortis valeat, & sustinea tur in vim fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 DONATIO *facta propter periculum mortis, vel itineris ad longinquas partes, cum expressa mentione mortis, non reuocatur per conualescentiam, vel reditum secundũ Deci. sed malè.*

2 *Donatio causa mortis facta propter periculum, censetur reuocata, periculo cessante: secus est in donatione facta simpliciter, non facta mentione mortis.*

3 *Donatio simpliciter facta ab infirmo, censetur inter viuos.*

4 *Donatio causa mortis facta propter aliquod periculum vel metum mortis, cessante metu, reuocatur tacitè ipso iure, si verò facta fuit nõ propter instantem metum mortis, sed propter solam cogitationem mortis, debet expressè reuocari: & infra nume. 7.*

5 *Donatio causa mortis collata post mortem an valeat, vt fideicommissum: adeò quòd non censeatur reuocata per conualescentiam, sicut nõ censentur reuocata a fideicommissa: & vide contra Ripam.*

6 *Donatio causa mortis substinetur in vim fideicõmissi, quando est facta alicui absenti, pro quo nullus stipulatur, & sic sine forma contractus, quemadmodum contingit vt plurimum in testamentis, quando dicitur, valeat iure donationis, causa mortis, et omni meliori modo &c. si verò fiat donatio causa mortis in modũ contractus, est semper donatio causa mortis, & nunquam transit in fideicommissum.*

Consilium LXV.

SI vera esset opinio Decij in l. non omnis. colum. 2. nume. 5. versicu. primus quando donauit. scilicet, 1 † quòd donatio facta propter aliquod periculum vel mortis, vel itineris ad longinquas partes cum expressa mentione mortis, ita quòd dictum sit donari causa mortis; nõ censeretur reuocata per conualescentiam, vel per reditum ad patriam; præsens casus non haberet difficultatem, sed esset concludendum sine vlla hæsitatione, donationem, de qua hic agitur, non fuisse reuocatam propter reditum donantis à ciuitate Venetiarum: quia, licet in ipso instrumento donationis propter vota ad implenda, & propter accessum ad longinquas partes: tamen etiam expresè dictũ fuit, quòd esset pura, & mera donatio causa mortis, & q hoc modo possit fieri donatio causa mortis, patet ex l. 3. & quarta. ff. de dona. cau. mor. & l. senatus. §. mortis. eod. tit.

Sed Decius non probat opinionem suam, & in contrarium est gloss. in l. 2. & latius. in l. 3. vbi etiam Bart. eodem titu. de dona. cau. mor. 2 nam volunt gloss. & Bart. quòd † donatio causa mortis facta propter aliquod periculũ, censeatur reuocata, eo periculo cessante. neque hæc opinio glossæ, & Bartol. cum iuribus per eos allegatis, potest intelligi de donatione simpliciter facta propter aliquod periculum, non expressa mentione mortis, vel mẽtione, quòd esset donatio causa mortis, quia id esset contra textum in l. Seia. §. fin. eodem titu. vbi habetur, † quòd donatio simpliciter facta ab in- 3 firmo, censetur inter viuos, & ibi tradunt Bar. & Paul. de Cast. & prædictam opinionem glossæ, & Bartol. in d. l. 3. sequitur etiam ibi Paul. de Cast. aitque, quòd omnia iura dicentia donationem † causa mortis factam ob aliquod 4 periculum, seu metũ mortis reuocari, cessante eo metu: debent intelligi, quòd reuocatur tacitè, id est ipso iure; si verò fiat non propter instantem metum mortis, sed solùm propter cogitationem mortis, tunc indiget reuocatione expressa, vt ibi per eum; & id satis probatur ex d. l. senatus. §. mortis causa.

Non obstat id, quod tradit Comen. in l. Marcellus. §. fi. eo. tit. ff. de dona. cau. mor. quia est contra communem opinionem, vt patet ex prædictis. neque verum est, quòd Deci. in dicta l. non omnis. cum sequatur: quinimò expresè ab eius opinione recedit, dum facit nouam distinctionem; quæ tamen non potest de iure procedere, vt supradictum fuit.

5 Nec obstat, quod dicitur, donationem † causa mortis collatam, post mortem valere vt fi-

deicommissum, secundum Ripam in l. 2. num. 9. ff. de lega. 1. post Bal. consil. 294. Quæritur. in 2. volum. ideoque censeri reuocatã per conualescentiam, prout etiam non censentur reuocata legata, vel fideicommissa, vt per Bal. & Alex. in l. fin. C. de posthu. hære. insti. quia respondetur, hoc non esse de iure. nam cùm omnis donatio causa mortis incipiat habere effectum post mortem donantis, & non prius, Institu. de dona. in princ. sequeretur, quòd nulla donatio causa mortis reuocaretur per conualescentiam, quod esset contra text. in d. l. non omnis. & contra alios quamplures. Neque verum est, ꝙ Bald. in d. consil. 294. constituat differentiã, an donatio causa mortis conferatur post mortem, nec ne, & fuisset inepta differentia, cùm id semper sit in qualibet donatione causa mortis: quinimò fatetur Bald. quòd interueniente stipulatione, vel pacto, tunc talis donatio sit contractus, & non fideicommissum, vult tamen in casu illo suo, quòd, cùm nõ habeat effectũ, nisi post mortem donantis, censeatur æquiparari vltimis voluntatibus in hoc proposito, vt censeatur prohibita vsurario, sicut ei prohibitæ sunt vltimæ voluntates, quod vltimum an sit verũ, nec ne, nihil ad nos nunc; sed satis est, quòd Ripa malè cõsiderauit, & verba, & mentem Baldi; & euidenter constat eum esse malè locutũ. nam quod attinet ad propo-
6 situm, de quo ipse loquitur, videlicet, † an donatio causa mortis sustineatur in vim fideicõmissi, veritas; seu magis cõmunis intelligentia est, quòd sustineatur in † vim fideicommissi, quando facta est sine forma contractus, id est, facta est alicui absenti, pro quo nullus stipulatur. ita ꝓcedit text. in l. 1. C. de dona. cau. mor. vbi latè gloss. & tradit Bar. in l. 1. circa finem. & in l. si cui. ff. eo. tit. & id vt plurimum solet contingere, quando fit in testamento, cùm scilicet dicit testator, valeat iure donatiõis causa mortis, & omni meliori modo, &c. vt tradit Deci. consil. 184. colum. 3. num. 9. & latius in consil. 196. & cons. 245. col. penult. vbi eo modo intelligit tex. in d. l. 1. C. eo. nam omne fideicommissum, vel legatum est donatio. l. legatũ est. ff. de lega. 2. vt dicit Barto. in d. l. 1. in fin. ff. de dona. cau. mor. & eodem modo debet intelligi text. in l. miles ad sororem. in princip. ff. de lega. 2. si verò fit donatio causa mortis in modum contractus, videlicet, vel per stipulationem, vt facta fuit in casu nostro, vel saltem hodie per pactum nudum; tunc est propriè, & strictè donatio causa mortis, vt tradit Barto. in d. l. 1. in fin. & nunquam transit in fideicommissum, vt per Deci. in d. consil. 196. & consi. 295. colum. penult.

† *Quod etiã declarat idẽ Excel. præceptor, ac Dominus meus D. Alba in l. 1. nume. 26. & 27. ff. de lega. 1. Vincen. Annib.*

Non etiam obstat supradictæ conclusioni principali, quòd hæc donatio non censeatur reuocata per reditum à longinquis partibus. tex. subtiliter ponderatus, in l. si mortis causa. versic. & si quidem. ff. eo quia dupliciter respõdetur, primò, quòd illa dictio, cõualuit. posita in principio legis, non censetur repetita in versic. illo, scilicet ibi, mortuo eo tunc is &c. quia esset contradictio, quòd sit mortuus, & quòd conualuerit. dicere autem, quòd conualuit ex prima infirmitate, & decessit ex secunda, non caret diuinatione; neque conuenit verbis textus, neque cæteris partibus illius legis, præsertim in fine legis. Potest & secundo modo respondeti, quòd prima pars illius legis loquitur
7 de donatione causa † mortis facta non propter instans periculum, vel metum mortis, sed simpliciter propter cogitationem mortis, quo casu verum est, quòd propter conualescentiam, vel reditum à longinquis partibus non reuocatur ipso iurè, vt per Paul. de Cast. in d. l. 3. ff. eo. & altera ex duabus istis responsionibus vidétur necessaria, stante supradicta communi conclusione glossarum, & Doctorum in d. l. 3.

Iacobus Mandellus, Albensis, Papiæ legens. 1550. 8. Martij. ad petitionem multum Magnifici D. Octauiani de Ozasco, collateralis, seu Senatoris.

ARGVMENTVM.

An renunciatio, seu promissio de non contraueniendo facta per filium, quando pater donabat alteri ex filijs, comprehendat legitimam ipsius filij renunciantis.

SVMMARIVM.

1 RENVNCIATIO *facta per filium, viuente patre, quòd non comprehendat eius legitimam.*

2 *Generales renunciationes factæ etiam per aliquæ verba de futuro, restringuntur ad ius futurũ ex causa de præsenti, neque comprehendit ius, quod de præsenti non competit re, nec spe prohabili.*

Etiam si præstitum sit iuramentum.

3 *Legitima filiorum non censetur eis debita neque re, neque spe, viuente patre.*

4 *Sub generali renunciatione non comprehenditur legitima, etiam stante iuramento, quando adest enormis læsio, id est, si nihil retinet renuncians pro legitima.*

Consilium LXVI.

QVOD donatio inofficiosa per patrẽ facta vni ex filijs possit post eius patris mortem reuocari vsque ad legitimam, non habet dubium; quia extant de hoc iura manifesta: solùm itaque re-

stat

1 stat dubitatio, nunquid † renunciatio, seu promissio de non cõtraueniendo facta per Reuerẽdum D. Mercurinum comprehendat legitimam suam, quæ tunc nondum ei erat debita, cum viueret pater. Et puto expeditũ esse, quòd nõ comprehendatur, vt iam supra scripsit Excel. Iurisconsultus; & hoc duabus rationibus.
2 Prima, quia † communis est Doctorum conclusio, quòd generales renunciationes, etiam factæ per verba aliqua de futuro, restringuntur ad ius de futuro ex causa de præsenti; adeò, ꝙ non comprehendunt ius, quod de præsenti nõ competit re, nec spe, scilicet spe probabili, & per leges approbata. Bar. in l. post emãcipationem. §. illud. ff. de libe. lega. Bart. & alij, præsertim Ias. in l. qui cum tutoribus. ff. de transact. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 1. col. necnon & 6. q. vbi alij Doctor. communiter. ff. de verb. oblig. etiam si præstitum sit iuramẽtum, vt per Deci. cons. 352. col. pen. legitima autem
3 † filiorum non censetur eis debita, neq; re, neque spe, vt tradit Bar. in l. 1. §. si impubere. ff. de colla. bono. & tradunt Doct. post glo. in l. 3. C. de iur. & fac. igno. ergo &c. Et tãto clarius hoc procedit in præsenti casu, quia nulla hic fuerũt apposita verba respicientia ius de futuro. Secunda ratio est, quia † sub generali renũciatione non solet comprehendi legitima. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. Et quam
4 uis aliqui Doct. dicunt, illum tex. nõ procedere, stante iuramento, talis tamen limitatio cessat, quando committitur enormis læsio, id est, quando nihil retinetur pro legitima, vt tradit Deci. cons. 180. Maximè. in col. fin.

Iacob. Mand. Albensis, legens Papiæ. 1550. 18. Aprilis. pro Reuerendo D. Mercurino Gatinaria.

ARGVMENTVM.

De remisione partis cuiusdam census, vel decimæ facta subditis per Principem, an scilicet potuerit fieri in præiudicium successorum; & an possint successores iterum cogere subditos ad totum censum. Et an Principis contractus cum subditis obliget etiã successores ipsius Principis, & quãdo.

SVMMARIVM.

1 PRINCIPES *Habẽtes iurisdictionem in personas sibi subditas, veluti Marchio, Dux, Comes &c. per contractum factum cum suis subditis obligant non tantum se, sed etiam successores suos in ea iurisdictione, & dignitate, secundum communem opinio. Et quæ sit ratio. Et an sit necesse, quòd factus fuerit contractus nomine ipsius dignitatis.*

2 *Principis contractus cum subditis obligat etiã successores, dummodò talis contractus non contineat magnam diminutionem iurisdictionis.*

3 *Princeps non potest revocare alienationem, quam ipsemet fecit, nisi contineat alienatio magnam diminutionem status sui.*

4 *Principis remissio, & liberalitas facta in subditos ex iusta causa, veluti propter maximã eorum fidelitatem, debet esse valida.*

5 *Concessio Principis, vel diminutio facta super regalibus, an, & quando valeat.*

6 *Qui se gerit pro domino, & est in quasi possessione, præsumitur ipso iure, quòd sit dominus, quando tractatur de dominio incidenter.*

7 *Contractus feudalis non valet aliquando in præiudicium supremi domini; & tamen valet in præiudicium ipsius domini inferioris, qui fecit contractum.*

8 *Præscribi etiam potest res iurisdictionalis, quãdo adest titulus.*

9 *Subditi si sint in quasi possessione alicuius solutionis census erga dominum, & non extet memoria in contrariũ, præsumitur pro ipsis subditis, quòd eodem modo semper soluerint in præteritum; neq; in talibus præstationibus subditorũ recedendũ est à consuetudine longi temporis.*

10 *Mandatum nunquã præsumitur, nisi probetur.*

11 *Possessor, etiam iniustus, non debet absque citatione priuari sua possessione.*

Consilium LXVII.

COMMVNITAS, & homines Saliceti videntur habere intẽtionem fundatam aduersus Illustrem Marchionem Finarij, dominum ipsius loci ex triplici capite. Primo, quia videtur esse
1 communis Doctorum conclusio, † quòd Marchiones, Comites, & Duces, & alij huiusmodi, habẽtes iurisdictionem in personas sibi subditas, quemadmodum obligant se ipsos per contractum factum cum ipsis subditis, ita etiã obligant successores suos in ea iurisdictione, & dignitate, vt tradit Abb. in cap. 1. in primo nota. de proba. & ibi latius per Felin. colum. 1. & Deci. col. 4. in 2. nota. & Ias. in l. 1. in 3. colum. ff. de constitu. Princip. quia excepto summo Pontifice, & Imperatore, qui creantur per electionẽ, cæteri omnes Principes videntur admitti per successionem, seu ad successionis similitudinem, vt tradit Bald. in l. ex hoc iure. colum. 1. in 4. q. ff. de iusti. & iur. nimirum si obligantur ex contractu prædecessoris, & deducit Ias. vbi supra, & Brunus Asten. consil. 1. colum. 4. & consil. 33. & id etiam posuerunt pro expedito Cynus, & Pau. de Cast. in l. digna vox. C. de legib. & clarius etiam deducit Io. de Ana. consil. 81. Viso instrumento. colum. 2. versicul. præterea

est etiam. vbi ait, quòd tales habent fortius ius quàm habeat Imperator in imperio, quia ipsi transmittũt ius suum per successionem, quod facere non potest Imperator. Et quamuis aliqui ex prædictis Doctoribus dicant, eam conclusionem procedere, dummodò contractus fuerit factus nomine ipsius dignitatis; id tamẽ non obstat in præsenti casu, nam & hic apertè constat, contractum fuisse factum nomine dignitatis, cùm fuerit factus de re pertinente ad ipsam dignitatem, id est, de remissione cuiusdam census, seu decimæ. l. post mortem. §. tutor. vbi Bart. ff. quan. ex fac. tuto. & tanto magis, quia in ipso instrumento contractus extant illa verba, per se, & successores. & hanc conclu-
2 sionem, † cum limitatione tamen, ponit Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam, limitatione scilicet, dummodò talis contractus non contineat magnam diminutionem iurisdictionis; & ait esse casum pro ea, in c. Abbate. scilicet in vers. sed ad hæc pars vestra. iuncto. §. fin. ibi. Vnde idem Cardinalis. de re iudic. lib. 6. tradit etiam Felin. in d. c. 1. præsertim. 3. col. vers. tertiò declara, de proba. Alexand. consi. 1. num. 19. & num. 30. in 5. volum. & eo modo etiam limitatur tex. in c. intellecto. de iureiu. nã
3 quòd ibi † dicitur, Principem posse reuocare alienationem, quam ipsemet fecit; non procedit, nisi alienatio contineat magnam diminutionem status sui, vt ibi tradit Abb. colum. 2. & in præsenti casu videtur esse expeditũ, quòd dici non potest magna alienatio eiusmodi remissio partis census, seu decimæ: vt, cùm prius pro decima solueretur ex singulis sexdecim vnus, deinceps soluendus esset vnus ex singulis viginti, eò, quòd prior taxatio esset admodum excessiua, vt narratur in instrumento concessionis; & per se patet, cùm sit etiam de præsenti solutio excessiua, & quæ per subditos aliorũ Principum, vel feudatariorum communiter nõ præstatur: quinimò videtur impropriè fuisse alienatio, cùm neq; accepta pecunia, vel alia re, fuerit facta translatio alicuius iuris in aliam personam; sed duntaxat facta fuerit remissio,
4 & liberalitas † in ipsosmet subditos, & ex iusta causa, videlicet, propter eorum maximam fidelitatem; quo casu debet censeri valida, vt ferè in terminis tradit Ioan. de Ana. in d. consil. 81. maximè in colum. fi. & Deci. cons. 289. colum. fin. Neque prædictis obstat, quod tradit Bal. in tit. de pace constan. in verbo, Amplius.
5 dicens, † quòd super regalibus nulla valet concessio, vel diminutio; & refert Felin. in d. c. 1. colum. 4. vers. quartò declara, de proba. & in c. ad audientiam. colum. 2. de præscrip. quia respondetur, quòd dictum Bald. debet intelligi, quando alienatio, vel diminutio esset magna, & non aliter, vt declarat Afflict. in Rubri. quæ sint regal. in 5. quæst. num. 60. & 61. alioquin ea opinio Baldi esset reijcienda; quia constat, cõmunem esse in contrarium, vt ex prædictis patet. & tanto facilius hæc videntur procedere, quanto minus clarè constat, quòd huiusmodi census, seu decima sit quid feudale, cùm in dubio soleat quælibet res præsumi allodialis, vt per alios scriptum fuit. Neq; etiam his obstat, quod dicitur, illum D. Aluisium non fuisse dominum ipsius loci Saliceti, quia hoc habet fa-
6 cilem responsionem. nam, cùm esset † in quasi possessione, & gereret se pro Domino, præsumitur ipso iure, quòd esset dominus, cùm hic tractetur de dominio incidenter. Bar. in l. quidam in suo. ff. de condi. instit. Deci. consil. 221. colum. 3. Et pariter non obstat, quòd nõ superuenerit cõsensus Domini directi, id est, Regis, qui consensus tunc fuit expressè reseruatus in ipsa concessione; quia respondetur, quòd hoc esset opponere de iure tertij, vt per Bart. in l. 2. ff. de excep. rei iudica. Et non est nouum, quòd
7 † contractus feudalis non valeat in præiudicium supremi Domini; & tamen valeat in præiudicium Domini inferioris, qui fecit cõtractum. Bald. in c. Imperialem. colum. fin. vers. quærit gl. quid si bonæ fidei, de prohi. feud. aliena. per Feder. Deci. cons. 185. colum. pen. vers. nec obstat quòd iste.

Secundum fundamentum Communitatis potest esse, quia siue ea concessio fuerit valida,
8 siue inualida; præstitit † tamen titulũ idoneum ad præscribendum; adeò, quòd, cùm nunc lapsi sint iam anni. 46. non videtur dubiũ, quin præscriptio habet locum, etiam quòd esset res iurisdictionalis, vt per Paul. de Cast. in l. seruitutes. la. 2. colum. fin. ff. de seruitu. & passim traditur per Doct. Neque minor ætas Illust. Marchionis, qui nunc viuit, videtur obstare, cùm sit negocium gestum cum eius prædecessoribus, qui erant perfectæ ętatis. l. AEmilius. ff. de mino. & præter hoc, iam lapsum erat tempus triginta annorum, antequàm decederet Illust. Marchio Ioannes, pater Illust. D. Alphonsi nũc viuentis.

Tertium fundamẽtum est, quia (vt in facto mihi præsupponitur) non cõstat, quòd aliquo vnquam tempore homines Saliceti soluerint decimam ad rationem vnius ex singulis sexdecim, nisi quatenus hoc narratur in primis vercim, nisi quatenus hoc narratur in primis verbis dictæ concessionis; quo casu, præterquàm quòd nõ satis expeditum est, vtrum ipse Illust. Marchio possit ex eo sumere fundamentum, quod nititur impugnare. c. ex eo. de reg. iur. in 6. Est aduertendũ, quòd non est necesse Communitati producere dictam cõcessionem; sed satis est ei dicere, quòd, cùm de præsenti sint in

† quasi

9 † quasi possessione soluendi vnum ex singulis viginti, neque appareat memoria in contrarium; præsumitur, quòd præteritis tẽporibus eodem modo semper soluerint. l. ex persona. vbi gloss. Bartol. Bald. & alij. C. de proba. Alexand. consil. 75. colum. fin. in 5. faciunt quæ tradit Soci. consil. 145. Circa. in 2. colum. volum. 1. dum ait, quòd in similibus præstationibus subditorum erga superiores recedendum non est à consuetudine longi temporis; adeò quòd opus est, vt ipse Illust. Marchio producat eam concessionem; & tunc, præterquam quòd ei obijcietur, non esse ei licitum approbare illam pro parte, & pro parte improbare, cùm ipse eam producat; opponetur etiam fortius, quòd non potest sumere fundamentum, ex prædicta narratione, quòd pro temporib. præteritis fieret solutio alio modo, quia non constat, quòd illi duo homines, qui contraxerunt nomine Communitatis, habuerint mandatum ab ea; sed potuit esse, quòd vel in gratiam illius Marchionis, vel temeritate aliquaducti contraxerint sine mandato; & vulgare est, 10 quòd † mandatum nunquam præsumitur, nisi probetur, vt tradit Bald. in l. 1. C. de reb. alie. non alie. & in l. 2. C. si ex falsi instrum. Alexan. in l. sciendum. colum. 4. numer. 20. ff. de verb. obliga.

Quarto etiam loco extaret fundamentum indubitatum, si verum esset, quòd Illust. Marchio nunc viuens, mediante persona patris sui, esset hæres illius Domini Aluisij, qui fecit concessionem, vt per alios deductum fuit.

Quibus stantibus, videtur plusquam expeditum, quòd nõ potuit de iure Illust. ipse Marchio nunc viuens proponere edictũ, quod nuper proposuit: (vt homines ipsius loci Saliceti debeãt in futurum soluere ad rationem vnius exfingulis sexdecim.) quia, cũ sit manifestum grauamen, & aperta innouatio, non debet fieri, nisi causa prius cognita, cũ vulgare sit, quòd non ab executione, sed à cognitione est inchoandum. l. 1. vbi Bart. & alij. C. de execu. rei iudica. & tanto magis id censetur esse prohibitum superiori in facto proprio, scilicet, superiori, qui alios superiores recognoscit. l. vnica. C. ne quis in sua iau. iudi. & vulgare etiam est, quòd n † possessor, etiam iniustus, non debet absq; citatione priuari sua possessione, capitulo, licet Episcopus, de præben. in 6. c. 1. & c. in literis. de restitu. spolia.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ Ius Ciuile in prima Cathedra lectionis matutinæ. 1550. 24. Aprilis, pro Communitate Saliceti.

ARGVMENTVM.

Augmentum dotis quòd idem sit, quod donatio propter nuptias; & ad quem pertineat soluto matrimonio. Et quòd valeat pactum, Quòd soluto matrimonio, vxor lucretur donationẽ propter nuptias, seu augmentum dotis.

SVMMARIVM.

1 AVGMENTVM *Dotis, quod fit per maritos vxoribus, nihil aliud est, quàm donatio propter nuptias, & quicquid datur per maritum vxori, habito respectu ad dotem.*

2 *Donatio propter nuptias, cessante pacto, reuertitur soluto matrimonio, ad maritum; sicut dos reuertitur ad vxorem.*

3 *Pactum valet, Quòd soluto matrimonio, vxor lucretur donationẽ propter nuptias, seu augmentum dotis.*

4 *Vxor de iure communi tenetur seruare augmentum dotis filijs ipsius primi matrimonij.*

5 *Nouatio hodie non præsumitur, nisi fiat expressè: censetur tamen fieri nouatio etiam tacitè, saltem ope exceptionis, quando extant euidentes coniecturæ &c.*

Consilium LXVIII.

APVD me nulla est probabilis dubitatio, quin augmẽtum dotis, quod olim vsque ad summam scutorum. 400. fecit Magnificæ Dominæ Lucidæ Dominus Iacobus de Coconato primus eius maritus, pertineat ad ipsam Domi. Lucidam, quamdiu saltem ipsa viuet. nam, facto
1 prius præsuppositio, quòd † augmentum dotis, quod † hodie est in vsu, cùm scilicet, tale augmentum fit per maritos vxoribus; nihil aliud est, quàm donatio propter nuptias, vt ait modernus Crauetta in iam adducto consil. 185. Et patet euidenter ab effectu; quia quicquid datur per maritum vxori, habito respectu ad dotem, censetur donatio propter nuptias. l. cum multæ. in prin. & §. sancimus, & §. si igitur dote iam præstita. C. de dona. ante nup. & passim per totum illum titulum; & cùm fiunt tales donationes, censentur quasi antipherna, vt ait ille tex. id est, censentur factæ contra dotem, seu correlatiuæ ad dotem, vt ibi per gl. qui effectus propriè conuenit huiusmodi augmentis, quæ fiunt per maritos; adeò, quòd, cùm de re ipsa constat, non est curandum de modo, vel ordine verborũ. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. l. 4. ff. de leg. 1. stante igitur hoc præsuppo-
2 sito, certum est, ꝙ † quamuis donatio propter nuptias, cessãte pacto, reuertatur soluto matrimonio ad maritũ, sicut dos reuertitur ad vxorem, vt per gl. in Authen. dos data. C. de dona. ante

† *De augmẽto dotis vide etiã quæ scripsit supra in cõs. 22. Vim.*

ante nup. & glo. fin. in §. fin. Institu. de dona. & est tex. in cap. fi. extra de dona. inter vir. & vxo. qualitercunq; soluatur matrimonium, & quicunq; eorum prædecedat, (nam transmittuntur hæc ad hæredes, vt declarat Abb. in d. c. fin.
3 in tertio nota.) tamen † si appositum sit pactũ, quòd mulier lucretur talem donationem propter nuptias, valet pactum, secundum gloss. in d. authen. dos data. & sentit Bal. in Authen. siue à me. in vltimo nota. C. ad Velleia. & Bald. in l. 2. C. de secun. nup. vt per Crauettam in d. cons. 185. Sed de hoc est tex. clarus in d. c. fin. §. fin. & id etiam necessariò probatur ex l. fœminæ. in prin. C. de secun. nup. dum præsupponitur ibi, quòd mulieres aliquando lucrantur huiusmodi donationes propter nuptias. Et in casu nostro constat apertè ex instrumento dotali, interuenisse tale pactum. nam post constitutam summam dotis scutorum. 1350. computatis scutis. 400. pro augmento &c. vt patet ex ipsis verbis instrumenti; subiecta fuit paulò inferius clausula hæc, scilicet, quã dotem, & augmentum. vt supra factum, dictus D. Iacobus promisit, solenni stipulatione conuenit dictæ Dominæ Lucidæ sponsæ, licet vt supra absenti, & dicto D. Io. Antonio patri, & mihi Notario infrascripto pro dicta D. Lucida, & eius hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus ius, & casus dederint, stipulanti, & recipienti reddere, soluere, & restituere eidem Dominæ Lucidæ, & eius hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus concesserit ius suum in omnem casum, & euentum prædictæ dotis restituendæ. &c. quæ verba non possent esse clariora in hoc proposito, vt in terminis tradit Gonzadi. consil. 47. colum. fi. & Neuiza. in sylua nup. colum. mihi. 27. secundum magnas impressiones, versicu. caueant secundo mariti. sub Rubri. diuiti non nuben. & tanto magis de plano procedit tale pactum in præsenti casu, cùm maritus ipse prædecesserit; adeò, quòd absque vllo dubio euenit casus dotis restituendæ: & valuisset tale pactum in fortioribus terminis, id est, dato, quòd vxor præcederet, secundum gl. in l. quod sitis. C. de dona. prop. nup. & illa promissio facta etiam pro hæredibus, & successoribus, arguit euidenter, pactum fuisse conceptum, etiam si vxor præcederet, dummodò scilicet eueniret casus, quo dos esset restituẽda hæredibus ipsius vxoris.

4 Et quamuis † de iure cõmuni teneatur vxor reseruare tale lucrum filijs ipsius primi matrimonij, scilicet post eius mortem. d. l. fœminæ. C. de secun. nup. & l. cum alijs. eod. titu. tradit Roma. cons. 405. Et Franc. Cremen. in singula. vltimo, adeò, quòd fortè videretur hoc augmẽtum pertinere Dominæ Angelæ filiæ, post mortem ipsius Dominæ Lucidæ; id tamen nihil facit ad præsentem controuersiam, quia sùm hic tractatur, ad quem pertineat eiusmodi augmentum de præsenti. Prætereà non satis expeditum videtur in præsenti casu, quòd post mortẽ Dominę Lucidæ pertineat tale augmẽtum ad ipsam filiã, si videantur tria instrumenta inter eas confecta; & de hoc disputabitur, quando casus eueniet, prout etiam tunc disputabitur, an quarta pars huius augmenti iã nunc sit acquisita ipsi Dominæ Lucidæ propter mortem alterius filiæ, quæ prædecessit, iuxta tex. in Authen. defuncto. C. ad Tertul.

Secundus articulus pariter non videtur habere dubitationem, scilicet, quòd Magnificus D. Gaspar non tenetur soluere ipsis Dominis de Pucchiella summã scutorum. 310. retinendo sibi fictum sancti Damiani, prout conuentum fuit in instrumento inter eos confecto, anno. 1536. nam fuit sublatum tale instrumentum per aliud instrumẽtum inter eos celebra-
5 tum, anno. 1529. nam, † quamuis nouario hodie nõ præsumatur, nisi agatur expresse. l. fina. C. de noua. censetur tamẽ fieri nouatio etiam tacitè, saltem ope exceptionis, quando de hoc extant euidentes coniecturæ, veluti cùm super eodem debito emittuntur multæ promissiones, vt propriè factum fuit in præsenti casu. gl. fin. in d. l. fin. & latè per Andr. Sicul. consil. 86. Magnus. colum. 8. in 4. vol. Deci. consil. 400. Et si aduersarij negarent, factam esse nouationem, deberet id contra eos retorqueri, id est, deberent cogi ad duplicatam solutionem.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ legens 1550. 13. Iunij; pro Magnifico D. Gaspare de Blandrate de Tridino.

ARGVMENTVM.

De legato facto, distribuendo ad maritandum tot puellas pauperes natas ex consanguineis proximioribus testatoris. Et quando quis dicatur pauper. Et an intelligatur legatũ de puellis natis tempore testamenti, an tempore mortis testatoris &c.

SVMMARIVM.

1 CVI *conueniunt verba dispositionis, conuenit ipsa dispositio.*

2 *Dictio, consanguineus. capitur in iure tribus modis, pro agnatis, pro fratribus, & pro quibuscunque cognatis, propriè tamen pro agnatis.*

3 *Aliquem esse pauperem, intelligitur variis modis; aliquando si nõ habet in bonis scutos quinquaginta; aliquando si non habet centum.*

4 *An aliquis dicatur pauper, committitur arbitrio Iudicis secundum magis communẽ opinionem, quando*

quando scilicet agitur de notabili præiudicio.

5 *Iudex, cuius arbitrio aliquid est cõmissum, debet determinare adhibita diligenti inquisitione, & secundum qualitatem negotij, & personarum, & regulas iuris; alioquin malè facit, & ab eius arbitrio poterit appellari.*

6 *Ad iudicandum, quis sit pauper, inspicitur qualitas negotij, & personarum; & si tractatur de persoluendo debito, ille dicitur pauper, qui non potest illud debitum soluere.*

7 *Pauper dicitur ille Nobilis, cui imminet onus dotandi filias, & eas nuptui tradere, & commodè dotare non potest, licet habeat tantũ, quantum sufficit ad alimenta; & debet ei tanquam pauperi distribui legatum factum pauperibus.*

8 *Dispositio vocans pauperes, censetur vocare pauperiores.*

9 *Legatum distribuendum puellis pauperibus natis ex consanguineis testatoris, an intelligatur de natis, & nubilibus tempore mortis testatoris, non autem tempore testamenti, quòd sic.*

10 *Dispositio testatoris intelligitur potius de natis tempore mortis testatoris, quàm tempore testamenti.*

Dominus Nicolaus Mugiasca.

Petrus — Aluisius senior — Margarita

Thomas Franc. testator, Nicolaus. — Dorothea

Aluisius iunior — habet puel-

habet quatuor filias nubiles. — lam nubilẽ.

Consilium LXIX.

ROPONITVR in facto, quòd olim Dominus Nicolaus Mugiasca procreauit duos filios masculos, & vnam fœminam, scilicet Petrum, Aluisium, & Margaritã: & ex Petro natus Thomas, & ex Thoma natus est Aluisius iunior, pro quo nunc agitur, & qui habet quatuor filias nubiles. ex Aluisio autem seniore nati fuerunt Nicolaus, & Frãciscus: de cuius testamento nunc tractatur, ex Margarita verò nata est Dorothea, quæ nunc habet puellam nubilem. Prædictus Dom. Franciscus testamento disposuit inter cætera in hunc modum, scilicet, volo, quòd per infrascriptos hæredes meos, debitè referendo, infra annos tres immediatè secuturos post meum decessum expendantur, & distribuantur ducati. 3000. valoris libarum quatuor pro singulo ducato in maritando tot puellas pauperes natas ex cõsanguineis, seu affinibus proximioribus mei testatoris; &, si non aderunt tot puellæ pauperes consanguineæ, seu affines mei testatoris; volo, ꝙ maritentur ex alijs puellis non affinibus, nec consanguineis.

Deinde instituit sibi varios gradus hæredũ, & inter alios vnum, cuius hæredis casus euenit, videlicet, D. Nicolaum eius fratrem, & reliquit vnicam filiam, cui postea fuit dos constituta per Dom. Nicolaum iuxta dispositionem testatoris.

Proponitur etiam in facto, quòd dictus D. Franciscus testator reliquit patrimonium valde opulentum, videlicet, valoris scutorum vigintiquinque millium, & vltra. Item proponitur, quòd ex eius testatoris consanguineis non extant filiæ nubiles, nisi quatuor supradictæ filiæ D. Aluisij iunioris adhuc viuẽtis, qui D. Aluisius est coniunctus testatori in quinto gradu secundum Ius Ciuile, & qui nõ habet in bonis valorem scutorum tercentum; & pariter extãt puellæ nubiles natæ ex supradicta D. Dorothea, quæ Domina Dorothea coniuncta est testatori in quarto gradu, & eius maritus habet in bonis valorem scutorum. 3000.

Stantibus his, quæritur, nunquid supradictum legatum ducatorum. 3000. distribuendum sit in supradictas quatuor filias D. Aluisij iunioris; & puto concludendum esse de iure, quòd in eas debeant distribui. nam facto præ-
1 supposito vulgari, quòd † cui conueniunt verba dispositionis, conuenit ipsa dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. quod constitutum. ff. de milita. testa. cùm in dictis quatuor filiabus videantur verificari verba testamenti, videlicet, quòd sint consanguineæ testatoris, & quòd sint nubiles, & quòd sint pauperes, & ꝙ ex nubilibus pauperibus consanguineis ipsæ sint proximiores; sequitur de plano, quòd in eis debet verificari dispositio supradicti legati. in primis enim quòd ipsæ sint consanguineæ testatoris, patet ex supradicta narratione facti.
2 & cum † tribus modis capiatur de iure dictio, consanguineus. videlicet pro agnatis, pro fratribus, & pro quibuscunque cognatis, vt per .Bartol. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. & propriè capiatur primo modo, scilicet pro agnatis. vt tradit Cur. iun. consil. 176. in princip. post Alexand. in d. §. quod dicitur. columna tertia. & ibi Doctor. & patet ex. §. cæterum. & ibi gloss. Instit. de legi. agna. succes. & ex. l. inter agnatos. ff. vnde legiti. patet, ꝙ dictæ filiæ sunt propriè omninò cõsanguineæ, quæ qualitas non conuenit illi filiæ nubili, quę nata est ex D. Dorothea.

Quòd autem istæ quatuor filiæ Dom. Aluisij censeantur esse pauperes, scilicet in propositio, de

to, de quo sentit testator; non videtur posse de
3 iure negari. nam † & si aliquem esse pauperem
soleat intelligi varijs modis, videlicet, aliquando si quis non habeat scutos quinquaginta in bonis, & aliquando si non habet scutos cētum in bonis, & alijs modis, vt tradit Bartol. in l. si
4 constante. colum. 4. in 2. q. ff. solut. matr. † est tamen magis communis opinio, quòd id committitur arbitrio Iudicis, secundum gl. in Authē. præterea. C. vnde vir & vxor, scilicet, quādo agitur de notabili præiudicio, vt dicit Bart. in d. l. si constante. & sequuntur omnes Doct. in d. Authen. præterea. Deci. consi. 163. colum.
5 4. Et † cùm aliquid est commissum arbitrio Iudicis, non intelligitur esse in libera potestate, seu voluntate ipsius Iudicis, sed determinandum est per eum, adhibita diligenti inquisitione, & secundum qualitatem negocij, & personarum, atque secundum regulas traditas per Doct. in ea materia; & si Iudex aliter facit, malè facit, & ab eius arbitrio licitum est appellare. l. si qua pœna. ff. de verb. signi. & ibi etiā tradit gloss. in verbo, pœna. in fin. & gloss. in c. super his. in verbo, Arbitrium. extra de accusa. & ibi latè Felin. colum. 5. & 6. & idem Felin. in c. exceptionem. colum. 2. & 3. de excep. & latè etiam Deci. in c. ad hæc. el. 3. de proba. In hac au-
6 tem materia, seu in articulo † hoc dijudicandi quis sit pauper, dicunt Doctor. communiter, debere inspici qualitatem facti, seu negocij expediendi, & qualitatem personarum, vt deducit Bart. in d. l. si constante. vbi maximè inquit esse inspiciēdum onus iniunctum illi personæ, de qua tractatur. & ait Salic. in d. Authen. præterea. colum. 1. in quarta. q. quòd, si tractetur de persoluendo aliquo debito, ille dicitur esse pauper sine dubio, qui non potest illud debitum soluere: propterea in præsenti casu nemini dubium esse debet, quin D. Aluisius censeatur pauper, cùm sit Nobilis, & non habeat in bonis valorem scutorum tercentum, vel circa, vt patet ex communi iudicio hominum à
7 communiter accidentibus. sed certum est † saltem eum censeri pauperē in proposito, de quo agitur, id est, cùm immineat ei onus dotandi quatuor filias, vt in terminis tradit Bald. in l. si quis ad declinandam. col. 2. vers. circa tertium. C. de Epis. & cleri, vbi ait, quòd, si sit vnus Nobilis, qui habeat quidem tantùm quantū sufficit ei ad alimenta, sed habeat puellas, quas non potest tradere nuptui, id est, quas non potest commodè dotare; iudicandus erit pauper in hoc proposito, vt possit ei Episcopus, vel alius executor testamenti tanquàm pauperi distribuere legatum factum pauperibus. & id deducit Bald. per illum text. vt ibi per eum, & sentit etiam idem Bald. in d. Authen. præterea. col. 2. & Alexand. consil. 126. In hac hæsitatione. colum. 2. in fi. vers. sextò adduco. in 4. vol. adeò, quòd in hoc proposito res nō indiget vlteriori disputatione.

Accedit etiam, quòd ex consanguineis dicti testatoris non extant aliquæ filiæ nubiles, nisi istæ quatuor; ergo facilius debet in eis verificari prædicta dispositio testatoris, vel propriè, vel impropriè. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruct. nam de supradicta filia Dominæ Dorotheæ non videtur habenda esse ratio; quia eius pater nō potest dici pauper, cùm habeat in bonis valorem scutorum trium millium, & vltra, vt dictum fuit. deinde non est propriè consanguinea, cùm non sit agnata testatoris, proximam dictū est. & dato, quòd posset aliquomodo dici pauper eius pater, & pariter dato, quòd posset aliquo modo ipsa, vel eius pater dici de consanguineis, id tamen esset largè, & impropriè; ergo debent præferri dictæ quatuor filiæ, in quibus prædictæ qualitates omnes verificentur proprio modo. nam præterquàm quòd tes-
8 tator vocauit † pauperiores, id etiā intelligebatur tacitè ex dispositione iuris. d. l. si quis ad declinandam. §. fin autem ampliores.

9 Neque puto esse dubitandum, † vtrū verba testamēti debeāt intelligi de puellis natis tempore testamēti, an de natis tempore, quo mortuus est testator. iuxta nota. in l. si cognati. ff. de reb. dub. quia & ex verbis, & ex mente testatoris hic clarum est, eum sensisse de *illis* puellis, quę essent nubiles tempore mortis suæ, vt patet ex illis verbis scilicet, infra annos tres immediatè secuturos post meum decessum. nam, si per contrarium diceremus, eum sensisse de nubilibus, quæ extabant tempore testamenti; sequeretur absurditas euidens, videlicet, quòd potuisset testator viuere postea multis annis, prout propriè iste casus euenit, quia vixit annos. 33. post conditum testamentum; adeò, quòd legatum esset præstandum puellis nunc nubilibus; quæ tamen fuissent etiam nubiles tempore testamenti, id est, opus esset ipsum præstare puellis annorum. 50. & præterhoc, re-
10 ceptum est de iure, quòd similes † dispositiones testatorum intelliguntur potius de natis tempore mortis testatoris, quàm de natis tempore testamenti, vt tradit Soci. in d. l. si cognati. in quarto nota. & Deci. cons. 253. colum. fin. & cons. 299. col. 4.

Neque pariter videtur dubitandum, quin totum ipsum legatum, quod est librarū 1200. sit erogandum in ipsas quatuor filias, ita, vt singulæ habeant pro sua dote summam librarum. 300. quia erit dos potius parua, quàm magna, cùm ipsæ sint nobiles; & in constituenda dote soleat inspici qualitas personarū, & cōsue-

tudo

tudo regionis. l. quæro. ff. de iure dot. & habetur in locis vulgaribus.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ legens Ius Ciuile in prima Cathedra. 1550. 28. Iunij pro D. Aluisio Mugiasca Comensi.

ARGVMENTVM.

De decreto, seu statuto Mediolani, Quòd iuretur, donationem non esse fictam, neq; simulatam; an scilicet contractus sit nullus, si non fuit ita præcisè iuratum; & an comprehendat contractus factos extra dominium Mediolani. Et an cõprehendat etiam contractus iuratos aliter, quàm secundũ formam statuti. Et quando non credatur testibus. Et de statuto tollente nullitatem.

SVMMARIVM.

1 FORMA *statuti non seruata, contractus est ipso iure nullus.*
2 *Statutum quando comprehendat contractus factos per subditos extra territorium statuti, & quòd comprehendat subditos vbicunque contrahentes, quando verba statuti respiciũt personas, & sunt prohibitoria; & prohibitio est fauorabilis secundum communem opinionem.*
3 *Statutum, vel decretum simpliciter disponens, an comprehendat, vel possit comprehendere actus iuratos.*
4 *Statutum comprehendit etiam actus iuratos, si semper fuit, & adhuc est in tali viridi obseruantia, vt eos comprehendat.*
5 *Consensus Principis præsumitur interuenisse ex longo cursu temporis in actibus publicis.*
6 *Statutum, seu decretũ quando nihil continet contra Diuinam legem, sed tendit ad tollendũ peccatum, & respicit bonum publicũ, & eius verba respiciunt personas; tunc comprehendit omnes contractus; etiam iuratos; & subditi contra facientes statuto peccant mortaliter; ideò contractus non confirmatur eorum iuramẽto.*
7 *Statutum quando non simpliciter reprobat iuramentum, sed si nõ seruetur forma tradita, præsumit contractum fictitium, & simulatũ, tunc comprehendit etiam contractus iuratos.*
8 *Testibus nulla fides est adhibenda, quando dicunt rem non verisimilem, etiam si non conuincantur de falso.*
9 *Iudicis est in facultate, non adhibere fidem instrumentis, etiam quod Notarius non conuincatur de falso.*
10 *Probatio præsumptiua aliquando sufficit.*
11 *Iudex ex officio suo potest se quandocunque informare, quando agitur de valore rei, etiam si agatur de probando interesse.*
12 *Contractus donationis subsecutus post aliquas promissiones, & tractatus &c. facit, quod præsumantur resoluti omnes illi tractatus præcedentes, & in eorum executionem, & implementum censetur factus talis contractus donationis.*
13 *Statutum tollens nullitatem, non comprehendit nullitatem euidentem.*
14 *Statutum tollens nullitatem, non censetur tollere euidentem nullitatem, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, qualiacunque sint verba statuti, nisi etiam illa specialiter exprimantur; & quæ sit ratio.*

Consilium LXX.

QVIA copiosè, & eruditè iam per alios scriptum fuit in præsenti causa, summatim duntaxat tria capita attingam, quorum primum est de validitate donationis factæ per D. Dominicũ. nam videtur, quòd, cùm in ea donatione non
1 fuerit seruata† forma decretorum circa solennitatem iuramenti, sit iudicandus ipse contractus ipso iure nullus, iuxta tradita per Bald. Alexand. & Iaſ. in l. 1. ff. de lib. & posth. Neque vi-
2 detur obstare, quòd talis† contractus fuerit factus extra territoriũ dominij Mediolani; quia respondetur, quòd cùm verba decreti sint prohibitoria, & respiciant personas, vt patet ibi, ne quis in posterum &c. & sit prohibitio fauorabilis, videlicet, vt obuietur fraudibus, & simulationibus, ac fictionibus, vt patet ex verbis ipsius decreti, succedit communis conclusio Doctorum, quòd tale decretum, seu statutum comprehendit subditos vbicunque contrahentes, vt tradit Bart. in l. cunctos populos. in 6. q. versic. aut statutum est prohibitiuum in persona. C. de Summa Trini. & latius tradit Roma. consil. 39. In proposita quæstione. & Alexan. cons. 41. Visis quæ subtiliter. in 5. & eam communem attestatur Deci. in l. fin. col. 3. nu. 13. versic. similiter statutum vel consuetudo. ff. de iurisd. om. iud. & præter hoc etiam extat in decreto illa dictio, alibi. quæ videtur nõ minus referenda ad actum donandi, & ad personas, quàm ad bona.

Non etiam videtur obstare prædicto fundamento, quòd tale decretũ† simpliciter dispo-
3 nens, non censeatur comprehendere actus iuratos, item quòd nõ possit eos comprehendere, eò, quòd Principes seculares non habeant autoritatem in iuramentum, vt habetur in locis vulgaribus: quia pro responsione non esset magnoperè laborandũ, postquàm notorium
4 est, quòd tale decretum† semper fuit, & de præsenti est in viridi obseruantia, vt etiam comprehendat contractus iuratos. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de legibus &, si quid fuisset

impetrandum à Pontificibus, vel ab Archiepiscopis, scilicet quatenus fuisset necessarius eorum cõsensus, id satis censetur fuisse impetratum † ex tacito eorum consensu, qui præsumitur interuenisse ex tam longo cursu temporis in actibus adeò publicis, & concernentibus bonum publicum. c. qui tacet. & c. sequen. de reg. iur. in 6. Sed prẽter hoc videtur, quòd etiam de iure decretum possit id facere in hoc casu. nam decretum † in se nihil continet, quòd sit cõtra Diuinam legem; quinimo tendit ad tollẽdum peccatum, videlicet, fraudẽ, & simulationem, & euidenter respicit bonum publicum. propterea, cùm verba decreti respiciãt personam, vt supradictum est, comprehendit tale decretum omnes cõtractus, etiam iuratos, quia subditi contrafacientes decreto, peccant mortaliter; ideò contractus non confirmatur eorum iuramento, vt deducit Bart. in l. si quis pro eo. col. 5. vers. quintò prohibetur. ff. de fideiusso. & idem Bartol. in l. 2. in fin. C. ne fideiusso. dotium. Ang. in d. l. si quis pro eo. in prin. & hanc opinionem sequitur Deci. cons. 536. col. fi. nu. 15. & 16. vbi pro ea quamplures Doct. adducit, & Canonistas, & Legistas, adeò quòd nõ temerè introductum est, quòd hoc decretum sit in viridi obseruantia, vt supradictũ fuit. Et quamuis fuerint aliqui Docto. qui senserint contrarium, non tamen videtur recedendũ à prędicta opinione Bar. saltem hoc casu, quo secũ habet obseruantiam, & consensum omniũ, præterea videtur hic succedere alia opinio Bartol. magis cõmuniter approbata, † quòd, cùm statutum non simpliciter reprobat iuramentum, sed, si non seruetur forma tradita; præsumit contractum simulatum, & fictitium, tunc cõprehenduntur etiam cõtractus iurati. Bar. in l. omnes populi. col. 8. nu. 24. vers. ecce alia dicit statutum. ff. de iusti. & iure. & eam communem dicit Alex. cons. 151. Viso themate. col. 3. & 4. vers. tertius casus. in 7. vol. id enim propriè videtur contingere in prẽsenti casu. nam, dũ decretum requirit, quòd iuretur donationem non esse fictam, neq; simulatam; patet, quòd si ita non iuretur, habet eam pro ficta, & simulata. Ad illud autem, quòd supradictũ est, quòd decretum simpliciter disponens, non censetur comprehendere actum iuratũ; non est necessarium respondere, quia per se patet, quòd decretum loquitur de contractu iurato, dum, scilicet vult in effectu, quòd non sufficiat quodlibet iuramentum, sed iuratum sit solẽniter &c. & quamuis hoc sit iuramẽtum assertorium, videtur tamẽ à paritate rationis decretum idem velle in iuramento promissorio: deinde ex ipsa communi † obseruantia decreti, est manifesta eius interpretatio, quòd voluit cõprehendere quoslibet contractus iuratos; adeò, quòd disputandũ non videtur de voluntate, sed dum taxat de potestate.

† De obseruãtia interpretatiua, quòd multũ poßit. Crauetta cõ sil. 101. Nobilis. nu. 3. versicul. 5. Vin. Annib.

Secundum caput huius negotij est, quod attinet ad depositionem testium super promissione librarum mille annuarum, quã asserunt fuisse factam per D. Dominicum. & videtur discendum, quòd nulla † sit adhibenda fides huiusmodi testibus, cùm dicant rem non verisimilem. l. 3. §. ideoque diuus. cum §. sequen. ff. de testi. etiam si non conuincantur de falso, vt tradit Bar. in l. Lucius. in fin. ff. de infami. sicut etiam est † in facultate Iudicis, non adhibere fidem instrumentis. Bald. in l. scripturæ. C. de fide instru. Feli. in c. auditis. nu. 23. de præscrip. latè Curt. iun. cons. 178. quamuis Notarius nõ puniatur, neque conuincatur de falso, vt per Io. de Ana. cons. 49. Seu per Bologni. ibi in addi. Quòd autem dicant rem non verisimilem. patet ex eo, quòd D. Dominicus non habet in bonis vltra reditum librarum. 600. vt satis videtur constare ex sententia, quæ asseritur lata per Magnificum D. Christophorũ. & quamuis ex ea sententia non omninò id inferatur; id tamẽ infertur verisimiliter, & probabiliter, iuncta probatione facta per aduersariũ in suis positionibus, præsertim in vndecima, dum asserit, portionẽ suam sibi assignatam per dictam sententiam non excedere reditum librarum. 300. adeò, quòd cũ hoc veniat in hac causa incidenter, scilicet per modum coniecturæ circa adhibendam, vel nõ adhibendam fidem testibus; deberet † talis probatio præsumptiua sufficere, per text. in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad leg. Aquil. præterea, † vbicunq; agitur de valore rei, potest Iudex ex officio suo quandocunque se informare. Bar. in l. si quod ex Pamphila. in fin. ff. de lega. 2. Alex. cons. 133. in fin. in 1. vol. etiam si tractetur de probatione rei non permanentis, velut est interesse. Barto. in l. 1. in fin. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. & dato etiam, q̃ testes dicerẽt veritatem in se; esset tamen faciẽda interpretatio, quòd huiusmodi verba fuissent prolata per partem in modũ iactationis, iuxta tex. in l. 3. in fin. ff. de ac. & obliga. præsertim cùm tractaretur de danda vxore ipsi filio. sed & dato, quòd testes absolutè dicerent veritatem; nõ tamen videtur amplius esse habenda ratio talium promissionũ factarum per D. Dominicum, quia, † cùm post eas subsecutus fuerit contractus donationis, censentur fuisse resoluti omnes tractatus præcedentes, & censetur in eorum executionem, & implemẽtũ factus dictus cõtractus donationis, vt multa huiusmodi tradit Alex. cons. 25. Viso instrumento. col. 3. nu. 9. & 10. vers. nec habẽt obstare. in 2. vol. & multa per D. Alciat. in tracta. de præsump.

præsump. in 24. præsump. secũdæ regulæ. Abb. consil. 14. colum. 2. in 1. vol. & consil. 116. col. penult. & fin. in secundo. Et quia dicitur, esse aliquos testes, qui deponunt de eadem promissione librarum. 1000. facta etiam post dictum contractum donationis; videtur, quòd multò minor fides adhibenda sit talib. testibus: quia neque verisimile est, neq; solet fieri talis actus, scilicet, quòd aliquis promittat mille, deinde faciat donationem omnium bonorum, deinde iterum promittat mille. est enim varietas non credenda. argument. l. nam ad ea. ff. de cõdi. & demon. Postremò, vt iam per alios dictũ fuit, non videtur esse habenda aliqua ratio omnium huiusmodi testium; quia neque in capitulis, neque in eorum probationibus est deductum certum tempus, neque certus locus, vt disponunt discreta sub titu. de proba. §. fin. & non videtur tuta responsio, distinguere inter promissionem, & contractum; quia videntur obstare verba ipsius constitutionis, scilicet ibi, aliquid confessum fuisse. nam confessio, scilicet valida, id est, facta præsente parte, satis habet vim contractus. deinde ratio constitutionis, scilicet ne auferatur facultas probandi in contrarium; videtur vtroque casu æqualiter procedere.

Tertium caput est de duabus sententijs conformibus, quæ essent mittendæ executioni, secundum nouas constitutiones. Et, quamuis super hoc multum videatur vrgere motiuum, eò, quòd verba cõstitutionis sunt valde enixa; adeò, quòd non auderem libero modo asserere, quòd hic procedant illa, quæ alibi tradunt
13 Docto. scilicet, † quòd statutum tollens nullitatem euidentem, vt per Oldrad. consil. 106. & Alexand. etiam in consil. 106. colum. fina. in 3. & Paul. de Cast. & Alexand. in l. 4. §. condem
14 natum. ff. de re iudica. tamen † cùm hic adsit euidens nullitas ex magis speciali ratione, quã sit alia quælibet, videlicet nullitas ex defectu iurisdictionis, nam hîc non constat de aliquo compromisso facto in supradictum D. Christophorum, putarem, quòd talis nullitas nunquàm comprehendatur sub statuto, qualiacunque habeat verba, nisi expressè habeat eius mentionem, vt tradit Alexand. in consil. 77. In causa & lite. colum. 3. numc. 12. versic. præsuppositis ergo dictis duabus. & colum. 4. in 2. vol. vbi adducit rationem, cur defectus iurisdictionis superet alios omnes in hoc proposito. inquit enim, quòd si non constat de iurisdictione, sententia non meretur nomen sententiæ; quia non censetur lata per Iudicem, sed per priuatam personam; aliàs autem sequeretur absurdum (inquit Alexand.) quòd quilibet posset procurare, vt haberet duas, vel tres sententias conformes à tribus priuatis personis nullam iurisdictionem habentibus; & eo modo sub prætextu statuti posset aduersarium suum decipere; & videtur esse ratio plurimum vrgens.

Iacobus Mandellus, Albensis, Iuris Ciuilis interpres Papiæ. 1550. 13. Iulij. pro Do. Dominico Romana de Serraualle, sollicitante D. Hyeronimo Romana.

ARGVMENTVM.

An Mercator possit vti signo, vel marcha habente aliquam similitudinem cum signo, vel marcha alterius mercatoris.

SVMMARIVM.

1 MERCATOR *non potest, etiam de iure communi, vti eodem signo, vel marcha alterius mercatoris.*

2 *Mercator non potest vti signo, vel marcha habente similitudinem in effectu cum signo, vel marcha alterius mercatoris, vt si vnus vtatur naui, alius non potest vti triremis, seu galera &c.*

3 *Ratio, cur mercatores prohibeantur vti eodem signo, vel marcha.*

4 *Ratio debet haberi pro expressa in statuto, quando alia non potest assignari: itẽ quando est expressa de iure communi in eadem materia.*

5 *A mente, & ratione statuti licitum est argumentari.*

6 *Differentia est inter mentem, & rationem statuti, remissiuè.*

7 *Nauis appellatione continetur & triremis, & scapha, & quodlibet aliud instrumentum aptum ad nauigandum.*

8 *Effectus magis, quàm verba, inspici debet.*

9 *Similia dicuntur ea, quæ sunt similia in proposito, & in effectu, de quo agitur.*

10 *Similia dicuntur illa, in quibus est eadem ratio.*

11 *Similitudo etiam minima comprehenditur, quãdo adsunt illa verba, nec simile aliquo modo, &c. scilicet propter illam dictionem, aliquo. quæ excludit etiam quid minimum.*

12 *Mercator non vtens palam eodem signo alterius mercatoris, sed alio simili grauius delinquit, & cõmittit in legem deludendo eius dispositionem.*

13 *Mutanda nõ sunt ea, quæ quis iã multis annis &c.*

Consilium LXXI.

QVEMADMODVM est expeditũ de iure municipali in ciuitate Cremonæ, nec non & de iure † communi, quòd nullus mercator possit vti
1 signo, vel marcha alterius mercatoris, prout

patet ex duobus statutis productis: & de iure communi ita esse tradit Bar. in tract. de insign. & armis. col. 1. nume. 5. 6. 7. & 8. vbi dat exempla de signis, quæ solent per Excellentes artifices apponi in gladijs, vel alijs eorum operibus: & de signis, quæ solent apponi per Notarios, & de illis, quæ solent apponi in charta papiracea, tradit etiam Alexand. in Rubri. ff. solut. matri. in col. 2. & probatur ex l. Iudæos quosdã. C. de Iudæ. & ex l. nemo ex his. quæ est lex fina. §. nec callidis machinationibus. C. de assesso. & ex. l. 1. C. de ijs qui poten. no. tit. & ex. c. dilecta. extra de excess. Præla. ita etiam puto esse clarum
2 de iure, quòd † non licet alicui mercatori vti signo, seu marcha habẽte similitudinem cum marcha alterius mercatoris, quamuis non per omnia, sed habente similitudinem tamen in effectu principali, & in illo ipso proposito, propter quod verisimiliter facta est prohibitio, vt lut contingit in præsenti casu, quo proponitur quòd vnus mercator iam multis annis vtitur marcha, seu signo nauis: & nuper alius mercator in eodem genere mercis incepit vti signo triremis, seu, vt vulgò dicitur, de la gallera, quasi nauis, & triremis sint diuersę penitus res. id enim non posse de iure fieri, demonstrari po test multis rationibus, sed duabus potissimũ.
3 Prima est, quia † ratio talium prohibitionum non alia est, nisi hæc, scilicet ne inferatur præiudicium, & damnum illi mercatori, qui iam longo tempore cõsueuit vti tali marcha. nam sub prætextu talis marchæ venderẽtur res aliorum mercatorum, quæ fortasse nõ essent eiusdem bonitatis, vt deducit Barto. in dicto tract. de insign. colum. 1. num. 7. vbi etiam ait, quòd non solùm læderetur ille mercator, sed deciperetur vniuersus populus, eò, quòd acciperetur opus vnius pro opere alterius, vt ibi per eũ.
4 hæc autem † ratio, quamuis non sit expressa in prædictis statutis; debet tamen haberi pro expressa, tum quia est euidens, & non alia potest assignari, iuxta gloss. & Doct. in l. quamuis. C. de fideicom. tum quia, cùm sit expressa de iure communi, vt per Bart. vbi supra, debet etiam haberi pro expressa in statutis loquentibus de eadem materia. l. 2. vbi Bald. C. de noxal. ac Deci. consil. 44. colum. 2. latè Abb. in capitulo, causam quæ. col. fina. de rescrip. est autem
5 vulgare, † quòd à mente, & ratione statuti licitum est argumentari. Bar. in l. iura. la. 1. in fi. ff. de legi. Ang. Are. in §. cùm exaliena. in fin. institu. de rerum diuis. Curt. iun. consil. 5. nume.
6 20. omissa scilicet nunc differentia † inter mentem statuti, & eius rationem, de qua per Deci. in l. 1. in 4. col. nume. 12. C. de eden. post Bart. in l. 3. §. si parens. ff. de legi. tuto. & non est dubiũ in prẹsenti casu, quin fiat contra mentem, & rationem statuti. nam præterquam quòd ex
7 ratione sermonis † appellatione nauis continetur & triremis, & scapha, & quodliber aliud instrumentum aptum ad nauigandum. l. 1. §. nauem. ff. de exercitio. ac. & l. fin. ff. de fund. instruc. notissimum est, quòd apud vulgus omnia hæc continentur appellatione nauis, scilicet in proposito, de quo hic agitur, id est, quãdo loquimur de nauibus depictis pro signo, seu marcha alicuius mercis; & idem sequitur effectus quò ad opinionem populi, siue depingatur nauis proprio modo, siue depingatur triremis. ideò hic succedit, quod dici solet, † effectum debere inspici magis, quàm verba. l. fi. Iusfam. §. 1. ff. quod cum eo. & l. 1. §. nõ solum. ff. de succes. edic. & l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur.
8

Secunda principalis ratio est ex verbis ipsorum statutorum. nam statutum sub Rubri. De marchis, prohibet, ne quis habeat simile mar-
9 cham, &c. † similes autem res esse dicuntur, quæ sunt similes in proposito, & in effectu, de quo agitur. Abb. in c. transiato. colum. fina. de constitu. Deci. in l. 1. nu. 6. C. de transac. gloss. in l. 3. ff. de peric. & commo. rei vendi. & vt ait Bald. in l. illud. colum. 1. in fin. versic. item no-
10 ta ex gloss. C. de sacrosan. Eccle. † illa dicuntur similia, in quibus est eadem ratio, & plura huiusmodi adducit Deci. consil. 329. col. penult. Deinde aliud statutum sub Rubrica. Quòd aliquis mercator &c. habet magis enixa verba. ait
11 enim, nec simile vnum alteri aliquo † modo, vel ingenio, quæ verba præsertim propter illã dictionem, aliquo. comprehendunt quamlibet similitudinem, etiam minimã, vt per gloss. in Clem. 1. in verbo, aut earum parte. de foro competen. Ias. in l. eum, qui. ff. de iurisdic. om. iudi. & præter expressionem statuti, id etiam videbatur subintelligendũ esse de iure cõmuni. vt est tex. in d. l. Iudæos. ibi, assimilatam spe-
12 ciem. C. de Iudæ. quinimò † grauius cẽsetur delinquere is, qui non palam vult vti signo, seu marcha simili per omnia, sed simili duntaxat quò ad effectũ; quia is non solùm vult decipere alios homines, sed etiam committit in legẽ, id est, vult dispositionem legis deludere, vt ait tex. in d. l. nemo ex ijs. §. nec callidis. C. de assesso. & tex. in l. ita fidei. ff. de iure fisci.

Accedit etiã, ꝙ mercator iste, qui vult vti hoc
13 nouo signo, fuit vsus alio signo iam † per multos annos; adeò, ꝙ ex hoc deprehenditur euidentius eius fraus, & facilius est prohibendus. arg. tex. in l. 1. in fin. C. de muta. no. facit tex. in d. l. 1. in princip. C. de ijs qui poten. no. Et alia quamplura adducerentur, si esset opus.

Iaco. Mandell. Alben. legens Papiæ. 1550. 1. Septẽb. pro D. Francisco della Rotta, seu de la Rupta, Placentino.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De crimine veneni, & contra imputatum de veneno, quòd procedi possit per quæcunque indicia, etiam leuiora, & leuiores probationes. Et quæ indicia sufficiant ad torturam generaliter in quocunque crimine.

SVMMARIVM.

1 VENENI *crimen est grauissimum, cùm contineat & homicidium, & proditionem: & proceditur in eo atrociter: & admittuntur leuiores probationes, & leuiora inditia, etiam iuris ordine non seruato.*

2 *Veneni crimen est de his, quæ solent occultè committi: & sufficiunt indicia leuiora, quæ sint verisimilia, licet non sint omninò proxima ipsi delicto: sicut sufficiunt in alijs criminibus occultis.*

3 *Inditium sufficiens ad torturam est, si inquisitus sit malæ vocis, & famæ, & conuersatus sit in loco delicti commissi.*

4 *Fama quomodo probetur, & an sit necesse, quòd testes dicant particulariter à quibus personis audierint, & quando.*

5 *Testium multitudo facit rem notoriam.*

6 *Fama quòd sit sufficiens indicium ad torturã, & quando.*

7 *Inditium sufficiens ad torturam est, si inquisitus consueuit committere similia delicta.*

8 *Inditia probantur etiam per vnum testem, quando actus, de quo deponit, est proximus delicto.*

9 *Testes viles admittuntur contra personas valde diffamatas.*

10 *Mendacium est sufficiens inditium ad torturã.*

11 *Dammum in dubio præsumitur datum ab inimicis.*

12 *Inimicus præsumitur is, qui protulit aliqua verba minatoria mortis.*

13 *Inimicitia est sufficiens inditium ad torturam.*

14 *Actus insoliti arguunt suspicionem.*

15 *Testes etiam singulares faciunt inditium ad torturam, quando vnum dictũ coadiuuat aliud, & omnia tendunt ad vnum effectum.*

16 *Veritas quando aliunde haberi non potest, sufficiunt quæcunque inditia ad torturam &c.*

Consilium LXXII.

CONSTAT ex processu, hanc fœminam veneno perijsse, vt patet ex depositione duorum Medicorum, & ex quãpluribus testibus, qui deposuerunt, se vidisse faciem tumefactam, & nigredinem vnguium, & frequentem vomitum, vt maximè deponunt Moyses de Verona. & Moyses Poies, & Iacob. de Praga, & Diamanta vxor Gratiadei, & Zoia de Sacerdotibus; & nõ solùm Medici, sed etiã Stella, & Isaac inquisiti fatentur eam decessisse in quarto, aut quinto die; & Lazarinus maritus fatetur, fuisse datum puluerem alicorni. & de his puto non esse aliquam dubitationem.

Vnde inferuntur duo in vniuersum tendentia ad hoc negotiũ torturæ, de quo agitur: primum, † quòd, cùm crimen veneni sit grauissimum, quia scilicet continet & homicidium, & proditionem, vt inquit Bal. cons. 211. incip. Illud malũ de iure. in 4. vol. procedendum est in eo atrociter ad eruendã veritatem, & leuiores probationes admittẽdæ, & leuiora inditia, etiã si non per omnia seruetur ordo iuris, vt multa huiusmodi cumulat Marsil. in sua prac. crimi. §. diligenter. nu. 156. & ex cõmissione etiam Illstrium Principum constat, esse cõcessam facultatem procedendi in hoc casu iuris ordine nõ seruato. Infertur & aliud, quòd cùm † crimen veneni sit de his, quæ solent occultè committi, debent pro eruenda veritate hic sufficere inditia leuiora, id est, etiam si non sint omninò proxima ipsi delicto, sint tamen verisimilia, vt in terminis de hoc delicto tradit Bald. in l. 3. C. de Episco. audien. Alex. cons. 77. In causa accusationis. col. 2. nu. 8. versic. & tantò magis debet. 1. vol. & id generaliter de criminibus occultis, tradit Bar. in l. dominus horreorum. in fin. princ. ff. loca. & Alex. in addi. ad Barto. in l. fin. in tertia addi. ff. de quæstio.

Quibus præsuppositis, puto in præsenti casu, esse de iure torquẽdos reos istos inquisitos, Lazarinũ maritũ, & Stellam eius matrem, & vltimo loco Isaac eius patrem, si erit opus: quia contra eos extãt quamplura inditia, quorum aliqua videtur per se singula sufficere, sed omnia simul iuncta videntur facere rem indubitabilem.

Primum inditium est ex duabus qualitatib⁹ simul iunctis, videlicet, quia sunt † malę vocis, & famæ, prout de Lazarino deponũt Iacob. de Praga, & Abraam de Sacerdotibus, & Magister Iacobus de Santis, & de omnibus ipsis tribus deponunt Gratiadeus, & Bella vxor Leonis, & Zoia de Sacerdotibus, & Simon Pulienſis: & sunt tres isti accusati de personis, quæ conuersatæ sunt in loco delicti commissi, quia scilicet in eorũ domo sumpsit venenum hæc mulier. Quòd autem hic duobus concurrentibus, censeatur sufficiens inditium ad torturam, est decisio Bar. in l. fin. col. 3. nu. 6. ff. de quæstio. per tex. in d. l. dominus horreorum. in prin. versic. serui tamen. & tradit etiam Bart. in d. l. dominus horreorum. in fine princip.

Secundum inditiũ est ex fama, quòd huiusmodi delictum fuerit per eos commissum, de qua deponunt septem testes; & † quamuis non

non particulariter dicãt, à quibus perſonis audierint, vt videtur voluiſſe Bar. in l. de minore. §. pluriũ. col. 6. ff. de quæſtio. cùm tamen magnus ſit numerus teſtium, id non videtur eſſe neceſſarium, nam † teſtium multitudo cenſetur facere rem notoriam; ita tradit Bald. in authen. quod locum. col. 2. C. de colla. & ſequitur Felin. in c. cùm oportet. nu. 6. de accuſa. & quamuis loquantur de decem teſtib. videntur id facere gratia exempli; & non videtur negandum, quin numerus ſeptem teſtiũ ſit magnus numerus. ℣ autẽm † fama ſit ſufficiens inditiũ ad torturam tradit Bar. conſ. 191. Domino Paci. Alex. in addi. ad Bar. in d. l. fin. ff. de quæſtio. in tertia addi. Felin. in c. veniens. el. 1. col. 5. nume. 15. de teſtibus. & paſſim habetur: & quãuis requirant famam vehementem, & procedentem ex aliqua iuſta cauſa; videtur ℣ in præſenti caſu ſit ſatis vehemens fama, cùm procedat à multis teſtibus, vt dictũ eſt, & proueniat ex veriſimili cauſa. nam aliqui teſtes dicunt, hoc crimen fuiſſe commiſſum, vt ipſi inquiſiti lucrarentur dotem, & alij dicunt fuiſſe commiſſum, quia eam mulierem odio habebant. deinde fatentur Bar. & prædicti Doct. quòd ſi fama non haberet qualitates ſupradictas, multum tamen faceret iuncta cum alijs inditijs.

7 Tertium inditiũ eſt, quia † iſti inquiſiti conſueuerunt committere talia delicta, prout de hoc deponunt quatuor teſtes, qui deponũt de morte cuiuſdam Ioſue, aſſerentes famam eſſe, quòd per iſtos inquiſitos fuerit veneno necatus; deponit etiam Moyſes Poies, ſe vidiſſe his proximis diebus venenum in eorum domo. & præter hoc, refert idem Moyſes, fuiſſe factam ſibi comminationem per Margaritam ancillã nomine eorum, ℣, ſi ipſe Moyſes in futurũ repertus fuiſſet in colloquio cum quadam eorũ filia, necaturi eum erant veneno. quòd autem hoc ſit ſufficiens indicium ad torturam, tradit Alex. in d. conſil. 77. col. 1. in fin. verſic. quintũ indicium. 1. vol. poſt alios per eum adductos, & per gloſſ. in l. iubemus. C. de proba.

8 Quartum inditium ſumi poteſt ex depoſitione ſupradicti Moyſis Poies, qui quamuis ſit † vnicus teſtis, videtur tamen ſufficienter probare indicia, cùm deponat de actu non remoto, ſed proximo, tanquam immediato ad huiuſmodi delictũ, dum maximè deponit, quòd Stella ſocrus attulit ipſi Alegræ nunc mortuæ cibũ, non aſſueta id facere; & tantò magis cùm reuocauerit ipſum teſtem tunc famulum, qui iam erat in itinere cum cibo, ſeu cum ſcutella, vt ipſe dicit. & non videtur poſſe dici actus remotus, ſtante præſuppoſito ſupradicto, quòd hic verſamur in delicto occulto; ad quod plenè probandum ſolent ſufficere probationes præſumptiuæ: adeò, quòd actus propinqui talibus præſumptionibus violentis debent cenſeri facere indicium proximũ. Quòd autem ſufficiat vnus teſtis, quando actus eſt proximus delicto, tradit Bar. in d. l. fi. col. fina. ff. de quæſtio. & latius tradit ibi Modernus Patauinus Blancus, à nume. 39. vſque ad nu. 49. ex cuius etiam dictis patet, quòd actus, de quo hic loquimur, iudicandus eſt proximus, & non remotus. Neque obſtat, ℣ hic teſtis videatur potius vilis perſona, quàm grauis, cùm ſit famulus; quia reſponderur, † quòd teſtes viles ſolent admitti contra valde diffamatos, prout ſunt iſti inquiſiti. Alex. ad Bart. in d. l. fin. in tertia addi. ff. de quæſtio. & ſi aliquod erat impedimentum *in hoc* teſte propter eius contrarietatem, ſatis videtur id fuiſſe purgatũ per torturã, quam paſſus eſt, & non erat contrarietas magni momenti.

Quintum inditiũ poteſt ſumi ex † mendacio ipſorũ omniũ inquiſitorum, qui multis reſpectibus conuincuntur per teſtes, vt pater ex proceſſu. & præter expreſſas cõtrarietates, quæ in proceſſu leguntur, eſt ſatis apertũ, *quòd ipſi* inquiſiti ſunt mendaces, dum dicunt, *ſe neſci*re; quòd Alegra haberet vultum tumefactũ, & vngues nigros, cũ multi teſtes extranei, id eſt, non habitãtes in ea domo, id viderint, & dum viuebat, & poſt eius mortem. Et aperta, atque inexcuſabilis eſt contrarietas Lazarini, dum primò dicit, ſe non exhibuiſſe medicinã *huic* eius vxori; deinde ait, ſe de hoc *non recordari*: & certum eſt, quòd eam exhibuit, *vt deponit* Abraam de Sacerdotibus; & ℣ mendacium ſit ſufficiens inditium ad torturam, tradit Bart. in d. l. fin. ff. de quæſtio. & alij Docto. paſſim.

Sextum inditium poteſt eſſe, inimicitia, ſeu ſaltem odium, quo iſti inquiſiti perſequebantur hanc mulierem, cùm ex proceſſu conſtet, Iſaac ſocerum dixiſſe, eam eſſe fœminam penitus inutilem, & ℣ erat digna tali morte: & alia verba, & ſigna refert d. Moyſes Poies, in ſecuda eius depoſitione, quibus colligitur huiuſmodi odium: & dici ſolet quòd † damnum indubio præſumitur datũ ab inimicis, vt per Deci. conſ. 64. col. 4. & ſolet pariter dici, *quòd qui* profert verba minatoria mortis, † præſumitur ipſo iure inimicus. Barto. in l. 3. §. fin. ff. de admen. lega. poſt glo. in l. licet. ff. de arbitr. Quòd autem inimicitia † ſit per ſe ſufficiens *inditium* ad torturam, latè tradit Marſil. in d. §. diligenter. nume. 69. ſaltem iuncto alio aliquo adminiculo, vt ibi per eum.

Et præter hæc ſex, videntur ex proceſſu colligi alia multa, quę tendũt ad eundem effectũ, præſertim ℣ Iſaac ſoluit ſcutos illos centum collegio Hebręorum in pœnã propter huiuſmodi matrimonium, quæ res iuncta cum alijs verbis

verbis supradictis per eũ prolatis arguit malũ eius animum; & pariter constat, Lazarinum iactasse aliqua verba indicantia talem mortem futuram. Et quamuis possent ea verba interpretari fuisse dicta per iocum, cùm tamen res postea habuerit malum effectum; debet fieri interpretatio, vt & verba, & animus cõueniant effectui ipsi subsecuto. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. & pariter constat, Lazarinum tractasse de alia vxore, antequàm huius cadauer fuisset traditum sepulturæ. constat etiam, cum risisse post illius mortem, cùm de illa haberetur mentio. constat etiã, quòd huius mors attulit lucrum dotis ipsis inquisitis; quòd maximè ponderat Bart. in d. l. fin. colum. 2. nume. 5. ff. de quæstio. & pariter constat, quòd Stella mater Lazarini sollicitabat eum, vt impetraret attestationem à Medicis, quòd hæc mors non prouenerat ex veneno. actus enim † insolitia arguunt suspicionem. gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institu. Deci. consil. 94. colum. 1. constat etiam quòd post eius mortem fuerunt translatæ quædam res de domo istorum in domum alienam. constat de maxima varietate ancillæ in suo examine, & quamuis probentur † hęc per testes singulares, cùm tamen vnum dictum coadiuuet aliud, & tendant omnia ad vnum effectum, debent sufficere pro inditio ad torturam, vt dicit Alexan. in dicto consil. 77. in fin. in 1. volum. & in summa, nisi isti torqueantur, cùm veritas aliter haberi non possit, impunitũ remanebit hoc maleficium, quamuis grauissimum sit, contra tex. in l. ita vulneratus. §. quod si quis absurdè. ff. ad l. Aquil. & hoc ipsum etiam, † quòd veritas aliunde haberi non possit, debet plurimum vrgere in hoc proposito, vt tradit Marsil. in dicto §. diligenter. nume. 81. 83. & 84. 124. 125. quæ omnia scio esse notissima eruditissimis viris, coram quibus nunc res agitur.

Iacobus Mandellus Albensis, legens Papiæ Ius Ciuile vespertinum, in prima Cathedra. 1550. 17. Nouemb. pro Iacob. Ieui, Hebræo.

ARGVMENTVM.

An in legato vsusfructus comprehendatur etiã vsusfructus bonorum subiectorum fideicommissato per alium testatorem, & restituendorum hæredi instituto. Et an, & quando possit testator disponere de re hæredis. Et an, & quando hæres possit venire contra factum defuncti.

SVMMARIVM.

1 TESTATOR *potest disponere de re hæredis absolutè, & pleno iure, siue sit tota res hæredis, siue pro parte, & siue propriè sit hæredis, siue ei debita.*

2 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quãdo non habet illud, quod testator tenebatur ei relinquere ex legis dispositione: & quomodo id procedat.*

3 *Hæres non potest regulariter venire contra factũ defuncti triplici ratione.*

4 *Testator si legauit rem, in qua solùm habebat vsumfructum, an euanescat legatum, vt censeatur legasse ius solum quod habebat: & quòd hoc non procedat, quando est res hæredis, vel hæredi debita post mortem testatoris.*

5 *Testator quando censeatur in legato vsusfructus voluisse comprehendere etiam vsumfructum bonorum subiectorum fideicommisso: & vide multas coniecturas.*

6 *Verba generalia, & valde enixa comprehendunt ea, quæ aliàs non comprehenderentur.*

7 *Verba testatoris intelliguntur, prout testator putabat.*

8 *Legatum vsusfructus ampliatur ex qualitate vsufructuarij, & testatoris, qui viuebant splendidè &c.*

9 *In dubio eligenda est via illa, quæ minus ledit.*

Consilium LXXIII.

IN PRAESENTI casu, quo quæritur, an sub legato vsusfructus cõprehendatur etiam vsusfructus bonorũ, quæ per fideicommissum ab alio testatore factum prestanda sunt hæredi instituto; videntur esse duo consideranda. primum, an Illustris Comes Ioãnes, qui fecit hoc legatum, potuerit id facere. secundum, an id facere voluerit.

Et quod attinet ad primum, videtur esse res clara, & expedita, quòd id potuit facere, quia 1 † potest testator disponere de re hæredis, etiã absolutè, & pleno iure. §. nõ solùm. Institu. de lega. l. & vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. siue sit tota res hæredis, siue sit pro parte. l. cũ filius. §. dominus. vbi Barto. ff. de lega. 2. & siue sit propriè res hæredis, siue sit ei debita. dict. l. vnum. §. sed si vno. qui tex. loquitur de re debita hæredi per fideicommissum; ergo multò magis potest testator de re hæredis disponere quò ad vsumfructum paucorum annorum; & in hoc proposito non refert, an testator sciuerit, vel ignorauerit esse rem hęredis, vt habetur in dicto §. si rem. & tradit gloss. in dicto §. non solùm.

Nec huic conclusioni obstat tex. in l. 2. cum ibi nota. per gloss. in verbo, Familiæ. in fin. & ibi Bart. & alij Doct. communiter. C. de inof- 2 fi. dona. dum volunt, quòd † hæres possit venire contra factum defuncti, quando hæres ipsè

non habet illud, quod tenebatur testator ei relinquere, & tradit etiam Cur. Sen. cons. 1. col. fi. prout ex aduerso fuit allegatũ, & ad hoc potuisset adduci text. clarus in l. 2. C. si quid in fraud. patro. quoniã respondetur per Bar. Bal. Salic. & Pau. de Cast. in ea. l. 2. C. si quid in frau. ꝙ est speciale in illis personis, quibus debetur aliquid ex dispositione legis, & non reperiunt in hæreditate quantum eis debetur ex ea legis dispositione. nam eo casu, quamuis sint hæredes, admittuntur contra factum defuncti, non quidem absolutè, sed duntaxat ad reuocandũ quantum eis sufficit pro portione debita per legem, & id conceditur: quia duæ rationes simul concurrunt, videlicet, quia videtur facta fraus legi, & quia talis hæres nullum sentit cõmodum ex hęreditate defuncti tanquã hæres, vt concludunt Docto. prædicti magis communiter. extra verò eum casum manet † regula, ꝙ
3 hæres non potest venire contra factum defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vendica. triplici ratione, videlicet, quia censentur eadem persona cũ defuncto, item quia ex qua persona quis lucrum sentit, &c. tum quia quem de euictione tenet actio &c. & alioquin procedere non posset text. in l. venditrici. C. de rebus alie. nõ alie. & tex. in l. Seia. ff. de euic. cum alijs plerisque similibus: neque de hoc amplius expedit disputare, cùm extent iura clara in terminis nostris, quòd testator potest disponere de re hæredis, vt dictum fuit.

Secunda principalis dubitatio est, an Comes Ioannes censeatur voluisse hæc bona comprehendere. Et in primis remouendum est vnum, quod ex aduerso præsuppositum fuit pro vero, & expedito, scilicet nos esse in casu, de
4 †quo in l. quod in rerum. §. si vsumfructum. ff. de lega. 1. quo disponitur, quòd si legata sit res, in qua testator habebat solum vsumfructum, euanescit legatum: quia censetur testator duntaxat voluisse legare ius, quod habebat, vt etiã ibi diffusius tradunt Barto. & cæteri. non enim procedit ille tex. quando est res hæredis, vel hæredi debita post mortem testatoris, vt latè tradit Cornel. consil. 84. Videtur prima facie. in
5 secundo volu. Cæterùm † quò ad ipsum principalem secundum articulum, quamuis negari non possit, quin sit ambiguus: quia interpretamur voluntatem testatoris mortui non satis clarè explicatam, & hinc, & inde extant coniecturæ: vtcunque tamen, inspecta qualitate personarum, & alijs circunstantijs, videntur plurimum vrgere præsumptiones, & fundamenta, quæ tendunt ad sustinendum legatum vsusfructus, etiam in his bonis subiectis fideicommisso. Nam in primis proprietas illorum verborum, scilicet, bonorum meorum. denotat, vt comprehendantur bona, quę tempore testamenti sunt in dominio testatoris, quicquid postea contingat, vt est tex. in l. si ita legatũ. ff. de auro & argen. lega. & nõ est dubiũ, quin grauatus per fideicõmissum post mortẽ suã sub conditione, sit interim dominus. l. 2. §. sin aũt sub cõditione. C. cõmu. de lega. secundò. pro hac opinione faciũt verba illa, scilicet,
6 totũ & integrũ vsumfructũ omniũ bonorum meorum. quæ † verba cùm sint generalia, & vt de enixa, solent cõprehendere ea, quæ aliàs nõ cõprehenderentur. Bar. in l. generali. §. vxori. in fi. ff. de vsufruc. lega. Dec. cons. 294. col. 2. & cons. 69. col. 2. & cons. 76. col. 2. & cons. 156. col. 2 Tertiò faciũt verba illa, & cui meæ volũtati nolo aliquo modo cõtradici: aut aliquid opponi per infrascriptum hęredem meũ, sub pœna priuationis, &c. quæ prohibitio adeò enixa videtur etiam aliquid notabilis momenti præsupponere, propter quod testator dubitabat, ne hæres contraueniret; & in hoc testamento nihil tale videtur extare, nisi huiusmodi legatum vsusfructus, quatenus comprehendit bona præstanda hæredi; ergo ad eum casum videntur referenda supradicta verba. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruc. Quarò considerandum est, quòd bona hæc restituenda per fideicommissum erant indimisa, seu confusa cum bonis ipsius Comitis Ioannis: quia scilicet, ipse habebat aliquam partẽ eorum liberè ad se pertinentem, propterea cũ ipse locutus est de omnibus bonis suis, est verisimile, quòd sensit de omnibus bonis quæ tunc possidebat, & quorum tunc, cùm loquebatur, erat dominus; quia non est credendum, quòd voluerit distinguere partes, quas, etiam si tunc voluisset, nescisset distinguere. verba
7 † autem testatoris solent intelligi, prout testator putabat. l. quo loco. §. si iam mortuo, vbi Barto. ff. de hære. insti. Quintò, quia potest esse, quòd Comes Ioannes ignorarer fideicommissum, & in dubio præsumitur ignorantia, & tantò magis in eo, qui erat iuuenis, & nõ præstans operam literis: & quamuis fortè non habenda esset pro ignorantia probabili de iure, si de ea tractaretur principaliter, tamen ad faciendam coniecturam sufficit verisimilitudo. c. quia verisimile. de præsump. & hic solũ agimus de coniecturis. Propterea, si ignorabat fideicommissum, comprehenduntur hæc omnia bona sub legato, vt per gloss. in dicto §.
8 nõ solũ. Institu. de lega. Sextò, quia † qualitas ipsius matris, scilicet, Dominę Barbaræ, & eius consuetudo viuendi splendidè, & pariter consuetudo ipsius testatoris in huiusmodi splendido vsu viuendi, & charitas personarum videntur id suadere. l. cum alimenta. in princip. ff. de

ff. de alimen. lega. & l. si quando. in fi. ff. de aur. lega. & l. inter vestem. in prin. eod. titu. Septimò, quia hęredi hoc est modici præiudicij: quia agitur de vsufructu paucorum annorum, & ipse est ditissimus: matri verò est præiudicium maximum, si non habeat huiusmodi vsumfructum, quandiu viuit, ideò in dubijs † eligenda videtur illa via, quæ minus lædit. l. 1. vbi Paulus de Cast. versicu. nota bonam regulam. ff. si quis cautio. Octauò, quia dispositio dubia de hæreditate, vel testamento filij solet semper interpretari in fauorem matris. l. fin. C. de institu. & substitu. Negari tamen non potest, vt supra dixi, quin in contrarium extent aliquæ coniecturæ, sed supradictæ videntur vrgentiores.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis interpres Papię, in prima Cathedra lectionis vespertinæ, saluo &c. 1550. die 10. Decembris, pro Illust. Domina Barbara Triuultia.

ARGVMENTVM.

Si contingat, quòd per diuisionem censeatur renunciatũ fideicommisso, quòd talis renunciatio intelligatur quò ad diuidentes tantum, nõ autem quoad filios, & descendentes suos pariter vocatos expresè ad fideicommissum, & quòd ipsi possint petere fideicommissum ex persona sua, licet sint hæredes diuidentium. Et an, & quando hæres teneatur ex facto, & obligatione defuncti, & veniat contra illius factum. Et quando per diuisionem non censeatur renunciatum fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Licet per diuisionem censeatur renunciatum fideicommisso, comprehendit tamen talis renunciatio solùm ius ipsorum diuidentium, nõ autem ius filiorum, & descendentium, quòd eis competit ex propria eorum persona, & ipsi possunt petere fideicommissum.*

2 *Extensio de persona ad personam difficilius fit, quàm de casu ad casum.*

3 *Promittens de facto suo tantùm, an obligat etiam hæredem suum, & quando.*

4 *An quando quis se obligat, censeatur etiam obligare hæredes suos, & quomodo hoc intelligatur: & quid si expresè promissum sit etiam pro filijs, & hæredibus &c.*

5 *Clausula, de non contraueniendo. posita in donatione causa mortis an immutet eius naturam, & faciat eam donationem inter viuos.*

6 *Per diuisionem quando non censeatur renunciatum fideicommisso.*

7 *Per simplicem diuisionem regulariter non censetur remissum fideicommissum: & quid si adiecta sit clausula continens remissionem iuris præsentis, & futuri?*

8 *Declaratio cõtractus ambigui illa optima est, quæ colligitur ex eo, quod postea ipsi contrahentes faciunt.*

9 *Sententia inter aliquos lata, an faciat ius quò ad alios, quando refricatur eadem quæstio.*

10 *Coniectura, quòd per diuisionem non censeatur renunciatum fideicommissõ, est, si vnus habebat filios, alius non.*

Item si facta fuit reseruatio creditorum super bonis.

11 *In dubio non præsumitur extare vnica causa dispositionis, sed multæ.*

12 *Per diuisionem non censetur sublatum fideicommissum regulariter: & asserenti contrarium, & verba diuisionis non posse aliter verificari, incumbit onus probandi.*

13 *Appellatione creditorum, seu crediti, an veniant etiam fideicommissarij.*

14 *Appellatione crediti, an comprehendatur etiã creditum conditionale.*

15 *Clausula continens licentiam alienandi apposita in diuisione, quando operetur, & non excludat petitionem pretij.*

Consilium LXXIIII.

DISTINCTIO Baldi in l. qui se patris. colum. 6. & 7. versic. item quæritur si Vasallus. iam allegata, & quã sequitur Ruinus consil. 183. nume. 10. in 2. videtur habere rationem, & posse procedere, vt videlicet dicamus, ꝙ etiam † si contrahentes censerentur per diuisionem renunciasse fideicommisso; debeat intelligi talis renunciatio, vt solùm comprehendat ius, quod habebant ipsi contrahentes, non autem ius filiorum, vel descendentium suorum, competens eis ex propria eorum persona; adeò, quòd huiusmodi filij, & descendẽtes possunt postea petere fideicommissum, quamuis sint hęredes ipsorum, qui diuiserunt. Nam renunciationes sunt stricti iuris, præsertim cùm fit præiudiciũ alijs. & quemadmodum Bart. in §. duo fratres. 6. quæst. vult, quòd non censeatur renunciatũ fideicõmisso, si verba possunt aliquo alio modo, seu casu verificari: multò magis hic dicendum videtur, quòd non censeatur renunciatũ in præiudicium aliarum personarum, si potest renunciatio commodè verificari in persona ipsorum contrahentium. nam † difficilius fieri solet extensio de persona ad personam, quàm de casu ad casum. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. colum. 3. versicu. secundo casu. Deci. consil. 211. colum. 3. & consil. 218. colum. 3.

& consil.314.col.2.& alibi dicitur,quòd persona extrinsecus non intelligitur.

Neq; obstat decisio eiusdem Bal. in l. fin. in
3 fin.C.de ac.emp.vbi vult,quòd †promittēs de facto suo tantùm,obliget etiam hæredē suum; quia pro responsione dicitur,quòd sunt diuersi casus isti duo, & habent rationes diuersas. Bald.enim in d.l.qui se patris.loquitur in casu, quo præsupponitur,quòd defunctus,& hæres, seu pater,& filius habent singuli ius separatum ad rem de qua agitur, videlicet, quilibet eorū ex propria persona,prout etiam contingit in casu nostro,cùm descendentes sint vocati expresse ad fideicommissum;ideoque vult Bald. quòd,non obstante renunciatione patris,possit filius admitti ex propria persona, etiā quòd sit eius hæres; quia pater censetur renunciasse iuri suo tantùm, & non iuri filiorum; adeò, quòd filius non censetur venire contra factū, vel contra voluntatem patris:sed Bald.in dict. l.fin. C. de ac.emp.loquitur in casu, quo præsupponitur ius in persona patris, seu defuncti tantùm; ideoque non potest hæres contrauenire, cùm non habeat ius ex propria persona; & si aliquid noui faceret, censeretur facere aduersus voluntatem, & factum defuncti. Et
4 vlterius considerandum est, quòd & si † vnusquisque, dum se obligat; censeatur etiam obligare hæredes suos; intelligitur tamē eos obligare ad id tantùm, ad quod ipse est obligatus, id est,vt seruent illud præcisè, quod ipse promisit. nam ex persona hæredis non solet augeri, vel minui obligatio.l.2.§.ex his.ff. de verborū obligationib.& hoc procedit,etiam si promissum sit pro filijs,& hæredibus, scilicet, inter clausulas accessorias; quia non solent ampliare principalem dispositionem. Clemen. 1. in fin. de præben.si verò facta esset promissio pro filijs,& hæredibus in principali parte dispositionis; tunc censerentur contrahentes deduxisse duo in obligationem, seu in renunciationem, videlicet, ius suum, & ius filiorum suorum, vt propriè loquitur Bald. in dict. l. qui se patris. in secundo casu; & tunc filij si sint hæredes, non possunt cōtrauenire, vt ibi per eum; sicut & alibi videmus,quòd testator potest disponere de re hæredis, & similem distinctionē
5 ponunt Docto.cùm disceptatur de † clausula, non contraueniendi.posita in donatione causa mortis, an scilicet immutet eius naturam, & eam faciat donationem inter viuos; & dicunt multum referre,an sit posita inter clausulas principales, an inter clausulas accessorias, vt post alios tradit Deci.in l.non omnis. col.3. nu.11.ff.si cer.peta.& cons.305. sunt igitur duo diuersa, videlicet,vel renunciare iuri suo tantùm,& ad id obligare se ipsum, ac filios, & hæredes;vel renunciare iuri suò, & iuri filiorum suorum; & hoc vltimum non facilè credendū est,nisi apertè cōstet propter supradicta;& hæc planius etiam procedunt in casu nostro, quàm in casu Bal.quia non sumus certi, quòd voluerit pater renunciare fideicommisso.

6 Cæterùm vtrum in præsenti casu † censeatur per diuisionem renunciatum fideicommisso, negari non potest, quin res habeat dubitationem probabilem: qua tamen non obstante,inclinarem in eam opinionem, quòd non censeatur renunciatum; & cùm diligenter super hoc iam fuerit scriptum, nihil noui mihi succurrit. Et accessoriè ad ea,quæ iam fuerunt
7 deducta,considerandum est,quòd † cùm regulariter per simplicem diuisionem non censeatur remissum fideicommissum.l.cùm pater.§. hæreditatem.ff.de lega.2.Bartol.in §. duo fratres.in prima quæst. in fin. & dato, quòd adicta sit clausula, continens remissionem iuris præsentis,& futuri in bonis &c. prout hic fuit adiecta;non tamen censetur in dubio sublatū fideicommissum;neq; ex proprietate verborū id denotatur, neq; ex alijs regulis volentibus, quòd in dubio verba generalia non referantur ad ea,quæ dependent ex testamento, vt cōcludit Bart.in 6.quæst. & communiter Docto. sequuntur: & duntaxat propter eam clausulam volunt censeri sublatum fideicōmissum, quando accedit hæc coniectura, seu ratio,quia finis di generalis remissio nullo modo posset verificari,nisi in fideicommisso, propterea, cùm sit debilis ratio,& coniectura leuis,& contra proprietatem sermonis, & aduersus propriam naturam materiæ subiectæ, & contra alias regulas iuris: recedendum esse videtur de facili à tali coniectura, si extet alia in contrarium. l. diuus. ff. de in integ. restitu. & in præsenti casu adductæ fuerunt aliquot coniecturæ vrgentiores in contrarium, & potissimum illa,quòd aliquo tempore post diuisiones facta fuit prælatio cuiusdā partis fideicommissi Domino Ioan.Christophoro, qui fuerat vnus ex fratri-
8 bus diuidentibus: & vulgare est, † quòd opprobligatur ex eo,quod postea ipsi contrahentes fa-ciunt. Barto. consil.59. colum.2. verſicu. præterea verba. & tantò magis hoc procederet, si
9 verum est,quòd inter † autores ipsorum nunc litigantium lata fuerit sententia, approbata etiam à partibus, quòd fideicommissum extabat.nam videretur facere ius nunc, etiā quòd petatur alia pars fideicommissi,& ita aliud corpus;quia refricatur in dubiū eadem quæstio. l. si quis cum totum.§.si ancillam.& §.generaliter.ff.de excep.rei iudica. & ibi Paul. de Castr. &l.si Titio. §. vsumfructum. ff. de vsufruct.

Item

10 Item erat coniectura † illa, quòd vnus habebat filios, & non alius, vt per Deci. consil. 495. numer. 20. Item reseruatio creditorum super bonis. quæ clausula, dato sine veritatis præiudicio, quòd nō denotet fideicommissum; præfert tamen argumētum, quòd si contrahentes non voluerunt renunciare alijs creditis respicientibus ipsa bona; multo minus cēsentur voluisse renunciare fideicōmisso. nam fideicommissum est semper vltimum, vt per Barto. in d. 6. quæstio. Item si dicta clausula generalis continens remissionem iurium præsentium, & futurorum, comprehendit fideicommissum; necesse videtur fateri, quòd comprehendat cætera omnia iura personalia, vel realia; quia fideicommissum, vt modò dictum est, debet esse vltimum, & tunc sequitur manifesta repugnantia in verbis diuisionū, cùm reseruata fuerint credita super bonis. ergo, vt tollatur talis contrarietas. cap. inter dilectos. §. cæterum. de fide instrum. debet quælibet interpretatio admitti; & ita, quòd ea clausula generalis censeatur apposita ex stylo Notariorum &c. prout dicitur de clausula, non contraueniendi. posita in donatione causa mortis inter clausulas generales, vt supradixi. Accedit, quòd ea cessio generalis potest referri ad casum, quo vnus potuisset lucrari portionē alterius, si intulisset molestiam vxori testatoris in vsufructu; & quamuis hæc fortè sit diuinatio, est tamen possibile, quòd ita cogitauerint contrahentes. ergo non censetur sublatum fideicommissum; quia non verificatur id, quod requirit Barto. & communis opinio, scilicet, quòd appareat, nil aliud esse, ad quod possit referri: † & in dubio nō præsumitur extare vnica causa dispositionis, sed multæ. Ias. in l. quamuis. colum. fin. C. de fideicom. prout & ab his, quæ traduntur per glos. & Docto. in d. l. quamuis arguit. Ripa in d. §. duo
12 fratres. sexta. q. numer. 79. & cùm † regula sit, quòd per diuisionem non censeatur sublatum fideicommissum, videtur, quòd asserēti se esse in casu speciali, id est, quo verba non aliter possint verificari, incumbat onus probandi, vt in simili per Cur. Sen. consil. 72. in princip. Deci. consil. 397. col. 2. Postremò non videtur extra propositum id, quod iam per alios dictum est; quòd illa reseruatio creditorum comprehendat
13 dā fideicommissum; quia † est magis communis opinio, quòd appellatione creditorum veniant etiam fideicommissarij. Alex. & Ias. in l. ambo nu. 42. aliàs. 40. ff. si cert. peta. siue loquamur de creditore, siue loquamur de creditore, vt per eos, quicquid ibi voluerit Barto. nam de vocabulo, credito. contra Bartol. est text. in l. is cui. §. Flauius. ff. de solutio. & quamuis ex allusione vocabuli non comprehenderentur; superuenit tamē communis vsus loquendi introductus etiam per Iurisconsultos veteres, quorum nunc habemus leges, vt ait. Dom. Alcia. in l. si cui. ff. de verbo. significa. & tanto magis hæc videntur procedere in præsenti casu, cùm reseruauerint credita super bonis. Et pa-
14 riter † est magis communis opinio, quòd comprehenditur etiam creditum cōditionale, saltem in materia indifferenti, id est, apta omnibus, vt tradunt Deci. & Curt. in d. l. 1. ff. si cer. peta. velut cōtigit in præsenti casu. nam & verba reseruationis, & ratio, vel mens verisimilis cōtrahentium ita videtur respicere credita fu-
15 tura, sicut præsentia. Quod autem attinet † ad aliam clausulam, scilicet, de licentia alienandi. non videtur disputandum: quia quicquid dixerit Crotus, communis est, quòd nihil operatur, si non fuit facta alienatio; deinde non excludit petitionem pretij, vt per Bartol. in 8. q. Corne. consil. 339. in 1. vol.

Iacob. Mand. Albensis, Iuris Ciuilis vespertini interpres Papiæ. 1551. 1. Ianuarij, pro Magnifico Doctore, Domino Francisco Ragonasco Cremonensi.

ARGVMENTVM.

Quando quis possit conueniri de spolio, vel alio remedio recuperādæ. Et an per sequestrum Iudicis transferatur possessio, & quando Iudex possit facere sequestrum, & aduocare possessionem; & an Iudex vel Princeps secularis id possit facere in prædijs beneficiorum Ecclesiasticorum, & apponere manum ad fructus; & an tunc censeatur spoliare.

SVMMARIVM.

1 NEMO *Potest de spolio conueniri, qui non spoliauit, vel spoliari mandauit, neque alio remedio recuperandæ, qui non possidet, neq; dolo desiit possidere.*

2 *Per sequestrationē, quæ fit per Iudicem, non interueniente consensu vtriusq; partis, nō censetur transferri possessio regulariter, nisi dignoscatur, quòd id Iudex facere voluerit.*

3 *Iudex quilibet, & multo magis Princeps potest facere sequestrum, & aduocare etiam ad se possessionem, quādo subest timor scandali, & talis sequestratio dicitur fieri ex officio Iudicis nobili.*

4 *Iudex vel Princeps secularis potest sequestrum facere etiam in prædijs beneficiorum Ecclesiasticorum, quando subest timor scandali.*

5 *Princeps secularis potest apponere manum ad possessorium beneficij Ecclesiastici, tanquam volens impedire rixas, & scandala.*

6 *Principi attestanti de timore scandali creditur.*

7 *Iudex secularis an possit apponere manum ad fru-*

ctus beneficiorum, & an censeatur tunc spoliare, & an teneatur de spolio ille, ad cuius petitionem id facit Princeps.

Consilium LXXV.

STantibvs rebus, prout in facto præsupponuntur, non videtur Reuerend. D. Episcopus Papiensis posse conueniri de spolio, seu per aliud remedium recuperandæ. nam vulgare est,
1 † neminem posse de spolio conueniri, qui non spoliauit, vel spoliari mandauerit. glos. in l. 1. §. interdictum autem hoc nulli. in verbo, Possidebat. ff. de vi arma. & c. consultationibus. vbi Abb. de offi. delega. neque aliquo remedio recuperandę potest conueniri, qui non possidet. §. recuperandæ. Institu. de interdict. neque dolo desijt possidere. l. cũ à te. ff. de vi arma. ideoque, cùm ipse D. Episcopus neq; possideat Abbatiam, de qua agitur, neque dolo desierit possidere, neq; super ea commiserit aliquod spolium; videtur sequi de plano secundum regulas iuris, quòd non potest conueniri. & videtur hoc etiam clarius procedere; quia ex literis, seu ordinatione Illustrissimi D. Ferdinandi Gonzagæ locum tenentis Cæsarei, translata fuit possessio dictæ Abbatiæ, seu verius prædiorum ipsius Abbatiæ in D. Oliuerium Galeanũ tanquam Cęsareum Commissarium, & apud eum sequestrati fructus, & id ex iusta causa, videlicet, propter vitanda scandala, vt ex eius ordinationis lectura patet. Et non e[st] dubiũ, quin eo
2 modo cẽseatur translata possessio: quia, † quãuis regulariter per sequestrationẽ, quæ fit per Iudicem, non interueniente consensu vtriusq; partis, non transferatur possessio. l. interesse. ff. de acqui. posse. transfertur tamen, si aliquo modo dignoscitur Iudicem voluisse id facere, vt ibi ait Bart. per tex. in c. 1. extra de sequestra. posse. & fruct. & ibi sequitur Abb. col. 5. nume. 19. & adducit tex. clariorem in Clem. 1. eo. tit. prout clarè constat in casu nostro; quia verba principalia ordinationis dicũt, (pigli, & tenghi il possesso della detra Abbatia, & de beni, & frutti suoi, con tutte le ragioni, & dependenti, & emolumenti &c.) adeò, quòd sumus extra disputationem. Gomes. in q. 46. super regula de annal. posse. an per sequestrum transferatur possessio, & an interuenerit voluntas vtriusq;
3 partis, nec ne. Et non † est dubium, quin possit quilibet Iudex, & multo magis Princeps facere sequestrum, & aduocare etiam ad se possessionem, cùm subest timor scandali. Innoc. in c. in præsentia. col. 1. de proba. Spec. in tit. de sequestra. posse. in princ. & de libel. concep. §. nunc dicendum. vers. vigesimosecundo. & in tit. de peti. & posse. in princip. colum. fin. Guid. Papæ. q. 578. per l. æquissimum. ff. de vsufruc. cum alijs simi. & est sequestratio, quæ fit ex officio Iudicis nobili, vt tradit Abb. in cap. 2. colum. 3. numer. 12. versicul. venio ad secundum, de se-
4 questra. posse. & fruct. & † videtur etiã id posse facere Iudex, vel saltem Princeps secularis in prædijs beneficij Ecclesiastici. vt per Afflict. decis. 2. numer. 4. quia eadem est ratio, scilicet vitandi scandali, præsertim in hoc casu; quo manifestum est, quòd sperandum nõ erat remedium eo tempore ab aliquo Principe Ec-
5 clesiastico. Et † videmus fortius, ipsos Principes seculares quotidie apponere manum ad possessoriam beneficij Ecclesiastici, & id posse de iure facere, saltem per viam extraordinariam, id est, summatim, & tanquam volentes impedire rixas, vel oppressiones, vel scandala, vt per Afflict. decis. 24. quia hoc modo cenſetur negocium merè temporale secundum magis communem opinionem, vt attestatur Ripa, in Rubri. extra de iud. numer. 90. & cre-
6 dendum fuit † ipsi Principi attestanti de timore scandalorum. Clemen. 1. de proba. & in terminis tradit Deci. consil. 125. columna 2. Neque obstat consilium Anchar. consil. 248. Ad
7 prædicta. columna prima. dum ait, quòd † Iudex secularis apponens manum ad fructus beneficiorum est Iudex incompetens, & malè facit, & censetur spoliare; quia respondetur, quòd loquitur Anchar. de Iudice, qui id facit sine probabili causa. Præterea à siue Illustrissimus Domi. Ferdinandus id facere potuerit de iure, siue non potuerit, id non videtur pertinere ad Dom. Episcopum, cùm satis sit ei, quòd ipse neque spoliauerit, neque possideat. Est tamen tutior præcedens responsio, & magis conueniens, scilicet, quòd quicquid ipse Princeps fecit, iure fecit. nam & ex hoc tollitur obiectio, quæ posset deduci ex Decio. in d. consil. 125. columna prima. in fi. quòd, cùm Princeps id fecerit ad petitionem ipsius Domi. Episcopi, debet Dom. Episcopus teneri de spolio respondetur enim, quòd loquitur Deci. in casu, quo propriè, & illicitè committitur spolium: sed in casu nostro nullum est spolium, cùm Princeps id fecerit ex iusta causa. Respondetur etiam, quòd ordinatio Illust. Dom. Ferdinandi videtur principaliter fuisse facta ad petitionem Illustris. Dom. Alexandri Vitelli, non autem ad petitionem Reuerend. Dom. Episcopi, vt patet ex verbis ipsius ordinationis circa principium, scilicet ibi: (essendosi querelato con noi l'illustre Signor Alessandro, &c. noi considerando, che si conuien proueder, &c. in nome di monsignor el Vescouo, di monsignor Iacomo Vitello &c.) vel saltem con-

templa-

templatione vtriusq; partis; propterea sumus extra casum Decij.

Iacob. Mandellus Albensis, legens Papiæ 1551. die. 4. Ianuarij, pro Reuerendissimo D. Hyeronimo Rubeo, Episcopo Papię. Et lis agitatur Romæ de Abbatia beatæ Mariæ de la Colomba, ord. Cistercien. Placentiæ.

ARGVMENTVM.

Reuocatio feudi alienati quando fieri possit per agnatos, & an soluto pretio, & an viuente alienante, & an obstet lapsus temporis. Et an filij alienãtis admittantur ad reuocandum, nõ autem agnati, & quando.

SVMMARIVM.

1 FEVDVM *Antiquum alienatum potest reuocari per agnatos proximiores, etiã nõ soluto pretio, scilicet post mortem alienãtis: & an eo viuo, saltem soluto pretio: & an oblatio pretij semel facta noceat.*

2 *Clausula, rebus sic stantibus. semper subintelligitur.*

3 *Taciturnitas, vel lapsus temporis an obstet ad reuocationem feudi.*

4 *Alienatio feudi quando est facta in extraneum, tunc cursus temporis non præiudicat ad reuocandum, nisi sit cursus. 30. annorum; secus si facta sit in non extraneum, quia sufficit cursus anni.*

5 *Ad reuocandum feudum alienatum admittuntur primũ filij alienantis, & postea agnati; & quid si filij sint hæredes patris, qui alienauit.*

6 *Filij possunt reuocare feudum alienatum per patrem, & venire contra eius factum, quando sunt hæredes patris cum beneficio Inuentarij, & nullum sentiunt commodum ex hæreditate, & feudum est antiquũ, & ex pacto, & prouidentia &c.*

Consilium LXXVI.

IDETVR esse de iure expeditum, quòd Magnifici D. Com. Galeaz. & fratres de Ponzonijs filij quondã Magnifi. Com. Io. Ludouici habent ius † reuocandi alienationẽ feudi factam per quondã Com. Georgium de quadam portione, quam habebat in castro, & iurisdictione Casselleti: & possunt eam partem vendicare à quocunq; eam possidente: neq; tenentur persoluere pretium, cùm feudum hoc sit antiquũ, scilicet proueniens à stipite communi, & sint agnati proximiores, vt est text. clarus in c. 1. §. Titius filios masculos. in titul. si de feudo defunc. prout & aliàs Excellentissimus Senatus Mediolanensis decreuit de alia parte eiusdẽ castri, quæ fuerat alienata per Com. Peronum. Et quamuis sit disputatio inter Bal. & alios Doct. in d. §. Titius. an, dũ viuit is, qui alienauit, possint agnati proximiores reuocare alienationẽ, saltem soluto pretio, (nam Bald. voluit, quòd possint, & Isern. Aluaro. & Afflict. & Præposi. volunt contrarium,) cessat tamen disputatio, quando mortuus est is, qui alienauit, vt in casu nostro. nam tunc fatentur omnes, quòd potest agnatus reuocare, etiã non soluto pretio; quia in hoc proposito tex. ille est clarus.

Neque obstat, quòd Com. Ludouicus superioribus annis obtulerit pretium, prout etiam de hoc constat ex supradicta ordinatione Senatus; quia respondetur, quòd tunc viuebat Com. Georgius, qui alienauerat; nunc autem est mortuus. Et ex hac diuersitate facti prouenit diuersitas rationis, sicut etiam adest diuersitas iuris. nam, viuente Com. Georgio. non poterat Com. Ludouicus reuocare alienationem vllo modo, etiam si voluisset soluere pretium, secundũ magis communem opinionem Doct. in d. §. Titius. vel non poterat reuocare, nisi saltem solueret pretium, secundum supradictam opinionem Bald. ibi, ideò non est mirum, quòd tũc obtulerit pretium. nunc autem cùm sit mortuus Com. Georgius, potest reuocari alienatio, etiam non soluto pretio, vt dictum est. Ergo quicquid dictum, vel factũ fuit, non potest nocere his, quæ nunc sunt facienda, cũ vulgare sit, quòd diuersa ratio reformat
2 pactum. l. interpositas. C. de transact. & † regulariter in qualibet dispositione subintelligitur clausula, rebus sic stantibus. l. quod Seruius. in fine, vbi gl. fi. ff. de condi. ob cau. Deinde quicquid fecerit Com. Ludouicus, non debet præiudicare filijs suis in hoc proposito; quia veniunt ad hoc feudum proprio iure tanquã vocati per inuestituras; &, dato, quòd sint hæredes ipsius patris, non censerentur propterea venire contra aliquod eius factum, cùm supradicta ordinatio Senatus in hac parte non habuerit effectum.

3 Non etiam † obstat taciturnitas, vel lapsus temporis; quia, præterquam quòd Com. Ludouicus non tacuit, sed conquestus est, vt dictum fuit; respondetur, quòd, cùm ipse nõ posset reuocare, dum viuebat alienans, secundũ supradictam magis communem opinionem; sequitur, quòd nullum sibi cucurrit tempus. l. in re-
4 bus. C. de iure dot. postquàm verò † mortuus est Com. Georgius alienãs, incœpit currere tẽpus, sed non præiudicat, nisi sit tempus triginta annorum, cùm sit alienatio facta in extraneum. si enim facta fuisset in agnatũ, tunc sufficeret annus. d. §. Titius. in fi. vt ibi distinguit glo. &

gl.& communiter Doct.vt ibi post alios tradit Afflic.col.3.in tertio nota. Dec.cons.144.col. 2.& cons.208.col.3.

Et prædicta procedunt, etiam quòd alienatio fuerit facta de consensu Principis; quia talis consensus non præiudicat agnatis; &, si facta fuisset sine consensu Principis, vel alio illicito modo, tunc non procederet text. in d. §. Titius. sed statim potuisset fieri reuocatio per agnatum, non soluto pretio, vt ibi cõueniunt omnes Docto.& tradunt ibi Aluaro.& Afflict. in princ.

Restat duntaxat aduertere, ꝙ Com. Georgius reliquit filios masculos, ad quos prima causa successionis solet pertinere, ideoque videntur † ipsi primum esse admittendi ad talem reuocationẽ,& eis recusantibus, sunt admittendi agnati ꝓximiores gradatim, vt tradit Isern. in c.1.§.& olim.colum.1.nume.6. & colum.2. num.9.de succes.feud.ideò videtur, quòd erit ante omnia eis facienda interpellatio,& præfigendus terminus, intra quem respondeant, scilicet terminus moderandus arbitrio Iudicis. l. 1. ff. de iure delibe. sed antequàm fiat talis interpellatio, bene erit scire, an ipsi filij sint hæredes dicti Com. Georgij patris sui; quia, si sunt hæredes, non videntur posse venire cõtra eius factum. l. cùm à matre. C. de rei vendi. vel, dato, † quòd possint venire contra eius factum, si sint hæredes cum beneficio Inuentarij, & feudum est antiquum,& ex pacto, & ex prouidentia, vt vult Afflict. in d. §. Titius. col. 3. in sexto nota.numer.13.& in c.1.in 2.colum. in titu. an agna. vel filius. id tamẽ procedit, si filij nullum sentiant commodum ex hęreditate,& non aliter. vt tradit Aluar. in d. §. Titius. col. fin. versi. quæro ab extra.& Deci. in l. debitori. colum.3. C. de pac.& ipsemet Afflict. in d. c.1.numer.33. an agna. vel fil. Si igitur est verisimile, quòd filij Com. Georgij sentiant commodum ex hæreditate patris sui, melius erit vendicare hoc feudum immediatè à possessoribus, nulla facta interpellatione ipsis filijs; quia, dato, quòd se opponant, erunt repellendi, vt per prædicta. Neque est mirum, quod filij aliquando sint hæredes patris cum beneficio Inuentarij, & hæreditas non sit lucrosa; quia id fiat ea ratione, quòd filius non potest obtinere feudum ex pacto & prouidentia concedentis, nisi sit hæres patris, vt disponit supradictus titulus, An agna. vel fil. secundum communes intelligentias. ideò facit Inuentarium, an teneatur creditoribus vltra vires hæreditarias: & hoc etiam, scilicet, ꝙ filius non possit obtinere hoc feudum, nisi sit hæres patris, facilius repellit ipsos filios Com. Georgij; quia in effectu videntur ad hoc reduci, quòd non possunt reuocare alienationem feudi factam per patrem, nisi tribus copulatiuè interuenientibus, videlicet, quòd sint hæredes patris,& hæredes cum beneficio Inuentarij, & nullum commodum sentiant ex ea hæreditate; quæ tria non facilè possunt verificari.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ. 1551. 5. Ianuarij, pro Magnificis Dominis Com. Ponzonis.

ARGVMENTVM.

De quadam donatione,& secundo testamento, & codicillis factis per vxorem, an scilicet dicantur tales dispositiones factæ per metum,& violentiam mariti: & latè de materia, quando aliqua dispositio dicatur facta per metum, & debeat rescindi; & qui metus requiratur, & quomodo probetur, & quid si interuenit iuramentum; & an præsumatur actus factus per metum, si contineat enormem læsionem. Item aliquid, quãdo dispositiones fiunt rea contemplatione, vel in pœnã &c. vt matrimonium contrahatur inter aliquos.

SVMMARIVM.

1 IVRA *requirentia metum, qui concernat periculum salutis, vel cruciatum corporis, loquuntur gratia exempli, & sufficit metus, qui cadat in viros constantes, & etiam minor metus ad rescindendam dispositionem &c.*

2 *Qualitas personæ, cui dicitur illatus metus, inspici debet.*

3 *Sola reuerentia erga aliquem habetur pro metu.*

4 *Minor metus requiritur in mulieribus, quàm in hominibus.*

5 *Actus debet rescindi, duobus interuenientibus, scilicet quòd persona quæ fecit actum, sit de illis, quæ præsumũtur moueri ex reuerentia, vt lis, quæ præsumũtur moueri ex reuerentia, vt luti mulier erga maritũ & filius erga patrem &c. item facta probatione minarũ, secundum communem opin.*

6 *Ad præsumendum metum, an sufficiat sola reuerentia personæ absque minis; quòd non, & quomodo probentur minæ.*

7 *Testes deponẽtes de his, quæ ipsimet testes fecerũt, efficacius probant.*

8 *Testimonium de auditu facit præsumptionem, & semiplenam probationem, & transfert onus probandi in contrarium, & maximè iunctis aliys testibus &c.*

9 *Ad probandum dolum vel metum in priuatis adhibentur commissum, sufficiunt leuiores probationes.*

10 *Testes deponentes de precibus, quibus quis vtebatur erga alium, vt faceret actum &c. censetur etiam probare metum; & sic ex precibus infertur metus, quãdo agitur de personis, inter quas cadit reuerentia.*

11 *Timor metus habetur pro metu.* 12 Cre-

12 Credendum est magis duobus testibus affirmantibus metum, quàm multis negantibus.
13 Metus an debeat probari adfuisse in eo instanti, quo factus fuit actus: & quòd sufficiat probare minas, & verba iratoria paulò antè, & etiam ex aliquo interuallo.
14 Metus durat durante causa ipsius metus.
15 Protestatio, quòd quis fecit per metum, an sit necessaria, & quando.
16 Protestatio sufficit, quòd fiat absente parte, quando per metũ nõ licet facere præsente parte &c.
17 Iuramentum positum in donatione non valet ipso iure, quando donatio est facta vi, vel dolo, si verò est facta duntaxat per metum, tunc iuramentum obligat ipso iure, sed concedi debet absolutio.
18 Iuramentum non obligat hæredes, quando cõtractus potest alia ratione rescindi, & nõ tenetur hæres petere absolutionem.
19 Metus censetur etiam probatus, si persona, quæ dicitur intulisse metum, erat seuera, & solita minari, & exequi minas, etiam cũ alijs, & de facto, & violenter aliqua committere, saltem iunctà reuerentia facientis actum.
20 Fama multum potest ad probandum, quòd quis intulit metum &c.
21 Actus, qui fit inter personas, inter quas præsumitur reuerentia, si contineat enormem læsionem; præsumitur factus per metũ, & est communis opinio.
22 In donationibus, an, & quando consideretur læsio, & quòd consideretur enormis læsio, quando deducitur per cõiecturas ad interpretandum, q̃ interuenit metus, vel dolus, vel seductio, & maximè in minoribus, & mulieribus.
23 Dolus præsumitur ex enormi læsione.
24 Ad probandum metum sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones prouenientes ex naturali iudicio, veluti quando fit alienatio sine iusta causa, vel quando quis læditur vel remittit aliquid, q̃ non est verisimile eũ voluisse remittere &c.
25 Mulier alienans sine iusta causa præsumitur seducta, vel metu compulsa.
26 Mulierum genus est auarissimum, neque facilè aliquid donant.
27 Generales renunciationes metus, & doli, & enormis læsionis, cẽsentur factæ metu, & vi, eadem ratione, qua censetur factus actus ipsè principalis; & ideò non obstant.
28 Datum, vel promissum sub contemplatione, quòd matrimoniũ inter aliquos habebat effectum, debet reuocari, matrimonio non secuto.
29 Inspiciendum est, qua contemplatione actus fiat.
30 Datum alicui præsumitur datum ex causa magis verisimili, & ab ea causa regulatur dispositio.
31 Cessante causa, cessat effectus, & debet repeti, quod datum est, & semper intelligitur clausula, rebus sic se habentibus.
32 Promissio seu dispositio pœnalis manifesta, vt spõsalia seruentur, & cõtrahatur matrimonium &c. nõ valet de iure. Item, si verisimiliter facta sit tanquam in pœnam ad hunc finem vt sponsalia seruentur &c.
33 Iuramentum an tollat defectum insinuationis in donatione; & quando sit necessaria insinuatio, etiam stante iuramento.
34 Notarius, qui omisit aliquid, quòd de facili poterat adhibere, redditur suspectus.
35 Statutum si requirat insinuationem donationis vltra ius commune, quid iuris, remissiuè.

Consilium LXXVII.

SECVNDVM ea, quæ in facto proponuntur, puto esse expeditum de iure, quòd & donatio, & testamentum secundum, & codicilli, & cæteræ aliæ, si quæ sunt, dispositiones eo tẽpore factæ per Illustrem quondam Dominam Agnesinam de Solario ad commodũ filiorum Illustris quondã D. Gubernatoris Astensis mariti sui, debẽt rescindi, tanquàm factæ per metum, & fortè per manifestam violentiam. Et
1 constituto prius præsuppositio, quòd, † quamuis iura aliquando requirant metum, qui concernat vel periculum salutis, vel cruciatũ corporis. l. interpositas. C. de transact. id tamẽ censetur dictum gratia exempli, cùm alibi dicant iura simpliciter, seu generaliter, sufficere metum, qui cadat in viros cõstantes. l. metum. la. 1. & la. 3. ff. quod met. cau. & c. ad audientiã. extra eo. tit. & minor etiam metus, id est, qui non caderet in constantem virũ sufficit, vt actus rescindatur, saltem officio Iudicis. l. fi. §. si iusto. & §. si fœnerator. ff. eo. vt latè tradunt gloss. & Barto. in d. l. interpositas. Ang. Areti. in §. quadrupli. col. 2. & Ias. num. 56. insti. de actio. & di-
2 cunt Docto. communiter † esse inspiciendam qualitatem personæ, cui dicitur illatus metus. Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum ac. Deci. in l. in omnibus causis. la. 1. col. 1. ff. de reg. iur. Paris. cons. 26. nu. 64. in 3. & aliquando
3 † sola reuerentia, quam aliquis præsumitur habere erga alium habetur pro metu, vt probat text. in d. §. quæ onerandæ. & id infert ibi gl. ad mulieres. & clarius alibi dixit glo. in c. cùm lo-
4 cum. extra de sponsal. quòd minor † requiritur metus in mulieribus, quàm in hominibus, & tradit Areti. cons. 24. col. 2. & Soci. consil. 263. col. 4. nu. 5. in 2. vol.

Stante, inquam, hoc præsuppositio, dicendum est pro primo fundamento, quòd, cùm actus isti fuerint facti per vxorẽ contemplatio-

ne mariti sui, quia facti ad expressam petitionē ipsius mariti, & ad commodum suorum filiorum ex alia vxore, & per consequens etiam ad commodū ipsius mariti, saltem respectu vsusfructus, vel eo saltem respectu, quia patris interest, habere filios diuites, & facti etiā fuerint per metum illatum ab ipso marito, vt patet ex depositionibus multarum personarum, quæ hactenus deposuerunt per viam propalationum; debent tales actus omninò rescindi, & omnia in pristinum restitui, perinde, ac si nunquam fuissent facti: quia † est cōmunis Doctorum conclusio, quod duobus istis interuenientibus, scilicet, quòd persona, quæ fecit actum, sit de illis, quę præsumūtur moueri ex reuerentia, veluti mulier erga maritū, libertus erga patronum, filius erga patrē, clericus erga Episcopum, & facta probatione minarū; debet actus rescindi, vt concludit Bart. in d. §. quæ onerandæ. in fin. & Bartol. Alexand. & alij in d. l. interpositas. Aret. in d. cons. 24. col. 2. Soc. in d. cōs. 263. colum. 2. nume. 3. vers. sed dicet quispiam. Ang Are. in d. §. quadrupli. col. 3. nu. 9. vbi refert fuisse opinionem multorū, † quòd ad præsumendum metum sufficeret sola reuerentia personæ; & concludit veriorem esse opinionē, quòd duo prædicta requirātur. & Ias. etiam ibi nu. 61. & satis patet ex d. §. quæ onerandæ. ibi, si liquidum appareat &c. quòd autē hic sint concludenter probatæ minæ, non est dubitādum, si inspiciatur depositio Illust. D. Io. Francisci de Solario, & depositio Illust. D. Abbatis sancti Vrsi, qui omnibus ferè actibus deprecatorijs, & minatorijs, & executorijs fuerūt præsentes; & deponūt etiam de his, † quæ ipsimet testes fecerunt; ideoq; efficacius probant, vt per Paul. de Cast. in l. quicunque. colum. fin. C. de ser. fugi. Deci. cons. 56. colum. 2. & cons. 73. colum. 3. nume. 5. & cons. 650. col. 2. declarando, vt per Alex. & Ias. in l. 2. §. si absens. in 2. col. ff. si ex noxal. cau. & per Curt. iun. in tracta. de testib. in fin. & in plerisq; actibus fuerunt contestes. Et eorum dicta comprobantur ex depositione Catherinæ de Chiaueno, & Iaffredæ de Casata, quæ præterquam quòd de minis deponunt ex auditu, & attestantur, quòd id erat publicum in ipsa domo: deponunt etiam per proprios sensus de prohibitione, ne aliquis ingrederetur ad ipsam D. Agnesinā. & de ea etiā prohibitione deponit Carolus Calderia; & loquitur etiam de proprio facto quia ipse erat vnus ex ostiarijs deputatis; deinde de minis per auditum deponit D. Emanuel de Bernerijs, & Illust. D. Albertus Macetus, & melius eius vxor; quia refert se id audiuisse à Medicis, & ab alijs personis. & vulgare est, † quod testimonium de auditu facit præsumptionem. Deci. cons. 57. & semiplenam probationem, & transfert onus probandi in contrarium. Deci. in l. 1. in secunda lectu. col. fin. nu. 18. & ibi etiam Ripa, nu. 88. ff. si cert. peta. post Archi. & Pau. de Cast. & Roma. & Alex. quos ipsi adducunt, & tanto magis iunctis alijs testibus concludenter deponentibus, vt per Deci. cons. 272. col. 2. & cùm agitur de probatione doli, vel metus in priuatis addubus commissi, sufficiūt leuiores probationes. Corne. consil. 124. col. 2. nu. 4. in 3. vol. Et quatenus aliqui ex prædictis testibus deponunt de precibus, † quibus sæpe vsus est ipse. D. Gubernator; censentur etiam probare metum, cùm hic agatur de personis, inter quas cadit reuerentia, vt dictum est. Pau. de Cast. cons. 177. Cōtra superius. colum. 1. in antiquis, quod est consilium. 174. 1. vol. in nouissimis. Areti. consi. 141. num. 18. Soci. d. cons. 263. colum. 2. numer. 2. & col. 4. num. 8. Ias. in d. §. quadrupli. nu. 66. Ripa lib. 3. respon. de reuocan. dona. cap. 15. nu. 8. & ad hoc tendit id, quod alibi dicūt Doct. † quòd timor metus habetur pro metu. Paris. consil. 60. nume. 13. in 4. & tradit gloss. 2. in d. c. ad audientiam. de his quæ met. cau. & probatur in l. metum. la. 3. ff. eo. quamuis in præsenti casu minimè necessarium sit tractare de precibus, & de timore metus; quia ex depositione prædictorum testium apertè constat de minis, & de metu illato cum effectu, & de violentia. Et nihil restat sub hoc capite, nisi curare, vt ipsi testes repetantur iudicialiter, scilicet citata parte, & seruatis seruandis; quia, vt dictum est, videtur esse hæc res iuris expediti. Et si fortè posteà continget produci testes ex aduerso volentes probare, quòd metus non interuenerit, nō erit habenda ratio de eis, quia difficile erit probare huiusmodi negatiuam. Et † Dicunt Doct. esse magis credendū duobus testibus affirmantibus metum, quàm multis negantibus. Ias. in d. §. quadrupli. nu. 71. Deci. in d. l. in omnibus causis. numer. 8. & plenius in c. fin. colum. fin. extra de appella. vbi adducit rationem. Paris. cons. 60. nu. 22. in 4. Neque refert, † quòd non probetur metus in eo instanti, quo facti fuerūt ipsi actus, id est, donatio, testamentum, & codicilli; quia satis est probare, quòd minæ, & verba iratoria, & alij actus tendentes ad metū interuenerint paulò antè, id est, die præcedenti; quia (quod fortius est) volunt Doct. communiter, quòd sufficiat probasse minas præcessisse, etiam ex aliquo interuallo. ita Bartol. in terminis, de minis illatis per maritum mulieri, quæ postea cum eo fecit contractum. in l. si ob turpem. columna fin. ff. de cond. ob turp. cau. Ias. in d. §. quadrupli. numer. 66. Deci. in d. l. in omnibus. colum. fin. & cons. 219. colum. 3. nu. 8. & in l. pacta nouissima. colum. fin. † & cùm duraret

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

duraret causa ipsius metus, censetur etiam durasse ipse metus. Soci. in d. consil. 263. col. 5. nu. 10. Deci. in d. l. pacta nouissima. colum. fi. & in d. consil. 219. colum. 3. & consil. 498. colum. 2. num. 15. in fin. & num. 16. Præterea satis hic videtur fuisse probatus metus, & violentia, etiam illo ipso tempore, quo factæ fuerunt ipsæ dispositiones: quia probatur, quòd tũc stabant ostiarij, & prohibebatur ingressus ad eam, sicut prohibebatur die præcedenti. Neque † fuit necessarium, quòd ipsa fecerit aliquam protestationem, vt concludit Deci. in d. l. in omnibus. numer. 10. & 11. & in d. c. fin. colum. 2. de appella. & in d. consil. 219. colum. 3. & in casu nostro cessat omnis disputatio, an protestatio necessaria fuerit, quia hic nõ erat in facultate ipsius Illustris Dominæ Agnesinæ facere talem protestationem; quia nemo poterat ad eam accedere, nisi prout placebat ipsi D. Gubernatori, qui inferebat ei metum. Sicut in simili dicunt Docto. † quòd in illis casibus, in quibus necessarium est facere protestationẽ, & facere eam præsente parte; sufficit tamen eam facere parte absente, si propter metum non liceat eã facere in præsentiam partis, vt tradit Deci. in d. l. pacta nouissima. colum. fin. in prin. & cum his non solùm metus sit illatus, sed violentia, non videtur vlterius de hoc disputandum. Neque † prædictis obstat † iuramentum positum in prædicta donatione; quia si censetur donatio facta vi, vel dolo, iuramentum non valet ipso iure. c. quamuis, de pac. in 6. Ripa in d. cap. 15. colum. 2. numer. 6. Paris. d. consil. 26. numer. 64. in 3. si verò censetur facta metu duntaxat, tunc iuramentum obligat ipso iure. d. c. ad audientiam. & c. Abbas. de his quæ met. cau. sed concedenda est absolutio à tali iuramento, vt tradit glo. in d. c. ad audientiam. & Pau. de Cast. in d. consil. 177. & est text. in c. verum. de iureiuran. Desinde cessat penitus hęc obiectio in præsenti casu; quia decessit persõna, quæ iurauit; ideoque † tale iuramentũ non obligat hæredem, si contractus potest alia ratione rescindi. l. generaliter. in prin. C. de reb. credi. Neque petenda est per ipsum hæredem absolutio à tali iuramento. Corn. consil. 27. colum. 4. in 4. vol. Dec. consil. 203. colum. fin.

Potest deinde pro secundo fundamento deduci, quòd etiam si non probarentur minæ, & violentia; censeretur † tamẽ hic probatus metus ex alia qualitate, quæ mihi in facto proponitur, scilicet, quòd ipse maritus erat sæpenumero seuerus, etiam cum alijs personis, & solitus minari, & exequi minas, & de facto, ac violenter aliqua committere &c. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. colum. 3. num. 14. in 5. q. ff. de no. op. nun. Deci. consil. 151. col. fin. & consil. 189. col. 8. num. 14. & in d. consil. 219. col. 1. scilicet iuncta alia supradicta qualitate, quòd hic agimus de actu facto per personã, quæ præsumitur moueri ex reuerẽtia. nam hoc casu saltem videtur procedere id, quod modò dictum est, vt tradit Ang. Are. in d. §. quadrupli. col. 3. nume. 9. vers. non obstat dictum Baldi. An autem ita sit in facto, nec ne, nihil assero, sed me remitto ad probationes. & ad id videtur tendere illud, quod deponunt supradicti testes in alio ꝓposito, videlicet, quòd ipse maritus nunquam voluit permittere, quòd filia accederet ad matrem infirmam in loco Plauzaschi &c. & † in huiusmodi multum potest fama. Barto. in dict. §. si quis ipsi prætori. colum. 4. in 8. q. Raphael Comen. consil. 68. Paris. consil. 60. numer. 32. in quarto.

Tertium fundamentum potest esse, quòd, quotiescunque † fit actus continens enormem læsionem, & fit inter personas, inter quas præsumitur reuerentia; præsumitur factus per metum, secundum Pau. de Ca. in d. consil. 177. aliàs. 174. maximè per text. in l. si superstite. vers. sanè si læsa immodicè. C. de dolo, & videtur communis opinio, vt per Soci. in d. cõs. 263. colum. 1. numer. 2. & colum. 2. in fin. numer. 4. versic. sed ad præmissa respõdetur. Corne. consil. 140. in fin. in 3. Dec. in l. pactum. num. 7. in tertia limita. C. de colla. & in l. causam matrimonij. colum. 2. numer. 5. in fin. de offi. delega. Curt. iun. consil. 141. col. 3. num. 11. & Ruin. latè consi. 60. 3. volum. & id etiam in effectu voluit Ang. Are. in d. §. quadrupli. colum. 3. nume. 10. vers. vnum tamen tene menti. Nec obstat, quod alibi dicitur, † læsionem non considerari in donationibus; quia certũ est, quòd omnis donatio continet læsionem, seu dispendium ipsius donantis, vt sentit Anchar. consil. 433. in fin. & tradit Alex. consil. 125. col. 5. nu. 21. 1. vol. & consil. 53. nu. 21. in 3. nam respondetur, quòd etiam in donatione cõsideratur enormis læsio, quotiescunque deducitur per modum coniecturæ ad interpretãdum, vtrum interuenerit metus, vel dolus, aut seductio. Pau. de Cast. in d. consil. 177. col. 1. Corne. consil. 124. in 3. Soci. d. consil. 263. col. 2. & 3. Ripa lib. 3. respon. de reuocan. dona. in d. c. 15. num. 13. in fin. & num. 14. & hoc præsertim procedit in minoribus, & in mulieribus, vt ait Curt. iun. consil. 141. numer. 17. nam † ex enormi læsione solet præsumi dolus, d. l. si superstite. C. de dolo. & l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. quòd autẽ hic sit enormis læsio, non est opus probare, quia id patet ex tenore ipsarum dispositionum, & dicetur in sequenti fundamento.

Quarto loco videtur dicendum, quòd † ad probationem metus sufficiant coniecturæ, &

præsumptiones prouenientes ex naturali iudicio. Pau. de Cast. in d. cons. 177. colum. 2. veluti cùm fit alienatio per aliquem sine aliqua iusta causa. Raphael Comen. d. cõs. 68. seu cùm quis læditur, vel aliquid remittit, quod non est verisimile eum voluisse remittere. Bald. in d. l. interpositas. in princ. & cons. 204. Longum thema. col. fin. vers. & ideo lex ciuilis. in 3. volum. Paris. cons. 53. numer. 67. in 4. & cons. 58. num. 25 67. & consil. 60. numer. 28. eo. volum. & † specialiter de muliere alienante aliquid sine iusta causa, quòd scilicet præsumatur seducta, vel metu compulsa, tradit Soci. d. consil. 263. colum. 2. Curt. Iun. in d. consil. 141. nume. 18. ma-
26 ximè cum dici soleat, † mulierũ genus esse auariss imum, & nõ facilè eas solere aliquid donare. l. si à sponso. C. de dona. ante nup. & l. si stipulata. in fin. ff. de dona. int. vir. & vx. & l. sed si ego. in fin. ff. ad Velleia. & potissimum in præsenti casu nullo modo est verisimile, quòd ipsa Illust. D. Agnesina voluerit tales alienationes facere in personas extrancas, & priuare Illustrẽ Dominam Isabellam vnicam eius filiam, & vix ei relinquere legitimam, aduersus communes regulas & præsumptiones iuris, & ciuilis, & naturalis. l. scripto. §. fi. ff. vnde libe. cùm certum sit, quòd ipsam vehementer amabat, vt patet ex depositionibus testium. Et huiusmodi alienationes esse remotas à verisimilitudine, & à spontanea volũtate ipsius Dominæ disponentis, patet ex quampluribus alijs coniecturis; quia Mẽse anteriori cõdiderat aliud testamentum, cùm ipsa esset in loco Plozaschi, cuius tenor, & effectus est contrarius ferè in omnibus huic secundo testamento, & codicillis, & donationi. nam in primo illo testamento nihil penitus relinquebat filijs ipsius D. Gubernatoris priuignis suis, contra quos nunc agitur, & ipsi D. Gubernatori eius marito legabat duntaxat summam scutorum. 2500. quos iam habuerat, & subijciebat, quòd si ipse voluisset petere residuum dotis, vel petere vsumfructum, priuabat eum legato. Item in primo illo testamẽto fecerat quamplura legata ad pias causas, & quamplura iam ad remunerationem ancillarum suarum, & aliarũ personarum; quæ omnia fuerunt omissa in secundo testamento, & in codicillis: ideoque videntur hic succedere vulgares regulæ, quòd mutatio voluntatis nõ facilè præsumitur, nõ superueniente noua causa; & quòd nemo præsumitur velle se corrigere incontinenti, vel inter interuallum modici temporis; & pariter quòd nemo præsumitur esse immemor salutis æternæ, præsertim in vltimis diebus vitæ suę. Non etiam est verisimile, quòd voluerit ipsa mater priuare filiã hæreditate penitus, casu, quo nupsisset sine cõsensu D. Gubernatoris; prout continetur in codicillis, cùm per cõtrarium cõstet ex depositionibus supradictorum testiũ, quòd ipsa mater studiosè quærebat eam habere apud se, desiderans tradere eam nuptui in alias personas, inuito, vel inscio ipso D. Gubernatore. Nõ caret etiam suspicione id, quod dicitur in præfatione secundi testamenti, scilicet, nolens intestata decedere, nõ enim credendum est, quòd ipsa dixerit, vel audierit hæc verba, quia iam condiderat aliud testamẽtum, ergo non erat decessura ab intestato.

Neque prædictis quatuor fundamentis ob-
27 stant † generales renunciationes metus, & doli, & enormis lęsionis, de quibus in instrumento donationis; quia qua ratione ipse actus principalis censetur factus metu, & vi, ita etiã censentur eadem ratione factæ tales renunciationes, vt tradit Soci. in d. cons. 263. col. 5. in prin. & Curt. iun. in d. cons. 141. num. 19. & 20.

Et præter supradicta, quæ respiciũt metum, & vim, videretur posse dici dictas dispositiones, donationis, secundi testamenti, & codicillorum effectus esse nullius momenti, eò, quòd
28 censeantur omnes factæ † sub ea contemplatione, quòd matrimonium inter ipsam D. Iabellam, & D. Carolum habuisset effectũ, prout aliquando tractauerãt ipsi parentes, & promiserãt inuicem, se id facturos, & curaturos, cùm ambo ipsi filij essent ætatis legitimæ, sub pœna pecuniaria notabilis quantitatis, vt deponunt multi testes; & hanc ipsam causam videtur expressisse ipsa D. testatrix in secundo testamento, si bene inspiciatur. propterea cùm tale matrimonium postea non habuerit effectum, videntur esse reuocanda ea, quę data, vel promissa sunt ea contemplatione. l. non enim. & l. licet. in princ. & l. promittendo. in princip. ff. de iu. dot. & l. fin. ff. de hære. insti. & vulgare est, quòd inspici debet semper origo, & causa dispositionis, vt ait text. in l. si procuratorem de-
29 dero. in prin. ff. manda. & † inspiciendum, qua contemplatione actus fiat. Bald. in l. si pater. §. quis duos. per illum text. ff. de adop. Dec. cons.
30 283. colum. 6. in princ. & quando † aliquid alicui datur, præsumendum est id esse datum ex causa magis verisimili; & ab ea causa debet interpretari, & regulari dispositio, vt probat tex. in c. requisisti. extra de testamen. Deci. consil. 120. colum. fin. & hic nulla se offert causa illarum dispositionũ, nisi causa prædicta; ergo est
31 habenda pro expressa. glos. & Doct. in l. quamuis. C. de fideicom. & † cessante ea causa, ac deficiente cõditione debet cessare effectus, & debet repeti, quod datum est, vt etiam videtur probare tex. in l. quod Seruius. ff. de condic. ob cau. & infert gl. ibi ad illud vulgare, rebus sic se habentibus. de quo latè per Deci. cons. 335. Et,

si obij-

obijcitur, nõ posse procedere hoc fundamentum: quia donatio & testamentum conferunt bona hæc non solùm in personam D. Caroli, sed etiam in personam fratrum suorum successorum: potest responderi, quòd principalis causa videtur concernere personam ipsius D. Caroli, & sub prædicta contemplatione, quòd esset maritus Dominæ Isabellæ, vt dictum est; adeò, quòd dummodò semel fuisset contracta affinitas cum effectu, non est nouum, quòd ipsa Domina disponens permiserit se trahi in hanc sententiam, quòd post mortem D. Caroli bona transirent in alios fratres, videlicet propter affinitatem semel contractã cum effectu; ita, quòd postquam bona reperirentur esse in hæreditate, & familia Domini Caroli, remanerẽt in ea familia, & transirent ad fratres. argumen. tex. in c. ad Apostolicam. extra de regula. quæ ratio cessat, si affinitas nunquàm fuit contracta, neque impleta conditio; quia multa iam facta tenent, quæ impediuntur facienda. d. c. ad Apostolicam. cum similibus.

Posset etiam tentari aliud fundamentũ, videlicet, quòd supradictæ omnes dispositiones
32 censeantur factæ † tanquàm in pœnã, vt sponsalia seruarentur: quia manifestæ promissiones pœnales tali casu non valent de iure. l. Titia. in princip. ff. de verborum obligationib. c. Gemma. extra de sponsal. Et cùm dubitatio verteretur solùm ex parte ipsius Dominæ Isabellæ, ne ipsa non seruaret fidem; propterea Illustris eius mater præmiserit se deduci ad faciẽdas huiusmodi dispositiones, vt eam sub hoc timore detineret, ne cum alio contraheret matrimonium. Et huic coniecturæ accedit id, quod dicũt testes ferè omnes supradicti, scilicet, quòd ipse D. Gubernator multis modis semper curauit, vt huiusmodi matrimonium posset habere effectum, & custodiebat Dominam Isabellam diligentissimè; ideoque tales dispositiones tanquàm factæ in fraudem legis, debẽt annullari. l. ita fidei. ff. de iu. fisci. Et dicunt Docto. in d. l. Titia. quòd omnis promissio verisimiliter tendens ad hunc finẽ, vt sponsalia sortiantur, quamuis vellata sit, debet reijci, veluti si facta sit per aliquem iunctum sanguine, vel per aliquem amicum, vel per aliam suppositã personam, vt ibi post alios tradit Iaf. colum. 4. nume. 12.

Erit etiam præter prædicta aduertendum, q̃
33 donatio hæc † non fuit insinuata; ideoque deberet & ex hoc capite esse nullius momenti. verum est, quòd adiectum fuit iuramentũ assertorium, & promissorium; quo casu quamplures Doctores voluerunt non esse necessariam insinuationem: sed per contrarium quamplures etiam voluerunt, stante iuramento, esse insinuationem adhuc necessariam, & nota sunt loca, & autoritates vtriusque partis. Et hoc casu fortè præferenda esset opinio requirens insinuationem; quia, cùm hic versemur in actu valde suspecto, augetur huiusmodi suspicio eo ipso, quòd donatio nõ fuit insinuata, id est, facta coram Iudice, & inserta inter eius acta publica, cùm esset actus, qui de facili poterat fieri, vt in
34 simili casu de Notario † qui omisit aliquid, q̃ de facili poterat adhibere, tradit Baldus in l. si post. colum. 2. C. de iur. & fac. igno. Erit tamẽ
35 inspiciendum, an fortasse extet † aliquod statutum, vel decretum requirens insinuationem vltra ius commune, vt per Curt. in dicto cons. 141. col. fina.

Et hæc dicta sint ex abundanti. nam re vera puto, quòd huiusmodi omnes dispositiones fuerint metu factæ; ideoq; sufficiunt quatuor priora fundamenta.

Iacobus Mandellus, Albensis, Papiæ legens Ius Ciuile, in prima Cathedra lectionis vespertinæ, saluo &c. 1551. 3. Februarij, pro Illust. Domina Isabella de Scalenghis.

ARGVMENTVM.

Sequestratio possessionis & fructuum quòd fieri possit, ne partes veniant ad arma, & quomodo. Et de materia possessorij, quando quis fuit violenter expulsus, an admittat possessionem, & quam. Et quando per talem violentiam amittat etiam ciuilem possessionem. Et de intelligentia text. in l. quod meo. §. fin. ff. de acqui. posse. Et an, qui habet possessionem castri, censeatur etiam eam habere prædiorum, & aliarum rerum. Et an hæres mittendus sit in possessionem bonorum etiam feudaliũ, & quando non possit mitti.

SVMMARIVM.

1 CAVSA *post quàm est deuoluta ad Papam, vel ad quemlibet alium Principem, seu Iudicem superiorem, non potest Iudex inferior se in ea intromittere.*

Fallit quando esset verisimile, quòd partes venirent ad arma.

2 *Iudices & Principes debent semper ante oculos habere viam tutiorem, præsertim ne scandala committantur.*

3 *Iudex propter timorem scandali debet ad se auocare possessionem, & etiam fructus sequestrare, ampliando & declarando, vt hic.*

4 *Iudex non debet sequestrare possessionem, quando clarum est, quòd aliquis ex litigatoribus possidet, & quomodo intelligatur hoc.*

5 *Eiectus violenter de possessione non amittit nisi naturalem, ciuilem autem retinet, & sola ciuilis sufficit ad recuperandum naturalem propria autoritate &c.*

6 *Eiectus violenter an amittat etiam ciuilem possessionem, quando non poterat de facili resistere, & quomodo procedat hoc.*

7 *Expulsus cum magna vi, vt per exercitum, vel magnam turbam hominum, an amittat indistinctè omnem possessionem. Et de intelligentia tex. in l. quod meo. §. fin. ff. de acqui. posse. & an intelligatur de sola naturali, vt illa amittatur, non autem ciuilis.*

8 *Expulsus per vim quantumcunque magnam non amittit ciuilem possessionē, dummodò habeat animum recuperandi de facto: & infra quantum tempus possit recuperare.*

9 *Possessio etiam ciuilis amittitur per magnā vim in dubio: secus quando constat, quòd non fuit amissus animus possidendi, vt si conuocati fuerunt amici &c.*

10 *Possessio ciuilis an censeatur amissa, quando quis poterat recuperare, & nō recuperauit: & quòd id non procedat, durante metu in personam, non autem metu, ne posset recuperari.*

11 *Terror, & metus durare censentur, durante causa ipsius metus.*

12 *Castri possessionem habens, an censeatur etiā eam habere prædiorum, & aliarum rerum omniū à castro dependentium.*

13 *Facta apprehensione castri in vna parte, non censetur facta in totum in alijs rebus, & prædijs: quando sunt varij apprehensores.*

14 *Testamenti titulus nihil facit quò ad bona feudalia. sed potior est titulus agnatorum ex inuestituris.*

15 *Possessio violenta nō est habenda in cōsideratione.*

16 *Hæres vniuersalis ex testamento an mittendus sit in possessionem bonorum etiam feudaliū: & quòd non, quando agnati offerunt se incontinēti probaturos bona esse feudalia &c. & quòd tunc bona non præsumantur allodialia.*

17 *Feudum in dubio præsumitur antiquum, & inalienabile.*

18 *Hæres non est mittendus in possessionem feudalium, quando agnati iam sunt in possessione.*

19 *Subinfeudatio facta resoluitur per mortem infeudantis, & non præiudicat agnatis.*

20 *Infeudatio facta in fraudem non valet: & quando dicatur facta in fraudem.*

21 *Possessio non transfertur ex contractu inutili: & dato, quòd posset transferri, non sufficit translatio ficta per constitutum &c.*

Consilium LXXVIII.

QVAMVIS verum sit regulariter, quòd † pòstquàm deuoluta est causa ad Papam, vel ad quemlibet aliū Principem, seu Iudicem superiorē; non potest inferior Iudex in ea se intromittere. c. studuisti. & c. licet. de offi. lega. fallit tamē ea regula in hoc ipso casu, de quo in præsentia agitur, videlicet, quando verisimile est, quòd litigatores possint deuenire ad arma, vt in terminis est decisio Hostien. in c. constitutus. super gloss. in verbo, Delegauit. de appella. & ibi etiam Abb. colum. fin. & id potest comprobari ex his, quæ tradit Abb. in dicto c. studuisti. col. 1. dum ait, quòd legatus Papæ, vel quilibet alius Procurator generalis potest ex noua causa se intromittere in negotio specialiter delegato alteri personæ. ideo cessant multa, quæ fuerunt ex aduerso deducta.

2 Et cùm iura passim dicant, † debere Iudices, & Principes habere ante oculos viam tutiorē. l. 1. vbi Pau. de Cast. ff. si quis cautio. & l. si pupil lorum. §. 1. & ibi gloss. ff. de rebus eorum, præsertim ne scandala committantur. c. nihil. de præscrip. & habetur in allegata. l. æquissimum. ff. de vsufruc. optimum remedium, & iuri conueniens, atque vtile vtrique parti esset, si Reus rendis. D. Episcopus ad † se aduocaret possessionem bonorum, de quibus est lis, iuxta text. in d. l. æquissimum. & per Innocen. in c. 1. col. 1. de proba. cùm iam sit hic plus, quàm notorium interuenisse rixas, & homines armatos ex vtraque parte, & alia, quæ non expedit referre, & posse grauiora quotidie contingere: & id fieri potest non solùm ad petitionem alterius partis, sed etiam ex mero Iudicis officio, nemine petente, vt tradit Specula. de libel. concep. §. nunc dicendum. versic. vigesimo secundo. & non solùm potest hoc fieri ab initio, antequā aliquis litigatorum accesserit ad possessionē, sed etiam ex postfacto, dum vterque asserit se accepisse possessionem, & cōtrouertunt de anterioritate temporis. Specul. vbi supra, & idem Specula. in titu. de petito. & posse. in princip. c. colum. fin. & Guido Pap. quæst. 578. & vltra sequestrationē possessionis possunt etiā sequestrari fructus. Specula. in titu. de sequestra. posse. & fruct. Bar. in l. si vsusfructus. §. si in ter duos. ff. de vsufruc. Deci. in l. fin. colum. 2. in fin. C. de edic. diui Adria. & probatur. ex l. communi diuidundo. §. cùm de vsufructu. ff. commu. diui.

Neque Dominis Alpherijs videtur obstare, 4 quòd eiusmodi † remedium non soleat procedere, quando clarè constat, quis ex litigatoribus possideat, vt tradit Innocen. in d. c. in præsentia. & per Deci. in d. l. fin. colum. 3. in princ. & consil. 271. colum. 4. quia quamuis hoc de iure verum sit; non satis tamen videtur posse applicari ad præsentem casum, cùm non facilè sit hic cognoscere, quis solus possideat. nam secundum corticem ipsius negotij videtur, q Domini Rotarij possideant castrum, & Domini Al-

sti Alpherij possideant possessiones, seu maiorem partem earum. Et quātum attinet ad rem propositā, videlicet, vtrum fieri debeat sequestratio per Reuer. D. Episcopum, non est subtiliter discutiendum, quis eorum de iure iustius possideat; sed satis est, ꝙ summatim appareat, eos habere aliquam causam contendendi de possessione, & appareat timor probabilis rixæ, & scandali, vt habetur in locis prædictis.

Cæterùm, si diligentius tractandum sit de meritis negotij, scilicet in possessorio, videtur res stare pro Dominis Alpherijs. nam mortuo D. Gabriele, ipsi statim apprehenderunt possessionem prædiorum rusticorum, & capsinarum in eis existentium, antequàm D. Rotarij actum aliquem apprehensionis fecerint in dictis prædijs: & præter hoc ipsi D. Alpherij postea obtinuerunt à Reuerendo D. Vicario Episcopali protectionem, seu saluaguardiā, & publica edicta, & præcepta, ne molestarentur; & hæc omnia obtinuerunt parte citata; quinimò præsente in ipso loco Magliani, & intelligente, ac sciente, scilicet per se, vel per alios eius nomine, ea, quæ fiebant, quamuis nunquàm voluerit comparere, neque contradicere, vt in facto præsupponitur, adeò vt dubitandū non sit, quin D. Alpherij habeant possessionem anteriorem, & legitimam dictorum prædiorum. l. iustè possidet. ff. de acqui. posse. possessionem verò castri, seu edificij apprehendit Dominus Antonius suo & fratris nomine statim mortuo D. Gabriele. Et quamuis inde † fuerit violenter eiectus; protestatus tamen ibi fuit, quòd non habebat animū relinquendi eam possessionem, & rogatum fuit publicum instrumentum, præsentibus ipsis, qui eum eijciebāt, adeò quòd quamuis amiserit possessionem corporalem, seu naturalem, non tamen amisit ciuilem; quæ non potest amitti sine animo. l. 3. §. in amittenda. & l. quemadmodum. ff. de acqui. posse. quæ sola ciuilis sufficit, cùm ipsa sit, quæ producit ferè omnes effectus iuris, & concedit facultatem recuperandi naturalem propria autoritate. l. 3. §. eum igitur. versic. sed & si deiectus. ff. de vi arma. tradit Iaſ. in l. clam. §. qui ad nundinas. nu. 23. ff. de acqui. poss. & quod dictū est, D. Antonium † retinuisse possessionem ciuilem; non tollitur, si fortè obijciatur, id non procedere, eò, quòd ipse non de facili poterat resistere, vt à contrario sensu videtur velle tex. in l. quod meo. §. fin. ibi, facilè expulsurus. ff. de acqui. posse. quia respondet ibi gloss. idem quoque esse, si nō facilè poterat resistere, dummodò tamen non suspicaretur se posse repelli, id est, dummodò non deficeret ei animus possidendi. l. si id quod. §. fin. co. titu. & ea responsio est cōmuniter approbata, vt testatur Alex. super dict. gloss. Et quòd D. Antonius nō amiserit animum possidendi, patet ex dicta protestatione. Neque † etiam obstat, si dicatur, quòd 7 cùm quis expellitur cū magna vi, putà per exercitum, seu per turbam aliquam magnā hominum; videtur indistinctè amittere omnē possessionem, vt innuit tex. in d. l. quod meo. §. fi. in fi. de quo tex. facta fuit aliquando longa disputatio inter Excellentes viros; quia respondetur duobus modis. Primo, quòd ille tex. loquitur solùm de amissione naturalis possessionis, prout eo modo etiā loquitur prior pars illius tex. vt ibi per gloss. in verbo, Non desijsse. & id etiam patet ex verbis Alexandri, ibi, versic. subdentes quòd si dicitur quòd finis &c. dum considerat, an, cùm ingreditur exercitus, recedat prior possessor, nec ne. & quòd ille tex. sit in ea parte intelligendus de sola naturali, tradit ibi Aret. versicu. Vnde non recedendo. nam recedere, vel non recedere à fundo, pertinet solùm ad naturalem, non autem ad ciuilem; quæ, vt dictum est, retinetur solo animo. Et quòd hoc 8 in se verum sit, scilicet quòd nō obstāte † violentia quantumcunque magna, & deiectione, cui nullo modo poterat possessor resistere, nō amittatur ciuilis possessio, dummodò is, qui per vim eiectus est, non amiserit animū recuperandi eam de facto; patet ex tex. in d. l. 3. §. cum igitur. in fin. ff. de vi arma. qui concedit, vt tali modo eiectus cum armis per vim, possit suam possessionem naturalem recuperare, quòd certè non concederetur, si non retinuisset ciuilē, vt per Iaſ. in dicto §. qui ad nundinas, nume. 23. & id clarius patet ex gloss. communiter approbata, in dicto §. eum igitur. quæ vult, quòd eiectus per vim possit recuperare non solùm incontinenti, vt vult text. sed etiam ex interuallo, putà bidui, vel tridui, dum cōuocat amicos; & vult illa gloss. ꝙ interim possideat ciuiliter, dum habet spē, & animū recuperandi naturalem, & sequitur eam ibi Bar. qui propriè ponit casum, cùm vnus nobilis expelleret alium de aliquo castro; & concludit, quòd nō solùm terminus duorum dierum, sed terminus sex Mensium, & maior est concedendus, secundū qualitatem personarū, & rerum, & quòd interim semper retinetur ciuilis, & passim Docto. sequuntur, vt tradit Iaſ. in d. §. qui ad nundinas. nu. 35. & 36. And. Sicul. consil. 41. col. 6. in 2. volum. Item & secūdo modo ad tex. in d. l. quod 9 meo. §. fi. dato, quòd esset intelligendus † etiā de possessione ciuili, vt scilicet ea amittatur propter magnam vim, vt ibi videtur voluisse Paul. de Castr. dum ait esse paria, quòd aliquis suspicetur se posse repelli, vel quòd debuerit probabiliter suspicari; respondetur, ꝙ tali casu amittitur ciuilis, scilicet in dubio, id est, quando

do non constat de animo ipsius expulsi; quia, stante eiusmodi magna vi, potest esse præsumptio iuris, quòd perdatur animus possidendi: sed, si constet de animo, quòd scilicet possessor non amiserit animum possidendi; tunc talis eiectio violenta nihil operatur quò ad ciuilem, vt ibi declarat Areti. in fin. & redarguit Pau. de Cast. prout etiam eum redarguit ibi Alex. quānis postea Alex. nō satis clarè explicet mentem illius tex. sed est in se vera, & hæc secunda respō sio propter text. in d. §. eum igitur. & propter communem conclusionem gloss. & Bar. ibi, & propter aliam supradictam regulam, quòd ciuilis possessio non amittitur, nisi cum animo eam amittendi. d. l. quemadmodum. & pro ea facit illud, quod Ias. tradit in dict. §. qui ad nundinas. nume. 25. dum ait, quòd ille text. cum l. sequen. decidens, quòd amittitur ciuilis possessio, quando prior possessor, dum reuertitur ad possessionem, repellitur; nō procedit, si constet de eius animo in contrarium, putà si præparat amicos, &c. In casu autem nostro cōuenit factum, & series negotij vtrique responsioni; quia D. Antonius manifestauit animū suū, dum protestatus est, & pariter postea sæpius & ipse, & eius filius, & eius frater declarauerunt animum suum, dum iudicialiter cōquesti sunt de dicta expulsione, & violentia, facta semper mentione dictæ protestationis, & dum petierunt, atque obtinuerunt se confirmari in possessione per eos apprehensa, & id habuit execu tionem in cæteris bonis; nō autem potuit execution habere respectu castri: quia perseuerauit violentia. Et pariter de eorū animo constat, dum postea aliquando amicos, & homines armatos conuocauerunt, vt fructus colligerent, & se in sua possessione tuerentur. Et si fortè hic obijciatur, quòd ab aliquot mēsibus citrà nulli sunt homines armati in ipso castro;
10 † adeò, quòd D. Alpherij potuissent illud recu perare; quòd, cùm non fecerint, videntur ciui lem possessionem amisisse, vt per gloss. & Bart. in dicto §. eum igitur. respondetur, quòd causa, propter quam id non fecerint, fuit metus, scilicet in personam, non autem metus, ne id possent facere; & stante tali metu, non amittitur ciuilis possessio, vt est tex. in l. 4. C. de acquiren. posse. vt ibi distinguit gloss. & Salic. etiam, colum. 1. in 4. nota. & colum. penult. versicu. oppono secundò. & quòd talis metus fuerit in causa, debet censeri probatum præsumptione iuris: quia, cùm notorium sit, quòd D. Rotarij sunt lōgè potiores, quàm D. Alpherij, & quòd superioribus mensibus conuocato maximo armatorum numero eos terruerunt, & nunc
11 etiam † possent terrere, & superare de facto, si vellent; censetur talis error, & metus etiam de præsenti perseuerare, cùm nō sit extincta causa ipsius metus. Bal. in l. 2. colum. 2. C. quod met. cau. Deci. cons. 219. col. 3. nume. 7.

Sed dato, sine veritatis præiudicio, quòd D. Alpherij non haberent possessionem castri, habent tamen possessionem prædiorum, & capi narum legitimo modo, & iudicialiter approba
12 tam, vt dictum est. Neque videtur † cōtra eos posse dici, quòd, cùm D. Rotarij habeant possessionem castri, censentur etiam habere eam aliarum omnium rerum: quia respondetur, id non procedere de iure, quando sunt res separatæ, vt tradit glos. in l. 3. in prin. in verbo, quantlibet. in fin. de acquir. posse. etiam si sint multæ res, quæ dependeant à titulo aliquo vniuersali, vt est hæreditas, vt ibi per Alexan. num. 22. qui redarguit Docto. antiquos relatos per Ilem. in c. 1. in 2. colum. in titu. quid sit inuestitu. Et quamuis Bartol. in dict. l. 3. in princip. velit, q facta apprehensione castri in vna parte, censea tur facta apprehēsio totius castri, loquitur Bar. de ipso ædificio, non autem de alijs rebus ab eo seperatis, vt patet ex verbis suis. Deinde dato, sine veritatis præiudicio, quòd facta apprehen
13 sione † castri, censerentur apprehensa omnia prædia feudalia subiecta ipsi castro, & omnes aliæ huiusmodi res ab eo dependentes, vt aliqui Doctores voluerunt; id tamen solùm procederet, quando fit apprehensio, seu translatio possessionis, nemine cōtradicente, neq; apprehendente ipsas res dependentes à castro: secus autem, quando sunt varij apprehensores, vt sentit Bart. in dict. l. 3. in fine princip. ibi, aliàs si ille nō tradidit, sed alius vellet occupare. prout clarè tradit Innocen. ad quem Bar. se remittit, in c. dilectus. colum. 1. in fine. & 2. de capel. Mona. & in cap. dilecto. in fin. de offic. Archidiac. & quamuis Innoc. loquatur de quasi possessione iurisdictionis, prout est res incorporalis; vult tamen idem esse multò magis in rebus corporalibus; quia mouetur per text. in d. l. quod meo. §. fi. Et puto, quòd D. Rotarij nō adducent pro se hoc fundamentū. Quòd qui habet possessionem castri, censeatur habere possessionem omnium aliarum rerum ab eo dependentium; quia hoc noceret eis duplici respectu. Primò, quia faterentur omnes alias res esse feudales, secundò quia in effectu hoc fundamentum retorqueretur contra eos; quia reuera D. Alpherij prius apprehenderunt possessionem ipsius castri, vt supradictum fuit.

Non etiam prædictis obstat, quòd dicitur, D. Alpherios renunciasse possessioni suæ, dum causam hanc traxerunt ad Curiam Romanam; adeò, quòd, cùm fecerint se actores, vt per Bar. in l. libertus. la. 1. ff. de in ius vocan. censetur fe cisse D. Rotarios possessores: quia respōdetur, quòd,

quòd, cùm ipsi D. Alpherij amiserint naturalẽ, censentur egisse remedio retinendæ, vt nõ mo lestentur in ipsa ciuili, & vnico contextu censentur agere remedio recuperandæ, vt recuperent ipsam naturalem, vt post gloss. tradit Bar. ind. §. qui ad nundinas. col. penul. & fin. Et hic non obstat, quod tacitè videtur obijci, D. Rotarios esse præferendos, quia † habent titulũ, scilicet, testamenti; quia respondetur, talem titulum nihil facere respectu bonorũ feudaliũ. c. 1. de succes. feud. sed potiorem esse titulum agnatorũ ex suis inuestituris, vt tradit Gonzadi. cons. 50. col. 2. nu. 13. versic. quibus non obstantibus. Postremò, quod attinet ad hoc caput possessionis iam acquisitæ, videtur dicendum, quòd, si verum esset, ipsos D. Rotarios nunc possidere; non esset † habenda ratio talis possessionis in effectu; id est, quo ad merita negotij principalis; quia censeretur violenta possessio. l. 1. §. siue autẽ. & §. vi possidere. ff. de vi arma. quæ ante omnia deberet restitui in pristinum. l. si quis vi. in prin. ff. de acqui. posse.

Quòd autem pertinet ad aliud caput, videlicet, quòd si pars Rotaria non esset in possessione; deberet † tamẽ in eam mitti, cùm sit hæres vniuersalis ex testamento. l. fin. C. de edic. diui Adria etiam quòd sint bona feudalia. c. 1. §. inter filiam. & §. defuncto, si de feu. defunc. fuẽ. cõtro. Respondetur, hoc fundamentũ nõ procedere in præsenti casu duplici respectu. Primo, quia agnati, id est, ipsi Domini Alpherij offerunt se incõtinenti probaturos, hæc omnia bona esse feudalia, & esse inalienabilia; quia feudũ paternũ, & antiquum, ad quod ipsi sunt vocati, vt tradunt Isern. & Præpo. in d. §. inter filiam. & Isern. in d. §. defuncto. & Gonzadi. in d. consil. 50. nu. 20. & 26. Brunus cons. 18. col. 4. in princ. tunc enim cessat ratio illorum textuum, scilicet, quòd in dubio bona præsumantur allodialia, nam text. illi procedũt in dubio, vt patet euidenter ex illis verbis, agnatis feudum asserentibus &c. & patet ex eo, quòd deuenitur ad iuramentum; nõ autem procedũt, quando clarum est, vel esse potest incontinẽti, quod est feudum, vt tradunt Docto. prædicti, quamuis aliquando aliqui Doct. dixerint contrarium, & malè. Et, vt tradit Aluar. in cap. 1. in prin. in 2. nota. si de feud. defunc. inter Vasallũ mortuum & eius agnatos; respectu feudi censetur esse continuatio naturalis. Et in casu notorio, præterquàm quòd in promptu est probatio ex inuestituris, quòd hæc bona sunt feudalia; satis etiam id videtur esse notoriũ: sicut notorium est generaliter, quòd & ipse D. Gabriel, dum viuebat, & alij omnes nobiles eiusdem loci Magliani sunt feudatarij Ecclesiæ Astensis, & tanquàm feudatarij soluunt, & tanquã feudatarij Ecclesiæ sunt exempti à quampluribus oneribus, ad quæ alij istius regionis tenentur, vt in simili per Gonzadi. d. cons. 50. nu. 20. versic. octauò. & † in dubio feudũ præsumitur antiquum, & inalienabile. Bal. in c. 1. §. fi. per illũ tex. de succes. fra. Alciat. in tracta. prẽsump. 28. præsump. tertiæ regulæ. Aluaro. in c. 1. in prin. per illũ tex. si de feud. defunc. Item & secundò nõ procedit supradicta obiectio, quãdo agnati † iam sunt in possessione, vt tradit Deci. cons. 517. col. fin. Gonzadi. d. cons. 50. nu. 26.

Et quod pro D. Rotarijs dicitur, † factã fuisse subinfeudationem per D. Gabrielem; videtur parum eis prodesse; quia siue facta fuerit in fraudem, siue facta fuerit bona fide, resoluitur per mortem ipsius infeudantis, & non præiudicat agnatis, vt tradit Isern. in c. 1. §. sed & res. colum. 1. in titu. per quos fiat inuestitu. & latè ibi Aluar. col. fin. & Aluaro. in c. 1. §. si verò. col. 2. quali. olim. feu. pote. alie. & Specul. de feud. §. quoniã super homagijs. quæst. 38. Deinde † infeudatio facta in fraudem non valet, vt dicitur in d. §. sed & res. & in d. §. si verò. & hic præsumitur fuisse facta in fraudem, cùm fuerit facta per virum senem non habentem filios, & facta per eum, qui volebat excludere agnatos, prout postea per aliam etiã viam exclusit: vt de vtroque exemplo tradit gloss. in d. §. sed etiam res. in verbo, In fraudem. ideoque fuit nulla ipso iure, vt ait ibi gloss. in verbo, Proximiori. & ibi etiam Bald. & sequitur ibi Aluaro. col. 2. in fi. versic. oppono subsequenter. per tex. in §. nos autem. de prohi. feud. aliena. per Fede. & Isern. in d. §. sed & res. col. 1. & † cùm inutilis fuerit contractus eo respectu, quia prohibitum erat alienari in præiudicium alterius; videtur, quòd ex eo contractu non potuerit transferri possessio, dato, quòd expressis verbis fuisset translata, vt tradit Alex. in l. 1. §. si vir vxori. in 2. col. ff. de acqui. posse. vel dato, quòd potuisset trãsferri; non tamen sufficeret ficta translatio per constitutum, vel per alium similem modum, vt ibi per Ias. nume. 18. & latius per Socin. colum. 2. Deinde, dum D. Gabriel vixit, mansit semper in possessione: ergo censetur fuisse infeudatio simulata. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pigno. vel hypo. sol. & per consequens nulla translata possessio. l. emptor. vbi Bar. ff. de aqua plu. arcen. Et dato in omnem casum, quòd aliqua possessio fuisset translata, nõ esset de ea nunc habenda ratio, resoluto iure ipsius datoris, vt dictum fuit.

14 15 16 17 18 19 20 21

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Papiæ.
1551. 27. Martij, pro Magnificis Dominis, Ludouico & Antonio de Alpherijs.

ARGVMENTVM.

Stante fideicommisso in multas personas successiuè, an pensiones annuæ non exactæ per primum hæredem grauatum possint exigi per fideicómissarium succedentem. Et an possit fideicommissarius liberè de ipsis pensionibus disponere: an verò teneatur eas conseruare subsequentibus fideicommissarijs, tanquam res subiectas fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 PENSIONES *Annuæ non exactæ per primum hæredem grauatum, non pertinent ad hæredes ipsius hæredis, sed ad fideicommissarium.*

2 *Pensiones quæ transeunt in fideicommissarium, videntur transire tãquàm in fideicõmissariũ, & sic tanquàm res subiectæ fideicommisso. vide tamen infra. nu. 14.*

3 *Quando fit mentio de Procuratore, intelligitur tanquàm de Procuratore, & procuratorio nomine.*

4 *Pensiones annuæ veniunt etiam appellatione hæreditatis, & tanquàm pars hæreditatis. sed vide infra, nume. 16.*

5 *Fructus augent hæreditatem, & pensiones annuæ æquiparantur fructibus, & si non fuerunt exactæ per hæredem, percipiuntur per fideicommissarium: & vide infra, nume. 18.*

6 *Fructus naturales, & industriales non percepti ab hærede, transeunt in fideicommissarium.*

7 *Pensiones, & fructus non percepti ab hærede, an transeant in fideicommissarium: distinguitur, an proueniant ex facto testatoris, an ex facto hæredis.*

8 *Fructus non percepti per primum hæredem, & transeuntes in fideicommissarium, non augent fideicommissum: idem de pensionibus.*

9 *Valet argumentum, Si hæres lucraretur, ergo & fideicommissarius.*

10 *Hæreditas venit in fideicommissum eo modo, quo erat tempore mortui testatoris, & non eo tempore, quo debet restitui, scilicet, quod attinet ad fructus.*

11 *Fructus, qui percipiuntur ex hæreditate subiecta fideicommisso, accrescunt personæ, & non rei, & sunt tanquàm lucrum ipsius personæ percipientis: idem de pensionibus.*

12 *Fructus, & pensiones quando veniant in causam fideicommissi, & quando non.*

13 *Quæ dicantur venire in causam fideicommissi, id est, vt augeant fideicõmissum, & an fructus.*

14 *Pensiones transeunt ad fideicommissarium tanquàm fructus pendentes, vt possit de eis liberè disponere &c.*

15 *Fructus beneficiorum non transeunt ad hæredes decedentis, sed ad successorem in beneficio, qui potest postea de eis liberè disponere, & non augent beneficium.*

16 *Pensiones venire appellatione hæreditatis, quomodo procedat, & an veniant simpliciter loquendo.*

17 *Inspiciendum est semper, qua contemplatione aliquid dicatur vel fiat.*

18 *Fructus propriè loquendo non augent hæreditatem, sed actionem petitionis hæreditatis. & alio modo consideratur hæreditas in titulo de petitione hæreditatis, quàm consideretur in titulo ad Trebel.*

Consilium LXXIX.

PROPONITVR dubitatio, vtrum stante fideicommisso successiuè in multas personas, pensiones quædam annuæ, & prouenientes ex cõtractu testatoris, quæ non fuerunt exactæ per primũ hæredem grauatũ; pertineant ad fideicommissariũ succedentem post mortem dicti hæredis. Item, postquã ad eum fideicommissarium peruenerint, an ipse possit de eis libero modo disponere: an verò maneant subiectæ fideicommisso ita, vt cõseruandæ sint subsequẽtibus fideicommissarijs. Et quò ad primã dubitationem res non habet difficultatem; quia

1 iura sunt clara, quòd † huiusmodi pensiones nõ exactæ per hæredem nõ pertinent ad hæredes ipsius hæredis, sed debentur fideicõmissario. l. postulante. §. sed & in huiusmodi. ff. ad Treb. & l. deducta. §. qui post tempus. eo. tit.

Quod autem attinet ad secundam dubitationem, res videtur non esse sine aliqua disputatione; quia nõ habet casum iuris expressum, quod videtur mirum. Et prima facie dicendũ videretur tales pensiones manere subiectas fi-

2 deicommisso, quia, si † transeunt in fideicommissarium, vtique transeunt tanquam in fideicommissarium, & per consequens tanquã res subiectæ fideicommisso. argument. l. si proponas. §. si hæreditatem. ff. de inoffic. testa. vt in simili per Deci. conf. 283. col. 6. in princ. sicut

3 & † cùm fit mentio de Procuratore, intelligitur tanquàm de Procuratore, & procuratorio nomine. gloss. in l. quacunque. ff. de procura. Bar. in l. fin. ff. de instito.

Secundò, quia tex. in d. §. sed in huiusmodi. inquit, q† tales pensiones veniũt appellatione

4 hæreditatis: hæreditas autem est ipsa, quæ subiecta est fideicommisso. l. 1. & passim per illum titu. ff. ad Treb. præsertim in d. l. deducta. §. cũ hæreditas; ergo &c. & q† huiusmodi pensiones veniãt tanquàm pars hæreditatis, videtur text. in l. ancillarum. ff. de peti. hære.

Tertiò loco videtur facere id, quod alibi di-

5 citur, quòd † fructus augent hæreditatem. l. itẽ veniunt. §. fructus. ff. de peti. hære. tales au-

tem

tem pensiones, & cæteræ ciuiles accessiones æquiparantur fructibus. l. quod his verbis. in princ. ff. de lega. 3. & l. vsuræ vicem. ff. de vsur.

His tamen non obstantibus, videtur concludendum absque vlla hæsitatione, quòd tales † pensiones non maneant subiectæ fideicommisso, sed de eis possit absolutè disponere ille fideicommissarius, qui eas percipiet. nam æquiparantur fructibus, vt modò dictum est; & de ea æquiparatione magis specialiter, id est, quò ad tales pensiones non exactas per hæredem, & percipiendas per fideicommissariũ, tradunt Angel. & Imol. & Alexand. in d. l. deducta. §. 6 qui post. dicentes, quòd † pari modo fructus naturales, & industriales non percepti ab hærede transeunt in fideicommissarium. & Imo. in d. §. sed in huiusmodi. & tradit gloss. in l. in fideicommissi. in verbo, Non lucrum. ff. de vsur. & concludentius eam æquiparationem deducit Paul. de Cast. in l. in fideicommissariã. col. 1. nume. 3. versic. quid autem si non erant. ff. ad 7 Trebel. dum ait, quòd † fructus non percepti per hæredem transeunt in fideicommissariũ, dummodò proueniant à facto testatoris, & nõ ex facto hæredis: secus autem, si ex facto hæredis proueniat, putà quia sati fuerint ab eo: ita, quòd eadem met distinctio in fructibus seruatur, quæ in pensionibus, videlicet, an proueniant ex contractu testatoris, an verò ex contractu, vel facto defuncti, vt in d. §. sed in huius 8 modi. & in d. §. qui post tempus. fructus † autẽ non percepti per primũ hæredem, qui postea transeunt in fideicommissarium, non augent fideicommissum, neque debentur secundo fideicommissario, sed potest primus fideicommissarius libero modo de eis disponere, vt est tex. in l. ex asse. eo. titu. ff. ad Trebel. ergo idem dicendum de pensionibus.

Secũdo loco potest deduci pro ista opinione tex. in d. l. ex asse. in ratione ibi expressa, scilicet in versic. quia nec ab hæredem. nam probat il- 9 le tex. † valere tale argumentum, si hæres lucraretur, ergo & fideicommissarius. vndè, cùm non sit dubium, quin hæres fuisset lucratus tales pensiones, si eas percepisset, vt in d. §. sed in huiusmodi. & d. §. qui post. sequitur, quòd fideicommissarius, qui eas percipiet, eas omnino lucrabitur; & tex. ille in l. ex asse. deducit in effectu casum istum. Sed dato, quòd non extet tex. ille, fuisset idem dicendum euidenti ratione: quia non solùm non videtur posse dari ratio diuersitatis inter hæredem, & fideicõmissarium, vt arguit ille text. sed etiam non videtur posse dari bona ratio diuersitatis inter pensiones, quas ipsemet fideicommissarius exigit immediatè ex persona sua, id est, quæ cedunt, postquàm euenit casus fideicommissi, & illas pensiones, quas quodammodo percipit ex persona hæredis, id est, quæ cesserunt viuente hærede.

10 Tertiò facit, quia † in fideicommissum propriè venit hæreditas eo modo, quo erat tempore mortui testatoris, & non tempore quo debet restitui, scilicet, quod attinet ad fructus, vt tradunt Barto. Ange. Paul. de Cast. & Alex. in l. si hæredes. la. 3. eo. tit. ad Trebel. & Bart. in l. in fideicommissariam. in fin. prin. eodem titu. ergo &c.

11 Quartò, quia † fructus, qui percipiuntur ex hæreditate subiecta fideicommisso, censentur accrescere personis, & non rebus, & censentur tanquàm lucrum ipsius personæ eos percipientis, dicunt Bar. Ange. Pau. de Cast. & Alexand. in d. l. ex asse. pensiones autem sunt loco fructuum, vt dictum est.

Quintò videtur facere text. in d. l. in fideicommissi. §. nonnunquàm. ff. de vsur. vbi habetur, 12 † quòd in causam fideicõmissi aliquando veniunt fructus, & pensiones; quia dixit testator, quicquid ex bonis supererit, restituatur. ergo à contrario sensu, vel per locum ab exceptione ad regulam infertur apertè, quòd si factum sit simpliciter fideicommissum sine illis verbis, quicquid ex bonis supererit. fructus, & pensiones non veniunt in causam fideicõmissi: & ille tex. magis distinctè videtur loqui, quã alij suprà allegati, quia non loquitur de fideicommissario; sed propriè loquitur de causa fideicommissi.

Sextò videtur facere, quia † in causam fideicommissi veniunt ea, quæ debentur sine mora, veluti alluuiones, & augmenta gregis, non autem ea, quæ non debentur nisi ex mora: veluti sunt fructus, vt probat text. in l. equis. ff. de vsur. adeò, quòd quamuis fructus aliquando debeantur fideicommissario, nõ tamen debentur in causam fideicommissi, id est, vt augeãt fideicõmissum: & id satis probat tex. in l. in fideicõmissariã. versi. quoties. ff. ad Trebel. 13

Non obstant superius deducta in contrariũ. nam ad primum respondetur, quòd, quamuis pensiones † transeant ad fideicommissarium, 14 vt fideicommissarium; non tamen transeunt in causam fideicommissi, sed transeunt tanquã fructus pendentes, qui postquàm sunt percepti, non amplius habentur in consideratione, vt patet in dict. l. ex asse. sed cedunt lucro percipientis, & in effectu accrescunt personæ, & non hæreditati, vt dicunt ibi Barto. Ange. Pau. de Cast. & Alexand. & Barto. etiam in dict. l. si 15 hæres. la. 3. & simile exemplum patet † in fructibus beneficiorum. nam non transeunt ad hæredes illius, qui decedit, sed transeunt ad successorem in beneficio. c. qui à sede. de elec.

† Vide eundem Dominicum de Alba. in l. centurio. nu. 129. versicu. 3. casus. Vincent. Anuib.

in 6.cap.fi.de offi.ordi.in 6.& c. cum vos.extra de offic.ordi.& per glos.in dicto cap. in verbo, Reseruari.in fin. & tamen non augent beneficium:sed potest successor,qui eos percipit,disponere libero modo de eis, vt habetur in locis prædictis.

16 Ad secundum, † quòd pensiones veniãt appellatione hæreditatis; respondetur id solùm procedere in proposito,de quo loquitur text. in dicto §.in huiusmodi.scilicet, vt non pertineant ad hęredem hæredis, sed pertineant ad
17 fideicommissarium. nam † semper inspiciendum est,qua contemplatione aliquid dicatur, vel fiat.l.4.§.ego.ff.de pac.dotal.& l.fideicommissa.§.interdum.ff.de lega.3. & quòd simpliciter loquendo,pensiones, & fructus non veniant appellatione hæreditatis,patet ex d.l.in fideicommissariam.versic.quoties.

Ad tertium respondetur, quòd propriè lo-
18 quendo † fructus non augent hæreditatẽ, sed augẽt actionem petitionis hæreditatis, inquit glos.in l. item veniunt.§.fructus. & latius respondet Bart. in dict.l. in fideicommissariam. in fine princip. & in dict.l. si hæres. la.3. ff.ad Trebel. dicens,quòd alio modo consideratur hæreditas in titu. de peti. hæredi. quàm consideretur in titu.ad Trebel.nam primo casu inspicitur,prout est tempore,quo debet restitui; ideoque augetur ex fructibus. secundo autem casu consideratur qualis erat tempore mortis testatoris.ideo non augetur ex fructibus,vt ibi per eum.

Iacobus Mandellus, Albensis, Papiæ legens in prima Cathedra lectionis vespertinæ, saluo, &c.1551. 24.Aprilis,pro Illustris. D. Fernando Gonzaga, Gubernatore Cæsareo status Mediol.&c.

ARGVMENTVM.

An Creditores mariti habeant ius offerendi contra vxorem possidentem, vel petentem bona mariti pro dote sua,quando scilicet maritus tendit ad inopiam.

SVMMARIVM.

1 CREDITORES *mariti an habeant ius offerendi contra vxorem,fuerunt duæ opiniones, vna negatiua,& altera affirmatiua: & est disputabilis articulus.*

2 *Creditores quòd non habeant ius offerendi contra vxorem, est magis communis opinio, & verior: & quæ sint rationes.*

3 *Vxor quòd possideat bona mariti pro dote sua,quãdo maritus tendit ad inopiam, & creditores non habeant ius offerendi:non dicitur esse prius restitutio, vel solutio dotis:& qui effectus sequantur ex hoc.*

Consilium LXXX.

1 QVAMVIS sit disputabilis articulus,vtrũ creditores mariti habeant ius offerendi † aduersus vxorẽ possidentem,vel petentem aliqua bona mariti in solutionem dotis suæ, cùm maritus tendit ad inopiã; (nam, quòd non habeãt tale ius offerendi,voluerunt Cynus.Bar.Bald. & Salic.in l.cum tibi.C.qui potio.in pigno.habe.& Bar.in l.si constante.in 7. quæstio. tertiæ partis,in fin.siue nume.88.ff.solut.matrim.& Paul.de Cast.in l.2.colum.1. eod. titu. contrarium verò voluit Paul.de Cast.sibi ipsi contrarius in d. l. si constante. col. 2. & Alexand. col. 11.nu.31.post aliquos alios relatos ibi per eum)
2 tamen † magis communis opinio,& verior vtdetur esse cum Cyno, & Bart. contra creditores,vt latè deducit Socin.consil.111. Visa consignatione. in 3. volum. vbi deducit quicquid dici potest in hoc articulo,& concludit, vt modo dixi; aitque,quòd temerarium esset in iudicando recedere ab ista opinione:& idem etiam ait Corne.consi.85.Videtur prima facie.col.2. nume.5.versicu.nec videtur sibi obstare.& colum.fin. nume.15. versic. nec etiam obstat. 4. vol.Bald.Nouel. in tract. Dot. in septima parte,in priuil.47.quod est penultimum,&Antonte de Fano in tracta. pigno. in primo membro quintæ partis, nu.31. & 32. Et potissimum ha-
3 bet hæc opinio duas rationes,videlicet, † quia non est propria,& absoluta restitutio,vel solutio dotis, sed magis est prouisio,seu remedium ad tempus,vt dicunt Cyn.& Bart.vbi supra, & deducit Socin.d.consi.111.& ex hoc quòd non fit absoluta restitutio, sequuntur multi effectus, & inter cæteros sequitur vnus comprobans prædictam opinionem, quòd scilicet in ea solutione,seu restitutione, quæ fit constante matrimonio,non habetur ratio,vtrum maritus egeat,nec ne, id est, non fit exactio cõtra maritũ catenus duntaxat,quatenus faccre poteſt, sed fit exactio integra;& si postea cõtingat solui matrimonium, rescinditur ea solutio, & fit alio modo.nam detrahitur, ne marius, vel eius hæredes egeant,& ita minuitur, vt per laf. in d.l.si constante.nu.111.& 116. propterea absurdum esset,& interim bona transirent in extraneos creditores,contra quos postea fieri nõ posset eiusmodi detractio. secunda ratio est, quia magis interest mulieris habere bona mariti, quàm pecunias, cùm ea restitutio fiat, vt de fructibus dotis viuat mulier, & alimenta etiam ministret marito, si dos vtrique necessitati sufficiat, vt per Socin. & Bald. Nouel. vbi

vbi supra, & loquuntur prædicti omnes Doct. siue mulier à creditoribus cõueniatur, siue eos conueniat.

Iacobus Mandellus Albensis, Papiæ 1551. 7. Maij, pro D. Iacobo Pauesio, de Castro sancti Ioannis.

ARGVMENTVM.

Statutum si excludat mulieres, & lineam maternam à successione, & vocet agnatos masculos, seu parentes paternos proximos; an tũc filij vnius fratris consanguinei tantùm admittantur ad successionem patrui simul cũ filijs alterius fratris vtrinq; coniuncti. Et si de iure omnes simul debẽt admitti, an tunc filijs illius fratris consanguinei tantùm obstet quædam renunciatio, & cessio iurium suorum facta per eos erga filios illius fratris vtrinque cõiuncti. Et latè vide de hac materia in multis casibus, quomodo consanguinei tantùm, & vtrinque coniuncti succedant.

SVMMARIVM.

1 FRATRES *Vtrinque coniuncti de iure cõmuni nouissimo præferuntur in successione fratribus consanguineis tantùm; & idem est de filijs ipsorum fratrum.*

2 *Statuta debent intelligi secundum terminos iuris communis loquentis in eadem materia: sed limita, vt infra nu. 31.*

3 Iuris appellatione venit potius statutum, quàm ius commune.

4 *Statutum vbi viget, censetur corrigi ius commune, & statutum est ius potentius.*

5 *Verba hæc, agnati masculi, & parẽtes paterni proximi, comprehendũt tam iunctos ex parte patris tantùm, quàm vtrinq; coniunctos.*

6 Parentes paternos. *hæc verba denotant agnatos.*

7 Ratio statuti, *quæ fauet agnationi, seu lineæ paternæ ita procedit in consanguineis tantum, sicut in vtrinq; coniunctis; & quò ad eam rationem nihil isti inter se differunt.*

8 *In statutis debet inspici mens, & ratio.*

9 *Quando stantibus agnatis, excluduntur cognati, tũc in tali dispositione, in qua inter agnationẽ, & cognationem fit differentia, & sola agnatio consideratur; vtrinq; coniunctus nõ excludit consanguineum tantùm; & quæsit ratio.*

10 Duo vincula habere non dicitur, *qui habet alterum eorum inutile, & impertinens.*

11 In feudis ita succedit *frater cõsanguineus tãtùm, sicut frater vtrinq; cõiunctus; & quæsit ratio.*

12 In iure accrescendi *frater vtrinq; coniunctus non præfertur consanguineo tantùm.*

13 In fideicommisso *paterno frater vtrinque coniunctus non præfertur consanguineo tantùm.*

14 In fideicommissis *personæ censentur vocari secundum ordinem Iuris Ciuilis.*

15 *Episcopus si iudicauit in causa feudi, appellatur ad superiorem feudi, licet sit laicus, non autem ad superiorem Ecclesiasticum.*

16 *Intelligentia. ad tex. in l. 1. C. de legiti. hære.*

17 *Cognatio in specie respicit solùm lineam maternam, non autem paternam.*

18 *Cognationis nomen est aliquando generale etiam ad agnationem.*

19 *Correcta ratione legis, non censetur correcta ipsa lex, sed limita, vt infra.*

20 *Correcta ratione legis censetur correcta ipsa lex, quando reducitur ad ius antiquũ, vel ad dispositionem, quæ aliquo iure fuerat prius admissa.*

21 *De facili redeundum est ad ius antiquum.*

22 *Correcta ratione legis, cẽsetur correcta lex, quãdo ratio est scripta in lege, vel statuto, vel habetur pro scripta, quia est vnica.*

23 *Correcta ratione legis, censetur correcta lex, quãdo aliàs resultaret vitium, vel absurditas.*

24 *Consanguineus tantùm, & vtrinq; coniunctus, sunt in gradu æquali.*

25 *Dispositio exorbitans, & deuians à communibus regulis iuris, debet restringi, quantum fieri potest, & nõ extẽdi ad alias dispositiones vel per actiuam, vel per passiuam interpretationem.*

26 *Ad fraternitatem tantùm operatur sola coniunctio ex parte matris, quantum sola coniunctio ex parte patris; & ita propriè dicitur frater ille, qui est vterinus tantùm, sicut vtrinq; coniunctus; & infra num. 32.*

27 *Quando statutũ considerat fauorem agnationis, æqualiter succedũt vtrinq; coniunctus, & consanguineus tantùm; & multi ita cõsuluerunt.*

28 *Frater vtrinque cõiunctus, & frater consanguineus tãtùm æqualiter admittuntur ad successionem emphyteosis Ecclesiasticæ concessæ pro masculis, vel pro agnatis tantùm.*

29 *Stante statuto, Quòd agnati præferantur cognatis, patruus vtrinque coniunctus non præfertur patruo cõsanguineo tantùm, sed æqualiter admittuntur.*

30 *Quando statutum vocat agnatos, vel familiam, vel masculos, vel domum; non refert, an frater sit consanguineus tantùm, vel vtrinque coniunctus.*

31 *Statutum non debet interpretari secundum ius commune, quando euidenter ab eo differt, vel ei euidenter derogat.*

32 *Fratrum appellatione ita consideratur linea materna, sicut paterna; & ita venit vterinus tãtùm, sicut consanguineus tantùm, vel sicut vtrinque coniunctus.*

33 *Statutum debet interpretari secundum ius commune, quando ius commune disponit præcisè, & particulariter super eo, super quo disponit statutum; & ita intelligitur illa regula, & tex. in l. 2. C. de noxal.*

34 *Stante statuto, Quòd, existentibus masculis, fœminæ non succedant, tunc si testamentum, vel contractus vocet masculos, & fœminas; censetur vocare eos non simul, & eodem tempore, sed ordine successiuo, id est, primum masculos, & eis deficientibus, fœminas: quod debet intelligi, quãdo statutum præfert masculos in eo casu, & proposito, de quo loquitur testamentũ, vel contractus; aliàs secus.*

35 *Statutum vbi euidenter fauet agnationi, tũc appellatione fratris in statuto venit dũtaxat frater coniunctus ex linea paterna, non autẽ vterinus tantùm.*

36 *Ruini cauillationes aliquæ demonstrantur.*

37 *Priores in gradu semper præferuntur.*

38 *Ruini calumniosa responsio.*

39 *Statutum si præferat fratrem consanguineũ fratri vterino, comprehendit etiam bona materna.*

40 *Statutum si præferat fratrem cõsanguineum sororibus, an frater consanguineus tantũ excludat sororem vtrinque coniunctam.*

41 *Inuestitura vel consuetudo si admittat etiam fœminas in feudis, scilicet post masculos; tũc præfertur frater consanguineus tantùm, excluſa sorore vtrinque coniuncta.*

42 *Renunciantibus non datur regressus: sed vide infra, num. 51.*

43 *Beneficium legis. 2. C. de rescin. vendi. non competit scientibus læsionem: sed vide infra numer. 51.*

44 *Renunciationes generales in contractibus quid operentur.*

45 *Iuramẽtum tollit remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. sed vide infra, num. 54.*

46 *Remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. non habet locum in donatione: sed vide infra num. 55.*

47 *Emptio & venditio in dubio præsumitur, vbicunque aliquid transfertur in alium, cõstituto pretio.*

48 *Effectus principalis inspici debet, non autem sonus, vel multitudo verborum, ad iudicãdum qualitatem contractus.*

49 *Dolus re ipsa censetur ipsò iure probatus, stante læsione enormissima; & præsumitur etiam dolus ex proposito.*

50 *Contractus rescinditur, siue adsit dolus ex proposito, siue dolus re ipsa, & quodlibet eorum sufficit.*

51 *Renunciantibus datur regressus, & scientibus læsionem competit beneficiũ legis. 2. C. de rescin. vendi. quando scilicet læsio est magna, & longe vltra dimidium.*

52 *Renunciationes generales vel speciales nõ obstãt, quia qua facilitate quis inducitur ad actũ principalem, censetur etiam induci ad patiendum, vt apponantur tales clausulæ renunciationis.*

53 *Expressa renunciatio beneficij legis. 2. C. de rescin. vendi. & exceptionis, de dolo, & clausula, ex certa scientia. nihil operantur, stante enormissima læsione; imò augent suspicionem doli, & læsionis, & præsumũtur tales clausulæ adiectæ per calliditatem, & dolum.*

54 *Iuramentum non tollit remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. quando adest enormissima læsio, saltem impetrata absolutione à iuramento, & non debet iuramentum esse vinculum iniquitatis.*

55 *Remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. an habeat locum in donatione, & quando.*

56 *Læsio cõsideratur etiam in donatione simplici & pura, quando verisimiliter interuenit metus, dolus, vel seductio.*

57 *Donatio simplex, quæ fit sine probabili causa, & quæ sapit prodigalitatem, rescinditur.*

58 *Error iuris vel facti quando non nocet.*

59 *Error facti toleratur, vbi agitur de damno vitando.*

60 *Error iuris toleratur, quando illud, quod fuit remissum, erat indebitum & ciuiliter, & naturaliter, etiam non obstante iuramento.*

Consilium LXXXI.

IN QVÆSTIONE proposita, stante statuto excludente mulieres, & lineam maternam à successione, & vocante agnatos masculos, siue parentes paternos proximos, iuxta Iuris Canonis ordinem &c. vtrum filij vnius fratris consanguinei tantùm admittãtur simul cum filijs alterius fratris vtrinque cõiuncti ad successionem patrui; videretur prima facie dicendum
1 esse, eos non debere admitti, sed totam hæreditatẽ pertinere ad vtrinq; coniunctos. † Nam iure communi nouissimo clarum est, fratres vtrinque coniunctos præferri, Authen. itaque. C. commu. de succes. & §. 1. in Authen. de consangui. & vter. fratri. & idem est de filijs ipsorũ fratrum, Authen. cessante. & Authen. post fratres. la. 1. & la. 2. C. de legiti. hęre. & in Authen. de hæredit. ab intesta. §. reliquum. aliàs est. §. Ii igitur defunctus, quia duo vincula magis vrgent, quàm vnum, vt in supradictis locis traditur per glo. & per Doct. † statuta autem solent
2 intelligi secundum terminos iuris communis loquentis in eadem materia. l. 2. vbi Bal. & alij. C. de noxal. ac. & dummodò statutum aliquid operetur, debet restringi, quãtum fieri potest, vt minus lædat ius commune, præsertim si sit statutum correctorium: quemadmodum his, & alijs rationibus similibus videtur consuluisse in prædictis terminis Alexand. cons. 5. Conſideratis omnibus. in sexto vol. Paris. cons. 59.

Consi-

Considerata dispositione. in 3. vol. Ruin. cons. 28. Viso statuto. in 3. volum. & cons. 32. Quia ex facti serie. col. 2. eod. volu. post Petrum de Anchara. in repetitione. c. canonum statuta. in 14. q. principali, vers. occurrunt aliæ quæstiones, de constitu. & videtur sequi Socin. consil. 252. Visis instrumentis. colum. 10. ante numerum. 18. versi. secundò respondeo. in 2. volum. & secundum intelligentiam Parisij idem etiam voluit Soci. cons. 89. Circa præmissum. in 4. vol. & Alex. consil. 45. Habita pro viribus. colum. fin. vers. quartò probatur. in 7. volu. & ad idem videntur tendere ea, quæ tradit Fulgos. consil. 85. In proposita quæstione. Et tanto magis videntur prędicta procedere, quia hic dicit statutum expressè, quòd admittantur agnati masculi, siue parentes paterni proximi in successione iuxta Iuris Ciuilis ordinem. hæc enim verba, iuxta Iuris Ciuilis ordinem. videntur rem claram facere, quòd statutū omninò debet intelligi secundum terminos iuris communis; ita, quòd non est opus interpretatione Doctorum in d. l. 2. C. de noxal. & eiusmodi relatio censetur facta ad Ius Ciuile nouissimum, quo fratres vtrinq; coniuncti præferuntur, non autem ad ius antiquum, quo non præferebantur. nā ius correctum non solet haberi in cōsideratione. l. 1. in prin. C. de Lati. liber. tollen. sicut & in simili videmus, † quòd appellatione iuris venit potius statutum, quàm ius commune, vt per Abba. in Rub. extra de consue. Deci. in l. quamquam. colum. 1. C. de mili. testa. Ias. in l. omnes populi. in prima lectu. colum. 2. & in secunda lectu. colum. 3. ff. de iusti. & iu. † quia vbi viget statutum, censetur corrigi ius commune, & statutum censetur esse ius potentius. Bald. in l. 1. in fi. C. de arbitr.

Prædictis tamen rationibus non obstantibus, & re diligenter cōsiderata, puto veriorem esse opinionem in contrarium, & esse etiā magis communem, videlicet, quòd æqualiter admittendi sint omnes, siue sint vtrinque coniuncti, siue sint cōsanguinei tantùm, id est, iuncti duntaxat ex parte patris. Et in primis pro hac opinione stat proprietas sermonis. nam, cùm loquatur statutum de agnatis † masculis, & de parentibus paternis proximis, comprehendunt hæc verba non solùm vtrinque coniunctos, sed etiam iunctos ex parte patris tantùm. l. iurisconsultos. §. 2. qui incipit, cognationis origo. ff. de gradi. affini. & Instit. de legi. agna. succes. §. 1. & idem esset, si statutum vteretur vocabulo, fratres. d. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. est autem sine dubio, quòd † illa verba statuti, parentes paternos. denotant agnatos, vt tradit Paul. de Cast. cons. 421. quòd ista mater. colum. 1. & latius in 2. in fin. & 3. in primo vol. in nouissimis, quamuis hic non sit opus tali interpretatione; quia statutū expressit vtroque modo, videlicet, agnatos masculos, & parentes paternos. si igitur proprietas verborum ita comprehendit istos, sicut illos; sequitur, quòd omnes æqualiter debēt admitti; quia in dubio non est recedendū à proprietate verborum, præsertim in statutis, vt habetur in locis vulga.

Secundò pro eadem opinione stat mens, & ratio ipsius statuti, deducendo eam non solùm vt tradit Ruin. in d. consil. 28. colum. 1. scilicet
7 quòd mens, & ratio statuti sit † fauere agnationi; quæ ratio ita procedit in consanguineis tantùm, sicut in vtrinque coniunctis. d. §. 1. Instit. de legiti. agna. succes. & §. 1. Instit. de legi. agna. tutel. sed & alio modo, videlicet, quòd, si præcisè consideretur coniunctio ipsorum fratrum, & res, cuius respectu appellantur coniuncti, id est, linea paterna masculina; nullo modo inter se differunt, neque vnus plus habet, quàm alius. Propterea cùm ratio, & mens statuti sit fauere lineæ paternæ, quæ ratio, & mens ita procedit in istis, sicut in illis; sequitur
8 &c. cùm vulgare etiā sit, quòd † in statutis debet inspici mens, & ratio. Bart. in l. iura. la. 1. in fin. ff. de legib. Ang. Are. in §. cùm ex aliena. in fin. Instit. de rerum diuis. latè Curt. Sen. consi. 80. Rectè prędictus. col. 1.

Tertio loco, & pro fundamento principaliori constituendum est pro expedito, quòd,
9 † quotiescunque in aliqua dispositione fit differētia inter agnatos, & cognatos, quia vocantur agnati, & eis stantibus, excluduntur cognati, tunc frater vtrinq; coniunctus non excludit consanguineum tantùm, vt est casus, qui per omnes ita communiter intelligitur, in l. 1. C. de legiti. hære. vt ibi maximè tradunt Bal. Pau. de Cast. & Corn. & satis probatur ex. d. §. 1. Instit. de legi. agna. succes. Et ratio est in promptu, quia quòd vtrinque coniunctus excludat consanguineum tantùm, procedit eò, quòd ita succedunt cognati, sicut agnati, vt habetur in d. Authen. cessante. & d. Authen. post fratres. adeò, quòd vtrinque cōiunctus habet duo vincula, scilicet, agnationis, & cognationis. quæ duo singula per se sunt pertinentia, & aliquid singula per se operarentur. nam, vbi cognatio admittitur, ita succedit vterinus tantùm, sicut consanguineus tātùm. d. Authen. post fratres. la. 1. & latius per gl. in d. Authen. itaq;. ergo aliquid plus debent operari simul iuncta, vt dicūt gl. & Doct. in prædictis locis. cùm verò cognatio excluditur, tunc alterum vinculum, id est, cognationis, est penitus impertinēs, quemadmodum per se nihil operaretur; ita etiam nihil
10 debet operari iunctum cū alio: quia † non censetur

setur habere duo vincula ille, qui habet alterũ eorum inutile, & impertinens, vt ait Bald. in d. l. 1. C. de legiti. hære. & cùm aliquid adhibetur, quod non est pertinens, non habetur in consideratione. l. cum tabulæ. ff. de bon. poss. secun. tabu. Et procedit supradictum hoc præsuppositum, non solùm inspecta dispositione iuris Digestorum, & Codicis, secũdum quam nondum fuerat introductum, quòd cognati admit terentur cum agnatis, & quòd vtrinq; coniunctus præferretur cõsanguineo tantum: verùm etiam procedit in quacunq; dispositione moderni temporis, vbicunque agnati excludunt cognatos, vt tradit Bal. in d. l. 1. C. de legiti. hære. & alij sequuntur, præsertim Paul. de Cast. &
11 Corne. qui omnes determinant, quòd † in feudis ita succedit frater consanguineus tantùm, sicut frater vtrinque coniunctus; quia mater, & cognatio non consideratur † in feudo, sed duntaxat pater, & eius agnatio, vt etiam tradit Bal. in cap. 1. §. is verò. in tit. de succes. fra. aliàs est titulus de grad. succeden. vbi inter cætera inquit, quòd, quamuis vtrinq; coniunctus habeat duo vincula; alterum tamen eorũ est impertinens; ideoque ex eo nõ augetur effectus; & ibi sequitur Aluaro. colum. 2. & Præposi. colum. 3. & idem Bald. cons. 54. Proponitur. in 3. volum. quod etiam probatur ex his quæ tradit Bartol. in l. re coniuncti. colum. pen. num. 62. versicu. tertiò quæro iuxta hoc. ff. de lega. 3. vbi
12 cõcludit, quòd † iure accrescendi, frater vtrinque coniunctus non præfertur fratri cõsanguineo tantùm, quando cognatio, vel successio materna non consideratur, sed consideratur duntaxat paterna linea, & eius successio. Ad idem etiam tendunt, quæ tradit Barto. in l. Lucius. colum. fin. vers. quæro quædam habens. ff. de vulga. substitu. vbi pariter cõcludit, quòd
13 † vtrinque coniunctus non præfertur consanguineo in fideicommisso paterno; & sequitur Deci. consil. 304. colum. fin. & tamen in fideicommissis † censentur vocari personæ secundum iuris ciuilis ordinem. l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. & l. peto. §. fratre. eod. tit. & l. fin. C. de verb. signi. & vt per Deci. consil. 186. colum. 2. vers. secundò quia de iure. Vi-
15 demus etiam alibi, quòd, † si Episcopus iudicat in causa feudi, appellatur ad superiorem feudi, quamuis sit laicus, non autem ad superiorem Ecclesiasticum, vt not. per glo. & Doctor. in c. Romana. §. debet. de appella. in sexto; ita, q̃ cũ in Episcopo sint duæ qualitates in tali casu; cõsideratur tamen illa duntaxat, quę est pertinẽs, id est, illa qualitas, quòd iudicauit tanquam Iudex feudi, & non tanquam Episcopus. & alia similia ponit Deci. in Rubr. extra de appella. colum. pen. & fin. vers. sextò quæritur. Et si aliter diceremus in præsenti casu, sequeretur absurditas, & contrarietas manifesta in ipso statuto. nam, cùm statutum excludat omninò cognatos, stantibus agnatis, vult statutum, quòd cognatio non habeatur in consideratione, neque operetur aliquem effectum; propterea si vtrinque coniunctus præferretur, id non fieret alia ratione, nisi quæ haberet vinculum cognationis, quod non habet cõsanguineus tantùm, & per consequens cognatio operaretur hunc maximum effectum; & hæc sola ratio, si diligẽter perpendatur, deberet sufficere ad decisionem
16 huius controuersiæ. Cæterùm † quia tertium hoc principale fundamentum deducitur potissimum ex tex. in d. l. 1. C. de legiti. hære. non omitto, quòd posset aliquis obijcere difficultatem ex illo ipso text. vt videatur malè probare illud, ad quod communiter allegatur, videlicet, quòd vbi sola agnatio consideratur, non differt consanguineus tantùm ab vtrinq; coniuncto. nam per contrarium videtur ille text. velle, quòd idem etiam sit, vbi cõsideratur cognatio. inquit enim text. quòd in successione, quæ titulo consanguinitatis, vel in bonorum possessione, quę proximitatis nomine competit &c. ea enim verba, proximitatis nomine solent denotare bonorum possessionem, vnde cognati. l. si spurius. ff. vnde cogna. & §. fin. Institu. de succes. cogna. Vt igitur huiusmodi obiectio tollatur, dicendum est, quòd ea verba debent intelligi non de bonorum possessione, vnde cognati. sed de bonorũ possessione, vnde agnati. vt ibi exponit glo. in prima parte; alioquin falsum esset illud, quod ait ille text. scilicet, quod non referat, an ex eadem matre quis
17 sit natus; quinimo in † cognatione hoc solùm inspicitur, an quis proueniat ex eadẽ linea materna, nec ne, & paterna linea non cõsideratur. §. vulgo quæsitos. Instit. de succes. cogna. & d. l. si spurius. ff. vnde cogna. & clarius habetur in d. l. iurisconsultus. §. cognationis origo. intelligendo scilicet de cognatione in specie, & nõ in genere, prout ibi habetur; quinimò gloss. in d. l. 1. dum ait idem posse trahi ad bonorũ possessionẽ, vnde cognati. ponit casum è contra-
so, id est, q̃ in tali successione, vnde cognati. ne cesse est, quod sint nati ex eadem matre, & non refert, an ex eodẽ patre nati sint; & bene loquitur. Non obstat tex. in d. l. si spurius. & in d. §. fi.
18 quia respondetur, quòd sicut nomen, † cognationis. aliquando est generale etiã ad agnationem. l. pen. ff. vnde legiti. & d. l. iurisconsultus. §. 1. ita etiam est dicẽdum de hoc nomine, proximitas. vt habetur in ea. l. iurisconsultus. in prin. hinc est, quòd cognati dicuntur non simpliciter proximi, sed proximi cognati. l. 1. §. proximus. cum §§. sequen. ff. vnde cogna.

Quartò

†*Adde. quòd idẽ tenet Iacobinus de S. Georg. in suo tract. de feudis, in verbo, præsentis. numer. 11. vers. sed nunquid frater. Vin. Annib.*

Quartò comprobari potest supradicta conclusio; quia, quamuis magis cõmuniter Doct.
19 soleant concludere, quòd, † correcta ratione legis, non censeatur correcta ipsa lex, Doctor. in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccl. fatentur tamen aliquando censeri correctã legem; & inter cæteras fallentias illa communi-
20 ter traditur, † quando reducimur ad ius antiquum, seu ad dispositionẽ, quę aliquo iure fuerat prius admissa. glos. in c. statutum. in verbo, Numerandum. de præben. in sexto. Alex. in l. si constante. in prin. in 4. col. ff. solu. matri. Ias. in d. Authen. quas actiones. nume. 24. vers. quartò limita, nisi lex. In casu igitur nostro, cùm ratio legis nouæ disponentis, quòd vtrinq; coniunctus præferatur consanguineo tantùm, nõ sit alia, nisi hæc, scilicet, quòd ita consideratur cognatio, sicut agnatio. d. Authen. cessante. & d. Authen. post fratres. & per consequẽs vtrinque coniunctus habet duo vincula pertinẽtia, & cõsanguineus habet vnum tantùm, quæ ratio per statutum hic corrigitur; (nam corrigitur fundamentum, à quo dependet ipsa ratio, id est, excluditur cognatio) sequitur à primo ad vltimum, quòd quò ad ipsum statutum debeat censeri correcta lex iuris nouissimi præferens vtrinque coniunctum, & reducatur res ad ius antiquum, quo vtrinque coniunctus non præferebatur, præsertim, quia eiusmodi ius antiquũ, & dispositio statuti omninò conueniunt, excludendo cognatos, existentibus agnatis. & hac ipsa ratione in terminis nostris mouetur
21 Soci. consil. 25. colum. fin. in 3. dum ait, † quòd de facili redeũdum est ad ius antiquum. Et annecti possunt alia duo tradita per Doctor. in d. Authen. quas actiones. videlicet, quòd quan-
22 do † ratio est scripta in lege, seu in statuto, vel habetur pro scripta, quia est vnica, tunc correcta ratione legis, censetur correcta ipsa lex, vt ibi post alios tradit Ias. à numero 22. vsque ad numerum 23. vndè, cum hîc ratio, propter quã vtrinque coniunctus præferatur de iure communi nouissimo, sit, quia ita consideratur cognatio, sicut agnatio, vt supradictum est, & est expressa in d. Authen. cessante. & in d. Authen. post fratres. sequitur, quòd cùm sit correcta ea ratio, & eius fundamentum per statutum, censetur correcta etiam ipsa lex. Aliud est, quòd,
23 † quando resultaret vitium, vel absurditas, nisi fieret correctio legis; tunc correcta ratione, censetur correcta lex. Ias. post alios per eum relatos, in d. Authen. quas actiones. nu. 24. versi. quintò, & vltimò fallit. hic autem sequeretur absurdum euidentissimum, id est, contrarietas in ipso statuto, vt supradictũ fuit in tertio fundamento.

Quintò pro supradicta opinione facit, quia
24 † & consanguineus tantùm, & vtrinque coniunctus sunt in gradu æquali, & si vtrinque coniunctus præfertur de iure communi propter vnam qualitatem, scilicet cognationis; violatur tamen alia qualitas, & regula iuris, videlicet, ꝙ æquales in gradu non succedãt ęqualiter; ideoque talis dispositio iuris communis censetur
25 † exorbitans, & tanquam deuians à communibus regulis iuris debet restringi, quantum fieri potest, & nõ extendi ad alias dispositiones vel per actiuam, vel per passiuam interpretationẽ, vt deducit Corne. consil. 219. Licet in hac. colum. penul. in 3. vol. maximè per ea, quæ tradit Bart. in l. post consanguineos. §. legitima. ff. de suis & legiti. hære.

Sexto loco est aduertẽdum, quòd casus noster multum differt à dispositione iuris cõmunis. nam ius commune præferens vtrinq; coniunctos loquitur de fratribus; ideoque non est
26 mirum, quòd ita disponat. nam ad † fraternitatem tantùm operatur sola coniunctio ex parte matris, quantum operatur sola coniunctio ex parte patris, vt habetur in d. l. iurisconsultus. §. cognationis origo. ita enim propriè, frater dicitur vterinus, sicut dicitur consanguineus, vel vtrinque coniunctus. Corn. consil. 336. nume. 6. primo vol. Soci. d. cõs. 25 colum. 1. in tertio. Propterea, cum frater vtrinque coniunctus sit frater pluribus rationibus, quàm sit ille, qui est consanguineus tantùm, non est mirum, si præfertur. In casu autem nostro statutum non loquitur de fratribus, sed loquitur de agnatis masculis, & de parẽtibus paternis; adeò, quòd coniunctio materna nihil penitus facit; & vtrinque coniunctus non magis censetur agnatus masculus, neque magis censetur ex parentibus paternis, quàm censetur consanguineus tantùm; ideoque non satis ad propositum videtur, quòd huiusmodi statutũ recipiat interpretationem à iure cõmuni nouissimo, quod loquitur in terminis penitus diuersis; & hoc etiam, si diligenter consideretur, tollit difficultates multas cõfuso modo propositas per Docto. in hac materia.

Et supradictam opinionem in terminis nostris, quòd, stante huiusmodi statuto, non pro-
27 cedat ius commune nouissimum, sed † quòd æqualiter sint admittendi, quando statutum considerat fauorem agnationis; latè defendit Roma. cõs. 411. Quatuor sunt. & sequitur Alex. cons. 9. Ponderatis his. col. fi. in 5. vol. Soci. in d. cons. 25. Viso statuto. col. fi. in 3. vol. & cons. 304. quod est consilium vltimum. colum. fi. in 2. vol. vbi etiam ita intelligit voluisse Baldum, & Pau. de Cast. in d. l. 1. C. de legi. hære. dum formant suam illam quęstionem de statuto excludente sororem dotatã; & idem vult Soci. in d.

consil.89.colum.3.num.12.& 13.vers.non obstat,quod secundo loco.in 4.vol.& Ruin.consil.29.Stante statuto.colum.2.in tertio: idem etiam vult Anto.de Rosel.in tracta.de Succes. ab intesta.qui habetur in septimo vol. nu.109. 167.168.idem etiã sequitur D.Alciatus lib. suo primo de verb.signifi.charta mihi quarta, versicu. lex mortuo succedant proximi. idem etiam præsupponit pro expedito Curt. Iun. cons.
28 78.Præsupponitur.vbi latè consuluit,quòd† in successione emphyteosis Ecclesiasticæ cõcessæ pro masculis, seu pro agnatis tantùm,frater vtrinque coniunctus non præfertur fratri consanguineo tãtùm, sed æqualiter admittuntur; quia cognatio nihil potest operari, vt ibi per eum;idem etiam tradit Corne.cons.336.Constat.1.volum.præsertim in 3.colum. nu.6.vers.
29 in patruis autem. vbi † concludit, disponente statuto, quòd agnati præferantur cognatis, ꝙ patruus vtrinque coniunctus nõ præfertur patruo consanguineo tantùm, sed æqualiter admittuntur, dato scilicet, quòd vera sit opinio aliquorum Doctorum;quos ipse ibi refert,volẽtium, quòd de iure communi patruus vtrinque coniunctus excludat patruum consanguineum tãtùm: & prædictam etiam opinionem latè defendit Benedic. Capra,cons.8. Punctus, fuit quidam Franciscus. col. 2. vbi sæpius repe-
30 tit,quòd† cùm statutum vocat agnatos,vel familiam,vel masculos,vel domum; tunc nõ refert,an frater sit iunctus ex latere patris tãtùm, an sit vtrinque coniunctus.

Stantibus autem prædictis, non obstant ea, quæ superius fuerunt deducta in contrarium. nam, dum primò dicebatur, quòd iure cõmuni frater vtrinque coniunctus excludit consanguineum tantùm,& quòd statutũ debet interpretari secundum ius commune, respõdetur,
31 quòd† non debet statutũ interpretari secundũ ius commune,quando euidenter ab eo differt, vel ei euidenter derogat,vt dicit Bal.in l.maximum.col.5.vers.vltèrius quæritur de tali quæstione.C.de libe.præte.Pau.de Cast.in l.fi.§.in computatione.in fi.C.de iure delibe.& in casu nostro statutũ est penitus diuersum à iure communi dupliciter. Primò, quia ius commune in terminis supradictis vocat cognatos, & agnatos simul: statutum verò vocat agnatos, & excludit cognatos;& ex ea diuersitate sequitur diuersitas rationis,& correctio iuris communis, vt dictũ fuit in quarto fundamento. Differunt etiam secundo modo, quia ius cõmune loqui-
32 tur de fratribus, & appellatione † fratrum ita consideratur linea materna, sicut paterna, & ita venit vterinus tantùm, sicut cõsanguineus tantùm, vel sicut vtrinque coniunctus, vt per Soci.d.cons.25.colum.1.in tertio,& Corne.in d.cons.336.numer.6.in primo vol. nimirum si tunc vinculum maternum aliquid operatur; statutum verò nostrum non loquitur de fratribus,sed loquitur de agnatis masculis, & de parentibus paternis; quo casu linea materna est penitus impertinens, & nullius effectus, vt dictum fuit in sexto fundamento. Neq; obstant verba illa statuti, scilicet, secundum Iuris Ciuilem ordinem, quia pro responsione dicitur, quòd referri debent ad illam Iuris Ciuilis partem, quæ pertinet ad terminos, de quibus loquitur statutum, non autem ad illam, quæ repugnat statuto, id est, referri debet statutum ad Ius Ciuile vocans agnatos tantùm, non autem ad Ius Ciuile vocãs agnatos, & cognatos; quia hoc secundo casu non debet referri iuri communi, tum propter diuersitatem, tum propter repugnantiam, & euidẽtem correctionem, vt per Bald.in d.l.maximum.& Pau.de Cast.in d. §. in computatione. & quòd debeat statutum referri ad Ius Ciuile, quatenus vocat agnatos tantùm, satis fuit demonstratum in tertio fundamento. Præterea tex.† in l.2.C.de nouat.ac-
33 qui adducitur ad hoc,quòd statutum debet interpretari secundum ius commune &c. intelligitur magis cõmuniter hoc modo, quòd statutum debet interpretari secundum ius commune, quãdo ius commune disponit præcisè, & particulariter super eo, super quo disponit statutum,vt ibi per Bal. Salic.& alios.Ideò quo ad casum nostrum,ille tex. retorquetur in contrarium. nam statutũ vocat agnatos, & excludit cognatos; ergo debet referri ad ius cõmune,quod pariter vocat agnatos, & excludit cognatos. Et simili ratione alibi mouentur Dorandi.§.si liberi.col.2.vers.item prædicta vera.
34 ff.de operis libertorum.vult,quòd, † stante testamento preferente masculos fœminis, tunc testamentum, vel contractus vocans masculos, & fœminas censeatur vocare eos nõ simul,& eodem tempore,sed ordine successiuo,id est,primũ masculos, & eis cessantibus, fœminas &c. declarant,& concludunt Docto.id procedere, dummodò statutum specialiter præferat masculos fœminis in illa materia, & in eo casu, seu in eo proposito, de quo loquitur testamentum, vel contractus;secus autem si statutum præferret masculos fœminis in alio proposito,& non in isto.ita Bal.in l.liberti.col.6. & 7. C. de ope. libert. Alex.in l.hæredes mei.§.cùm ita.paulò ante numerum.10.ff.ad Trebel. & in l. Gallus. §. quidam rectè. col.fin.ff. de libe.& posthu.vt ibi clarius explicat Rubeus Alexandrinus, col. 23. Ad prædicta etiã facit id,quod tradit Ange. cons.119.Statuto Tudertinæ ciuitatis. colum. 2.versicul. contrarium de iure. & colum. 3. seu fin. vbi

35 fin. vbi concludit, quòd, † vbi euidenter deprehenditur, statutum voluisse faucre agnationi, tunc appellatione fratris in statuto venit duntaxat frater coniunctus ex linea paterna, non autẽ frater vterinus tantùm. & ait Ang. quòd, licet statutum referat se ad ius commune; non tamen potest referri ad illam partem iuris communis, per quam confunderetur ipsum statutum, id est, per quam vocatur etiam vterinus. Ex his etiam patet respõsum ad illud, quod dicebatur, non esse introducendã correctionem iuris communis, in dubio patet enim respõsio, quòd hic sumus in claris; quia statutum expressè reijcit cognationem, & ita corrigit ius commune; &, si cognatio reijcitur, nullum debet operari effectum, vt sæpè dictum fuit.

Autoritates etiã superius adductæ pro contraria parte possunt facilè remoueri. Et in primis ad consilium Alexandri. 5. in sexto vol. respondetur, quòd Alexan. loquitur in terminis omninò diuersis. loquitur enim de statuto, quod non considerabat agnationem magis, quàm cognationem, vt ipse expressè ait colũ. pen. nume. 11. vers. nec obstat quòd statutum. nã vocantur in casu suo ita fœminæ, sicut masculi, vt ibi per eum, vbi autem statutum considerat agnationem, tunc Alex. liberè voluit, ꝙ consanguineus tantũ admittatur, vt per eum in d. cons. 9. in fin. in 5. vol. Ad consilium Parisij. 59. in tertio, respondetur, quòd vnicũ eius fundamentum, num. 16. & 17. consistit in hoc, quòd de iure communi frater vtrinque coniunctus præfertur, & ad hoc latè supra fuit responsum. deinde in casu Parisij non consideratur fauor agnationis, vt ipse fatetur. nume. 46. nam in casu suo statutum dabat quædam bona coniunctis ex parte patris, & quædam coniunctis ex parte matris, vt ibi per eum nu. 18. & vocabat simpliciter propinquiores ita fœminas, sicut masculos; & disputatio erat inter sorores, vt patet à nu. 17. vsque ad nu. 30.

Ad consilium Ruini. 28. in 3. vol. respondetur, quòd primum eius fundamentum, colum. 2. nu. 7. est, quod statutũ debet recipere interpretationem à iure communi, prout etiã tradit. nu. 8. & 9. & hoc supra fuit sublatum. Item Ruinus loquitur in casu diuerso. nam statutum in casu suo vocabat fratres, vt ipse ibi tradit. nu. 11. in casu autem nostro vocat agnatos masculos, & parentes paternos &c. vt dictũ fuit in
36 sexto fundamento. Et dum † postea Ruin. nu. 11. in fin. in 4. col. conatur respondere ad supradictum cõsilium Romani. 411. dissimulat se intelligere fundamentũ Romani dicentis, quòd cadẽ est ratio in fratre consanguineo tantùm, & in fratre vtrinq; cõiuncto. ait enim Ruinus, & non sine cauillatione, quòd, si ita debet admitti vnus frater, sicut alius, eò, quòd ambo tendant ad agnationem cõseruandam; sequeretur, quòd omnes agnati etiam remotiores in gradu deberent eodem tempore admitti cũ propinquioribus; quod est absurdum. cauillatur enim hic Ruinus dupliciter. Primò, quia dato, quòd sit eadem ratio in agnatis remotioribus, quæ est in propinquioribus, scilicet agna
37 tionis conseruandæ; semper tamen † subintelligitur in quacunque dispositione, quod priores in gradu præferãtur. d. l. cùm ita. §. in fideicõmisso. & d. l. peto. §. frater. ff. de lega. 2. ideò, cùm omnes fratres sint in eodem gradu, bene sequitur, quòd omnes eodem tempore debẽt admitti, postquam cæteris respectibus eadem est ratio in ipsis omnibus; non autem sequitur, quòd admitti debeant reliqui agnati, cùm sint in gradu remotiori. Item cauillatur Ruinus; quia, dum Roma. & alij dicunt eandem esse rationem in fratre cõsanguineo tantùm, quæ est in fratre vtrinque cõiuncto, sentiunt esse eandem rationem non solùm respectu effectus, id est, quòd omnes æqualiter tendant ad conseruandam agnationem, sed etiam respectu causæ, seu originis, à qua mouetur principaliter statutum; id est, quòd frater consanguineus tantùm ita participat de cõiunctione, & linea paterna, super qua fundatur statutum, sicut participat frater vtrinque coniunctus, vt dictum fuit in secundo fundamento.

Deindè, dum subijcit Ruinus. nu. 12. quòd ratio Baldi, & Doctorum in d. l. 1. C. de legiti. hære. potest duntaxat procedere secundũ tempora illius legis, cùm nunquam fuisset introductum, quòd cognati succederent simul cum agnatis, nõ autem procedat hodiernis temporibus, postquàm fuit semel introductũ, quòd cognati admittantur cum agnatis &c. est aper-
38 to modo † calumniosa hæc respõsio; quia siue consideremus iura antiqua, siue consideremus iura posteriora, seu eorum tempora; satis est, quòd statutum vocans agnatos masculos tantùm, & excludens penitus cognatos, vult omninò, ꝙ cognationis vinculũ nihil operetur, & per consequens quòd vinculum maternum non habeat vllum effectum; ergo res non indiget vlteriori disputatione, cũ verba statuti, & mens, & ratio sint clara, vt dictum fuit in primo, & secundo fundamento: & statutum in effectu redigit nos ad ius antiquũ; ergo secundum illud ius debet intelligi. & quòd ratio Doctorum in d. l. 1. procedat etiam hodiernis temporibus, vbicunque consideratur sola agnatio, latè fuit demonstratum supra in tertio fundamẽto: & inter cætera id patet ex supradicta decisione Doctorum in feudis, circa quam tamẽ conatur etiam Ruinus. nu. 13. vti subterfugio,

dum ait, quòd in feudis etiam hodie cognati absolutè sunt excluſi, siue extent agnati, siue non extent. in casu autem nostro ait nō excludi cognatos absolutè, sed solùm eis præferri agnatos &c. quæ consideratio videtur satis leuis, nam siue cognati sint absolutè excluſi, siue solùm sint excluſi, stantibus agnatis; satis est, quòd, agnatis stantibus, non succedunt, & per consequens non debent haberi in consideratione, & perinde est, ac si nō extarent. l. 2. §. sed si sint sui hæredes. ff. ad Tertul. & non est habēda ratio eorum, quæ tradit Ruinus in d. consil. 28. & d. conſ. 32. colum. 2. quia contrarium expressè tradidit in conſ. sequen. videlicet, conſ. 29. colum. 2.

Ad ea, quę dicit Ancha. in dicta repetitione. c. canonum statuta. q. 14. versic. occurrunt aliæ quæstiones. respondetur, quòd in casu suo statutum nō loquebatur de agnatis, sed simpliciter de proximioribus, vt etiam fatetur Pariſ. d. consil. 59. numero vigesimonono, nimirum si interpretatur secundum ius commune, postquàm ratio agnationis nihil operatur.

Ad cōsilium Socini, 252. col. 10. ante numerum 18. verſ. secundò respondeo. in 2. volu. patet responsio ex his, quæ modo dicta sunt circa dictum Ancharani. nam loquitur Soci. de statuto vocante simpliciter proximiores, & ad illud propositum adducit Ancharanum vbi supra.

Ad cōsilium Socini, 89. in 4. vol. adductum per Pariſ. in d. conſ. 29. respondetur, quod non obstat; quia loquitur in alijs terminis, scilicet,
39 quando † statutum præfert fratrem consanguineum fratri vterino, & disputatur, an comprehendat etiam bona materna, & Soci. cōcludit, quòd comprehenduntur, & ita statutum in casu illo non recipit interpretationem à iure cōmuni, sed fauore agnationis generaliter intelligitur, vt ibi per eum, adeò, quòd retorquetur in contrarium, & malè fuit adductum per Parisium, quinimò Soci. col. 3. nu. 12. & 13. pro comprobatione suæ opinionis adducit supradictā
42 opinionem Baldi, & Doctorum in d. l. 1. C. de legi. hęre. &, vt supradictum fuit, ipsemet Soci. conſ. 25. & 304. in fi. in 3. vol. consuluit pro opinione, quam hic sequimur.

Ad consilium Fulgosij, 85. super quo maximè se fundat Ruinus in d. conſ. 28. respōdetur,
40 qđ Fulgo. loquitur alio casu, videlicet, † quando statutum præfert fratrem consanguineum sororibus, & vult Fulgo. quod tunc frater consanguineus tantùm non excludat sororem vtrinque coniunctam. Sed qualitercunque id faciat ad casum nostrum, respōdetur, quòd Fulgo. malè loquitur, & contra cum latè cōsuluit Benedic. Capra. d. conſ. 8. vbi adducit rationes
41 euidentes, præsertim quòd verba statuti sunt clara, dum vocat fratrem consanguineum, excluſis sororibus simpliciter, & absolutè, item quod clara est mens, & ratio statuti propter fauorem agnationis &c. & ad hoc faciūt ea, quæ tradit Soci. in d. conſ. 89. in 4. volu. faciunt etiam, quæ tradit Afflict. in cap. 1. in prin. numer. 76. verſ. itē quæro de vna. in titu. de natura succeſ. feudi, vbi stante consuetudine, † velinnestitura, quòd fœminæ succedant in feudis, sed post masculos, disputat, quis præferatur, quando sunt inęquales respectu vinculorum. & concludit, quòd præfertur frater consanguineus tantùm, excluſa sorore vtrinq; coniuncta; quia eadem est ratio in eo fratre consanguineo, quæ est in fratre vtrinque coniuncto.

Ad consilium Alexandri. 45. col. fi. in septimo, adductum per Parisium in d. conſ. 59. nu. 44. in fi. non est opus respōdere; quia malè per eum adducitur. nam loquitur Alex. in alio casu, videlicet, è conuerso, quando soror est consanguinea tantùm, & frater est vtrinq; coniunctus. deinde cōcludit Alex. quòd siue frater sit vtrinque coniunctus, siue sit consanguineus tantùm, est semper præferēdus sorori; quia per fratrem conseruatur agnatio, & familia; & ita consilium hoc Alexandri retorquetur pariter in contrarium.

Restabat allegare Brunū Asten. in tracta. de masculu. excluden. fœmi. 13. articulo, princ. q. 4. nu. 62. 63. 64. qui videtur inclinare in opinionem contrariam, sed malè per supradicta.

SECVNDVS articulus principalis huius negocij est, an filijs illius fratris consanguinei tantùm, qui essent de iure admittēdi ad supradictam successionem simul cum filijs fratrum vtrinque coniunctorum, obstet renunciatio, & cessio iurium suorum facta per eos erga dictos patrueles, seu consobrinos suos per publicum instrumentum. Et videretur prima facie dicendum talem renunciationem eis nocere;
42 quia hoc regulare est, quòd † renunciantibus non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. & l. nō videtur. ff. si quid in fraudem patro. & cùm ipsi, qui renunciauerūt, sint ætatis maioris, nulla hic cadit in integrum restitutio. Neq; etiam videtur tractandum de rescissione supradicti contractus ex beneficio le-
43 gis. 2. C. de rescin. vendi. quia † tale beneficium non competit scientibus læsionem, vt concludit ibi Cynus, q. 14. & Barto. colum. 3. num. 14. in facto autem proprio præsumitur scientia. l. fin. in fin. ff. pro suo. Et † præter hoc etiam fuit
44 renūciatum generaliter cuicunq; exceptioni, videlicet, doli mali, & metus, & erroris, deceptionis, seu læsionis, & dationis sine causa &c. vt per

vt per Alexan. consil. 42. Super præmisso. col. 3. verſic. ſed præmiſſis. in 1. volu. vbi etiam id reperit. colum. 5. verſic. nonò quia fuit, & conſil. 125. Viſis. colum. 5. nu. 11. verſic. reſtat reſpondere etiam. in 1. volum. quinimò fuit etiam apposita ſpecialis clauſula, qua renunciatum fuit
45 beneficio dictæ legis. 2. Deinde † fuit appoſitũ iuramentum, quod etiã tollit tale beneficiũ. Alex. d. conſil. 42. colum. 4. verſic. ſextò quòd per hoc. & d. conſil. 125. col. 4. in fin. & conſ. 5. & 7. Præterea, cùm huiuſmodi renunciatio, & ceſſio videatur in effectu ſapere donationem,
46 dictæ legis. 2. quia illud non habet locum in donatione. Alexan. in d. conſil. 125. col. 5. verſicu. ſecundò quia illud. quòd conſilium eſt repetitum. conſ. 53. in 3. vol. vt ſentiunt etiam Bar. & Bal. in dict. l. 2. quia alioquin ſequeretur, quòd omnes donatiões poſſent reuocari, vt per eos.

Quibus tamen non obſtantibus, videtur cõcludendum, poſſe reſcindi talem renunciationem. Et præſupponendum eſt primo loco, ꝙ, quamuis in eo contractu appoſitæ fuerint diuerſæ denominationes; (dictũ enim fuit, quòd faciebant finem, confeſſionem, remiſſionem, renunciationem, liberationem, quitationem, abſolutionem, pactum de nõ petendo, & venditionem, & datum, & ceſſionem &c.) tamen re vera fuit cõtractus venditionis; quia in principali parte ipſius contractus fuit conſtitutum certum pretium, vt patet ex verbis inſtrumenti, ibi, & hoc pro pretio, & nomine precij, &c.
47 † vbicunque enim aliquid transfertur in alium conſtituto pretio, præſumitur emptio & venditio in dubio. l. fina. vbi Barto. C. de præd. decurio. lib. 10. & per gloſſ. & Barto. & alios in l. 1. C. de rerum permuta. & per Pau. de Caſt. in l. 1. in 2. colum. ff. eodem titu. de rerum permuta. Socin. conſil. 88. Conſiderata. primo volu.
48 Deci. conſ. 160. col. 1. & † ad iudicandum qualitatem contractus non inſpiçitur ſonus, vel multitudo verborum, ſed inſpicitur effectus principalis. l. inſulã. ff. de præſcrip. verb. Bal. in l. 2. C. commoda. & in Rubr. C. de iure emphy. Deci. d. conſ. 160. col. 1. & conſ. 180. colum. fi. verſicu. & primò non obſtat. Et eſt etiam præſupponendum hic in facto, quòd pretium conſtitutum in ipſo contractu fuit quid minimũ, facta comparatione ad iuſtum pretium; adeò, quòd non ſolùm fuit læſio enormis, & circa dimidiũ iuſti pretij, ſed fuit enormiſſima, & longè vltra dimidium. Quibus ſtantibus, ſuccedit fundamentũ pro reſciſſione ipſius contractus. ex d. l. 2. C. de reſcinden. vendi. quia, cùm hic ſimus in contractu venditionis, & læſio ſit vltra dimidium, verificatur hic propriè diſpoſitio illius tex. Accedit & aliud fundamentum,
49 nam † ſtante læſione enormiſſima, cenſetur ipſo iure probatus dolus re ipſa. Bald. conſil. 213. Punctus talis eſt. 1. vol. vnde etiam præſumitur dolus ex propoſito. Bald. conſil. 280. Præmitto. eo. vol. 1. Socin. conſ. 263. Capio. col. 3. verſic. ad præmiſſa. & colum. 6. verſic. ſecundò reſpondeo. in 2. vol. Corne. conſ. 161. Viſis. col. 3.
50 in tertio. & ſiue † ſit dolus ex propoſito, ſiue dolus re ipſa, ſufficit quodlibet eorum ad reſciſſionem contractus. Abb. conſil. 107. Quatuor ſunt. colum. penult. in 2. vol. Deci. conſil. 180. col. 5. in prin. & circa medium.

Neque obſtant adducta ſuperius in contrarium. nam, dum dicebatur, ꝙ renuntiantibus
51 † non conceditur regreſſus, & quòd beneficiũ dictæ legis. 2. non competit ſcientibus læſionẽ &c. non procedit, quando læſio eſt magna, id eſt, longè vltrà dimidium. tunc enim præſumptione iuris cenſentur ignoraſſe læſionem, vt concludit Cynus, in d. l. 2. in ipſa quæſtio. 14. & ibi etiam Salic. col. fi. Deci. conſ. 583. col. 1. latè Abb. in c. cum cauſa. col. 1. & 2. de emp. & vendi. & id euidenter probat text. in l. quiſquis. C. de reſcin. vendi. vt ibi per gloſſ. & Bar. & tradit Alex. conſil. 1. in prin. in 6. vol. Corne. conſ. 11. in præſenti. col. 5. & conſ. 140. In hac. colum. 2. in 3. vol. Soci. conſ. 159. In preſenti. col. penul. in 2. vol. & tantò facilius præſumetur ignorantia, cùm hic agatur de nouo ſucceſſore, vt per
52 Cynum, & Salic. vbi ſupra. Et † tali caſu parùm obſtant renunciationes factæ per clauſulas generales, ſiue ſpeciales; quia qua facilitate aliquis inducitur ad actum principalem, cenſetur etiam induci ad patiendum, vt adijciantur tales clauſulæ. Bart. in l. fina. §. idem queſijt. ff. de condic. inde Alexand. d. conſ. 1. colum 2. in
53 fin. Et † dato, quòd fuerit expreſsè renunciatum beneficio dictæ legis. 2. & appoſita etiam fuerit clauſula, ex certa ſcientia. & renunciatũ exceptioni, de dolo. talia nihil operantur, ſtante enormiſſima læſione, ſed augent ſuſpicionem doli, & læſionis, vt per Deci. in dicto conſil. 180. colum. fin. nume. 8. & 9. Corne. conſi. 189. in præſenti. col. 2. nume. 7. & col. 4. nu. 23. in primo vol. præſumuntur enim adiectæ tales clauſulæ per calliditatem, & dolum, vt tradit Curt. iun. conſ. 141. col. 4. nume. 19. Et pariter non obſtat id, quod ſupra dicebatur de iuramẽ
54 to, † nam, ſtante enormiſſima læſione, & per conſequens ſtante præſumptione doli, nõ eſt habenda ratio iuramenti, ſaltẽ impetrata prius abſolutione; quia non debet iuramentum eſſe vinculũ iniquitatis, vt tradit Corne. in d. conſ. 189. In præſenti. col. 3. in primo vol. & cõſ. 166. Circa primum. col. 3. num. 9. eodem volum. 1. & conſ. 161. Viſis. col. 3. nu. 7. & col. fin in 3. volum. & conſ. 179. licet in hac. col. pen. num. 10.

in 4. vol. Deci. in d. consil. 180. colum. 5. vbi voluit amplius, quòd non sit necessaria absolutio à iuramento.

55 Neque etiã obstat id, quòd dicebatur, † remedium dictæ legis. 2. nõ habere locum in donatione, quia patet responsio ex supradictis, q̃ hic non fuit donatio, sed venditio. deinde adducta in contrarium procedunt in donatione mera, & simplici, non autem in donatione facta ob aliquam causam, putà accepto certo pretio, vel certa aliqua re; quia, cùm tunc non sit simplex donatio, sed correspectiua, potest de facili errare is, qui donat, & decipi circa æstimationem vel rei, quam dat, vel rei, propter quã dat, vel rei, quam accipit, vt deducit Corne. in d. consil. 161. Visis. colum. 3. nume. 8. & 9. in 3. volum. vbi propriè loquitur de renunciatione successionis, accepta promissione pecuniaria paruæ summæ. & idem Corne. dict. consi. 179.

56 colum. fin. in 4. volum. deinde † etiam in donatione simplici, & pura consideratur læsio, quando verisimiliter interuenit metus, vel dolus, vel seductio. Paul. de Cast. consil. 177. Contra superius consulta. col. 1. in antiquis, quod est consilium 174. in nouissimis, in 1. volum. Corne. consil. 124. Multum. in 3. volum. Ripa lib. 3. Respon. de reuocan. dona. cap. 15. nu. 13. in fin. & 14. Curt. iun. d. cons. 141. col. 3. in fin.

57 num. 14. Et quòd † in donatione simplici, quæ fit sine probabili causa, & quæ sapit prodigalitatem, habeat locum rescissio; tradit Corne. d. consil. 11. colum. penult. nume. 23. in tertio. & d. consil. 124. eod. volum. vbi etiam sumit argumentum ex tit. C. si aduer. dona. Et, si forte ipsi renunciantes †

58 errauerunt in hoc, quia credebant se de iure non esse admittendos ad huiusmodi successionem cum filijs fratrum vtrinque coniunctorum; talis error eis non nocet, vt tradit Pau. de Cast. in d. l. fi. §. idem quæsijt. ff. de condi. inde. vbi etiã Ias. colum. 3. Deci. consil. 203. colum. fina. & cons. 206. in princip. & probatur ex l. cùm putarem. in fin. ff. famil. herciſc. & l. si post diuisionem. C. de iur. &

59 fac. igno. quia, † quatenus sit error facti, toleratur, vbi agitur de damno vitando. l. sed si putem. in princip. ff. de condi. inde. quatenus verò est error iuris, †

60 toleratur pariter, quando illud, quod fuit remissum, erat indebitum & ciuiliter, & naturaliter, vt per gloss. in l. cũ quis. & Bartol. col. penul. nume. 27. versicu. tertius articulus. & ibi alij Doct. C. de iur. & fac. igno. non obstante etiam iuramento, vt per Deci. consil. 110. in fine.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Papiæ, 1551. vltimo Augusti. Recepi scutos 20.

DE EADEM MATERIA, ET SIMILI per eodem casu, summatim.

QVòd, stãte statuto, per quod agnati masculi, seu parentes paterni proximi excludunt mulieres, & lineam maternam à successione, ita debeat admitti frater consanguineus tantùm, sicut frater vtrinque cõiunctus, & ita debeant admitti filij vnius, sicut filij alterius; puto esse de iure verissimum, & latè super hoc consului, multis rationibus, & autoritatibus motus; & rationes principaliores sunt istæ.

Prima, quia, vbicunque de iure communi agnati præferuntur cognatis, tunc frater consanguineus tantùm, id est, natus ex eodem patre, ita succedit, sicut frater vtrinque coniunctus, vt est tex. in l. 1. C. de legiti. hæred. & ibi latius tradunt Bald. Paul. de Castr. & Corne. statuta autem debent interpretari secundum ius commune tractans de eadem materia. l. 2. C. de noxal. ac. Et, quamuis tex. in d. l. 1. sit correctus per iura authenticorũ; corriguntur tamen ipsa iura authenticorum per statutum in casu nostro, & reducitur res ad tex. in d. l. 1.

Secunda ratio, quia proprietas sermonis ita comprehendit vnũ, sicut alium. l. iurisconsultus. §. 2. qui incipit, cognationis origo. ff. de gradi. affini. prout etiam habetur in eadem. l. §. secundo gradu.

Tertia ratio, quia ratio, & mens statuti procedit æqualiter in vtrisque. nam omnes sunt agnati, & per omnes conseruatur agnatio, & familia, & omnes sunt in æquali gradu, suntque omnes æqualiter coniuncti per lineam paternam; quam solam coniunctionem considerat statutum.

Autoritates autem pro ista opinione sunt multæ. nam eam latè defendit Roma. cõs. 411. Quatuor sunt. sequitur Alex. consil. 9. Ponderatis. colum. fin. in 5. Socin. consil. 304. col. fi. in 2. & consil. 25. in fin. in tertio, & consil. 89. colum. 3. num. 12. & 13. in quarto. Anto. de Rosel. in tracta. de succes. ab intesta. in 7. vol. nu. 109. 167. 168.

Neq; videtur obstare renunciatio *facta per* consanguineos tantùm; quia, stante *præsuppo*sito mihi facto, quòd pretium conuenũ fuerit quid minimum; ita, vt non solùm interuenerit læsio vsque ad dimidiam iusti pretij, sed longè vltra dimidiã debet rescindi talis actus. l. 2. C. de rescin. vendi. Et, quamuis in instrumento renunciationis fuerint appositæ multa genera verborum, videlicet dictum sit, renunciationem, cessionem, venditionem &c. tamẽ re vera iudicandus est absolutè contractus venditionis; quia interuenit pretium, & translata fuerunt

fuerunt iura, & res in alium. l. fin. vbi Barto. C. de præd. decurio. lib. 10. Deci. consil. 60. col. 1. & vbicunque est enormissima læsio, censetur ipso iure probatus dolus. Bald. cons. 213. Punctualis. 1. vol. Soci. cons. 263. col. 3. & in 2. volum. Corne. cons. 161. col. 3. in tertio. Deci. cõsilicet quòd debeat rescindi talis contractus, consil. 180. col. 5. in prin. & circa medium. Et hoc, procedit, non obstantibus quibuscunq; renunciationibus, & clausulis generalibus. Bartol. in l. fin. §. idem quæsijt. ff. de cond. inde. Alexan. consil. 1. colum. 2. in fin. in 6. vol. Corne. consil. 189. colum. 2. nume. 7. primo volum. etiam si interuenerit iuramentum, vt ibi per eum. colum. 3. nu. 9. Deci. in d. cons. 180. col. 5. & petẽ da est saltem absolutio à tali iuramento. Neq; etiam nocet, si dicatur, non esse succurrendũ scientibus læsionem. Bar. in d. l. 2. colum. 3. C. de rescin. vendi. quia respondetur, quòd vbi est enormis læsio, præsumitur ignorantia, & non scientia. l. quisquis, vbi gloss. & Barto. C. de rescin. vendi. Deci. cons. 683. colum. prima, & in similibus, quando per errorem alienatur aliquid, quod erat indebitum & naturaliter & ciuiliter; toleratur error, non solùm si sit error facti. l. sed si me putem. in princip. ff. de condi. inde. sed etiam si sit error iuris. gloss. in l. cùm quis. & ibi Barto. colum. pen. versic. tertius articulus. C. de iur. & fac. igno,

Idem Iacobus Mandell. Albensis, Papiæ.

ARGVMENTVM.

De Alueo Padi derelicto. ad quem pertineat, si ue mutatio fluminis facta fuerit sine facto hominis, siue ex facto hominis.

SVMMARIVM.

1 ALVEVS derelictus pertinet ad dominos prædiorum ibi existentium æqualiter pro regione, seu modo ipsorum prædiorum, non distinguendo, an mutatio aluei fiat facto hominis, vel non.

2 Alueus exsiccatus sit proximorum.

3 Flumen quando mutatur facto hominis, an sit verum quòd tunc fiat de priuato publicum, & de publico priuatum.

4 Causa aluei semper sequitur causam fluminis.

5 Mutatio fluminis facto hominis, an faciat de alieno publicum, & quomodo.

Consilium LXXXII.

QVAMVIS præsens articulus non careat difficultate, præsertim cùm pro vna opinione extet in terminis decisio Cassiodori, sub tit. de acquiren. rerum domi. quæ est vltima omniũ suarũ decisionũ, & pro alia opinione subtiliter scripserit Excellens Iurisconsultus D. Gaspar Ottonus; tamen mihi maximã dubitationem faciũt infrascripta: &, nisi aliud de nouo mihi succurrat, inclinarem contra Magnificos D. Curtios

1 pro Magnificis Do. Isimbardis, quòd † alueus derelictus pertineat ad eos omnes Curtios, & Isimbardos æqualiter pro regione, seu pro modo prædiorum ibi existentiũ. Nam primò pro ista opinione stat tex. in l. adeò. §. quod si toto. ff. de acqui. rerum domi. dum generaliter, seu simpliciter loquitur de mutatione aluei; ergo non debet magis intelligi de mutatione proueniente ex facto hominis, scilicet, licito.

Secundò per tex. in l. ergo. §. Celsus. eo. tit.

2 dum generaliter, & indistinctè ait, quòd † cùm exsiccatus est alueus, proximorũ fit; quia iam populus eo non vtitur. ponitur enim ibi generale dictum, & generalis ratio ad vtrunque casum.

Tertiò ex eadem. l. ergo. §. flumina. dum ibi dicitur, quòd flumina censitorum vice fungun tur, vt ex priuato in publicum addicant. & ex publico in priuatum. hæc enim ratio, & effectus iste videtur connenire vtrique casui, vt infra dicetur.

Quartò ex autoritate gloss. in l. idem Pomponius. §. de arbore. in verbo, Transla. ff. de rei vendi. quæ concludit, non esse differentiam, an impetu fluminis, an facto hominis arbor transferatur.

Neque videtur obstare fundamentũ vnum, quo principaliter in effectu videtur moueri

3 Magnificus D. Ottonus, videlicet, † quòd cùm flumen mutatur facto hominis, tunc non fit de priuato publicum, neque de publico priuatum etiam si id fiat facto, seu voluntate Principis: quia etiam si Princeps velit, nõ potest (scilicet iuridicè, & legitimè) facere de alieno fundo priuato publicum fundũ, per quem iubeat deduci flumen; sed opus est, quòd, quicunque vult id facere, siue sit homo priuatus, siue sit Princeps, emat fundum à domino ipsius, & postea per eum diuertat flumen, &c. Nam pro responsione videtur dicendum, quòd etiam, cùm diuertitur flumen facto hominis, sequantur duo supradicti effectus, scilicet, quòd de priuato fundo fiat publicus alueus, & de publico alueo veteri fiat fundus priuatus, dummodò scilicet reliqua fiant legitimo modo, id est, dummodò ille, qui curat, vt ibi fiat, emat fundum à veris dominis, & interueniat autoritas Principis in mutatione fluminis, & seruentur seruanda. nam quòd tunc sequatur primus effectus, id est, quòd si fundus, per quem de nouo deducitur alueus, efficiatur de priuato publicus; non indiget probatione, si enim flumen

flumen legitimo modo per eum alueum transit,& flumen est publicum; sequitur necessariò quòd alueus efficiatur publicus. nam † causa al
4 uei semper sequitur causam fluminis.d.l.ergo. §.duobus.& ex eo etiam patet: quia postquàm flumen cœpit fluere per certum locum ei designatum facto hominis cum autoritate Principis;non tamen se perpetuò cõtinet intra eum locum,sed quotidie corrodit,innouat,immutat,addit,& minuit,vt experientia docet.si autem sequitur prædictus primus effectus, quòd fiat de priuato publicum, videtur etiam sequi secundus effectus,quòd fiat de publico priuatum;quia sunt effectus coniuncti, & habentes eandem rationem,& indifferentes, vt prę supponit tex.in dicto §.flumina. Et,vt supradictũ fuit in primo,& secundo fundamento, iura generaliter,& simpliciter dicunt, quòd, cùm alueus exsiccatur,efficitur eorũ,qui habent prædia contigua,& adducunt rationem generalẽ; quia populus eo alueo amplius non vtitur,& emptio noui aluei non est destinata ad hunc effectum,vt prior alueus efficiatur ipsius ementis,seu tradentis nouum fundum; quia non video per quam regulam possit fieri talis commutatio. Ideo durum esset,& periculosum recedere à dispositionibus, & rationibus prædictorum iurium.

Est quidem verum vnum,quod ait D. Otto
5 nus,quòd † mutatio fluminis, quæ fit facto hominis, non potest facere de alieno publicum, sed oportet,quòd prius de alieno efficiatur fundus proprius ipsius, qui curat talem mutationem,& postquàm factus est eius proprius,tunc accedente consensu Principis, potest illuc deduci flumen &c. Sed hæc non debẽt facere difficultatem in præsenti negotio, quia hic non tractamus,an de alieno possit fieri publicum, sed duntaxat tractamus, an de priuato possit fieri publicũ, & iste effectus videtur sequi etiã quando mutatio fit facto hominis,dummodò interueniant cætera habilia, vt supradictũ est, id est,dummodo ematur fundus à vero domino,& nemini inferatur violentia. Quò autem ad ipsum effectum immediatè, scilicet efficiendi de priuato publicum,nulla videtur esse differentia inter duos prædictos casus.

Nõ obstat,quòd ipsi Domini de Curte multas pecunias impenderint in emendo nouo alueo,& in facienda diuersione fluminis,& passi fuerint quamplura damna; quia respondetur cùm ipsimet curauerint, & affectauerint hæc omnia,non est habenda ratio talium impensarum,vel damnorum;quia damnum, quòd aliquis sua culpa vel facto sentit &c.præterea fuit vtilis hæc eorum impensa, & attulit eis non damnum, sed lucrum, nam effecerunt, quòd flumen Padi, à quo destruebatur oppidũ Glareolæ cum prędijs circumuicinis,mutauit cursum, & præseruauerunt dictum oppidum, & prædia à tali ruina.

Reliqua,quæ hinc,& inde fuerunt deducta, non multum videntur vrgere. supradicta autẽ sunt,quæ faciebant mihi dubitationem,& superioribus mensibus daturus eram pro motiuis,nisi valetudo aduersa mihi fuisset impedimento.& puto,quòd secundum istam opinionem fuissem iudicaturus: quia videtur de iure verior,& minus periculosa,tum etiam quia videtur esse minus præiudicialis, cùm æqualiter rem tribuat ipsis omnibus litigatoribus.

Iacobus Mandellus Albensis,Papiæ. 1551.
15.Decembris,inter Dominos Curtios,& Dominos Isimbardos.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur consanguinitas, & an per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum. Et quantum tempus faciat rem antiquam. Et an per nominationem,& tractatum probetur consanguinitas, vel filiatio. Item aliqua ad demonstrandum,quòd quis decesserat paulò post filiam, & sine liberis &c.

SVMMARIVM.

1 IVDEX *debet quantum facere potest, veritati adhærere,& in eius fauorẽ inclinare, pro quo videt naturali ratione, & communi iudicio stare veritatem.*

2 *Nepotum appellatione ex communi vsu loquendi intelligimus filios fratris.*

3 *In antiquis probatur consanguinitas, & aliques esse descendentes à tali stipite per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum.*

4 *Confines probantur in antiquis per verba enunciatiua.*

5 *Probatio per famam, vel per communem opinionem sufficit in antiquis.*

6 *Verba enunciatiua instrumentorum probant in quacunque materia in antiquis.*

7 *Consanguinitas est difficilis probationis.*

8 *Probatio filiationis, vel consanguinitatis est difficilis,etiam in facto recenti,& admittitur per indicia,& coniecturas,quæ habentur pro plena probatione in antiquis.*

9 *Instrumenta antiqua dicuntur,quæ confecta sunt iam annis 56. Et quantum temporis spatium faciat rem dici antiquam secundum Docto.*

10 *Tempus 56. annorum,& etiam 50. facit rem dici antiquam in materia probandæ consanguinitatis.*

11 Pro-

11 Probatio alicuius rei vbi est difficilis de sui natura, debet tunc facilius admitti qualiscunque probatio, etiam per probabiles coniecturas, per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum, per indicia, & per argumenta.
12 Pluralitas personarum non præsumitur, nisi probetur.
13 Libri priuati, & etiam simplicia memorialia probant filiationem.
14 Tempus 60. & etiam 50. annorum habetur pro tempore antiquo ad probandum consanguinitatem, vel filiationem ex verbis enunciatiuis instrumentorum, & quid dicatur antiquum remissiuè.
15 Consanguinitas probatur per verba enunciatiua vnius instrumenti, etiam in præiudicium tertij.
16 Probatio primi stipitis non est necessaria in probatione consanguinitatis.
17 Consanguinitas non potest probari per instrumenta, & quomodo id intelligatur.
18 Tres testes, & etiam duo, sufficiunt ad probandũ filiationem, vel consanguinitatẽ: & an requiratur, quòd sint personæ graues: et an testes singulares probent.
19 Ad perficiendã probationem possunt simul iungi instrumenta, & testes.
20 In probanda consanguinitate dicta testium singularium coniunguntur.
21 Nominatio, & tractatus constituunt aliquem in quasi possessione filiationis, fraternitatis, & cuiuscunque gradus consanguinitatis, item & communis opinio, quòd talis ab omnibus reputetur.
22 Et talis quasi possessio filiationis vel consanguinitatis transfert onus probandi in contrarium, etiam in decisorijs, etiam si tractetur de obtinenda hæreditate: & est magis cõmunis opinio.
23 Quasi possessio cõsanguinitatis an sit necesse, quòd probetur distinctè per gradus, & quando.
24 In depositionibus testium debet magis attendi ratio, quàm dictum.
25 Testis quando dicit vnum, ex quo aliud sequitur, censetur deposuisse super vtroque.
26 Horæ appellatione non intelligitur pulsatio ipsius horæ per campanam, sed principaliter tempus illud, quod designat ipsa pulsatio horæ.
27 Falsa demonstratio reycitur.
28 Testes masculi sunt maioris iudicij, & fidei, quàm sint fœminæ.

Consilium LXXXIII.

LICET præsens casus prima facie videatur dubitabilis, & plurimum vrgere videantur motiua deducta aduersus D. Franciscum; tamen diligentius re inspecta, videtur concludendum esse, quòd ipse D. Franciscus fouet ius. Et facto præsuppositio vulgari, quod æqualiter respicit articulum probandæ consanguinitatis, & articulum probandæ mortis, (videlicet, & Iudex,
1 † quantũ facere potest, debet adhærere veritati, id est, cùm videt naturali ratione, & communi iudicio veritatem stare pro vno ex litigatoribus, debet in eius fauorẽ magis inclinare, reiectis scrupulis, si qui sunt in contrarium. l. 3. §. pen. ibi, veritatem esse quærendam. ff. de iure iuran. & l. pen. §. pen. ibi, veritati locũ semper fore. ff. de proba.) videtur in primis D. Franciscus habere intentionem fundatam in primo articulo huius negotij, id est, in articulo cõsanguinitatis. nam videtur probasse clarè, & distinctè, & per singulos gradus, se esse cõsanguineũ Santis mortui, de cuius successione nunc agitur, scilicet consanguineum in tertio gradu, secundum Ius Canonicum, vel in sexto gradu, secundum Ius Ciuile. videtur enim primũ capitulum, quo continetur, quòd in rerum natura fuit Antonius Castelutij de Aretio &c. nec non & secundum capitulum, quo continetur, quòd ex Antonio prouenerunt Augustinus, & Gianus filij legitimi &c. probari concludenter ex testamento dicti Giani condito anno. 1486. in quo enunciatiuè dicitur, ipsum Gianum filium quondam Antonij Castelutij de Aretio. & id pariter enunciatur in alio instrumento cõsignatæ dotis versus Dominam Gabrielã condito anno. 1491. item enunciatur in libro Cõmunitatis, anno. 1467. & anno. 1505. nec non & in libro inuento apud dictum Santem, & in alio libro inuento apud hæredes dicti Augustini. 1479. & in eisdem instrumentis, & libris probatur secundum capitulum. nam in dicto testamento Giani, dum ipse Gianus in dimidia parte hæreditatis substituit per hæc verba, scilicet, Ioannem & Thomasum fratres, & filios olim Augustini Antonij Castelutij suos nepotes. Est enim notissimum, quòd
2 † ex communi vsu loquendi appellatione nepotum intelligimus filios fratris. cap. tua nos. vbi Abb. de consang. & affin. & in dicto instrumento cõsignatæ dotis enunciatur, quòd Gianus fuit filius Antonij. quòd autem Augustinus fuerit filius Antonij, enunciatur tribus locis, & temporibus in dicto libro Communitatis; enunciatur etiam in duobus alijs supradictis libris. vnde succedit hic verificari id, quòd consuluit
3 † Alexan. consil. 90. In causa & lite. in 6. volu. vbi in terminis nostris latè deducit, & concludit, & vbi sumus in antiquis, & agitur de probando aliquos esse descendentes à tali stipite, sufficit probatio, quæ colligitur ex verbis enũciatiuis instrumentorum antiquorũ ea ratione;

4 ne;quia per huiusmodi † verba enunciatiua in antiquis probantur confines,gloss.& Doct. in c.cum olim.extra de censib. & ob id etiã, quia 5 in antiquis sufficit probatio per † famã,vel per communem opinionem,secundum gloss.in l. at qui natura.§.cũ me absente.in verbo.Committat.ff.de neg.gest.Barto.in l.penult.in fine principij. ff. de condi. insti. & alij, quos refert 6 Alexan.Et cùm in quacunque † materia verba enunciatiua instrumentorum probent in antiquis,vt per Ias.in l. ex his verbis. colum. 1. in fin.in quarta limitatione.C.de mili. testa. Deci.cons.146.col.5.nume.14. multò magis debent probare in hoc proposito consanguinita 7 tis, quæ † de sui natura est difficilis probationis.l.Lucius.ff.de condit.& demonst. & notatur in l.filium. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. Ideò ait Alexan.d.cons.90.colum.2. nume.8. 8 quòd † probatio filiationis, vel consanguinitatis est difficilis, etiam in facto recenti, & solet admitti per inditia, & coniecturas. gloss. in l.1.ff.de proba.& glos.in d.l.Lucius.ergo in antiquis debent talia inditia,& coniecturæ haberi pro plena probatione,vt ibi per eũ. Et subij- 9 cit ibi Alex. † cẽseri instrumẽta antiqua in casu illo suo,quæ confecta erant iam annis. 56.quia cùm variæ extent opiniones Doctorũ,quantũ spatium temporis requiratur, vt quid censeatur esse antiquum,& aliqui requirant solũ.40. annos,aliqui centum,& alij dicant esse in arbitrio Iudicis secundum qualitatem negotij: di- 10 cit Alexan.non esse negandum,quin † tempus annorum 56.faciat rem antiquam in eo proposito probandæ consanguinitatis; quia non facilè potest per homines viuentes probari actus factus iam annis 56. cùm temporibus nostris breuior sit vita hominis, quàm esset olim. Et idem per omnia consuluit Ias. consil. 114. Ad obiecta.col.4.5.& 6.1.vol. cuius rationes possunt videri,& concludit censeri tempus antiquum,si sint instrumenta quinquaginta anno 11 rum:& subijcit generalem regulam, q̃ † vbicunque probatio alicuius rei de sui natura est difficilis, debet facilius admitti qualiscunque probatio,id est,per probabiles cõiecturas, per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum,per inditia,& argumenta,vt idem Ias. tradit in l.prætor ait.aliàs est. l. si quis ex argentarijs.§.prætor. nume.20.21.22.23.24.& 25.ff.de eden. Alex.cons.24.col.2.in secundo,& cons. 64.col.fi.in primo. And.Sicul.cons.41. col. 2. 1.vol.Abb.in c.fi.de testi.cogen.latè Cur.Sen, cons.76.Abb.& Fel.in cap.tertio loco.de proba.Deci.cons.652.& cons.575.Affli.decis.13.& passim habetur. Ait etiam Ias.in dict.cons.114. non esse dubitandum de pluralitate personarum;quia,dummodò sit expressum nomen, & cognomen, satis censetur demonstrata,& pro- 12 bata persona;neque † pluralitas taliũ personarum præsumitur,nisi probetur, vt per Bal. in l. neque natales.2.col.C.de proba.si igitur in casu Iasonis voluit ipse sufficere annos 30. & in casu Alexandri vòluit Alexan. sufficere annos 56.debent in casu nostro sufficere prædicta instrumẽta,& libri supradicti. nam instrumentũ testamenti confectum est iam annis sexaginta sex, & instrumentum consignatæ dotis confectum est iam annis. 61. & mentio quæ habetur in dicto libro Communitatis, scilicet primo loco, est annorum.85.& mentio, de qua in libro reperto in hæreditate Augustini, est annorum.73. & mentio facta in libro reperto in hæreditate Santis est annorum.51.& nõ est dubium, † quin tales libri, quinimò etiam simpli- 13 cia memorialia, conferant ad probãdam filiationem, vt per Bald.in d. l. neque natales. col. 1. Salice.in l.etiam.ff.de proba. Paris.cons.10. num.58.2.volu. & quòd tale † tempus, 60. vel 14 etiam 50. annorum habeatur pro tempore antiquo quò ad hoc propositum, vt verba enunciatiua instrumentorum probent consanguinitatem;nouissimè tradit Modernus Cauetta doctissimus vir in suo tracta. de antiquita. tempo.in prima parte, nu. 73. vbi post relatas quãplures opiniones quid dicatur antiquum,concludit post alios relatos per eum, quòd *saltem* isto casu probandæ filiationis, vel consanguinitatis sufficiunt verba enunciatiua, eo modo, quo deducit Alexand.in dicto consil.90. & sicut in casu, quo consuluit Alexand. extabant tria,aut quatuor instrumenta; ita etiam videtur extare in casu nostro, si habeatur ratio dictorum librorum Communitatis, & aliorum, vt haberi debet. deinde inquit ibi Alex.col.1. 15 nu.5. quòd † sufficerent verba enunciatiua vnius instrumenti,etiam in præiudicium tertij. Concluditur igitur,censeri probata duo capitula priora;quamuis de iure etiam dici posset, non esse necessariam probationem primi ca- 16 pituli,quia † non est necessaria probatio primi stipitis.vt per gloss.& Docto.in d.c.*tua nos. de* consangui.& affin. & in c. licet *ex quadam. de* proba.Neque prædictis obstat,*quod dicitur in* 17 motiuis,non † posse probari cõsanguinitatem per instrumenta,iuxta gloss. in c.*series.* in verbo,Instrumentum.de testi.& Felin. in cap. per tuas.colum.fin.versic.tertio nota,de proba.& Deci.consil.321.colum.2.num.6.quia respondetur ex ipsamet glossa, quòd de consanguinitate fieri non potest instrumentum;fatetur tamen gloss. quòd verba enunciatiua instrumenti aliquid conferunt ad probationem consanguinitatis, & id etiam sequitur Felin. in dicto c.*series.*colum.2.ergo, si aliquid conferunt in facto

facto recenti; sequitur quòd plenè probant in facto antiquo secundum cõmunes regulas supradictas, & id fatetur Feli. in d.c. series. & latè patet ex Alex. & Iaſ. in dictis eorum consilijs.

Succeſſiuè deueniendo ad tertium capitulum, quo continetur, quòd ex Auguſtino prouenerit Ioannes, & Maſus filij; conſtat probari ipſum capitulum ex dicto teſtamento Giani in ſubſtitutionibus; vbi expreſsè dicitur eos eſſe filios Auguſtini; probatur etiam ex dicto libro Communitatis, quo enunciatur ſeparatim Maſum eſſe filium Auguſtini, & Ioannem eſſe filium Auguſtini, & ſunt enunciationes diuerſorum temporum. Item id ſæpius fuit enunciatum in dicto libro Santis. deinde cõcluditer probatur hoc tertium capitulum per tres teſtes productos in cauſa.

Quartum capitulum, quòd ex Ioanne prouenerit D. Franciſcus, probatur etiam concludenter per ipſos tres teſtes.

Quintum etiam capitulũ probatur per dictos teſtes, quod ex Maſo natus fuerit Bernardinus, quamuis parum faciat ad cauſam.

Sextum capitulum, quod ex Giano nata fuerit Domina Gabriela, habet depoſitionẽ duntaxat ſecundi teſtis, & coadiuuatur per primũ teſtem & per tertium, ſed plenè probatur per dictum teſtamentum Giani, vbi nominat eam tanquam filiam, & ei tanquam filiæ facit legatum: probatur etiam per dictum inſtrumentũ conſignatæ dotis: item probatur per teſtes in effectu, ex his ſcilicet, quæ depoſuerunt ſuper ſeptimo capitulo.

Septimum, ſcilicet quòd D. Gabriela, & Ioannes, & Maſus eſſent fratres patrueles, videtur probatum per teſtes, ſaltem quò ad tractationis tendit ad aliud fundamentum, de quo infra dicetur. deinde non erat neceſſaria probatio huius ſeptimi capituli, ſtante probatione aliorum capitulorũ præcedentium iuncto octauo capitulo, quo continetur, quòd ex D. Gabriela prouenit Santes, quod capitulũ optimè probatur per teſtes.

His igitur omnibus coniunctis, prout debẽt de iure coniungi, quia ſe inuicem reſpiciunt, & conſequuntur: conſtat D. Franciſcum probaſſe conſanguinitatem diſtincto modo per gradus. nam, ſi probauit extitiſſe Antonium primũ ſtipitem, prout in primo capitulo, & probauit Auguſtinum, & Gianum filios Antonij, prout in ſecundo capitulo. & probauit Ioannem, & Maſum filios Auguſtini, prout in tertio capitulo, & probauit, quod ex Ioãne prouenit ipſe D. Franciſcus, ſcilicet vt filius, vt in quarto capitulo, & probauit pariter aliã lineã deſcendentem à Giano, videlicet, Dominã Gabrielam fuiſſe filiam Giani, prout in ſexto capitulo, & pariter probauit Santem eſſe filium Dominæ Gabrielæ, prout in octauo capitulo; ſequitur abſque vllo dubio eſſe probatum, quòd Do. Franciſcus, & Santes erant conſanguinei in tertio gradu de Iure Canonico, & in ſexto
18 de Iure Ciuili, & non eſt dubium, quin † in prædictis ſufficiant tres teſtes, quinimò ſufficerẽt etiam duo, vt tradit Deci. conſil. 272. colum. 1. & Gonzadi. conſil. 13. nume. 34. neque tali caſu requiritur, quòd teſtes ſint perſonæ graues, iuxta tex. in d.c. licet ex quadam. quia id ſolùm procedit, quando teſtes deponunt duntaxat de auditu, vt patet ex illo textu, & tradit Alex. conſil. 82. colum. 2. nume. 6. verſicu. Præterea dictus teſtis non probat. 1. volu. neque in ſimili propoſito fit difficultas, vtrum ſint teſtes ſingulares, an ſint conteſtes, vt per Gonzadi. vbi ſupra. nu. 33. & tradit Alex. conſ. 51. num. 7. pri-
19 mo vol. ſicut etiam non eſt dubium, quòd † ad perficiendam probationem poſſunt ſimul iungi inſtrumenta, & teſtes, vt tradit Iaſ. in dicto conſ. 114. col. fin. verſic. ſed quod fortius. poſt Bald. in c. paſtoralis. §. quia verò. colum. 5. de offi. delega. facit id, quòd tradit idem Bal. in d. l. data opera. col. 7. nu. 25. verſic. & eſt notandũ quòd in iſtis. C. de his qui accu. non poſſ. vbi
20 ait, quòd † in probanda conſanguinitate poſſunt aliqui teſtes probare, quòd Titius fuit filius Bertæ, & alij probare, quòd Martinus fuit filius Bertæ: & quòd poſſunt poſtea eorum dicta coniungi, & quòd pariter poſſunt coniungi dicta teſtium, & confeſſio partis. Et reijcienda videtur quælibet dubitatio, & ſcrupuloſitas ab hoc primo fundamento, propter præſuppoſitum ſuperius deductum in principio. nam, vt deducit Alexan. in d. conſ. 90. colum. 3. nu. 13. non eſt credendum, quòd in dictis inſtrumentis, & alijs ſcripturis ſupradictis fuiſſent factæ enunciationes, de quib. ſuprà, niſi ita ſe habuiſſet rei veritas. ideoque cùm naturali ratione, & communi iudicio id per ſe pateat; non videtur eſſe ſuper hoc vlterius hæſitandum.

Poteſt & aliud fundamentũ deduci in hoc primo articulo probandæ conſanguinitatis. nam dato (ſine præiudicio veritatis) quòd ex teſtibus, & ex ſcripturis ſupradictis non eſſet plenè probata conſanguinitas, negari tamen non poteſt, quin ex eis cenſeatur probata nominatio, & tractatus ſingularum perſonarum gradatim, prout in ipſis capitulis, id eſt, quòd ſingulæ ipſæ perſonæ in eis nominatæ appellabantur tales, & tractabantur pro talibus, & id maximè patet ex depoſitionib⁹ ſuper ſeptimo capitulo, dum in eis continetur, quòd Domina Gabriela, & Ioannes, & Maſus tenebantur, & reputabantur pro patruelibus, ſed & præter

ipsum septimum capitulum, patet id ex depositionibus super alijs omnibus capitulis, & ex dictis instrumentis, & alijs scripturis; ideoque succedit id, quòd ait Barto. in l. quòd senatusconsultum. §. item per contrarium. ff. de libe. agnoscen. quòd † nominatio, & tractatus constituunt aliquem in quasi possessione filiationis. vt idem Barto. etiam tradit in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæstio. & quòd dicitur de filiatione, dicitur etiam de fraternitate. l. non epistolis. vbi gloss. C. de proba. & pariter dicitur de quocunque gradu consanguinitatis, vt dicit Bart. in l. non nudis. in secunda lectura, in fin. eod. titu. & Felin. in d. c. per tuas. colum. fi. versic. secundo nota, de proba. quicquid in cõtrarium dixerit, & malè, Deci. in d. consil. 321. colum. 4. Et quemadmodũ ex tractatu acquiritur quasi possessio; ita etiã acquiritur ex probatione communis opinionis, id est, probando, quòd communiter reputabantur tales ab omnibus cognoscẽtibus eos, vt deducit Alex. consil. 51. Viso & discusso. primo vol. talis † autem quasi possessio transfert onus probandi in contrarium, vt dicit Barto. in d. §. item per cõtrarium. Iaſ. in l. neque professio. col. 1. C. de testamen. Felin. in d. c. per tuas. nu. 13. & nu. 17. Gonzadi. cons. 12. nu. 26. Alexan. in d. cons. 51. primo volum. Rubeus Alexandrinus, cons. 16. nu. 16. Deci. cons. 54. & hoc procedit etiam in decisorijs, etiam si tractetur de obtinenda hæreditate, vt deducit Corne. cons. 1. In præsenti ardua. colum. 10. nu. 22. in 3. volum. dicens esse magis communem; & idem dicit, & sequitur Deci. in d. cons. 54. col. pen. & latè Paris. consi. 10. nume. 61. 64. 69. 73. & 110. in 2. volum. quicquid in contrarium dixerit Deci. sibi contrarius in d. cons. 321. col. 4. post Bald. in dict. c. per tuas. colum. 2. de proba. nam gloss. passim tenuerũt, & indistinctè, quòd talis possessio trãsferat onus probandi in contrarium, præsertim gloss. in d. l. non epistolis. & in d. l. non nudis. & vtrobique Bart. & Bar. in d. §. item per contrarium. neque videtur posse dari ratio differẽtię in hoc proposito inter vnum casum, & aliũ, vt per Cornetum vbi suprà; id etiam præsupponit pro expedito Alex. in d. cons. 90. colum. 3. nume. 14. versic. iuuantur prædicta.

Neque obstat, quòd Deci. in d. cons. 321. colum. 4. dixerit, quòd † etiam in probanda quasi possessione consanguinitatis est necesse probare eam per distinctionem graduum, id enim est euidenter falsum, quia si probaretur cõsanguinitas per gradus, censeretur probata nõ solùm quasi possessio eius, sed etiam esset probata quasi proprietas, vt in d. c. tua nos. & cõtrarium in effectu præsupponunt Docto. omnes in locis supradictis, præsertim Alexand. in dict. consil. 51. primo volumine. Posset etiam dici, quòd probatio cõsanguinitatis per gradus distinctos solùm requiritur, quando agitur de impediendo matrimonio, vt propriè videntur velle verba illorum textuum, in dicto c. licet ex quadam. & in d. c. tua nos. sed nunc non expedit hoc discutere, stantibus supradictis aliys responsionibus.

Secundus articulus principalis huius causæ est, nunquid D. Franciscus probauerit intentionem suam, quòd Santes decesserit sine liberis, id est, decesserit post mortem Catherinæ filiæ suæ. Et repetito hic præsuppositio supradicto, videlicet inclinandũ esse in illam partem, pro qua stat veritas communi iudicio, & naturali ratione: & constituto alio præsuppositio specialiter cõcernente hunc secundum articulũ, scilicet, † quòd in depositionibus testium debet magis attendi ratio, quàm dictum, vt latè deducit Bal. in l. conuenticulam. col. 4. versic. modò venio ad testes. C. de Episco. & cleri. vt patet ex tex. in l. solam. C. de testi. & idem tradit Bald. in d. l. data opera. col. 9. nu. 35. versic. item nota quòd ratio. C. de his qui accusa. non poss. & idem Bald. in sua Margarita, super lectu ris Innocentij, in verbo, testis. & Nellus in tracta. de testibus, nu. 136. qui tractatus est inserti inter tractatus Bartoli; videtur concludendum, quòd D. Franciscus legitimè probauerit decimum capitulum, & decimum quartum, id est, probauerit, quòd Santes mortuus fuerit hora decimasexta, vel circa, & Catherina mortua fuerit per duas, aut tres horas antea. nam tertius testis productus per eum, scilicet Iacobus Rainaldi Tabulacinus, dum deponit super duodecimo capitulo, ait, quòd dum lauabatur corpus ipsius Santis, superuenit ille rusticus, qui renunciauit mortem filiæ: & constat per confessionem partis aduersæ, quòd villa Biscossij distat à ciuitate Aretij per milliaria nouem. vndè, cùm idem testis paulò ante dixerit, quòd corpus Santis erat adhuc calidum, quando cœperunt ipsum lauare; sequitur necessariò ex eius dictis, quòd filia fuisset mortua antequam per tantum temporis spatium, quantum est necessarium homini pedestri ad peragendũ iter ex villa Biscossij vsque ad ciuitatem Aretij. & verificatur hic illud, quòd ait Bald. in dict. l. data opera. colum. 7. nume. 34. versicu. item nota quòd, quando testis dicit vnum; vbi ait Bald. † quòd, quando testis dicit vnũ, ex quo aliud sequitur, censetur deposuisse super vtroque, rationibus, & exemplis, de quibus ibi per eum. deinde idem testis, cùm deponit super decimo capitulo. dicit, quòd quando lotũ, seu lauatũ fuit corpus Santis, qui paulò ante decesserat; laboratores, qui operabantur ad Baluar-

dum,

dum ibant ad prandium, est autem notorium, quòd de mense Septembri circa diem septimam oritur sol hora duodecima. & quòd non solet esse hora prandij ante quartam, quinimò ante quintam horam solis; & probatū est concludenter per ipsum D. Franciscum in alia parte processus, videlicet, folio. 36. 37. 38. vltimi processus, quòd non mittebantur prædicti operarij ad prandium ante horam decimam sextam, vt deponūt duo testes optimè instructi de hoc, & specialiter etiam deponentes de prandio eiusdem diei. Item dictus Iacobus Tabulacinus super dicto decimo capitulo ait, quòd intra spatium vnius horæ pòst, quàm lauauerūt corpus Santis, pulsauit nona; & notorium est, quòd non solet pulsari nona, præsertim in ciuitatibus, quin saltē sint horæ quinque, aut sex diei. Ex tribus igitur rationibus prædictis non videtur dubium, quin constet ex depositione istius testis, Santem fuisse mortuum hora sextadecima, vel circa, & non prius. vnde etiam infertur non esse habendam rationem, quòd idē testis dixerit, quòd erat hora decima tertia; quia patet, quòd dixit id, quod nesciebat. Et cū debeat in teste magis inspici ratio, quàm dictum, vt supra præsuppositum fuit, præsertim dictum incertū, prout solet esse depositio de hora, ideò &c. Prætereà tam pro defendenda depositione istius testis, quàm aliorum multorum sequentium est aduertēdum, quòd † appellatione horæ non debet intelligi pulsatio ipsius horæ, sed debet intelligi principaliter tēpus illud, quod solet designari per ipsam pulsationem horæ. l. 2. §. cuiusque diei. ff. de verb. signi. & iuxta carmen Martialis poëtæ.

Prima salutantes atque altera continet hora.
Exercet raucos tertia causidicos,
In quintam varios exercet Roma labores.
Sexta quies lassis, septima finis erit:

Vt per D. Alcia. in d. l. 2. Et pulsatio horæ nihil aliud est, quàm signum, seu demōstratio illius tēporis, quod distinguitur per horas; ideò magis debet attendi id, propter quod pulsatur hora, quàm ipsa pulsatio. l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro & argen. lega. † & falsa demonstratio est reijcienda. l. demonstratio. & l. falsa. & l. cùm tale. §. fin. ff. de condi. & demon. & cùm per tres rationes demōstrauerit iste testis de tēpore, quo mortuus est Santes, non est attendendum ad demonstrationes falsas, & in certis. l. 1. in fi. ff. de dote prælega. Quartus etiā testis D. Christophorus Loscius Canonicus idem in effectu videtur probare. nam deponit, quòd Santes viuebat hora tertia. deinde deponit, quòd circa horam decimam quintam ipse testis ex commissione Dominæ Dorotheæ fecit ponderare ceram, & eam consignauit cuidā rustico, qui fuerat missus de villa Biscossij pro dicta cera; & deponit, quòd idem rusticus dixerat filiā esse mortuam; & deponit, quòd, quando vidit illum rusticū, erat corpus Santis iam mortuum, sed nondū vestitum. & constat ex alijs testibus, quòd fuit lauatum, & vestitum nō paulò post mortem. cū igitur villa Biscossij distet per nouem milliaria, & iā veniisset rusticus nunciator mortis filiæ; sequitur &c. prout dictum fuit de teste præcedenti. Neque obstat, q̄ idem testis dixerit, quòd quando iuit ad domū Santis adhuc viuentis, audiuit pulsare horā decimam tertiam; quia respondetur duobus modis, primo, quòd de pulsatione horæ nō est habenda ratio, quando constat certiori modo de tempore, vt supradictum fuit, præsertim quia horologia sæpe vacillant. Item respondetur, q̄ potest esse, quòd idem testis māserit postea per aliquod notabile spatium temporis in domo Santis, putà vnius horæ; & pariter potest esse, quòd, quādo recessit ab eo adhuc viuente, non statim iuerit ad Ecclesiam suam: & hæc interpretatio videtur facienda, non solùm vt concordet cum alijs testibus, sed etiam vt concordet secum in his, quę prius dixit, maximè de aduentu illius rustici.

Quintus etiam testis, scilicet, Ioānes Tegolarius optimè probat decimum capitulum, & decimum quartū. nam dicit, quòd prandebat, & quòd vocatus fuit ad lauandum corpus Santis, & quòd statim iuit; & quòd corpus erat adhuc calidum; & quòd tunc venit rusticus, qui nunciauit mortem filiæ &c.

Probatur etiam optimè intentio D. Francisci ex depositione Iuliani Flori, folio. 53. qui dicit, quòd ipsemet fuit missus à villa Biscossij ad ciuitatem Aretij per D. Nicolaum ad nunciandum mortem Catherinæ; & quòd viderat eam mortuam hora vna cum dimidia diei, accipiendo diem, quādo incipit clarescere; adeò, quòd in effectu ex eius dicto colligitur, q̄ erat mortua in ortu solis, vel paulo post: & huic rustico est magis credendum, quàm alio rustico, id est, Antonio Pieri, quia ille deponit magis incerto, & confuso modo.

Probatur etiam intentio Dom. Francisci ex duobus prioribus testibus partis aduersæ, videlicet, Elisabet, & Antonina. nam dicunt, quòd Santes mortuus est, quādo operarij ad baluardum reuertebantur à prandio; adeò; quòd constat ex depositione istarum duarum fœminarum in effectu, cum esse mortuum hora decima septima, vel circa; & cōstat etiam ex supradictis; non esse curandum, quòd dixerint eum mortuum hora. 13. quia magis ratio quàm dictum &c.

Non obstat D. Francisco, quòd tertius testis

partis aduersæ Petrus Carbetus deponat præcisè de morte Santis hora decima tertia; quia est vilis persona & exercens vilissimũ officium, cùm sit nuncius publicus, & nihil habẽs in bonis, & cõtrarius alijs. Sed esto, quòd dixerit veritatem de pulsatione horæ, id parũ facit; quia horologia sæpè vacillant; & non est habenda hic ratio pulsationis, postquã per alios modos magis certos constat de tempore mortis, vt dictum fuit.

Sextus, & septimus, & nonus testis partis aduersæ sunt tres fœminæ, quæ dicunt Catherinam fuisse mortuã hora sexta decima, & deponunt per illa verba, iudicio suo; & fatentur, quòd in villa Biscossij nullum extat horologiũ; & solùm in hoc obstant, quia dicunt, quòd erat circa horam prandij, quando mortua fuit. Sed, si conferatur earum depositio cum supradictis testibus productis per Dom. Frãciscum,
28 qui sunt maioris iudicij, † & maioris fidei, cùm sint masculi; non erit cõstituendum magnum fundamentum super dicto ipsarum fœminarum. Et omissa disputatione horæ, constat ex testibus Domi. Francisci, quinimò & ex duobus prioribus testibus partis aduersæ, Santem fuisse mortuum post filiam, tum propter aduentum illius rustici, qui nunciauit illam mortuam, tum quia constat, quòd hora prandij in ciuitate Aretij non erat ante decimam sextam horam. & dato, quòd credamus dictis tribus fœminis, non obstant; quia deponunt, quod mortua fuit ante horam prandij, & cõstat Santem fuisse mortuũ vel in hora prandij, vel post prandium.

Non etiam obstant primus, & secundus testis producti per D. Franciscum, scilicet Antonius de Pilio, & Franciscus de Giuliano. nam, si non probant pro eo, non tamen probãt contra eum, quamuis enim dicant, quòd quando viderunt Catherinam mortuã, erant horæ tres diei cum dimidia; non tamen sequitur, quòd non fuerit mortua per aliquod spatium temporis, antequã eam viderint: quinimò ex vno capitulo partis aduersæ, de quo in folio. 88. & 89. constat, quòd iam dudum erat mortua, quia continetur in eo capitulo quòd mulieres mortuæ lauantur in secreto, & non possunt per homines statim videri, quando sunt mortuæ &c.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis interpres Pisis, in prima Cathedra lectionis vespertinæ, saluo &c. 1552. die 22. Iunij. pro D. Francisco de Martello Aretino, ad petitionẽ Domini Ioseph Guadagni legum scholaris Aretini.

ARGVMENTVM.

De re furto subtracta, & vendita; quòd possit repeti à domino ipsius, apud quemcunque reperiatur, etiam non restituto precio pro ea re soluto per emptorem.

SVMMARIVM.

1 DOMINVS, *vel iustus possessor alicuius rei, potest eam rem amissam vel per furtum, vel aliter repetere, apud quemcunque reperiatur, etiam non restituto pretio fortè pro ea re soluto.*

2 *Actus, qui fit cum protestatione iuris sui, nocet.*

3 *Bona fides præsumitur ex titulo.*

Consilium LXXXIIII.

CASVS iste nõ habet difficultatem. extant enim iura clara, quòd dominus vel iustus possessor † alicuius
1 rei, quotiescunque vel inuitus, vel inscius amittit rem suam, potest illam de iure à quacunque persona repetere, apud quãcunque inuenerit, neq; tenetur ei restituere pretium, quod fortè illa persona persoluit pro ea re. l. 2. C. de furt. & l. si mancipium. C. de rei vendic. quæ duo iura præcisè loquũtur in terminis nostris de re, quæ fuit per furtum subtracta, & postea per furem fuit vendita. Idem etiam est, dato, quòd sine furto fuerit res translata in alias personas. l. mater C. de rei vendic. l. super empti. C. de euic.

Neq; in casu nostro obstat huic Turino Calcensi repetenti Mulum suum, quòd superioribus diebus persoluerit pretium illi personæ, apud quam eum reperit; quia, cùm illud persol-
2 uerit; † facta protestatione iuris sui, & sine eius præiudicio, & coram iusdicente; non nocuit ei talis actus. l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol.

Quòd autẽ ipse Turinus sit dominus istius Muli, satis constat, dum probat se illum emisse iam quatuor annis elapsis, & continuò illum possedisse, nisi ab vno mense citra, est enim expeditus, & notissimus modus acquirẽdi dominium de iure ciuili, si quis cum titulo, & bona fide possideat rem mobilem per triennium. l.
3 vnica. C. de vsucap. transfor. & Institu. de vsucap. §. 1. & bona fides † præsumitur ex titulo, vt tradunt Doctor. in d. l. vnica. Et de huiusmodi probatione, satis esse debet, quòd habeat literas testimoniales sui Iudicis ordinarij, qui attestatur se sumpsisse de hoc informationes; quia causa est parui momenti. Authen. nisi breuiores. C. de senten. ex pericu. recitan. & malè conueniens esset cogere eum ad faciendum ordinarium

narium processum pro re parui momenti; quo casu, (vt puerbio dici solet) dignius esset proœmium, quàm fabula.

Iacobus Mandellus Alben. in valle Calcensi Pisana. 1552. 29. Augusti, pro Turino.

ARGVMENTVM.

Ventris, seu ventris prægnantis appellatione, quid comprehendatur in institutionibus. Et an institutio facta de ventre prægnante comprehendat non tantùm posthumos nascituros ex primo partu, sed etiam ex alijs sequentibus.

SVMMARIVM.

1 APPELLATIONE *Vētris simpliciter in institutionib. intelligitur omnis posthumus, qui postea nascitur ex eadem vxore, siue nascatur ex primo partu, siue ex sequentibus.*
2 *Venter si simpliciter non fuit institutus, sed venter prægnans, tunc videntur cōprehendi tantum nascituri ex primo partu, & qui iam erāt in ventre tēpore testamenti: concludit tamen contrarium in præsenti casu.*
3 *In materia institutionis, vel exhæredationis appellatione ventris intelligitur venter prægnans, & fœtus existens in ventre, non autem venter vacuus vxoris.*
4 *Paria sunt, dicere, ventrem. & dicere, ventrem prægnantem.*
5 *Ventris prægnantis institutio quòd comprehendat nascituros tantùm ex primo partu, quomodo id procedat; & quòd sōlū procedat, quando per modum conditionis dicitur, si prægnans est.*
6 *Dictio, venter. generaliter sumpta habet plures significationes.*
7 *Nascituri tantùm ex primo partu cōprehenduntur etiam, quando dicitur, ventrem qui prægnans est &c.*
8 *Posteritatis appellatione comprehenduntur omnes descendentes æqualiter.*
9 *Differentia est, an sit institutio ventris proprij testatricis, an verò institutio ventris nō suæ persōnæ, sed alterius.*
10 *Testatrix si non erat infirma, nō censetur voluisse se restringere ad partum iam cōceptum tantum.*
11 *Interpretatio fieri debet, vt testamentum sustineatur.*

Consilium LXXXV.

ACILE esset in præsenti casu vni aut alteri opinioni adhærere. nam esto, quòd bona sit opinio Ioannis Andreę, in addi. ad Spec. in Rub. de testa. col. 3. vers. occurrit alia quæstio. & Oldradi cons. 212. Quidam in suo testamento. quòd
1 † ventris appellatione in institutionibus intelligatur omnis posthumus, qui postea nascitur ex eadem vxore, siue nascatur ex primo partu, siue ex sequentibus, quia solēt æquiparari venter, & posthumus. l. 3. §. nominatim. ff. de iniust. rup. testa. & institutio posthumi simpliciter facta comprehendit omnem posthumum. l. placet. ff. de libe. & posthu. quam opinionem dicunt esse veriorem, & magis cōmunem Alexan. Soci. & Ias. in d. l. placet. quicquid in contrarium ibi dixerit Pau. de Cast. & Aret. tamen
2 in præsenti casu difficultatem facit; quia † non simpliciter fuit institutus venter, sed venter prægnans, vt patet ex prima principaliori parte testamenti, secundum quam videntur reliquæ omnes partes testamenti debere intelligi. l. qui filiabus. in prin. ff. de lega. 1. præsertim cū in vltima substitutione extēt illa verba, ex eius ventre prædicto &c. & tali casu, cùm testator instituit non simpliciter ventrem, sed instituit ventrem prægnantem; videtur restringi institutio, sicut est restrictus ipse sermo, id est, ad nasciturum, vel nascituros ex primo partu, qui iam erant in ventre tempore testamenti, vt tradit Ang. cōs. 51. Simon notarius. cuius opinionem sequuntur Soci. & Alex. in d. l. placet. & videtur esse de mente Bartoli ibi, dum loquitur de institutione illa, filium nasciturū ex ventre vxoris meæ, quæ prægnans est.

Sed, omissa disputatione, puto esse veriorem, seu meliorem opinionem in præsenti casu, & magis tutam in iudicando censeri institutos fuisse omnes posthumos eiusdem testatricis, quandocunque fuerint nati, siue ex primo partu, siue ex alio, & sustineri testamentum, & deberi legatum, quod petitur. Nam certū est,
3 quòd † in materia institutionis, vel exhæredationis, appellatione ventris non intelligimus ventrem vxoris, prout est pars corporis sui, sed intelligimus ventrem prægnantem, & in effectu intelligimus fœtum existentem in ventre. d. l. 3. §. nominatim. ff. de iniust. testa. l. ventre præterito. ff. de acqui. hære. & in Rubri. si mul.
4 ventr. nomi. & passim habetur; adeò, quòd † paria sunt, dicere, ventrem. & dicere, ventrem prægnantem. & ita cùm adijcitur dictio, prægnans. exprimitur illud, quod tacitè inest, & talis expressio nihil debet operari. l. 3. ff. de lega. 1. Neq; est dubiū, quin exprimatur id, quod tacitè inest, & eo modo, quo tacitè inest, id est, quin denotet quemlibet posthumum, vel iam conceptum, vel concipiendum ex eo ventre; quia, vt iam dictū est, paria sunt, dicere posthumū. & dicere, ventrem. d. §. nominatim. & institutio posthumi comprehendit etiā nōdum cōceptos. d. l. placet. & cū paria sint, dicere, vētrem.

trem. & ventrem prægnantem. vt iam dictum est; sequitur necessario, quòd appellatione ventris prægnantis, scilicet in institutionibus, vel exhæredationibus comprehendatur fœtus vel iam conceptus, vel concipiendus; & per consequens dictio, prægnãs. nullam in se habet restrictionem. & in hoc puto non esse multis verbis laborandum; quia id citra calumniam videtur non posse negari; aut alioquin opus erit violare propriam significationem terminorũ in hac materia, & violare iura supradicta.

5 Neque huic fundamẽto † obstat supradicta opinio Angeli, d. cons. 51. nam, præterquàm ꝙ contrarium voluit Bald. consi. 113. Opponitur quòd quidam Simon ciuis. in quinto, & eam conatur redarguere Alexand. in d. l. placet. nihil facit illa opinio Angeli ad casum nostrum; quia loquitur Ang. in casu, quo dictum est per modum conditionis, si prægnans esset. & facta est institutio per duas orationes; & longè differt casus ille à casu nostro, & diuersas habent rationes duo isti casus. nam qui ponit in conditione, si prægnãs est. seu si prægnans esset. restringit se proculdubio ad tempus testamenti, & ad primum partum. qui enim ponit in conditione, dubitat, & procedit suspenso modo. Bartol. in l. 1. colum. 1. ff. de condi. & demon. & quamuis postea in colum. sequẽti dicat, quod conditio relata ad tempus præsens, vel præteritum, non est proprio modo conditio; id tamen non facit, quin, qualiscunque sit cõditio propria, vel impropria, denotet, ꝙ exprimens eam est incertus, & dubitat. l. cum ad præsens. ff. si cer. peta. si igitur dubitat, habet duos, vel plures casus ante oculos, videlicet, casum, quo vxor sit prægnans de præsenti, & casum quo de præsenti non sit prægnans; quia, si duntaxat cogitaret de ventre simpliciter, quandocunque esset prægnans, & ad eum non pertineret, an sit prægnans eo tempore testamenti, vel alio postea tempore; ineptè exprimeret illam conditionem, si prægnans est. cùm appellatione ventris nũquàm intelligatur venter vacuus, vt dictum est. qui verò enunciat simpliciter, ventrem prægnantem. vt in casu nostro, non dubitat, sed exprimit illud, quod tacitè inest; ideoq; eius verba nullam habent restrictionẽ. & hanc differentiam inter casum Angeli, & casum nostrum sentit etiam Ias. in d. l. placet. columna 3. num. 12. quamuis imperfectè loquatur. & præter ea, quæ ipse deducit, addi potest, quòd, cùm exprimitur dictio, prægnans. dato quòd nihil amplius operetur, quàm si simpliciter esset expressa dictio, venter. non tamen propterea debet ea dictio, prægnans. censeri omninò superflua. nam † dictio, venter. generaliter sumpta habet quamplures significationes, vt deducit D. Alcia. in Parerg. lib. 6. cap. 7. ideoque, cùm testator dicit, ventrem prægnantem. declarat se intelligere de fœtu ipsius ventris, & excludit cęteras significationes. & quamuis per iuris interpretationem absque expressione testatoris esset idemmet intelligendum; id tamen procedit non ex proprietate sermonis, sed ratione materiæ subiectæ, id est, institutionis, vel exhæredationis. Propterea ad excludẽdam penitus omnem dubitationẽ solent testatores eo modo loqui: non est igitur habendum pro superfluo id, quod exprimitur causa dubitationis tollendæ. l. 1. §. si intelligatur. versicul. ego putto ædiles tollendæ dubitationis gratia. ff. de æd. edic.

7 Et pari ratione † respondetur ad ea, quæ tradit Bart. in d. l. placet. nam loquitur Bart. in casu, quo de ventre prægnante fit mentio per relatiuum, & per separatam orationẽ, id est, cùm dicitur, ventrem, qui prægnans est: relatiuum autem solet denotare vel cõditionem, vel restrictionem. Bart. in d. l. 1. col. 6. ff. de condi. & demon. & tanto magis id dicendum est in casu Bartoli, in d. l. placet. qui vtitur verbo, est. præsentis temporis.

Secundo principali fundamẽto potest confirmari supradicta opinio, & conclusio; quia in proœmio testamẽti dictum fuit, quòd ipsa domina testatrix volens sibi, suæque posteritati

8 prouidere &c. & cùm † vocabulum, posteriati. comprehendat omnes descendentes æquaadductos per eum, & est tex. in §. tutor autem. Instit. de lega. videtur colligi euidens coniectura, quòd non voluit testatrix se restringere ad primum partum. & plurimũ possunt in hac materia coniecturæ, vt per Doct. in d. l. placet. & vulgare est, quòd ex proœmio testamẽti colligi mens, & intentio, & principale propositum testatoris. l. fi. ff. de hære. instit.

Tertiò aduertẽdum est, quòd in multis partibus ipsius testamenti vocauit testatrix filios suos nascituros, siue vnus, siue plures nascerentur. & cùm dictio, plures. denoter non solùm duos, sed multos; videtur plus, quàm *euidens* mens testatricis, quæ voluit instituere omnes posthumos ex se nascituros non solùm ex primo partu, sed ex alio quocunque partu; quia à communiter accidẽtibus solet nasci vnus vno partu, & non multi; &, si aliquando nascuntur duo, id rarum est, quòd autem nascantur plures, quàm duo, est rarissimum; & debet intelligi quælibet dispositio fuisse concepta in casibus communiter contingentibus, vt habetur in locis vulga.

9 Quartò videtur † maximè aduertendũ esse, quòd in casu nostro testatrix locuta fuit de se ipsa,

ipsa, seu de ventre suo, & non videtur posse dari ratio diuersitatis inter primum partum, & alios. nam eadē est affectio in omnibus, & idem consilium, atque eadem necessitas. non enim est mirum, quòd quando aliquis instituit ventrem non suæ personæ, sed alterius, putà maritus ventrem vxoris, dubitari tunc contingat, vetiam de sequenti partu, ex eadem tamen vxore, an etiam de alio partu ex alia vxore, iuxta text. in d.l. placet. cùm l. sequen. & l. filius à patre, §. si quis eo tempore. eo. tit. de libe. & posthu. quia potest esse, quòd tempore testamenti multum diligat eam vxorem, & per cōsequens & potest esse, vt alio futuro tempore eam odio habiturus sit; & pari modo potest esse, quòd absolutè diligat vxorem, quam nunc habet, quòd cogitet se fortasse non adeò dilecturum aliam, si contigerit alio tempore illam ducere. In casu autē nostro, cùm mulier instituit proprium suum ventrem, cessant huiusmodi ambiguitates; quia etiam cessat varietas. nam eadem semper est persona, eadem affectio, & eadem ratio: & ad hoc non parum facit text. in l. 3. C. de inoffi. testa. vbi, institutis duobus filijs à matre, habetur etiā tertius filius posthumus pro instituto, quādo matri defuit tempus mutandi testamenti; quia est verisimile, quòd ita amauerit vnum filium, sicut alios. nam ille text. non procederet in testamento facto per patrē, vt ibi tradit Ias. colum. 2. nu. 6. versi. non omitto tamen.

10 Accedat etiam ad prædicta, ϕ† ipsa D. Isabeta testatrix non erat infirma; ideoq; facilius est interpretandum tali casu, vt nō voluerit se restringere ad partum iam conceptum, vt tradit Alex. in d.l. placet. col. 2. vers. posito autem. & Ias. col. 4. nu. 14. vers. alibi Paulus.

11 Et si res haberet dubitationem, † interpretandum esset in benigniorem partem, vt testamentum sustineatur. l. si pars. ff. de inoffi. testa. vt potissimum in hac materia tradit glo. fin. in d.l. 3. C. de inoffi. testa.

Iacob. Mand. Albensis, Saluo &c. in loco Calcij Pisani. 1552. 5. Octobris, pro D. Vincentio Marno Cremonensi.

ARGVMENTVM.

A ad fideicommissum factum fauore agnationis admitti debeat nepos masculus ex fœmina numpta in agnatione, exclusis scilicet cæteris agnatis proximioribus agnatis testatori, quā sit nepos. Et an conditio, si sine filijs masculis. comprehendat descendentes masculos ex fœminis. Et quando filij positi in conditione censeantur expressè vocati à testatore. & vide etiam in consi. sequen.

SVMMARIVM.

1 *AD Feudum, & ad fideicommissum factum fauore agnationis, exclusis cæteris agnatis, admittitur nepos masculus ex filia, etiam agnatus, licet non sit proximior agnatus, sed proximior respectu matris & cognationis tantùm.*

2 *In feudis regularibus cōsideratur sola agnatio, & ab eis excluduntur descendentes ex fœminis, licet sint masculi.*

3 *Conditio, si decesserint sine filijs masculis. comprehendit nepotem, seu pronepotem ex filia, seu ex nepote. Et appellatione liberorū, seu filiorum, veniunt omnes descendentes in infinitum.*

4 *Dictio, masculis. quando est apposita in conditione, vel alia dispositione, an tunc veniāt descendentes masculi ex fœminis, & quomodo, & quando.*

5 *Liberorum, & descendentium appellatione, veniunt descendentes masculi ex fœminis.*

6 *In dubio iudicandum est contra substitutos, quando agitur de excludenda persona verisimiliter magis dilecta à testatore.*

7 *Persona magis dilecta ex præsumpta mente testatoris censetur esse omnis persona, quæ est de descendentibus testatoris secundum magis communem opinionem.*

8 *Substitutus non dicitur priuari iure suo, sed habetur pro non scripto, quando deficit cōditio substitutionis.*

9 *Exclusus, & exhæredatus à testatore habetur pro mortuo, quò ad bona, à quibus est exclusus.*

10 *Bona aliquando manent apud successuros ab intestato tanquàm hæredes reuocabiliter, & non irreuocabiliter.*

11 *Filij positi in conditione censentur expressè vocati per testatorem, quando in conditione fuit etiam apposita dictio, masculis. putà, si sine filijs masculis &c.*

Et saltem concurrente aliqua alia coniectura.

12 *Positi in conditione censentur etiam expressè vocati, quando testator vltimo loco substituit extraneos, id est, non descendentes.*

Consilium LXXXVI.

QVOD Dominus Franciscus censea
tur vocatus ad fideicommissum, de
quo agitur, & præferēdus sit aduer-
1 sarijs† suis ea ratione, quia & ipse est de domo, seu agnatione testatoris, & est proximior testatori, quàm sint aduersarij, quamuis ea proximitas proueniat ei ex parte matris; extant quatuor consilia impressa, vt oretenus dixi, quæ loquūtur in terminis feudalibus; adeò, quòd ratione, & effectu perinde est, ac si loquerentur in terminis fideicommissi facti fauo-

2 re agnationis; quia † in feudis, scilicet regularibus consideratur sola agnatio, & ab eorũ successione solent excludi descendentes ex fœminis, quamuis tales descendentes sint masculi. c.1. de succes. fratr. vel de gradi. succeden. Istorum autem quatuor cõsiliorum tria extant inter consilia Bruni Astensis, consi. 9.10. & 11. & nonum est Iasonis, decimum est Bartholomæi Socini; vndecimum est Io. Campezij; & supradictum consilium Iasonis repetitur etiam inter consilia ipsius Iasonis, videlicet, cons. 17. in 3. volu. quamuis Ias. debiliori modo loquatur, quàm cæteri, & id potissimũ tangit Ias. colum. 2. versicu. modo aduertendum. & versicul. vnde in proposito. & clarius in 3. colum. versic. & si diceretur quòd textus. & Soci. in d. cons. 10. colum. 2. & colum. 3. & colum. 4. & Campez. in d. cons. 11. col. 3. & col. 6. & col. penult. & fin. aliud consilium est Curtij iunioris, scilicet consil. 1. præsertim in 3. col. nume. 10. & diffusius in colum. fin.

Sed quia, vt etiam oretenus dicebam, existimo esse valde periculosum posse defendere, quòd D. Franciscus censeatur vocatus ad fideicommissum anteriori loco, quàm aduersarij, rationibus hactenus deductis; ideò esset fortasse tutius superaddere duo alia fundamenta tendentia ad aliud propositum, videlicet, Primum fundamentum, quòd aduersarij sunt excludendi, quia deficit cõditio, sub qua sunt vo-
3 cati, fuerunt enim vocati † sub conditione, si filij ipsius testatoris decederẽt sine filijs masculis. quæ cõditio hic videtur deficere, stante ipso D. Francisco nepote, seu pronepote testatoris ex filia, seu ex nepte; adeò, quòd ipsi substituti sunt excludendi. l.1. C. de cõdi. inser. nam, quamuis in testamento non sit dictio, liberis. prout est in illo tex. sed sit dictio, filijs. idem tamen est vtroque casu in similibus conditionibus, vt scilicet denotent omnes descendentes in infinitum. Barto. in l. liberorum. col. 2. in fi. versi. quarto casu. ff. de verb. signi. Soci. in l. hæredes mei. §. cùm ita. columna 4. ff. ad Trebel. Gonzadi. cons. 4. colum. 3. nume. 13. Et quam-
4 uis † voluerint aliqui Doct. quòd, cùm dictio, masculis. est apposita in huiusmodi conditionibus, seu in alia qualibet dispositione, tunc non veniant descendentes ex fœminis, quamuis sint masculi, vt tradunt Alex. & Ias. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. post Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. q. 46. tamen veritas, seu magis communis opinio est, quòd de proprietate sermonis comprehendatur, & per consequens admittãtur cum effectu, nisi aliud in cõtrarium obstet, videlicet, vel materia subiecta, vt patet in feudo, & in dispositione facta fauore agnationis, vel expressa mẽs disponentis, vt concludit Paul. de Cast. in d. l. 1. colum. 1. C. de condi. inser. in secundo nota. per text. in c. 1. de eo qui sibi. & hære. suis masculi. Soci. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in fin. late Rui-nus cons. 89. in primo vol. Rubeus Alexandri. cons. 22. col. 2. Curt. iun. in d. cons. 1. col. 7. nu. 24. vers. sextò aduertendum. & in dictis tribus
5 consilijs Bruni, 9.10. & 11. Nam constat, † quòd veniunt appellatione liberorum. dict. l. 1. & expressius in l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verb. signi. & cõstat, quòd veniunt appellatione descendentium, Authen. de hæred. ab intesta. in prin. ergo, cùm sint de liberis, seu descendentibus, & sint masculi; videtur necessarium fateri, quòd proprietas sermonis eos cõprehendat; neque id negat Specul. vbi supra, quinimò id præsupponit pro expedito; sed mouetur ad opinionem contrariam alia ratione, scilicet quia in casu suo fuerat apposita dictio, suis. quæ denotat suitatem; ideoque excludit, vt ibi per eum, & ideò malè allegatur per Alexand. & Ias. vbi supra, dum generaliter, & absolutè loquuntur. Item in casu Speculatoris tractatur de emphyteosi, ideò cùm soleat comuniter acquiri pro descendentibus agnatis, nimirum si ratio materiæ subiectę excludit natos ex fœminis, vt ait Pau. de Cast. in dict. l. 1. Si igitur ea conditio, si decesserint sine masculis. comprehendit de proprietate sermonis etiam descendentes masculos ex fœminis, & si tales censentur comprehensi cum effectu, quando materia subiecta, vel voluntas disponentis est indifferens, seu non repugnat, sequitur, quòd in casu nostro D. Franciscus censetur comprehensus sub dicta conditione; quia, quamuis testator censeatur se restrinxisse ad agnationem, adeò, quòd hic non comprehenderentur omnes descendẽtes masculi ex fœminis, cùm sint cognati, & nõ agnati, comprehenditur tamen D. Franciscus, quia est agnatus, & ei conuenit verba conditionis, & materia subiecta, & voluntas testatoris. & in hoc proposito nihil refert, vtrum sit proximior, vel remotior agnatus; quia hic non contendimus eum esse vocatum ad fideicommissum, sed dũtaxat dicimus, quòd, quamdiu extant aliqui ex descendentibus positis per testatorem in conditione, quãuis sint in gradu remotissimo; nocent substitutis, & operantur defectum conditionis, vt in d. l. 1. quia, dum testator ponit eos in conditione, censetur eos magis diligere, quàm substitutos, l. Lucius. la. 2. ff. de hære. insti.

Et potest hoc fundamentum comprobari alia ratione. nam, stãtibus deductis iam in hac causa per Excellentes iurisconsultos, constat, ex verbis testamẽti, iuncta mente verisimili testatoris, vel casus est clarus pro Domino Fran-

cisco,

ciſco, vel ſaltem eſt ambiguus; & dici non po-
6 teſt, quòd ſit caſus clarus contra eum; ideò † in
re ambigua reſpectu ſubſtitutionis dicendum
videtur, quòd iudicandum ſit contra ſubſtitu-
tos extraneos, quotieſcunque agitur de exclu-
denda perſona magis dilecta veriſimiliter à te-
ſtatore. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel.
7 & ſecundum † magis communem opinionem
dicitur eſſe perſona magis dilecta ex præſump-
ta mente teſtatoris omnis perſona, quæ eſt de
deſcendẽtibus teſtatoris, vt ibi tradit Alex. nu.
20. & Ripa, nu. 132. Deci. in l. pen. col. penul. C.
de impub. ſubſti. Ruinus conſ. 142. col. 1. in ter-
tio: quod nullo modo videtur negandum in
præſenti caſu de D. Franciſco, ſaltem ſi adijcia-
tur ſupradicta qualitas, quòd ipſe eſt etiam de
domo, ſeu agnatione teſtatoris.

Tendunt igitur duæ prædictæ rationes ad
hunc finem, quòd, quando in omnem caſum
defendi nõ poſſet, quòd D. Franciſcus cenſea-
tur vocatus per teſtatorem ad fideicõmiſſum
anteriori loco, quàm ſint vocati cius aduerſa-
rij; operatur tamen eius perſona, quòd aduer-
8 ſarij ſunt excludendi, eò, quòd deficit cõditio,
ſub qua ſunt vocati. & vt † ait Pau. de Caſt. con-
ſil. 292. Circa primũ dubium videtur quòd in-
ſtitutio. colum. 2. verſ. item teſtator. in 2. volu.
in nouiſſimis impreſſionibus, quotieſcunque
deficit conditio ſubſtitutionis, nõ dicitur ſub-
ſtitutus priuari iure ſuo, ſed habetur pro non
ſcripto.

Et ſi quæratur, quid interim erit de bonis
iſtis; plana eſt reſponſio, quòd pertinent ipſi D.
Franciſco venienti ab inteſtato, vt in d. l. Lu-
cius. de hęre. inſti. & quamuis eius mater adhuc
viuat, & eum gradu præcedat; non tamen no-
9 cet ipſi D. Frãciſco in præſenti propoſito; quia
† cùm fuerit excluſa, & ex hæredata à teſtatore
habetur pro mortua quò ad hæc bona. l. 1. §. ſi
pater emancipatus. ff. de coniungen. cũ eman-
cipat. libe. & l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. ff. de bon.
poſ. contra tabu. Bart. in l. pater filium. colum.
5. nu. 20. in tertia q. ff. de inoffi. teſta. Et poſſet
etiam ad abundantem cautelam ipſa mater re-
nunciare huiuſmodi ſucceſſioni, & facere lo-
cum D. Franciſco. l. 1. §. quibus ex edicto. ff. de
ſucceſ. edic. & paria ſunt, per mortem excludi,
vel per repudiationem. Bart. in d. l. liberorum.
col. 6. nu. 16. verſi. præterea ad declarationem.
Succurrebat etiam alius modus, qui tamẽ non
10 † videtur neceſſarius in præſenti caſu. non enim
eſt nouum, quòd, quamdiu res ſtat in penden
ti, quia nondum eſt verificata cõditio, ſub qua
vocatus eſt ſubſtitutus, & poteſt in futurũ con-
tingere, quòd verificetur; interim debent ma-
nere bona apud illos, qui fuiſſent ſucceſſuri ab
inteſtato; & cenſebuntur hæredes impropriè,
id eſt, reuocabiliter, & non irreuocabiliter, vt
tradit Alex. poſt alios per eum relatos, in l. ex
facto. §. ex facto. nu. 6. col. 4. verſi. ſed nec iſta
videtur. ff. ad Trebel. ſed vt dixi, hoc non expe-
dit, ſtantibus ſupradictis.

Aliud principale fundamentum poteſt de-
duci pro D. Franciſco, concludendo, quòd ſit
expreſsè vocatus ad fideicommiſſum ex verbis
teſtamenti, & præferendus ſit ſuis aduerſarijs,
quamuis tanquam agnatus ſit eis remotior.
nam, ſtãte ſupradicta prima ratione primi fun-
damenti, quòd illa conditio, ſine filijs maſcu-
lis. comprehendat etiam D. Franciſcũ ex pro-
11 prietate ſermonis, & ex qualitate materiæ ſub-
iectæ; ſuperaddendum eſt, quòd † illa dictio,
maſculis. poſita in conditione operatur, quòd
ipſi filij poſiti in conditione cenſentur expreſ-
sè vocati per teſtatorem ſecundum Guido. Pa-
pæ, q. 184. Deci. conſil. 270. colum. 2. 3. & 4. &
conſ. 318. colum. 1. & conſ. 516. num. 11. & conſ.
655. colum. fi. & in l. 1. in 4. colum. C. de pac. &
Curt. iun. conſ. 87. colum. 1. & conſ. 43. colum.
3. & conſ. 113. col. 3. Pariſ. conſ. 37. nu. 35. in ſecũ-
do, & conſ. 53. nu. 44. in tertio, & conſil. 66. nu.
50. etiam in tertio; ita, quòd tunc nõ habet lo-
cum glo. in d. l. Lucius. vt per eos. Et, quamuis
de hoc etiam cõtrouertant Doct. & extent ali-
qui tenentes contrarium; nemo eſt tamen, qui
id neget, currente ſaltem aliqua alia coniectu-
ra; & inter cæteras coniecturas ſolet illa exiſti-
12 mari vrgens, † quãdo teſtator vltimo loco ſub-
ſtituit aliquos extraneos, id eſt, nõ deſcenden-
tes. videtur enim tunc multo magis fuiſſe de
mente teſtatoris, quòd deſcendẽtes poſiti ſim-
pliciter in cõditione cenſeantur vocati, ſecun-
dum Ancha. conſ. 74. Alexan. conſ. 74. colum.
fin. in quinto. Curt. iun. conſ. 19. colum. 3. nu.
7. verſ. confirmo. Ruinus conſi. 128. nume. 7. in
tertio. qui omnes cõcludunt iſto caſu nõ pro-
cedere gloſſam in d. l. Lucius. quæ ſimpliciter
loquitur de liberis; ergo multo minus procedit illa gloſſ. in caſu noſtro, quo dictum eſt, li-
beris maſculis. Et ita ex hoc fundamento con-
cluditur, D. Franciſcum eſſe vocatum, & eſſe
præferendum aduerſarijs, dato, quòd ſit agna-
tus remotior; quia fuit vocatus non tantũ per
verba ſubſtitutionis generalis vocantis omnes
agnatos propinquiores, ſed fuit vocatus per
verba cõditionis, ſub qua fuit facta ipſa ſubſti-
tutio; poſiti autem in conditione præferuntur
ſubſtitutis, vt in d. l. Lucius.

Iacob. Mand. Albenſis, legens Piſis: 1552.
8. Februarij, offerenda in Collegio, pro
Illuſt. D. Federico Barbolano ex
Comitib. Montiſacuti, Ca-
ſtellano Piſanæ arcis.

ARGVMENTVM.

De eadem materia, & super eodem casu præcedentis cõsilij, scilicet de nepote masculo ex fœmina prę ferendo cæteris agnatis ad fideicommissum factum fauore agnationis, licet ipse nepos sit agnatus remotior. Et an conditio, si sine filijs masculis &c. comprehendat etiam nepotem masculum ex filia. Et latius quando filij positi in conditione censeantur expresse vocati ex testamento.

SVMMARIVM.

1 NEPOS *Masculus descendens per fœminam à primo stipite nuptã in agnatione primi acquirentis, præfertur alijs agnatis in successione feudi, & quare.*

2 *Idem dicendum est de successione fideicommissi facti fauore agnationis.*

3 *Verba conditionis, si decederent sine filijs masculis. comprehendũt etiam nepotem testatoris ex filia, siue adsit dictio, filijs. siue dictio, liberis.*

4 *Dictio, liberi. vel dictio, filij. posita in conditione comprehendit omnes descendentes in infinitũ, si agatur de eorum fauore.*

5 *Liberorum vel filiorum masculorum appellatione continentur etiam nepotes masculi ex fœmina de proprietate sermonis.*

6 *Fallit, quãdo materia subiecta repugnat, vel mens disponentis.*

7 *Emphyteosis acquisita pro se, suisque filijs masculis non comprehendit nepotem masculum ex filia.*

8 *Filiorum masculorum appellatione non venit nepos ex filia nupta in alia familia, quando agitur de fideicommisso facto fauore agnationis.*

9 *Matre excluſa, non censetur excluſus eius filius, vel nepos, quando venit ex persona sua, & non matris.*

10 *De glo. in l. Lucius. de hære. insti. quando locũ non habeat. & quòd filij positi in cõditione censeantur expresse vocati ex testamento, si ex tet probabilis aliqua coniectura, vel ratio.*

11 *Dictio, masculis. adiecta in conditione, velut si sine filijs masculis &c. facit, quòd filij positi in conditione censentur expresse vocati secũdum magis communem opi. & quæ sit ratio.*

12 *Testator quãdo vltimo loco substituit extraneos, tunc positi in conditione censentur expresse vocati ex testamento, & quæ sit ratio, & an, & quando sit vera hæc opinio, optime declarat.*

13 *Filij positi in conditione censentur etiam expresse vocati ex testamento, quando testator post factas substitutiones prohibuit bona alienari extra familiam; & quæ sit ratio.*

14 *Filij positi in conditione censentur etiam vocati ex testamento, quando testator fecit fideicommissum fauore agnationis suæ; & mentio masculorum, & excluſio fœminarum arguunt fauorem agnationis.*

15 *Testamento renunciare censetur is, qui petit aliquid aduersus manifestam voluntatem testatoris.*

Consilium LXXXVII.

DICEBAM superioribus diebus, cũ haberetur colloquium in veneran do hoc nostro Collegio Pisano, p ea, quæ hactenus fuerunt deducta in fauorem Illust. & Clarissimi viri D. Comitis Federici Barbolani, seu D. Francisci filij super quamplures Excellentes Iurisconsultos; potu rant comprobari ex quatuor consilijs quatuor virorũ non minimæ autoritatis hodiernis tem poribus, quæ sunt impressa, & sunt in effectu in terminis nostris, videlicet ex consil. 9. 10. & 11. inter consilia Bruni Astensis, & nonum est Iasonis, decimum est Bartholomæi Socini, vnsonis, decimũ est Ioannis Campezij; & supradictum consilium Iasonis reperitur etiam inter consilia ipsius Iasonis, videlicet consil. 17. in 3. volu. quamuis Ias. debiliori modo loquatur, quàm cæteri, & id potissimũ tangit Ias. colum. 2. versic. modò aduertendum. & versic. vnde in proposito. & clarius in 3. colum. versic. & si dicere tur quòd textus. & Soci. in d. consil. 10. colum. 2. 3. & 4. & Campez. in d. consil. 11. colum. 3. & colum. 6. & colum. pen. & fin. aliud consilium est Curtij iunioris, scilicet, consi. 1. in 1. volum. præsertim in 3. colum. nu. 10. & diffusius in co-

1 lum. fin. † volunt enim prædicti Doct. quòd in successione feudi nepos masculus descendens per fœminam à primo stipite, quæ fœmina fit nupta in agnatione ipsius primi acquirentis; præferri debeat alijs agnatis, quamuis sint proximiores eo nepote, scilicet proximiores respectu agnationis, sed non proximiores respectu cognationis. volunt enim, quòd, cùm nepos ita sit agnatus, sicut illi, & si ita sit capax feudi, sicut illi, & habeat hoc amplius, quòd est de descendentibus primi acquirentis, & est proximior, quàm sint illi, videlicet proximior propter matrem; debeat ipse solus admitti, cùm

2 in eo cõcurrant omnia requisita, & alijs rationibus, de quibus ibi per eos. Et quamuis † loquantur prędicti Doct. non de fideicommisso, sed de feudo; tamen ratione, & effectu perinde est, ac si loquerẽtur in terminis fideicommissi facti fauore agnationis; quia in feudis, scilicet regularibus seu ordinarijs, consideratur sola agnatio, & ab eorum successione solent excludi descendentes ex fœminis, quãtuis tales descendẽtes sint masculi. cap. 1. de succes. fratr. vel de gradi. succeden.

Verùm, quia ea omnia, quæ hactenus fuerunt deducta, ad illud duntaxat videtur tendere, quòd

re, quòd ex verisimili mente testatoris, & æquitate suadente, inclinandum sit in fauorem D. Francisci; propterea subijciebã, posse eius causam nouam ratione defendi, vt censeatur omnino non fouere ius secundum regulas iuris, & secundum communes regulas Doctorum traditas
3 in fideicõmissis. Nam, constituto prius † præsupposito, quòd sub verbis illius conditionis, si decederent sine filijs masculis, positæ in testamento Comitis Tancredi comprehenditur ipse Dominus Franciscus, quamuis sit nepos testatoris ex filia. l. prima. C. de condi. inser. etiam si non extet dictio, liberis. prout extat in illo textu, sed extet dictio, filijs. nam idem
4 est vtroque † casu in similibus conditionibus, vt scilicet comprehendant omnes descendentes in infinitum, quia agitur de eorum fauore. Barto. in l. liberorum. colum. 2. in fin. versicu. primo casu. ff. de verborum signifi. Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. 4. ff. ad Trebel. Corne. consil. 97. colum. 3. 4. & quinta, in primo volum. Cur. Sen. cons. 45. num. 17. & multa adducit Gonzadi. consil. quarto, colum. 3. nume. 13. & hoc procedit etiam stante dictione, masculis. scilicet inspecta proprietate verborum, vt concludit Paul. de Castr. in dict. l. 1. colum. 1. C. de condi. inser. in secundo nota. per tex. in c. 1. de eo qui sibi & hære. suis mascu. & quia, vt ipse ait, verificantur omnia verba in tali nepote ex filia, est enim de liberis, seu de filijs, & est masculus, sequitur etiam Corne. in dict. l. 1. colum. 4. & tradit Socin in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in fin. Curt. iun. in d. consil. 1. colum. 7. nume. 24. versicu. sextò aduertendũ. & habetur in dictis tribus consilijs Bruni, 9. 10. & 11. & latius tradit Ruinus consil. 49. colum. 2. versicu. sed tamen præmissis. 1. volu.
5 qui omnes concludunt, quòd † de proprietate sermonis appellatione liberorum, vel filiorũ masculorum continentur etiam tales masculi nepotes ex fœmina; quia cõstat, quòd ipsi sunt de liberis, seu de filijs. dict. l. 1. & expressius in l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verborum significa. & constat, quòd veniunt appellatione descendentium, authent. de hæred. ab intesta. in princip. ergo, cùm sint de liberis, seu de descendentibus, & sint masculi; videtur necessariũ fateri, quòd proprietas sermonis eos comprehendat. Et hoc duntaxat excipiunt supradicti
6 ãi Docto. † quòd, si fortè materia subiecta repugnet, vel mens disponentis aliud suadeat; tunc non comprehenduntur, & dicunt sub hac exceptione verificari id, quòd tradit Specul. in §. nuncaliqua. quæst. 46. de loca. concludens,
7 quòd † emphyteosis acquisita pro se, suisque filijs masculis, non comprehendit nepotem masculum ex filia; quia verisimile est, quòd acquirens voluerit prouidere descẽdentibus suæ familiæ, & agnationis, non autem descendentibus ex agnatione extranea, vt declarat Paul. de Cast. in d. l. 1. Et fatetur Specul. quòd verborum significatio eos comprehendit; sed ad eos excludendos mouetur Specula. alia ratione; quia scilicet in casu per eum proposito dictum fuerat, pro se, suisque filijs. & illa dictio, suis. cùm denotet suitatem, non potest comprehendere natos ex filia: ideò constat, quòd Alexand. & Ias. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. dum adducentes Specul. vbi supra, dicunt simpliciter, quòd appellatione filiorũ masculorum non comprehenditur masculus nepos ex filia; vel malè loquuntur, vel debet eorum dictum restringi ad casum Speculatoris, quando dictio, suis. obstat; vel quando obstat materia subiecta, vt emphyteosis, secundũ
8 Pau. de Cast. in d. l. 1. & idem esset, si † ageretur de fideicõmisso facto fauore agnationis. nam tunc appellatione masculorum non comprehenderetur nepos ex filia, scilicet nupta in aliena familia. & hoc casu procedunt ea, quæ tradit Ioan. And. in addi. ad Specul. in Rubric. de testa. colum. penult. & fin. versic. sub hoc titulo generali; qui tamen expressè etiam fatetur, quòd de proprietate sermonis comprehenderetur talis masculus, sed repellitur propter materiam subiectã, seu propter euidentem mentem testatoris: & prædicta etiam sequitur Ruinus consil. 120. col. 3. nu. 8. 9. 10. & 11. in primo vol. & Carolus Molineus in Consuetu. Paris. §. 16. col. 5. nu. 7. Cùm igitur in casu nostro D. Franciscus sit de agnatione testatoris, quia natus ex muliere nupta in agnatione, & sit de liberis, seu filijs, seu descendentibus testatoris, & sit masculus; necesse videtur fateri, eum cõprehẽdi sub dictis verbis, si decesserit sine filijs masculis. quia ei conuenit proprietas sermonis, & materia subiecta. dato enim, quòd censeatur hoc fideicommissum fuisse factũ fauore domus, & agnationis, & dato, quòd mentio masculorum positorum in supradicta conditione facta fuerit contemplatione descendentium masculorum agnatorum; verificantur tamen hæc omnia in D. Francisco, cùm ipse, vt iam dictum est, sit de liberis, seu filijs, & descendẽtibus testatoris, & de eius agnatione, &
9 masculus, vt concludunt supradicti Doct. Et † cessat in hoc proposito obiectio aliquorũ dicentium, quòd, si mater est excluſa, debet multò magis cẽseri excluſus eius filius. vulgaris enim responsio, & nota est, tale argumentũ nõ procedere, quando filius, seu nepos venit ex persona sua, & non ex persona matris, vt in terminis nostris de conditione, si decesserit sine masculis. respondet Ruinus in d. consi. 49. colum. 2.

in primo volum. Neque in hoc præſuppoſito contendimus, vtrum D. Franciſcus per ea verba cõditionis ſit vocatus ad fideicommiſſum, nam de hoc inferius dicetur; ſed hoc ſolùm dicimus, eum cõprehendi inter nominatos ſub prædicta conditione, ſi decederent ſine filijs maſculis.

Stante igitur (inquam) hoc præſuppoſito, quòd D. Franciſcus cenſetur cõprehenſus inter nominatos in ſupradicta conditione; videtur ſequi de plano, quòd, exiſtente ipſo Domino Franciſco, repellendi ſunt aduerſarij à fidei commiſſo. Nam à ſufficienti partium enumeratione, aut Do. Franciſcus poſitus in conditione cenſetur vocatus ex teſtamento ad fideicommiſſum, aut nõ cenſetur vocatus, ſed duntaxat cenſetur relictus in cauſa inteſtati. Primo caſu, ſcilicet ſi vocatus eſt ex teſtamento, vt verius eſſe videtur, eum eſſe vocatum; res non habet difficultatem; quia, ſi filij, ſeu deſcendẽtes poſiti in conditione præferuntur ſubſtituto, quando veniunt ab inteſtato. l. Lucius. la. 2. cũ gloſſ. ff. de hære. inſti. multò magis præferuntur, ſi ſunt vocati ex teſtamento ad fideicommiſſum. Quòd autem D. Franciſcus poſitus in conditione cenſeatur vocatus ex teſtamento, demonſtratur multis rationibus. Dato enim,
10 quòd † poſt longam controuerſiam inter Docto. ſit magis communiter approbata ſupradicta gloſſ. in l. Lucius. Quòd liberi poſiti in conditione non cenſeantur vocati ex teſtamento, ſed relicti, vt veniant ab inteſtato; concludunt tamen communiter Docto. eos cenſeri vocatos ex teſtamento, ſi præter expreſſionem ſimplicis conditionis, extet probabilis aliqua alia coniectura, vel ratio, vt tradit Corne. conſ. 97. colum. 3. in primo volum. & conſil. 22. colum. 2. in ſecundo. & Socin. in dict. l. cum auus. in fin. & conſi. 218. colum. 2. in ſecundo. Cur. iun. conſ. 43. colum. 3. nume. 7. & conſil. 96. in princip. hic autem videntur extare quãplures coniecturæ, & rationes, ex quibus ſolent Doctores concludere poſitos in conditione cenſeri vocatos.

Prima coniectura, & ratio eſt, quia non ſimpliciter dictum fuit, ſi decederent ſine filijs. ſed
11 adiectum fuit; ſine filijs † maſculis. vt eſt nota deciſio Guidonis Papæ, 184. quia, ſi tales maſculi ſolùm venirent ab inteſtato, ita ſuccederent fœminæ, ſicut maſculi, & nihil operaretur mentio maſculorũ; quod manifeſtè repugnat menti, & verbis ipſius teſtatoris: & hoc maximè procedit in caſu noſtro, cùm bona, de quibus hic agitur, non ſint ſubiecta alicui ſtatuto excludenti fœminas propter maſculos. Et, quamuis aliqui Doctores ſenſerint aliquando contrarium; iſta tamen videtur eſſe magis communis opinio, vt per Deci. conſ. 318. colum. 1. & conſ. 270. colum. 2. verſicu. ſecunda concluſio. & colum. 3. verſicu. venio ad ſecundam. & conſ. 516. nume. 11. & conſ. 655. colum. fin. & in l. 1. colum. 4. C. de pac. Cur. iun. d. conſ. 43. colum. 3. nume. 7. & conſil. 87. colum. 1. in fin. & conſi. 96. colum. 1. & conſ. 113. colum. 3. Gonzadi. conſi. 26. nume. 22. & conſ. 64. colum. 2. & conſil. 87. nume. 15. Pariſ. conſ. 37. nme. 35. in 2. volum. & conſ. 53. nume. 44. in tertio, & conſil. 66. nume. 50. etiam in tertio: & plures adducerentur, ſi eſſet opus; & habet hæc opinio rationem euidentem, vt dictum fuit.

Secunda ratio eſt, quia Do. Tancredus teſta
12 tor † poſtquam fecit ſubſtitutiones inter ſuos filios, deuenit vltimo loco ad ſubſtitutionem extraneorum; quo caſu pariter videtur ceſſare opinio gloſſæ in d. l. Lucius. & filij filiorum poſiti in conditione cenſentur vocati ex teſtamẽto, vt concludit Anchara. conſil. 74. Contra Philippum. colum. ſecunda. Alex. conſ. 64. colum. fin. in quinto Cur. iun. conſi. 16. colum. 3. nume. 7. verſicu. confirmo. & d. conſil. 43. colum. 4. Ruin. conſil. 128. num. 7. in tertio. Cur. Sen. conſ. 75. Do. Ludouicus. colum. 4. nu. 4. Gonzadi. conſil. 64. colum. 2. nume. 10. nam abſurdum eſſet, quòd extranei cenſerentur vocati ad fideicommiſſum, non autem deſcendẽtes, præſertim cùm de talibus deſcendentibus habuerit mentionem teſtator, dum eos poſuit in conditione. Et quia negari non poteſt, quin aliqui Doct. ſenſerint contrarium; aduertendum eſt, quòd difficultas, quæ ſolet fieri aduerſus prædictam opinionem Ancharani, procedit duntaxat in caſu, quo teſtator inſtitueret vnum filium, & ei ſub conditione, ſi decederet ſine liberis. ſubſtitueret extraneum. tũc enim ſecundum aliquos Docto. videtur ſuperfluum dicere, quòd filij poſiti in conditione ſint vocati ex teſtamento, cùm non poſſit euenire ſupradictum abſurdum, quòd extraneus præferatur talibus filijs; quia etiam ſi teſtator non expreſſiſſet eam conditionem, tacitè ea ſubintelligeretur à iure, vt habetur in d. l. cum auus. & in l. cum acutiſſimi. quia voluerunt omninò iura, quòd quò ad portionem ipſius filij, vel alterius deſcendentis grauati præferantur ſemper eius filij ſubſtituto, dato, quòd eorum nulla fuerit facta mentio. Si verò contingat inſtitutos eſſe multos filios, & eis omnibus, (ſi deceſſerint ſine liberis,) ſubſtitutus ſit extraneus; tunc, niſi diceremus poſitos in cõditione cenſeri vocatos, ſequeretur abſurditas, quòd, ſi aliquis ex filijs grauatis decederet cum filijs, & poſtea alius eius frater decederet ſine filijs; in portione iſtius vltimi decedentis præferetur ſubſtitutus extraneus nepotibus ipſius decedentis;

dentis; quia text. in dict. l. cum auus. & in dict. l. cum acutissimi. cum similibus, subaudientes tacitam conditionem, si grauatus decesserit sine liberis. procedunt duntaxat quò ad portionem patris ipsorum positorum in conditione, non autem procedunt quò ad portionem patruorum. Quòd autem sit absurdum, vt extranei præferantur talis descendentibus, patet ex generali ratione posita in dict. l. cum acutissimi. in fin. prout hæc omnia subtiliter considerat, & deducit Socin. in dict. l. cum auus. colum. penult. & fin. versicu. aliàs autem allegabatur. & cons. 104. nume. 9. in 3. volum. & nos sumus in secundo casu.

Tertia ratio est, quia Dominus Tancredus
13 testator † post explicatas omnes substitutiones, & post factas exclusiones filiarũ, & descendentium fœminarum, prohibuit expressè bona sua alienari; & præmiserat causam, vt scilicet ea bona conseruarentur in substitutis per eum, id est, in filijs, & in agnatione, vt superius dixerat: & stante huiusmodi prohibitione posita ad fideicommissum, solent Docto. concludere, quòd liberi positi in conditione censentur vocati ex testamento ad fideicommissum, vt tradit Cur. Sen. cons. 45. Sæpe reuoluta. col. 4. nume. 5. & 6. & quãuis postea in col. 11. & 12. concludere videatur contrarium in suo illo casu; re vera tamen non mutat propositũ, si bene inspiciatur; sed solùm disputat, an prohibitus alienare possit saltem relinquere hæredi suo ab intestato, vel per testamentum, non autem recedit à supradicto proposito, Quòd positi in conditione censentur vocati: & eam cõprobat multis autoritatibus; & adducit etiam rationem; quia scilicet, si bona debent conseruari in familia, omnes descendentes qualitercunque nominati, & omnes agnati censentur prohibiti alienare, & per consequens censentur grauati, & successiuè in necessariam consequentiam censentur vocati. l. ab eo. C. de fidei com. hanc etiam opinionem ponit pro expedita, Socin. consil. 250. in fin. in 2. volu. & Cur. iun. d. consil. 43. nume. 8. & latius etiam de ea tradit Gonzadi. in dicto cons. 64. colum. 3. nu. 13. versic. septimò prohibita.

Quarta ratio habens ferè eundem sensum,
14 quem habet tertia, est; quia † testator motus fuit ad faciendum hoc fideicommissum fauore agnationis suæ, vt patet ex mentione masculorum sæpius repetita, & ex fœminarum exclusione, vt per Deci. consi. 371. col. 3. versic. sextò & vltimò. & cons. 516. colum. 4. in princip. & expressius id constat, dum vocauit propinquiores de domo sua Barbolanorum. tali autem casu pariter cessat opinio glossæ in d. l. Lucius. & liberi positi in conditione censentur vocati ex testamento ad fideicommissum, vt deducit Cur. Sen. in d. consil. 75. colum. 4. versic. præmissis tamen. & versicu. sed ita est quòd de coniecturata mente. & versicu. quod etiam probatur ratione conseruandæ agnationis &c. ea scilicet ratione, quæ deducta fuit in præcedenti cõiectura, & Cur. iun. cõs. 87. col. 2. in fi. nu. 5.

Sed & dato, & sine veritatis præiudicio, q̃ Do. Franciscus per ea verba conditionis, si decederent sine liberis. relictus esset in causa intestati, non autem censeretur vocatus ex testamento ad fideicommissum; viderentur tamen esse repellendi aduersarij; quia, stante D. Francisco, qui est de liberis positis in conditione, vt dictum est, deficit conditio, sub qua ipsi Domini aduersarij fuerunt substituti. d. l. 1. C. de condi. infer. dum enim testator ponit liberos, seu filios filiorum in conditione; censetur eos magis diligere, quàm substitutos. d. l. Lucius. ff. de hære. insti. & siue tales liberi positi in conditione succedant, siue non succedant; id nihil impedit, quin faciant deficere cõditionem, & excludãt substitutũ. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. 1. & per consequens nihil hic obstat, quòd non omnes filij primi testatoris decesserint intestati. nam Dominus Hieronymus, qui fuit vltimus, condidit testamentũ; ita quòd nõ videmur esse in causa intestati. cessat enim hæc obiectio; quia, vt dictum est, in liberis positis in conditione solùm inspicitur, an extent, non autem an succedant. Præterea à tale testamentũ Do. Hieronymi nihil facit ad rem præsentem; quia, si in eo testamento non voluit Do. Hieronymus comprehendere etiam bona subiecta fideicommisso, (prout credendum est eum non voluisse comprehendere, quia de iure nõ poterat,) patet, quòd tale testamentum non pertinet ad nostrum propositum. Si verò voluit ea comprehendere, sequitur aliud, videlicet, quòd ipsi Domini aduersarij nullum penitus possunt constituere fundamentũ super eo
15 testamento. nam † aduersus manifestã voluntatem testatoris petierunt totum fideicõmissum; ergo renunciauerunt testamento. l. vt debitum. vbi Bart. Bal. & alij Doct. C. de hære. ac. & l. si præteritus. ff. de bono. pos. contra tab. Hoc autem vltimum, scilicet, quòd D. Franciscus non censeatur vocatus ad fideicommissum, sed solùm censeatur relictus in causa intestati; sit positum ex abundanti; quia verius est, quòd censeatur fuisse vocatus ex testamento, vt latè supra deductum fuit.

Concluditur itaque ex supradictis omnibus, quòd de iure præferendus est D. Frãciscus in toto hoc fideicommisso, quamuis esset agnatus remotior, quàm sint eius aduersarij; quia est de descendentibus testatoris, & comprehen-

prehenditur ſub conditione omnium ſubſtitutionum, cùm ei conueniãt & verba teſtamenti, & materia ſubiecta, id eſt, agnatio; & præferendus eſt illis, vel quia cenſetur vocatus ex teſtamento ad fideicomiſſum ante illos, vel quia relictus in cauſa inteſtati operatur defectũ conditionis, ſub qua illi fuerunt ſubſtituti.

Iacobus Mandellus, Albenſis, Iuris Ciuilis veſpertini in prima Cathedra interpres Piſis, ſaluo &c. 1552. 2. Auguſti, & reuiſum 1554. 17. Ianuarij, pro Illuſt. Do. Federico Barbolano ex Comi. Montis acuti, Præfecto arcis Piſanæ.

ARGVMENTVM.

De ſtatu Piſano, quòd maritus non poſsit relinquere vxori, an procedat indiſtinctè, ſiue extent liberi, ſiue non extent.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM *prohibens maritum relinquere vxori procedit generaliter, liberis extãtibus, & non extantibus.*

2 *Ratio talis ſtatuti eſt, ne coniuges ſe, & hæredes ſuos ſpolient mutuo amore, & hæc ratio habet locum, etiam non ſtantibus liberis.*

3 *Ratio ſtatutorum inſpici debet.*

4 *Ex Rubrica debet declarari nigrum ambiguum: & ex multis intelligentijs nigri illa præualet quæ magis conformis eſt Rubricæ.*

5 *Statuta ita debent ſemper interpretari, ne ſtatuentes mereantur reprehenſionem.*

6 *Clauſula vel qualitas poſita in vno capitulo diſpoſitionis, an referatur ad omnes partes diſpoſitionis, & quando: & quòd non referatur, quando non eſt principalis, ſed potius acceſſoria, & modificatio vnius capituli.*

7 *Clauſula vel qualitas adiecta vni capitulo nõ refertur ad alias partes diſpoſitionis, quando aſſignari poteſt diuerſa ratio.*

8 *Legatum vſusfructus factum vxori, ſtantibus liberis, reſoluitur in alimenta tantùm: & qua ratione.*

9 *Vna pars ſtatuti clara debet alias partes minus claras declarare.*

Conſilium LXXXVIII.

1 ET ſi prima facie videatur eſſe ambiguum ſtatutum hoc Piſanum trigeſimum ſextum ſub Rubrica, de his † quæ à viro in vxorem dantur, vel relinquuntur. vtrum ſcilicet procedat † ſolùm ſtantibus liberis, an verò etiam procedat, liberis non extantibus, vt pro prima opinione voluit Deci. conſil. 540. colum. 1. & pro ſecunda conſuluit Socin. conſilio 76. colum. fina. in 4. volum. tamen inſpecta ratione ſtatuti, & ſingulis partibus ipſius ſtatuti, videtur eſſe melior opinio Socini, quòd ſtatutum procedat generaliter. Nam præter fundamentum Socini, & ſtatutum primo loco prohibet abſolutè, & indiſtinctè poſſe relinqui vxoribus per donationem cauſa mortis, vel per vltimam voluntatem, & ab ea generali deciſione excipit caſum vſusfructus relicti; & in eo caſu habet mentionem liberorum, diſtinguendo ipſum caſum in multas particulas &c. videtur pro ſecundo fun-
2 damento poſſe deduci, quòd † ratio talis ſtatuti, quæ communiter per Docto. aſſignatur, eſt, ne coniuges ſe, & hæredes ſuos ſpolient mutuo amore, vt dicit Barto. in l. cunctos populos. 6. quæſt. C. de Sum. Trin. & Deci. poſt alios relatos per eum, conſil. 196. in princ. quæ ratio cùm ita habeat locum non ſtantibus liberis, ſicut eis ſtantibus, debet etiam vtroque caſu habere locum ſtatutum, cùm vulgare ſit, & non ſolùm in cæteris diſpoſitionibus, ſed etiã
3 † in ſtatutis inſpiciendum eſt ad eorum rationem. Barto. in l. iura. la. 1. in fin. ff. de iuſti. & iu. optimus text. in l. libertum. la. 2. §. 1. ff. de ritu. nup.

Tertiò pro eadem interpretatione ſtat Rubrica ipſius ſtatuti, quæ eſt ſimplex, & generalis ad comprehendendum vtrunque caſum; & ex ea † debet declarari nigrũ ambiguum. gloſſ.
4 in l. 1. in verbo, Retractare. C. ne lice. tertiò prouo. Alex. in l. 1. col. 1. nu. 3. ff. ſi cer. pet. & vt ibi ait Deci. col. 2. in quarto nota. num. 9. poſt Butriũ, in proœmio Decretal. §. ſanè. cùm nigrum habet multas intelligentias, debet illa prævalere, quæ magis conformis eſt Rubricæ.

Quartò facit, quia vt ait Socin. conſi. 63. co-
5 lum. pen. 1. vol. † debent ſtatuta ſemper interpretari tali modo, ne ſtatuentes mereantur reprehenſionem, arg. ex l. Saluius Ariſto. verſic. ſæpe animaduerti. ff. de lega. præſtan. & hoc vtique videretur hic cõtingere, ſi diceremus voluiſſe ſtatuentes imperfectè omninò prouidere, & in caſu veluti dimidiato, & nõ integro; id eſt, voluiſſe eos prouidere, caſu, quo extant liberi, non autem caſu, quo non extant, præſertim cùm Rubrica ſit generale, vt dictum fuit.

Quintò, quia inter multos caſus, qui ſolent
6 tradi per Docto. † Nunquid clauſula, vel qualitas poſita in vno capitulo diſpoſitionis referatur ad omnes ipſius diſpoſitionis partes, ponitur ille caſus pro expedito, quòd, ſi ſit clauſula non principalis, ſed potius acceſſoria, & tanquã modificatio vnius capituli, nõ refertur talis clauſula vel qualitas ad reliqua capitula. Barto. in l. fin. ff. de reb. dub. Deci. in c. 2. requiris. verſic.

† *Si ſtatutum prohibeat, ne maritus*

versic. secundum exemplum. extra de appella. sentit Barto. in l. 3. §. filius. colum. 2. ff. de libe. & posthu. & hoc videtur conuenire nostro casui. nam mentio liberorum videtur fuisse posita ad restringendum capitulum vsusfructus, vt satis euidenter indicat tenor ipsius capituli.

Sextò accessoriè ad prædictum quintum fundamentum est etiam in eodem proposito expeditus casus, quòd † clausula, vel qualitas adiecta vni capitulo non est referenda ad cæteras partes dispositionis, quando potest assignari diuersa ratio. Barto. in dict. l. 3. §. filius. colum. 2. nume. 7. & in l. talis scriptura. §. fina. ff. de lega. 1. Deci. consil. 294. quæ diuersitas rationis videtur hic esse in promptu. nam, cùm maritus relinquit vsumfructum, agitur de maiori præiudicio filiorum, ne scilicet de præsenti patiantur. hinc est † quòd iure Communi ob eandem rationem fit interpretatio, quòd legatum vsusfructus factum vxori, stantibus liberis, resoluatur in alimenta tantùm. Barto. in l. Titia. la. 1. §. Titia. ff. de lega. 2. nimirum igitur si hoc statutũ diligentius, & magis distinctè fuit explicatum circa legatũ vsusfructus, habita mentione filiorum.

Septimò in antepenultima parte statuti, & in parte penultima, id est, in versic. in dote autem. & in versic. dotem autem. comprehenditur expressè, & distinctè vterque casus liberorum extantium, & non extantiũ; & † vna pars statuti; quæ est clara, debet alias partes minus claras declarare. l. qui filiabus. in prin. vbi Bar. in l. vtrum. ff. de peti. hære. & de statuto tradit Deci. consil. 19. colum. 3. versicu. præterea & secundò.

Non obstant, quæ tradit Deci. d. cons. 540. nam falsò Decius videtur asserere, quòd hoc statutum præsupponat pro requisito necessario, quòd debeant extare liberi, quinimò hoc est, de quo disputamus; propterea non multũ sunt ad propositum ea, quæ ibi tradit Deci. de qualitate requisita à statuto.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis vespertini in prima Cathedra interpres Pisis.

1553. 23. Martij, pro D. Magistro Luca Antonio lectore Chirurgiæ.

ARGVMENTVM.

Renunciatio, seu transactio mulieris facta de hæreditate fraterna, seu paterna, accepta parua dote legata, quando non valeat, & quando possit rescindi. Et quòd non valeat transactio facta super re clara, & de qua non extabit lis.

SVMMARIVM.

1 TRANSACTIO *facta super re clara, & de qua nulla extabat lis, non valet, neque creditur Notario asserenti in instrumento, quòd extaret lis.*

2 *Transactio etiam non valet, dato, quòd extaret lis, quando scilicet erat lis clara, & iam decisa per ius commune, vel per statutum.*

3 *Transactio ipso iure nulla non valet etiam in vim pacti.*

4 *Remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. habet locum etiam in transactione.*

5 *Stante enormissima læsione, præsumitur contractus factus vel propter metum, vel propter aliam speciem doli.*

6 *Iuramentum nihil obstat, quando adest enormissima læsio, vel præsumptio doli, & saltem petenda est absolutio.*

7 *Læsio enormissima, vel dolus, non tollitur propter præsentiam, & consensum vicinorum, mariti, & aliarum personarũ, qualescunque sint.*

8 *Absolutio à iuramento omninò concedi debet, stante enormissima læsione, & dolo, &c.*

Consilium LXXXIX.

STANTE facto, prout mihi propositũ fuit, puto, quòd de iure res hæc sit habenda pro expedita in fauorẽ Dominæ Blanchinetæ; quæ vna ex tribus sororibus renunciauit penitus hæreditati fraternæ, seu paternæ ad beneficium cuiusdam sui cõsobrini, nulla sibi reseruata portione dictæ hæreditatis, sed solùm acceptis scutis. 500. iampridem sibi legatis ex causa dotis per patrem suum. Nam, facto præsupposito, quòd hæreditas patris, quæ deuenerat ad vnicum filium masculum, erat valoris scutorum octo millium, cuius patrimonij post mortem fratris pertinebat saltem dimidia absque vllo dubio tribus ipsis sororibus; quia de iure Communi ad eas pertinebat tota hæreditas fratris, qui ab intestato decesserat, authen. cessante. C. de legiti. hære. sed per statutum ciuitatis Albinganæ, folio 64. à tergo, quod admittit agnatos vsque ad quartum gradum, pertinebat dimidia pars eius hæreditatis ad dictum consobrinum, & alia dimidia ipsis tribus sororibus; ita, quòd D. Blanchinetæ pertinebant aurei. 1300. & vltrà, & hoc nullam habeat de iure probabilem difficultatem; sequitur expeditum fundamentum de iure, quòd, cùm renunciatio facta per ipsam Blanchinetam, fuerit facta sub forma transactionis, vt patet ex ipso instru-
1 mento confecto anno. 1534. non † valuit talis transactio; quia facta fuit super re clara, & de qua nulla extabat lis. l. cum hi. §. si cum lis.

vbi Ange. tradit. ff. de transac. vt etiam probatur ex l. 1. eodem titu. & l. præses. C. de transac. & tradit Deci. consil. 479. in fin. & consil. 551. & in consil. 552. & idem Deci. in Rubric. C. de transac. post multos ibi relatos per eum, vbi etiam post Angel. vbi supra inquit, non esse standū verbis Notarij asserentis in ipso instrumento transactionis, quòd extaret aliqua lis, vt propriè contigit in casu nostro. Et ex ipsomet instrumēto satis euidenter apparet, quòd narratio litis in eo facta non erat ad propositū; quia fit mentio de litibus, quæ interuenerant inter tutores illius consobrini, & matrem dictarum trium filiarum occasione administrationis factæ per ipsam matrem, & de ratione tutelæ reddenda per eam; quæ lis nullo respectu pertinebat ad merita succedendi in ea hæreditate. Et dato sine veritatis præiudicio, & de huiusmodi successione fuisset aliqua lis inter dictum consobrinum, & ipsas tres sorores;
2 fuisset † vtique lis de re clara, id est, iam decisa vel per ius commune, vel per statutum, & per consequens non valuisset transactio, vt tradit Roma. consilio 517. columna 4. in tertio dubio. Abb. consil. 12. colum. secunda, & consil. 85. circa finem, in secundo volum. per text. in dict. l. 1. ff. de transac. & in l. in summa. & l. eleganter. ff. de condi. inde. & in cap. 1. & cap. sug
3 per eo. extra eod. titu. & † talis transactio cùm sit ipso iure nulla, nō valet etiam in vim pacti. Bartol. in d. l. 1. in fin. ff. de transac. & in l. si causa cognita. C. eo. tit.

Prætereà, etiam si inter eos extitisset vera lis; non tamen potuit valere transactio, nisi aliquo dato, vel retento, vel promisso, scilicet ex ea hæreditate, de qua erat lis. l. transactio nullo dato. C. de transac. hic autem nihil fuit datum, vel concessum, vel promissum ex ea hæreditate ipsi Dominæ Blanchinetæ. nam summa illorum quingentorum scutorum eidem legatorum in dotem à patre suo nihil habebat commune cum ista hæreditate fratris, sed iam erat propria ipsius Dominæ Blanchinetæ; ergo non potuit ei imputari in aliquam partem hæreditatis fraternæ sibi dandam titulo transactionis. argu. ex l. pater filiam, quæ à viro. ff. ad leg. Falcid. Ideò succedit communis
4 decisio Doctorum, quòd † etiam in transactione habet locū remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. vt ibi tradit Barto. colum. 2. & Barto. in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligationib. Corne. consil. 27. in 4. volum. Deci. in l. cum te. C. de transac. & consil. 60. & consil. 216. & consil. 479. & consil. 597. Et quamuis Barto. & prædicti Doct. dicant, quòd in transactione inspicienda est læsio non secundum valorem rerum, sed secundum æstimationem dubij euentus litis; cessant tamen omnes eiusmodi distinctiones in casu nostro; quia, cùm nihil penitus fuerit datum Dominæ Blanchinetæ, patet, quòd non solùm fuit enormiter læsa, sed fuit læsa in totum.

Et ex prædictis sequitur aliud fundamentū,
5 † quòd, stante enormissima læsione, præsumitur contractus factus vel propter metum, vel propter aliam speciem doli. Paul. de Cast. consil. 177. Contra superius. colum. 1. in antiquis, quod est consilium 174. in primo vol. in nouissimis, per tex. in l. si superstite. versic. sanè si læsa immodicè. C. de dolo, & est communis opinio, vt per Socin. cons. 263. col. 1. nu. 2. & col. 2. in fi. nu. 4. vers. sed ad præmissa respondetur. in 2. vol. Corne. cons. 140. in fin. in 3. vol. Deci. in l. pactum. nu. 7. in tertia limitatione. C. de colla. & in c. causam matrimonij. col. 2. nu. 5. in fi. de offic. de lega. Cur. iun. cons. 141. col. 3. nu. 11. & tantò magis præsumendus est dolus in præsenti casu, cùm extet euidens alia cōiectura ex falsa narratione litis, de qua supradictum fuit.

6 Stante autem † enormissima læsione, vel præsumptione doli, nihil obstat iuramentum, vt latè per Deci. cons. 108. col. 4. & 5. post Calderi. cons. 8. Duæ puellæ. sub tit. de iureiuran. Vel in omnem euentum poterit peti absolutio à tali iuramento, vt per Calderinum vbi supra. Neque pariter †
7 potest obstare consensus mariti, vel vicinorum: quia, cùm hic certò constet de enormissima læsione, & per cōsequens de dolo; sumus in claris, & non in obscuris; ideoque non tollitur talis læsio, vel dolus propter præsentiam, & consensum aliarum personarum, qualescunque sint, vt deducit Socin. in d. cons. 263. col. 5. nume. 10. versicu. sed adhuc videntur remansisse. Deinde, stante primo fundamento, quòd hic nulla interuenerit lis, neque interuenire potuerit, quæ esset probabilis, & ita cùm transactio fuerit nulla ipso iure, non est tractandum de iuramento, neque de præsentia aliquarum personarum, neque de alijs actibus, vel clausulis accessorijs. Et, vt dixi, po-
8 terit ad abundantem cautelam † impetrari absolutio à iuramento, quæ omninò concedenda est tali casu. vt latè per Felin. in c. præterea. col. 8. num. 21. cum multis seq. extra de spons. & per Iaf. in authen. sacramenta puberum. nu. 42. C. si aduer. vend. & de hoc in practica nulla solet fieri difficultas.

Iacobus Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis vespertini in prima Cathedra interpres Pisis.
1553. 6. Maij, pro Magnifico legum scholari D. Stephano Odo, de ciuitate Albinganæ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

An sententia ferri possit cõtra reum mortuum in causa criminali pro pœna pecuniaria. Et quomodo procedat illud, Quòd morte delinquentis extinguatur crimen &c.

SVMMARIVM.

1 IVRA, *quæ dicunt morte delinquentis extingui crimen, quomodo, & quando procedant.*
2 *Mortuo reo post conclusionem in causa ferri potest sententia, etiam cùm tractatur de pœna pecuniaria accessoriè ad corporalem.*
3 *Sententia, & conclusio in causa, æquiparantur.*
4 *Conclusio in causa non fit in criminalibus, & quomodo id intelligatur, & quando fiat.*
5 *Notorium, & sententia, æquiparantur.*

Consilium XC.

EGo sum huius opinionis, quòd ferri possit sententia condemnatoria respectu pœnæ pecuniariæ, de qua in statutis, non obstante morte rei
1 conuenti; quia † iura, quæ dicunt, morte delinquentis extingui crimen, etiam lite contestata, dummodò nondum sit lata sententia, vel etiam si sit lata, sed per appellationem sit suspensa; videntur procedere in casibus, quibus agitur vel de pœna corporali tantùm, vel agitur mixtim de pœna corporali, & de pœna pecuniaria; ita tamẽ, quòd pœna pecuniaria veniat accessoriè, & tacitè ad pœnam corporalem, vt contingit in deportatione: non autem procedunt, vbi agitur ex crimine pecuniariter tantùm, vel etiam agitur mixtim ad pœnam corporalem, & ad pœnam pecuniariam æquè principaliter; ita probatur in l. fin. C. si reus vel accusa. & in l. 3. C. si penden. appella. & vtrobique Bald. & Salic. & alij Doctores. & ita intelligit illos textus Ange. de malefi. in verbo, Qui Dominus Iudex videns. versicu. & prædicta procedunt quando. nume. 41. idem etiam vult Cyn. in l. fin. C. de adulte. & æquiparantur duo isti casus, quòd reus decedat ante sententiã latam, vel decedat post latam sententiam, quæ tamen suspensa sit per appellationem. d. l. fin. versicu. idem obseruatur. vbi etiam Salic. in primo nota. Cùm itaque in casu nostro tractetur solùm de pœna pecuniaria, puto non esse vlterius hæsitandum super hoc.

2 Secundò, quia † etiam, cùm tractetur de pœna pecuniaria accessoriè ad corporalem, potest ferri sententia, mortuo reo, si moritur post cõclusionem in causa. Bald. in l. 1. col. 2. nume. 3. versic. sed hic dubitatur, ibi, plus videtur dicẽdum. & c. C. ex delic. defunc. Angel. de malefi. in verbo, Et eius bona publicamus. colum. 2. nume. 4. seu Augusti. Ariminen. in addi. ad Ange. versic. & aduerte quia dominus. Et hoc est
3 communiter verum, quòd † æquiparantur sententia, & conclusio in causa. Ias. in §. nihil commune. num. 112. latè Marsil. in sua prac. crimi. §. sequens quæstio. Et, quamuis aliquando dicatur, quòd † in criminalibus non solet concludi in causa, Roma. cons. 176. illud intelligitur de conclusione causæ proprio modo, quæ fit per hominem, id est, vel per litigatores, vel per Iudicem, iuxta tradita per Ias. in l. admonẽdi. in prima lectura, nu. 49. & in secunda, num. 58. non autem negatur, quin in criminalibus possit fieri cõclusio in causa per legem, vel per statutum, vt tradit Bald. in l. si accusatoribus. col. fin. C. de accusa. veluti propriè videtur cõtingere in casu nostro, nam statutũ vult, quòd reus inquisitus non comparens intra terminũ trium dierum habeatur pro confesso; & lapsis tribus alijs diebus, nullo modo amplius audiatur &c. & præter contumaciam rei fuerat concludenter probatum delictum per testes, vt patet ex processu; & nullo modo erat verisimile, quòd reus compareret, sed omninò erat ferenda sententia; ideò satis dicitur decessisse post conclusionem in causa, & potest contra eius bona, vel hæredes procedi, vt in terminis tradit Bald. in d. l. 1. Si igitur hæc procedunt in casibus, quibus agitur de pœna pecuniaria accessoriè ad corporalem; multò magis censentur procedere, vbi solùm agitur de pœna pecuniaria, vt in præsenti casu.

Tertiò posset addi, quòd huiusmodi delictum fuit notorium, quia commissum in loco publico, & tempore, quo aderat maximus numerus personarum, & est pariter notoria fama de eo, & patet ab effectu etiam. nam habet esse permanens: quia vulnera illata remanserunt, & possunt videri; ideoque perinde est, ac si reus decessisset post latam sententiam, cùm vulgare sit, quòd † notorium, & sententia æquipa-
5 rantur. l. emptorem. in princip. ff. de ac. emp. & alijs locis notissimis.

Puto tamen, quòd bene erit in præfatione sententiæ habere incidenter mentionem de rationib. supradictis summatim, putà per hæc, seu similia verba, videlicet, visis &c. item, visis depositionibus de morte &c. item, adhibita causæ cognitione, & cõsideratione, quòd agitur de pœna pecuniaria, item ℣ dictus reus in termino statuti non comparuerit, item, ℣ de dictis vulneribus per eum illatis probatũ fuit concludenter per testes, & ℣ nihil amplius restabat agendum, quando mortuus est, nisi ferret sententiam condemnatoriam cõtra eum, item cùm huiusmodi crimen fuerit notoriũ,

& commissum in loco publico, & corã maximo numero personarum &c.

Aduertatur etiam, quòd in modo preferendi sententiam nõ condemnetur ipse mortuus, neque eius memoria; quia non sumus in casibus illis &c. sed simpliciter dicatur, pronunciamus, & declaramus, eum incidisse in pœnas pecuniarias impositas per statutum sub Rubrica &c. videlicet in pœnam librarum &c. & pronunciamus, ac declaramus, eius hæredes, vel bona, obligatos, & obligata esse pro dicta quãtitate pecuniarum &c.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Pisis. 1553. die 6. Iulij.

ARGVMENTVM.

Rector vel Prætor, licet moriatur ante finem anni, debetur tamen ei, seu eius hæredibus salarium totius anni, & quæ sit ratio. Et quid si salarium erat præstandum in pluribus præstationibus, &c.

SVMMARIVM.

1 RECTORI *mortuo debetur salarium totius anni, quamuis decesserit ante finem anni.*
2 *Rectori mortuo debetur salarium propter dignitatem habitam.*

Consilium XCI.

1 QVOD Rectori mortuo debeatur † salarium totius anni, quãuis decesserit ante finem anni; facit decisio Bart. in l. diem functo. col. fina. versicu. allegatur hæc lex. ff. de offi. assesso. vbi idem tradit de Prætore mortuo, per l. primam. §. diuus. ff. de var. & extraordi. cogni. & l. post duos. C. de aduoca. diuer. iudi. & opinio Barto li est magis communis, vt post longam disputationem concludit Ias. in dict. l. diem functo. nume. 36. versic. pro clara intelligentia. vsque ad nume. 40. Ripa in tracta. de peste, in prima parte, nume. 115. & idem tradit Bart. in d. §. diuus. col. 3. num. 9. & 10. versic. quarto casu detur. vbi reddit rationem, quia scilicet debe-
2 ei † salariũ principaliter propter dignitatẽ habitam, & ita dicitur merè beneficium, in quo fieri debet pleniſſima interpretatio, vt ibi per eum. Et quamuis Ias. in d. l. diem functo. post nu. 38. versic. tene communem. limitet, vt nõ procedat, quando salariũ erat præstandum in duabus, vel pluribus præstationibus; ea tamen limitatio non bene videtur conuenire huic casui, & contrariũ expressè deducit Bar. in d. §. diuus. in prædicto versic. quarto casu. & ea limitatio Iasonis tendit ad alios terminos, videlicet ad casum, de quo per Bar. in d. §. diuus. nu. 7. versi. secundo casu. Hæc puto procedere de iure; de facto autẽ vereor, q̃ seruetur id, quod post Fulgosium inquit Ias. in d. l. diem functo. post numerum. 38. versic. quintò mouetur. videlicet, q̃ vix possunt hæredes habere salarium præteriti tẽporis, &c. Et certè de dimidia parte salarij, id est, de illa præstatione, quæ fieri debebat in principio anni; non videtur esse facienda aliqua penitus difficultas, vt per Bar. in dict. versic. secundo casu.

Iacobus Mandellus Albensis, Pisis. 1553. 14. Nouembris.

ARGVMENTVM.

An Iudex possit recusari tãquã suspectus, si pater eius est Aduocatus in eadem causa, in qua est Iudex. Et an Iudex recusatus possit à recusatione, vel sententia recusationis appellare.

SVMMARIVM.

1 QVOD *pater sit Aduocatus in eadem causa, in qua filius est Iudex, vel è contra, hæc non est iusta causa recusandi ipsum Iudicem.*
2 *Iudex non potest recusari, licet Aduocatus alicuius ex litigatoribus sit commensalis, id est, de familia Iudicis.*
3 *Iudex ordinarius non potest recusari, quãuis eius assessor sit suspectus: & quomodo, & quando id procedat.*
4 *Iudex recusatus per sententiam, an possit appellare. Et generaliter quis possit appellare.*
5 *Appellare potest quilibet, cuius interest, declarando vt hic.*
6 *Appellare quilibet potest, etiam propter quale quale præiudicium, vel suspicionem, ne sententia aliquo futuro tempore noceat, licet non sit certum, & verum præiudicium.*
7 *Iudex recusatus non potest appellare, quando eius non interest.*

Consilium XCII.

1 IN priore articulo ex duobus *mihi* propositis, videlicet vtrum *filius* Iudex in vna causa † possit recusari tanquàm suspectus, eò, quòd eius pater est Aduocatus in eadem causa; videtur superfluum deducere per modum disputationis rationes aliquot, quæ possent qualicunq; modo facere casum dubitabilem, postquàm habemus in terminis decisiones huius casus, videlicet Perusi. in c. postremo. col. mihi. 5. num. 17. concludit eam non esse iustam causam recusandi filium, vel patrem Iudicem, & mouetur ex

exeo, quod generaliter ait gloss. 1. in c. ex insi-
2 nuatione. eod. tit. de appella. quòd † Iudex non
potest recusari, si Aduocatus alicuius ex litiga-
toribus est commensalis, id est, de familia ip-
sius Iudicis; & eam ibi sequitur Inno. & est com-
muniter approbata, vt ibi ait Deci. cùm satis
id probatur in c. 1. de offi. iudi. & prædictam de-
cisionem de filio, vel patre Aduocato dispu-
tat, & sequitur in effectu Deci. in dict. c. ex insi-
nuatione. colum. 1. & 2. eam etiã sequitur Ma-
rantus in suo tracta. Speculum aureum, seu lu-
mẽ aduocatorum, in sexta parte, in verbo, Re-
cusatio. 23. causa, nu. 47. & huic decisioni pro-
ximè videtur accedere id, quod tradit Ant. de
Butrio, in c. 1. colum. mihi. 10. numer. 35. vers.
inquantum gloss. dicit consilium. seu versic. ex
hoc deciditur dubium. de iudi. dum cõcludit,
3 quòd † ordinarius nõ potest recusari, quamuis
eius assessor sit suspectus, quando scilicet cogi-
tur quidem ipse ordinarius capere consilium
ab eo assessore, sed non cogitur illud sequi: su-
spicio enim non transit de persona in personã;
& id etiam sequitur Nicolaus Milius, vir non
paruę autoritatis in practica, in suo repertorio,
in verbo, Iudex. Et quamuis Abb. in d. c. 1. co-
lum. 5. numer. 14. de iudi. videatur sentire con-
trarium, tamen se ipsum limitat, vt eius dicta
cõtra Butrium procedant, quando assessor est
adhibitus propter imperitiam Iudicis; in casu
autem nostro Iudex est peritissimus; ergo re-
manet argumentum ex decisione Butrij, & ex
mente Abbatis, quòd suspicio non transit de
vna persona in aliam, quãdo Iudex est peritus,
& non tenetur sequi consilium alterius perso-
næ. Et prædicta debent facilius procedere in
casu nostro, quo præsupponitur, filium ipsum
esse emancipatum à patre, & seorsum habitare
ab ipso patre, & habere vxorem, ac filios, ac se-
paratam familiam, & sæpius fuisse functum of-
ficio Iudicis, etiam in causis, in quibus pater e-
rat Aduocatus: & similiter præsupponitur, eos
esse bonæ vocis, & famę, & id probatum esse, &
pariter esse probatum, esse consuetudinem in
Regno, quòd pater, & filius sæpius se gerunt eo
modo in causis, id est, vt vnus eorum sit Iudex,
& alius Aduocatus. nam, his stantibus, cessant
multa, quæ prima facie possent deduci in con-
trarium, de quibus per Deci. in d. c. ex insinua-
tione. sed & si hæc cessarent; non tamen rece-
dendũ esset à supradicta decisione, quę est com
munis, vt dixi.

Quòd autem attinet ad secundum articu-
4 lum, vtrum Iudex † recusatus per sententiam
possit ab ea recusatione, seu sententia appella-
re; non vidi hactenus de hoc casu decisionem
aliquam in terminis. existimo tamen, secundũ
communes terminos, & regulas appellatio-
num, eum in casu nostro posse appellare. Nam
5 † certum est, posse quemlibet appellare, cuius
interest. gloss. in c. cùm super, extra de re iudi-
ca. etiam si nullo modo interuenerit in prima
instantia. l. si per lusorio. §. 1. ff. de appella. & de
tali interesse sufficit, quòd appareat prima fa-
cie, vt tradit Felin. in d. c. cùm super. colum. 6.
6 numer. 16. vers. ad hoc vt tertius. Item † potest
quilibet appellare non solùm propter verum,
& certũ interesse, sed propter quale quale præ-
iudicium, vel suspicionem qualemcunque, ne
sententia possit aliquo tempore nocere. gloss.
in c. non solent. 2. q. 6. & glo. in l. à sententia. in
prin. per illum text. ff. de appella. dum tradit in
illo text. quòd à sententia lata contra vnum ex
hæredibus potest alius cohæres, qui non inter-
uenit in causa appellare; & tamen talis senten-
tia non affert, nisi quale quale præiudicium, se-
cundum glo. in l. si duo patroni. in verbo, Ha-
biturum. in fi. ff. de iureiuran. scilicet præiudi-
cium quòd ad suspicionem, non autem præiudi-
cium verum, & certum. vt patet ex tex. in d. l. à
sententia. qui ait, quòd & sine appellatione tu-
tus est ipse cohæres; tradit etiam Lafran. de
Oria. in c. quoniam contra falsam. in verbo, in-
terlocutoriæ & appellationes. nu. mihi. 99. in
fin. & 101. & in impressionibus nouissimis, nu-
me. 56. de proba. propterea, cùm in casu nostro
Iudex recusatus iniustè, & iniquè, vt ipse prætẽ-
dit, passus sit iacturam salarij, quod erat nota-
bilis summæ, item dubitet, ne talis sententia
possit ei nocere in futurũ in alijs casibus, quia
posset saltem mouere aliquem iudicaturum su
per recusatione; non video, cur non possit ap-
7 pellare, stantibus supradictis, Neque † obstat
decisio Geminiani ex aduerso deducta, in c. Iu-
dex ab apostolica. colum. 2. numer. 9. de offi.
delega. quia videtur habere secum responsio-
nem, si bene ponderentur eius verba. videtur
enim loqui in casu, quo non interest Iudicis
recusati appellare, vt patet ex suis illis verbis,
scilicet, cùm ipsius non interfit &c. in casu au-
tem nostro interest Iudicis & pecuniariter de
præsenti, & in futurum etiam poterit sæpè in-
teresse; quia causa, propter quam fuit recusa-
tus, adhuc remanet, & manebit in futurum,
quamdiu vixerint, pater, & filius; ideoq; cùm
possit sæpè casus iste ei contingere, & præiudi-
ciũ hoc ei inferri, videtur omninò esse admit-
tendus ad appellandum.

Iacobus Mandellus Albẽsis, Iuris Ciuilis ve-
spertini in prima Cathedra interpres Pi-
sis, saluo &c. 1553. 15. Nouem-
bris. ad petitionem D. Ca-
roli de Siculi, legum
scholaris.

ARGVMENTVM.

De interpretatione cuiusdam fideicommissi, an extincto primo gradu substitutionis, censerentur extincti omnes; & an quædam fœminæ essent admittendæ, exclusis agnatis &c.

SVMMARIVM.

1 FIDEICOMMISSVM *an sit penitus extinctum in cæteris gradibus, extincto primo gradu substitutionis.*

2 *Verba fideicommissi, vel prohibitæ alienationis, si sint concepta in rem, efficitur grauamen reale, & afficit omnes personas, quocunq; gradu inueniantur.*

3 *Trebellianica non potest detrahi de rebus expressè prohibitis alienari.*

Consilium XCIII.

QVIA in præsenti causa subtiliter, & copiosè scriptum fuit de vtraque parte; ita, vt nihil amplius dici, aut scribi posse videatur, quod nõ prius dictum, aut scriptum sit; propterea nihil noui huc possum afferre; sed duntaxat iudicium meum proferam de re ista, qualecunque sit, vt si non auxilio, saltem consilio possim vtrunque prodesse.

1 Et in primis, dum quæritur, † an fideicommissum factum olim per Dominã Franceschinam de Beccaria sit penitus extinctum, postquàm tres omnes illi filij sui, Nicolaus, & Præpositus, & Castelinus decesserũt cum filijs masculis, quasi scilicet extincto primo substitutionis gradu, sint extincti cæteri omnes, iuxta tex. in l. si mater. §. 1. ff. de vulga. puto habendum esse pro expedito, quòd nõ sit extinctum fideicommissum quò ad reliquos descendentes ex dictis tribus filijs; quia in inferioribus partibus testamenti se declarauit testatrix, dum in principali quodã capite ipsius testamenti dixit, se velle, quòd bona sua integrè conseruentur in infinitum inter descendentes &c. & dum prohibuit alienationem ipsorum bonorũ &c. succedit enim, quod passim tradunt Doct. quòd,

2 † cùm vel verba fideicommissi, vel verba prohibitæ alienationis sunt concepta in rem, efficitur grauamẽ reale, & afficit omnes personas, quocunque gradu inueniantur. Paul. de Cast. consil. 234. Visis & consideratis omnibus diligenter quæ tanguntur. colum. 3. versi. contrarium dico quòd attẽta causa, in antiquis, quod est consilium. 77. in primo volu. in nouissimis. Deci. cons. 182. colum. 1. in fin. versicu. constat autem testatorem. & col. 3. in fine, versic. item aduertendum est quia in casu. latè Curt. iun. cons. 43. colum. pen. & fin. Paris. consil. 90. nu. 43. in secundo. Ruin. cons. 147. nu. 11. in secundo volu. & in §. diui. col. 31. & 32. & idem etiam voluit Bar. in l. peto. §. fratre. col. 2. vers. venio ad quartam. ff. de lega. 2.

Quò vero ad secundum quæsitum, quod est omnium principale, vtrum filiæ D. Benedicti sint admittendæ ad fideicommissum, exclusis agnatis, id est, descendentibus masculis ex dicto Nicolao, & Præposito, an verò excludãtur ab ipsis agnatis; puto esse distinguendum inter portionem fideicommissi debitã ipsis filiabus ex propria carum persona in successione paterna, id est, portionem delatam eis statim, postquàm fuit mortuus D. Benedictus earũ pater, & ex alia parte portionem D. Castelini iunioris earum fratris, & portionem D. Petri Franciſci earum patrui; qui duo mortui sunt post D. Benedictum. Primo enim casu, id est, quòd ad portionem fideicommissi, quæ ex bonis fideicommissi repertis apud D. Benedictum poterat pertinere ad ipsas duas filias, id est, quòd ad duas partes ex tribus, quia alia tertia pars sine dubio pertinebat ad D. Castelinum filium masculum; puto rem stare pro ipsis dominis filiabus. nam fuerat earũ pater grauatus fideicommisso ad similitudinem aliorum omniũ priori loco institutorum, id est, sub alternatiua illa, si decesserit sine filijs, aut filiabus. vt optimè hoc deduxit D. Michael Gerardus in suis motiuis, quicquid in contrarium per aliquos scriptum fuerit. cùm igitur decesserit earum pater D. Benedictus & cum filiabus, & cum filijs masculis; defecit conditio fideicommissi in vtraque parte alternatiuæ; & ita non euenit casus substitutionis in eius persona; & per cõsequens perinde est, ac si ipsi patri nullum fuisset iniunctum fideicommissum. & cùm ipse decesserit ab intestato, debuerunt bona omnia ab eo possessa peruenire ad eius filios æqualiter, id est, ad masculum, & duas ipsas filias de iure cõmuni. Neque puto eo casu obstitisse eis statuta ciuitatis Papiæ, cùm ipsæ filiæ nondum essent nuptæ, de quo tamen dicto, id est, vtrum statuta eis præiudicauerint, me remitto ad Dominos Doctores Papienses; quia ad me transmissa *non fuit* copia ipsius statuti. Et quòd admittendæ sint ipsæ filiæ ad portionem fideicommissi reperiam in hæreditate patris, scilicet, pro ea rata parte, pro qua sunt hæredes patris; videtur admittere de plano Dominus Sansonus, qui est vnus ex his, qui scripserunt pro parte cõtraria. nam ipse solùm scripsit super casu, quo agitur de portionibus fratris, & patrui, de quibus infra dicetur. & id etiam videtur admittere Dominus Mazenta in secunda charta, quamuis postea in nona charta in fine fuerit sibi contrarius.

tius.nam præsupponit,quòd etiam quò ad portionem ipsarum sororum eis debitã ex bonis fideicommissi repertis in bonis patris euenerit cõditio in persona ipsius patris;& id etiam asserit D.Io.Maria Curtius, folio primo, & D. Paulus de Ecclesia, folio septimo; quod ego nullatenus puto esse verum; quia, vt dixi, cùm decesserit Dominus Benedictus & cum filijs, & cum filiabus; defecit penitus omnis cõditio in eius persona. Neque video quicquam,quod valdè vrgeat aduersus ipsas dominas sorores in hoc primo capite. nam id,quod ex aduerso deductum fuit,quòd fideicommissum hoc fuerit factum fauore agnationis; puto esse alienum à veritate, tum quia ipsa testatrix erat fœmina, tum quia vocauit & descendentes masculos, & fœminas, tum quia vocauit fœminas ante masculos legitimatos, tum quia deficientibus omnibus descendẽtibus masculis, & fœminis, vocauit propinquiores ipsius testatricis, non autem propinquiores ex gente seu agnatione Georgia.

Sin autem loquimur de portione fideicommissi,quæ semel pertinuit ad earum fratrẽ Dominum Castelinum, item & de portione, quæ semel pertinuit ad Dominum Petrum Franciscum earum patruũ, quas duas portiones constituto pro secũdo membro supradictæ distinctionis; puto rem de iure inclinare pro agnatis masculis aduersus ipsas dominas sorores, quæ in hoc casu petunt se admitti tanquã ad lucrũ. nam ex multis partibus testamenti apertè colligitur,voluisse testatricem, quòd respectu personarum,quas vocabat ad lucrum titulo fideicõmissi; essent præferendi masculi semper fœminis; & eam voluisse,quòd,deficientibus omnibus descendentibus masculis, admitterẽtur fœminæ,& non aliter.quæ verba per se patent, & fuerunt ab omnibus ponderata, qui scripserunt in hac causa. Neque videtur admittenda responsio,qua dicitur, quòd,dum voluit testatrix esse præferẽdos masculos fœminis; debeat intelligi de masculis eiusdem lineæ, & non de masculis alterius lineæ, nã præterquàm quòd replicari posset, quòd verba testamenti generaliter, atque absolutè dicunt masculos debere fœminis præferri,præsertim per enixũ illum modũ loquendi,omnes & singulos masculos. item quòd replicare posset, quòd prædicta responsio exigeret, quòd testatrix fecisset in singulis substitutionibus quinque gradus, videlicet,primo vocando masculos eiusdem lineæ, secundo fœminas eiusdem etiam lineæ, tertio masculos alterius lineæ, quarto fœminas alterius lineæ, quinto legitimatos; quòd tamẽ hic factũ non fuit,sed tres duntaxat positi fuerunt gradus. item dici posset, quòd ratio assignata in prohibitione alienationis vocat primo masculos in infinitum &c.præter (inquam)huiusmodi replicationes,extat aliud,quo tolli videtur omnis disceptatio. nam in prohibitione alienandi,versicu.item ex quamplurimis.& per totam eam paginam,& sequentem, præsertim in vers.& vlterius quæcunq; taliter alienata. & versi. ac eidem vel eisdem tunc instituit & substituit &c. explicauit testatrix clarissimè mentem suã, vocat enim primo loco filios masculos personæ alienãtis, secundo loco filios masculos non alienantium, tertio filias ipsius alienantis, quarto filias non alienantium, quinto personas legitimatas. Neque videtur bona responsio,qua dicitur,esse differentiã inter fideicommissum,& prohibitionem alienandi,non enim satis cõstat de ratione differentiæ in hoc proposito,cùm maximè hic fiat prohibitio accessoriè ad fideicõmissum,dixit enim testatrix, quòd iustis & legitimis multis rationib.& causis,& vt bona sua integrè cõseruentur in supradictis in infinitũ prohibet ea alienari &c. Et quãuis D.Paulus de Alijs,folio.15.& D.Michael Gerardus,duabus vltimis chartis videãtur sensisse hanc difficultatẽ, non tamen videtur fuisse per eos penitus sublata. sicut etiam nõ puto eam tolli ex dictis per D.Zerbum,& per D.Salernum, dum volunt, quòd substitutus debeat excludi per proximiorem in gradu iuxta tradita per Bart.& alios in l.hæredes mei.§.cùm ita. non enim videntur tradita ibi per Doct. posse applicari ad casum nostrum,quo testatrix separauit expressè masculos à fœminis,& masculos prætulit fœminis, etiã vlterioris gradus, vt per Do.Mazentam, folio.12.& 13. & per D.Io.Mariam Curtium,folio.7.qui ambo in hoc proposito videntur bene loqui.

De tertio autem quæsito nihil expedit hic tractare,vtrum scilicet possint ipsæ dominæ sorores vltra legitimam detrahere Trebellianicam, scilicet vel ex persona patris sui,vel ex persona fratris. videtur enim clarum,eam nõ posse detrahi;quia † non solet detrahi de rebus expressè prohibitis alienari, Roma. consil. 206. Corne.consil.22.à numer.29. vsque ad numerum.33. in secundo, Paris.consil.44. nume.10. 11.12.in tertio. 3

Iacob. Mand. Alb. Iuris Ciuilis interpres Pisis in prima Cathedra lectionis vespertinæ, saluo &c.1553.25.Nouẽbris, pro Illust. D.Io. Thoma Galerate Gubernatore Papiæ.

ARGVMENTVM.

De homicidio commisso per filium ad defensionem patris sui,an puniri debeat. Et de materia. l.vt vim.de Iusti.& iur.

SVM-

Svmmarivm.

1 Licitvm *Est percutere, & impunè occidere alium ad necessariam defensionem; & quando propriè verificetur.*

2 *Et potest percuti, vel occidi aggressor, non solùm si verisimiliter erat interfecturus talē se defendentem, sed etiā si erat illaturus solùm aliquod leue vulnus, vel percussionem; & tunc non tenetur defendens de homicidio, neque de excessu, neque de doloso excessu &c.*

3 *Filius potest percutere, vel occidere ad defensionē patris.*
Et frater ad defensionem fratris.
Et maritus ad defensionem vxoris.
Et socius itineris ad defensionem socij.

4 *Testibus deponentibus de defensione, creditur etiam quòd deponant per verbum, credo. & maximè quando de eorum dictis colligitur ratio, vel expressè adducunt rationem.*

5 *Testis depositio valet, etiam quòd simpliciter dicat factum fuisse ad defensionem.*

6 *Testes deponentes de publica fama defensionis necessariæ probant.*

7 *Præsumptio innocentiæ plurimum augetur, quando quis se sponte constituit in carceribus.*

Consilium XCIIII.

QVIA deducta per suprascriptū Excellentem Iurisconsultum D. Christophorum Reghinum videtur esse verissima & in facto, & in iure; propterea à facilè descendo in eius sententiā, quòd Petrus Rabagius nullam penitus mereatur pœnam, neque homicidij, neque aliquam mitiorem; sed tuto animo, atque intrepidè possit se personaliter cōstituere in carceribus ad faciendum suas defensiones. Nam ex depositione trium testium maximè, videlicet Matthæi, & Marci, & Amadei, cōstat, quòd ille Peregrinus & verbis, & armis aggressus fuit Antonium patrem ipsius Petri, dum euaginato pugione petebat ipsum Antonium, seu (vt vulgò dicitur) admenabat pugionem contra eum, qui Antonius erat senex septuagenarius, & inermis, nihil habens nisi baculum, quo vti solebat, tanquam socio itineris: & quòd ipse Petrus incontinenti, vt defenderet patrem, interposuit se, & vulnerauit Peregrinum semel tantùm cū instrumento ferreo, quo solent putari vites &c.

1 tali enim casu † videntur propriè verificari iura dicentia aliquem licitè percutere, & impunè occidere alium, & censeri eum facere ad necessariam defensionem. l. sed & si quemcunq;. in prin. ff. ad leg. Aquil. vbi etiam Bart. & plenius idem Bart. in l. si ex plagis. §. tabernarius. eod. tit. Et quamuis etiam possit dari casus; quòd aliquis censeatur ad suam defensionem percutere, vel occidere alium, à quo fuerat ante percussus; tamen id facilius præsumitur, quando nondum fuerat percussus, sed imminebat ille de proximo percussurus, vt ibi per eum. quæ

2 † procedunt, nō solùm si ille aggressor erat verisimiliter interfecturus hunc se defendētem, sed etiam si erat illaturus leue aliquod vulnus, vel percussionem, vt deducit Alexan. in iam allegato in hac causa cons. 76. colum. 2. nume. 7. & colum. 3. numer. 8. in primo volum. & cons. 109. colum. 3. eod. volum. & consil. 14. colum. fin. in tertio, & cons. 119. colum. 2. in septimo, & Corne. cons. 107. in primo volum. Deci. cō- sil. 676. & consi. 678. qui omnes etiam concludunt tali casu cēseri omninò licitam defensionem; adeò, quòd quis non tenetur neque de pœna homicidij, neque de excessu; & tali casu non est opus distinguere, vtrum excessus fuerit commissus dolo, an sine dolo, iuxta tradita per Alexand. in cons. 140. colum. fi. in 2. volum. & d. cons. 76. colum. 2. & d. cons. 109. colum. 3. in primo volum. & d. cons. 119. colum. 4. in septimo; quia euidenter patet non solùm nō interuenisse dolum, sed neq; culpam, neque excessum aliquem. & tāto magis cùm in casu nostro ille Peregrinus esset vir iuuenis & robustus, & armatus, Antonius autem esset senex, & debilis, & inermis. nam huiusmodi qualitates personarum plurimum faciunt, vt tradunt prædicti Doctor. Neque difficultas vlla esse videtur, quin sicut Petrus potuisset licitè se defendere, si Peregrinus immediate aggressus fuisset eum;

3 ita etiam † potuerit defendere Antonium patrem suum, iuxta iam allegatam decisionē Baldi, in l. 1. colum. 5. num. 16. & 17. C. vnde vi. sicut etiā frater potest tali casu defendere fratrem, Alexand. consil. 2. colum. penult. numer. 13. in septimo, sicut & filius potest defendere patrē, & maritus vxorem, vt per Bart. in l. vt vim. vbi etiam post alios tradit Deci. colum. penul. numer. 32. tradit etiam Corn. d. cons. 107. colum. 2. nume. 12. in primo vol. vbi etiam id trahit ad socios itineris.

Et præter hāc præsumptionem iuris, quòd, stantibus prædictis, censeatur Petrus quicquid fecit fecisse ad legitimam, ac necessariā defensionem patris sui, vt etiam per Deci. cons. 459. numer. 4. & cons. 469. colum. fin. extat in casu nostro res clarior; quia deponunt testes suprà dicti, quòd id factum fuit ad defensionem, & adducunt bonas rationes. volunt autem Do-

4 cto. communiter esse † credendum testibus tali casu deponentibus de defensione, etiam si vtantur verbo, credere. Alexand. d. cons. 76. colum. fin. & ad consil. 106. colum. 3. numer. 7. & colum.

colum.5. & 6. in primo vol. præsertim quando ex eorum dictis colligitur ratio, vt ibi per eum, & idem Alex. in d.consil.119.col.3.in septimo. Corn.cons.162.col.2.in 1. vol. Deci. d. consil. 459.in fi.& d.cons.469. nu.8. & Boerius decisione 164. colum. fi. quinimò † volunt, quòd valeat depositio testis, etiã si simpliciter dicat, quòd factũ fuit ad defensionem. Alex. d. cons. 109.colum.5.num.10.Corne.d.cons.162.col. 1.Deci.d.cons.459.num.6.& d. cons.469. nu. 5.6.10.Boerius vbi supra. Accedit etiam depositio aliorum quampluriũ testium † deponentium de publica fama talis defensionis necessariæ, vt per Alex.d.cons.14.col.fi. vers. & sunt etiam plures. in 3.vol.

Sed præter supradicta, accedit etiam plurimum ad augendam præsumptionem innocentiæ † ipsius Petri, quòd ipsemet, qui nunc est in libertate, cõstituet se spontè sua in carceribus, vt latè deducit Marsil.in sua Prac.crimi. §. diligenter.in charta penul.& fin. seu à nume. 204. vsque ad nu. 209. pro quo dicto mihi videtur facere text. in l. si adulterium. §. incestum autem. versi. & facilius si nemo reum. ff.de adulte.& habet secum naturalem rationem, atque quotidianam experientiam.

Iacob. Mand. Alb. Iuris Ciuilis vespertini in prima Cathedra interpres Pisis. 1554. 25.Ianuarij, In causa, quæ agitatur Pontremuli.

ARGVMENTVM.

De consuetudine præstandi fidem libris mercatorum, an valeat. Et de mercatore, qui scripsit in libro; aliquem fideiussisse pro alio, an scilicet fideiussio dicatur de pertinentibus ad artem, & an creditur &c.

SVMMARIVM.

1 CONSVETVDO, *quòd præstetur fides libris mercatorum vel artificum, debet intelligi, & limitari, nisi contrarium videatur Iudici ex aliquibus causis probabilibus; & si statutum, vel consuetudo disponeret contrarium, esset indiscreta, & prona ad malum.*

2 *Arbitrium Iudicis intelligitur, vt debeat esse suffultum probabilibus rationibus.*

3 *Omnis probatio, qualiscunq; sit, etiam ordinaria, consistit in arbitrio Iudicis.*

4 *Iudex potest, si sibi videtur, non adhibere fidem testibus, & etiam instrumento publico, quãuis instrumentum non pronuncietur falsum &c.*

5 *Mulla tractantur, quæ non perficiuntur.*

6 *Confessio extraiudicialis facta, præsente parte plenè probat.*

7 *Extraiudicialiter dicta, aut facta corã honestis personis, æquiparãtur dictis, aut factis in iudicio.*

8 *Querimoniæ, quæ fiunt corã amicis, vel alijs personis, postquàm aliquis casus contingit; habentur in consideratione, & probant verum animum conquerentis, & præstant probabile iudicium &c. etiam si tractetur de præiudicio tertij.*

9 *Propter honestatem alicuius personæ potest admitti probatio, etiam cõtra præsumptionem iuris, & de iure.*

10 *Depositio vnius testis, & confessio partis plenè probant intentionem.*

11 *Fideiussio non est de pertinentibus ad artem, seu negociationem mercatoris, sicut nec mutuum, commodatum, vel depositum.*

12 *Libris mercatorum credẽdum est in pertinentibus ad eorum artem, vel exercitiũ, & quæ ipsi aliter nõ facerent, nisi exercerent eam artem.*

13 *Pignus, & fideiussio, æquiparantur.*

14 *Fideiussio quod non sit de pertinentibus propriè ad mercatores, & quòd non credatur eorum libris, quatenus continent fideiussionem.*

Consilium XCV.

TRIA videntur extare in præsenti casu, ex quibus iudicãdum videtur in fauorem Excellentis Doctoris, D. Ioannis Argẽterij. Primum est, 1 quod † consuetudo præstandi fidem libris mercatorum, vel artificum, quæ asseritur vigere in præsenti ciuitate Pisarum, debet intelligi cum tacita quadam subauditione, seu limitatione multum æqua, & rationabili, videlicet nisi contrarium videatur Iudici ex probabilibus aliquibus causis, vt tradit Bald.in l. vnica.in 3.colum. nume.13.vers.quid ergo est in codicibus. C. de confes.vbi in effectu concludit, consistere rem totam in arbitrio Iudicis; aitque, quòd, si consuetudo, vel statutum disponeret contrarium, esset indiscreta, & non valeret; quia esset prona ad malum, id est, ad falsum cõmittendum; & hoc dictum sequitur, & existimat notãdum Abb.in c.bonæ.el 2.colum.fi.numer.30. versi. vide tamen notabilem limitationem. extra de postula, prælato. & Ias. in l. admonendi. in secunda lectura, num.122. & 123. ff.de iureiuran. non quidem quòd debeat Iudex pro mera sua voluntate indistinctè vel reijcere librum, vel ei credere, sed debet adhibere arbitrium; quod 2 † arbitrium intelligitur esse debere suffultum probabilibus rationibus.l. hodie. ff. de pœnis. tradunt gloss.& Bartol.in l. si qua pœna. in fin. ff.de verb.signi.gloss.in c.super his.vbi latè Felin.colum. 5. & 6. extra de accusa. & quòd talis probatio sit in arbitrio Iudicis, est habendum 3 omninò pro expedito; quia id pariter † habe-

†Et Socin. iun. conſ. 90. nu. 19. in 2. vol. & conſ. 61. num. 46. eo. vol. Vin. Annib.

tur pro expedito in reliquis omnibus † generibus probationum, etiam ſi ſint probationes ordinariæ, putà per teſtes, vel per inſtrumenta, vt tradit Pau. de Caſt. in dict. l. admonendi. colum. ante pen. num. 39. Deci. conſ. 650. in prin. & conſil. 652. verſicu. pro reſolutione. Et ſolet cenſeri, quòd ſingularis eſſet deciſio Bart. in l.
4 Lucius. in fin. de infami. quòd † licet teſtes clarè probent ſecundum verba, poteſt Iudex, ſi ſibi videbitur, eis non adhibere fidem, & idemmet poteſt cõtra inſtrumentum publicum, vt latè tradit Curt. iun. conſil. 178. poſt Bald. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtru. Felin. in c. auditis. numer. 23. de præſcrip. quamuis Notarius non puniatur de falſo, neque pronunciatum ſit inſtrumentum falſum, vt per Io. de Ana. conſil. 49. ſeu per Bolog. ibi in addi. In caſu autem noſtro multæ videntur extare coniecturæ, & rationes probabiles, propter quas multum Magnificus. D. Vicerector magis debet adhibere fidem Argenterio, quàm mercatori eius aduerſario. Prima, quia pro D. Argenterio extat depoſitio vnius teſtis deponentis expreſsè, quòd nihil fuit concluſum coram ipſo D. Argenterio, quamuis aliquid fuiſſet tractatum, & vt ait Bald. in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi quis alte. vel ſibi. Alexan. conſ. 28. libro primo. Deci. conſ. 11. colum. 1. multa † tractantur, quæ nõ
5 perficiuntur. & non videtur adeò domeſticus teſtis, vt ei credendum non ſit, cõcurrentibus ſaltem alijs coniecturis, de quibus infra. Secunda ratio, vel coniectura eſt; quia ipſemet aduerſarius ſatis id fuit confeſſus coram ipſo Domi. Argenterio, vt probatum eſt; & quamuis fue-
6 rit confeſſio † extraiudicialis, cùm tamen facta fuerit, præſente parte, plenè probat. l. certum. §. ſi quis abſente. vbi Bartol. ff. de confeſ. Deci. conſ. 146. colum. 2. Tertia ratio, vel coniectura eſt; quia ipſe Dom. Argenterius ſtatim, poſtquàm reſciuit ſe fuiſſe ſcriptum pro debitore; conqueſtus fuit nõ ſolùm cum ipſo mercatore, vt patet ex ſupradicta eius confeſſione, ſed etiam narrauit caſum duobus Doctoribus, videlicet mihi, & D. Beltramino, cõſulens nos de eiuſmodi negocio, vt pariter probatum eſt
7 in proceſſu. ea † enim, quæ fiunt, etiam extraiudicialiter, coram honeſtis perſonis; ſolent æquiparari his, quæ dicũtur, vel fiunt in iudicio. l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo. ff. depoſi. & quòd ta-
8 les querimoniæ; † quæ fiunt coram amicis, vel alijs perſonis, poſtquam ſtatim cõtigit aliquis caſus; ſoleant haberi in conſideratione, & probare verum animum ipſius conquerentis, & præſtare probabile indicium, quòd ita ſe habeat veritas, etiam ſi tractetur de præiudicio tertij; patet ex his, quæ tradit Marſil. in ſua Prac. crimi. in prin. ſeu in §. principium. num. 6. & 7. in duobus locis, dum loquitur de illo, qui, cùm vidit ſibi fuiſſe factum furtum; conqueſtus ſtatim fuit corã amicis. Et præter eam primam querimoniam, ſucceſſerũt alij quamplures actus ipſius Dom. Argenterij, tendentes ad eundem effectum, videlicet mandatum in Do. Iacobum de Prato Germanum, legum ſcholarem, vt in abſentia ipſius D. Argenterij curaret hoc negocium, vt eximeretur de illo libro; & literæ etiam eius multæ priuatim ſcriptæ ſuper hoc; itẽ conuentio iudiciaria coram Dominis conſulibus, dum ſcilicet ipſe D. Argenterius cõuenit aduerſarium ſuum, & petebat ſe eximi de eius libro; item proteſtatio, de qua in motiuo. non enim per eam cõfeſſus eſt D. Argenterius ſe eſſe debitorem; quinimò expreſsè negauit, vt patet ex eius lectura, & pariter patet ex alijs actibus ſupradictis; & id, quod fecit in ea proteſtatione, fecit ad abundantem cautelam. Quarta ratio, ſeu coniectura colligitur ex errore nominis ipſius Do. Argenterij, non quidem quòd ex hoc inferatur ad falſitatem libri, vt obijcitur in motiuis; ſed ſolùm vt ex eo eliciatur coniectura, quòd ea ſcriptura nõ facta fuit præſente ipſo D. Argenterio: quia veriſimile eſt, quòd eo præſente non fuiſſet ceratum in eius nomine. Quinta ratio ſumi poteſt ex qualitate ipſius D. Argenterij, cuius perſona eſt talis autoritatis, & legalitatis, vt non ſolùm in parua adeò ſumma, qualis iſta eſt, de qua agitur, ſed etiam in longè maiori ſumma debeat de facili Iudex non credere aduerſario, vt tradit Deci. conſil. 575. incipiente, In caſu in quo in terra Mandulphi. columna 2. in princ.
9 numer. 6. vbi ait, † quòd propter honeſtatem perſonæ poteſt admitti probatio, etiam contra præſumptionem iuris, & de iure. Sexta ratio, vel coniectura accedat ex eo, quòd ille, qui ſcripſit in libro, fuit famulus, & non fuit ipſe mercator &c.

Secundum fundamentum principale ſit,
10 quòd ſtante ſupradicta depoſitione vnius † teſtis, & confeſſione ipſius partis videtur Dominus Argenterius plenè probaſſe intentionem ſuam, vt per Bart. in d. l. admonendi. num. 48. & 49. qui id tradit etiam fauore actoris, & quãdo facta eſt confeſſio abſente parte; ergo multo magis id debet procedere in caſu noſtro, quo ſolùm tractatur de fauendo ipſi reo conuento, & quo facta fuit cõfeſſio præſente parte; & ſi ea duo per ſe non ſufficiunt; debent tamen ſufficere, ſaltem cum iuramento deferendo ipſi Domino Argẽterio in ſupplementum probationis.

Tertium fundamentum poteſt cõſtitui, eò,
11 quòd † fideiuſſio nõ videtur eſſe de pertinentibus ad artẽ, ſeu negociationẽ ipſius mercatoris, ſi-

ris, sicut de mutuo, & de cõmodato, vel de deposito dicit Ias. in d. l. admonendi. in secunda lectura, nu. 123. vers. tertiò diligenter. nam, vt ibi ait Alex. nu. 36. vers. & hoc procedat. credendum est libris mercatorum, quando continet aliquid, qđ pertinet ad eos facere ratione exercitij, & artis suæ, & quod nõ aliter facerent, nisi exercerent eam artem: sed scribere, quòd vnus fideiussit, seu promisit pro alio, potest fieri nõ solùm per mercatores, sed & per quodlibet aliud genus personarum, & ad hoc propositum videtur esse text. in l. siquis ex argentarijs. §. rationem. ff. de eden. qui ait, quòd si argentarius in libro suo scripsit pignus, non censetur esse actus pertinens ad eius negociationem; & non videtur posse intelligi ille tex. de pignore ex alia extranea causa penitus; quia esset de inducquiparari. l. 1. §. iubet. ff. de colla. bono. gloss. & Bart. in l. 1. ff. qui satisda. cogan. Alex. consi. 65. in fine. 5. volum. & in terminis quòd fideiussio non sit de pertinentibus propriè ad mercatores; ideoque credendum non sit eorum libris, quatenus continent fideiussionem; tradit Ias. consi. 103. in primo vol.

12 dum est libris
13 bitabili
14 † non

Præmitto ea, quæ in vniuersum possent superaddi, facientia ad præsentem casum, præsertim quòd D. Argenterius non est actor, sed est reus conuentus, & in dubio fauendum est reis, scilicet in decidendo. item quòd casus iste est plurimum exemplaris, & posset de facili afferre præiudicium omnibus Doctoribus legentibus, & scholasticis, si ita indistinctè esset adhibenda fides quibuslibet libris mercatorum, vel artificum &c. quæ omnia non dubito, quin cõsiderentur per Magnificũ D. Vicerectorem pro sua prudentia.

Iacob. Mandellus Alben. legens Pisis. 1554. die 12. Martij, pro Excellen. Artium & Medicinæ Doctore D. Ioanne Argenterio.

ARGVMENTVM.

De lapsu instantiæ, & quòd sententia tunc lata sit nulla. Et an statutum præfigens instantiam causis excedentibus libras centum, trahatur, & extendatur etiam ad causas minores, & non ascendentes ad libras centum, vt scilicet habeant eandẽ instantiam &c.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA *lata post instantiam peremptã est ipso iure nulla.*

2 *Statutum vnum si se habeat per modum regulæ, tunc disposita in eo statuto, censentur repetita in sequenti statuto.*

3 *Leges, & statuta recipiũt naturalem intellectum.*

4 *Statuta ita debẽt semper interpretari, ne statuentes mereantur reprehensionem.*

5 *Statutum præfigens instantiam aliquibus causis debet multo magis extendi ad alias causas minoris summæ.*

6 *Statuta præfigentia instantiam litibus sunt fauorabilia, & extenduntur ad quascunq; causas, in quibus viget similis vel maior ratio.*

7 *Omnis causa, & omnis lis habet instantiam, etiam si sit causa minima, vel extraordinaria, vel summaria, etiam si sit mera executio.*

8 *Vbi viget statutum, seruatur statutum, quicquid disponat ius commune.*

9 *Iuris communis appellatione intelligitur ius statutarium ciuitatis, scilicet quò ad causas, quæ vertuntur in ipsa ciuitate.*

Consilium XCVI.

PRÆTER illa, quæ scripta fuerunt pro Excellenti D. Argẽterio in meritis rei, cùm verteretur causa corã Magnifico D. Vicerectore, videtur pro eo extare aliud fundamentum, quod tollit omnes difficultates, videlicet, quòd sententia contra eum lata per dictum D. Vicerectorem,

1 † fuit lata longè post instãtiam peremptam; & ita fuit ipso iure nulla. l. cùm non ex eo die. C. quan. prouo. non est necess. Bart. & alij in l. properandum. in fine principij. C. de iudi. quòd autem lata fuerit post lapsam instantiam, patet; quia lata fuit post quinquaginta dies datos à statuto huius vniuersitatis, vt patet in statuto. 17. nam fuit lata post dies vtiles. 70.

Sed quia, vt audio, reuocatur in dubiũ, nunquid dispositio prædicti statuti. 17. quo præfigitur instantia causis excedentibus summam librarum centum; trahatur etiã ad causas non ascendentes ad summam librarum centũ, quasi prima facie dicendum videatur, eas causas minoris summæ non habere instantiam; quia ponuntur separatim sub ipso statuto decimo octauo, tanquam habentes separatam naturam à causis, de quibus in statuto præcedenti, &c. dico esse apud me certum de iure, & tanquàm indubitabile, quòd etiã huiusmodi causæ minores centum libris, cẽseri debent ex dispositione ipsorum statutorũ vniuersitatis habere eandem instantiam quinquaginta dierũ: quia statutum decimum octauum se habet tanquam quid accessorium ad statutum decimum septimum, vt euidenter patet in secundo eius dicto, dũ disponit, quòd siquis fuerit condemnatus in aliqua causa infra centum libras, vel etiam condemnatus in superioribus causis, id est, in causis, de quibus dictum fuerat in statu-

to. 17. & pariter patet eò, quòd ipsum statutũ. 18. est breuissimum, & esset imperfectum, nisi præsupponeret repetita ea omnia, quæ continentur in statuto. 17. exceptis duobus duntaxat nouis dictis, quæ ponuntur in ipso statuto, & propter quæ duo fuit facta specialis Rubrica ipsius statuti; quorum vnum est, quòd Dominus Rector det dilationes quàm breuissimas; aliud est, quòd, si causa nõ excedat summã duo decim librarum, non sit ex necessitate scribenda sententia in libro actorum, cùm igitur ve-
2 niat accessoriè ad statutum. 17. sequitur, † quòd reliqua omnia disposita in statuto. 17. debent censeri repetita in statuto. 18. cùm illud. 17. se habeat per modum regularè, Bar. in l. 4. §. eritque hæc differentia. col. 2. vers. secundo casu. ff. de vi bonorum raptorum.

Item quòd statuẽtes voluerint, quòd causæ minores centum libris haberent instantiã breuem, indicat dispositio ipsius statuti, dum ait, quòd dilationes dari debeãt quàm breuissimę, id est, longè breuiores, quàm in causis exceden tibus eam summam; adeò quòd debent in istis esse dilationes breuiores, est etiã de plano admittendum, voluisse statuentes, quòd haberẽt instantiam breuem, id est, saltem non longiorem, quàm habent aliæ causæ: & statutum id præsupposuit pro expedito; & alioquin esset absurditas maxima, quòd voluerint statuentes dari breuiores dilationes in his causis, quàm in causis excedentibus centum libras, & tamẽ instantiam principalem esse in istis longiorẽ longo interuallo, quàm in illis, id est, durare tribus annis iuxta terminos iuris cõmunis. hæc enim
3 ratio per se haberet sufficere. nam † & leges, & statuta recipiũt naturalem intellectum, inquit tex. in l. cui pacto. ff. de seruis expor. & l. non si-
4 ne. C. de bon. quæ libe. & statuta † ita semper debent interpretari, ne statuentes mereantur reprehensionem. vt ait Soci. cons. 63. col. pen. nu. 13. in 1. vol. per tex. in l. Saluius Aristo. ff. de leg. præstan. & in terminis de interpretatione,
5 atque extensione † statuti præfigentis instantiam aliquibus causis, vt scilicet extẽdi debeat multo magis ad alias causas minoris summæ, id tradit, & mouetur prędicta ratione Soci. cõsil. 95. incipiente, Capiendo. col. 1. vers. his tamen non obstantibus. 1. volum. vbi etiam ait, quòd lites cito finiri, concernit publicam vti-
6 litatem; ideò † statuta, quæ constituunt instantiam litibus, censentur fauorabilia, & debent extendi ad quascunq; causas, in quibus vigeat similis, vel maior ratio; & bene erit videre illud consiliũ; quia in effectu decidit casum nostrũ; & simili etiam ratione mouetur Abb. in c. pen. col. fin. extra de iudi. & Roma. consi. 174. Amplissime Doctor. col. 1. vers. 2. quia si tex. latè etiam Alex. cons. 50. Visis actis. col. 3. in fin. & 4. nu. 11. 12. 13. vers. & pro ista opinione facit quia dispositio. in 2. vol.

Tertiò concludentissimè deduci, & verificari potest supradicta opinio à sufficienti partium enumeratione. nam videtur necessarium dicere vnum ex quatuor, videlicet, aut quòd huiusmodi causæ minores centũ libris nullam penitus habeant instãtiam, aut secundò, quòd habeant instantiam iuris communis, quæ est trium annorũ, aut tertiò, quòd habent instantiam, quã regulariter habent omnes causæ quę tractantur in hac ciuitate Pisarum secundum generalia statuta ipsius ciuitatis, aut quartò, quòd habeant instantiam introductam speciaex quatuor istis dici non potest, nam certissimum est de iure, id est, secundum communes
7 conclusiones Doctorum, quòd † omnis causa, & omis lis habet instantiam, etiam si sit causa minima, vel extraordinaria, vel summaria, quinimò etiã si sit mera executio, vt tradit laf. in d. l. properandum. in princ. in 3. colum. post Abb. in d. c. penult. col. fin. de iudi. Alexand. d. consil. 50. colum. 3. numer. 9. vers. præterea & fortius. in 2. volum. & Roma. in d. consi. 174. & Soci. in d. consil. 95. tradit etiam Paul. de Cast. in l. 2. §. quod obseruari. col. 3. C. de juramen. calum. Secundum verò ex quatuor prædictis, id est, quòd huiusmodi causæ habeant instantiam triennalem iuris communis dici etiã non potest, quia, præterquàm quòd esset absurdũ, quòd statuta Vniuersitatis, quæ voluerunt in istis minimis causis debere dari breuissimas dilationes, concessissent eis instantiam principalem longissimam, vt supradictum est, extat aliud magis vrgens, videlicet, quòd cùm in præsenti ciuitate extent statuta præfigentia instantiam omnibus causis, cessare debet dispositio
8 iuris communis; quia iuxta vulgare dictũ Baldi, † vbi viget statutum, serua statutum, quicquid disponat ius commune. Bal. in l. 1. in fine. C. de arbitris. Deci. in l. quanquam. col. 1. C. de mili. testa. & cùm in præsenti ciuitate extẽt statuta disponentia specialiter de instantia, & efficientia eam breuiorem in omnibus causis; sequitur, quòd, si volumus dicere casum nostrũ fuisse omissum à statutis studij, & relictum in terminis iuris communis opus est fateri, quòd ius commune hic intelligatur, non ius illud de
9 quo in corpore iuris, sed intelligatur † ius statutariũ totius ciuitatis; quia illud propriè, & vtè & absolutè venit appellatione iuris communis, scilicet, quò ad causas, quæ vertũtur in ipsa ciuitate, vt tradit laf. in l. omnes populi. in prima lectura, à nu. 12. vsq; ad numerum. 19. & in secunda lectura, nu. 20. cũ multis sequen. ff. de iusti.

instit. & iur. Aut verò dicimus tertium ex quatuor prædictis, id est, quòd huiusmodi causę habeant instantiam datam à statutis totius ciuitatis, & tunc obstant huic dicto ea, quæ fuerũt supra deducta in primo, & secundo fundamento; quibus inclinandum videtur, quòd potius censeantur habere instantiam datam à statutis studij; & ita persistendum est in quarto, seu vltimo dicto. Sed quia quò ad effectum nulla est differentia in hoc proposito inter statuta studij, & statuta totius ciuitatis; quia quælibet eorum præfixerunt instantiam 50. dierum; propterea non expedit hoc disputare; sed satis sit demonstrasse, ꝙ locus esse non potest duobus prioribus dictis, id est, vel ꝙ nullam habeãt instantiã, vel ꝙ habeant instantiã triennalem iuris cõmunis, quia vtrunq; esset absurdũ; remanet igitur vt habeant instantiã 50. dierum.

Et postquã scripsi supra dicta, vidi diligẽtius statuta ipsius ciuitatis; & reperi, quòd in causis nõ excedentibus centum libras præfixerũt instantiã aliquantulũ longiorem, quàm dixerim id est, præfixerunt instantiam dierum 65. id tamen non nocet hic, quia in casu nostro lapsi sunt 70. dies vtiles. deinde in effectu standũ est statutis vniuersitatis, vt dictum fuit.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Pisis. 1554. 17. Aprilis, etiam pro Excellenti D. Argenterio.

ARGVMENTVM.

An grauatus per fideicommissum, seu prohibitus alienare possit bona fideicommissi alienare, seu permutare, & alia loco ipsorum subrogare, si ex tali alienatione, vel subrogatione fideicommissum efficitur melius, & vtilius, quòd sic: & latè de hoc ad defensionem cuiusdã hæredis grauati, qui propria quædam bona vtilius subrogauerat, &c. Item, an vocabulum, permutatio. comprehendat subrogationem factam ab vna, & eadem persona tantùm. Et aliqua vtilia in materia contractus simulati, quot modis scilicet fiat simulatio, quando sit licita vel illicita: & quòd probari debeat certa species, & causa simulationis, &c. vide optimè in hoc consilio.

SVMMARIVM.

1 POENA *priuationis bonorum contra alienantes adiecta per testatorem in probatione alienationis est de iure valida.*

2 *Prohibitio alienandi realis censetur esse fortior prohibitio, & nullam patitur exceptionẽ, etiã si res transeat in multas personas.*

3 *Contractus præsumuntur simulati ex coniecturis, & ex qualitate, & vicinitate eorum.*

4 *Ex contractu simulato non transfertur dominium, neque possessio. sed vide infrà nu. 49.*

5 *Clam procedens, & per indirectum, censetur committere fraudem.*

6 *Ex solo conatu fraudulento quis punitur in pœnalibus, licet non sequatur effectus, & ad cõmittendam pœnam sufficit fieri de facto.*

7 *Citandi sunt omnes, de quorum interesse agitur.*

8 *Absentibus, & ignorantibus ius non acquiritur etiã quòd Notarius stipuletur pro eis, sed semper requiritur ratificatio, & ante ratificationem potest reuocari quicquid actum fuit.*

9 *Ex effectu malo solet præsumi mala mens, & omne malè actum præsumitur prauo animo actum.*

10 *Electio semper est creditoris, quod pignus, scilicet persequatur, quando habet hypothecam generalem, sed limita vt infra nume. 52.*

11 *Ex præterito semper præsumimus in præsenti, nisi expressè probetur contrarium.*

12 *Testatores aliquando faciunt prohibitionem alienandi propter affectionem, quam habent ad bona, sed aliquando faciunt habentes intentionem ad valorem patrimonij &c.*

13 *Actus vnus alienationis si sit permissus, censetur etiam permissus omnis alius actus illi similis, & afferens eundem effectũ, vel meliorem, secus si deteriorem, & licet non seruetur forma concessa: sufficit tamẽ, quòd satisfiat causæ, propter quam fuit permissa alienatio.*

14 *Expressio aliquorum casuum non excludit alios casus similes, qui sunt eiusdem effectus. & infra nu. 42.*

15 *In materia prohibitæ alienationis per testatores debet potissimum inspici ratio, & mens testatoris: & valet alienatio, quæ non offendit mentem, & rationem, licet offendat verba prohibitiua alienandi.*

16 *Alienatio feudi licet sit prohibita: censetur tamen permissa, quando ex alienatione efficitur conditio feudi melior.*

17 *Alienatio fundi dotalis est regulariter prohibita, potest tamen fieri, quando affert vtilitatem mulieri, etiam inuita muliere. Idem de fideicommisso cum prohibitione alienandi.*

18 *Hæres grauatus fideicommisso, & prohibitus alienare, potest alienare, si alienatio tendit ad vtilitatem fideicommissi.*

19 *Bona Ecclesiæ sunt regulariter prohibita alienari: possunt tamen alienari, si id tendat in vtilitatem Ecclesiæ.*

20 *Vocabulum, permutatio. latè patet, & quid comprehendat.*

21 *Permutatio dicitur etiam, quando simpliciter fit subrogatio vnius rei pro alia, ab vna, & eadem persona, veluti quando hæres subrogat alia bona loco bonorum fideicommissi. & infra nume. 43*

22 *Probatio dubia eo quòd potest multis modis intelligi, censetur esse non dubia, sed concludens, quando secundum quemlibet intellectum concludit intentionem probantis.*

23 *Quilibet actus in dubio præsumitur verus, & non simulatus, & num. 27.*

24 *Qui dicit actum simulatum, debet deducere, & concludenter probare certam speciem, & causam simulationis, & talem simulationem, quæ de iure sit improbata, aliàs nihil agit: & quæ sit ratio, optimè declarat.*

25 *Simulationum quædam sunt reprobatæ, quædam verò sunt permissæ, & declarat.*

26 *Diuersæ sunt causæ, propter quas fiunt simulationes.*

27 *Simulatio non præsumitur, nisi probetur.*

28 *Probari etiam debet certa persona, propter quam dicitur facta simulatio: & causa simulationis, quæ allegatur, debet esse ad propositum negotij, de quo agitur, & sufficiens, & idonea.*

29 *Testes recepti ad æternam rei memoriam non releuant, si postea non fuerunt producti in iudicio, & publicati &c.*

30 *Falsitas quæ nemini nocet non punitur: neq; etiã simulatio.*

31 *Probatio proueniens ab euidentia rei superat cætera omnia, quæ dici possunt in contrarium.*

32 *Simulatio ex iusta causa non nocet. & infra, nume. 46.*

33 *Simulatio non est improbata, quando per simulationem fit solùm trãsitus de vna causa ad aliã, ex quibus causis vna potest æquipollere alteri secundum voluntatem contrahentium.*

34 *Aliud est esse in fraudem factum, aliud simulatum, aliud fictum, & aliud imaginarium, remissiuè.*

35 *Regulariter nemo vnquàm incidit in pœnã, nisi committat dolum, vel fraudem.*

36 *Quæ requirantur, vt quis censeatur esse in dolo, seu in fraude, & quomodo sumantur in iure dolus, & fraus, & an idem sint.*

37 *Subrogationes, quæ fiunt circa res subiectas fideicommisso, vel legato, si continent vtilitatem, præsumuntur factæ bona mente, & bono animo.*

38 *Nõ præsumitur quis voluisse subuertere, vel fraudare fideicommissum, si habet filios inter quos etiam est factum fideicommissum &c.*

Et similis coniectura fit in alienatione feudi.

39 *Alienatio feudi an, & quando censeatur facta in fraudem, remissiuè.*

40 *Quando ex multis singula per se non sufficiunt, debent omnia simul cumulari.*

41 *Pœna priuationis adiecta per testatorem debet strictè interpretari, quantum fieri potest, & in dubio debet excludi, & non extendi, etiã quòd tractetur de fauore Ecclesiæ.*

44 *Simulatio non est reprobata, quando fit contractus aliquis, & agitur tacitè, quòd breui tempore sit duraturus.*

45 *Contractus aliquando est ipso iure nullus: & tamen habetur pro valido quò ad contrahentes, quando scilicet ipsi contrahentes eum miserũt executioni, & eum semper seruarunt, ac in eo perseuerant, &c.*

46 *Simulatio ex honesta, & iusta causa, non infringit contractum.*

47 *Ex contractu inutili transfertur dominium, & possessio, quando est inutilis, quia factus est præter legem, non autem contra legem, & quomodo.*

48 *Ex contractu inutili transfertur dominiũ, etiã quando est inutilis, quia lex resistit cõtractui, & quando.*

49 *Ex contractu simulato an transferatur possessio, & dominium, & quando.*

50 *Quando fit subrogatio aliorum bonorum loco bonorum fideicommissi, non requiritur citatio, vel consensus cohæredum, vel fideicommissariorum.*

51 *Bona, quæ subrogantur, censentur vsque ab initio fuisse relicta à testatore.*

52 *Limitatio ad text. in l. creditores. ff. de distrac. pign. quando, scilicet creditor non possit actione hypothecaria persequi vnum pignus ex multis, quod sibi magis placet.*

53 *Excussio fit prius hodie aduersus debitorem principalem, antequàm vexentur extranei possessores, siue quis habeat hypothecam tacitam, siue expressam, siue ex causa dotis &c.*

54 *Frustratoria est disputatio, & inuestigatio illius ambiguitatis, quæ secundum quamlibet intelligentiam affert eundem effectum.*

55 *Numeratio tacitè quandoque præsumitur à lege, & quando.*

56 *Actus præsumitur quandoque factus breui manu, &c.*

Consilium XCVII.

IN casu proposito dicendum videretur, D. Romanum contrauenisse voluntati testatoris, dum alienauit bona sancti Quirici, & priuandum esse ipsis bonis, seu vendicanda esse ea bona, apud quemcunque sint, tanquàm D. Romanus ea malè alienauerit, id est, aduersus expressam prohibitionem testatoris. Nam testator primũ simpliciter, & generaliter prohibuit alienationem bonorum suorum immobiliũ verbis admodum enixis, & adiecta pœna priuationis contra alienantem; & fecit prohibitionem realem, dum dixit, quòd ea bona sint affecta eo onere, ita quòd in quemcunque trãseant, censeantur,

feantur cum ipso onere transire, &c. quæ † dispositio pœnalis aduersus alienantes, nõ est dubium, quin sit de iure valida. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & l. cùm pater. §. libertis. eodem titu. & l. pater filium. §. fundum. & §. quinde-cim. ff. de lega. 3. Deci. consi. 290. col. 1. versic. in contrarium. post Ang. consil. 168. Testator. in princip. sicut etiam non est dubium, quòd,
2 quando † fit prohibitio alienandi realis, censetur esse fortior prohibitio, & nullam patitur exceptionem, etiam si res transeat in multas personas, vt per Bar. in d. l. pater filium. §. fundum. & Deci. consil. 182. col. 1. in fine, versicu. quibus tamen non obstantibus. & colum. 3. in fine, versicu. secundò non obstat quòd dictus Nicolaus. tradit etiam Paul. de Cast. cons. 234. Visis & cõsideratis. col. 3. in antiquis, quod est consilium 77. in primo vol. in nouissimis. Cur. iun. cons. 43. colum. penul. & fin. Ruin. consil. 147. num. 11. in secundo, & in §. diui. colum. 31. & 32. ff. de lega. 1. Paris. cons. 90. num. 43. in secundo. Et quamuis postea concesserit idem testator suis hæredibus facultatẽ alienandi duobus casibus, quorũ primus fuit, vt possint deganeare seu permutare cum quauis persona in totum, vel in partem, & secundus fuit, vt etiam possint vendere, dummodò pretium deponatur penes idoneum depositarium, vt impenda tur, & cõuertatur in bonis stabilibus intra brecue tempus; non videtur D. Romanus alienasse in aliquo ex duobus istis casibus. clarum est enim, quòd non vendidit, scilicet seruata forma secundi casus, id est, facto deposito pretij. Et pariter videtur clarum, quòd non seruauit formam primi casus, id est, quòd non alienauit titulo permutationis: quia omnes contra-
3 ctus per eum facti videntur † fuisse simulati, vt deduxit pars aduersa in suis capitulis, & partim etiam probauit in processu, vt patet ex coniecturis euidentibus, præsertim ex qualitate ipsorum contractuum, & ex vicinitate eorum, iuxta tradita per Bart. in l. post contractum. ff. de dona. Deci. consil. 245. colum. 2. in fine, & 3. latè Socin. consilio 264. volu. 2. præsertim etiam cùm ex contractu permutationis non soluta gabella; quæ res efficit contractũ ipso iure nullum secundum dispositionem statutorum; vt insuper præstat coniecturã, quòd non voluerint verè cõtrahere; adeò quòd censentur fuisse imaginarij contractus, & nullius momenti, & perinde, ac si non fuissent facti. l. nuda. ff. de contrahen. emp. l. emptor. ff. de aqua plu. scilicet illi contractus, qui facti fuerũt inter ipsum D. Romanum, & Dominũ Franciscum Balbanum; item illi, qui facti fuerunt inter ipsum dominum Romanum, & Do. Michaelem Turetinum: & pariter censetur simulatus contractus per eum factus cum Domino Iacobo Burlamacho, scilicet, quatenus continet permutationem; quia, si corruunt alij contractus supradicti, corruit etiam iste in eõ proposito permutationis. nam in ea parte dependet ab illis; & nihil aliud censetur fuisse actum verè inter Dominum Romanum, & Burlamachum, nisi alienatio bonorum sancti Quirici, scilicet, titulo venditionis, vt deductum fuit in processu: & nullo modo videtur fuisse permutatio; quia requirit contractus permutationis translationem rei ex vtraque parte. l. 1. ff. de rerum permuta. & non potuit Burlamachus transferre in Dominũ Romanum bona Collodij: quia reuera non erat Burlamachus corũ bonorum Dominus, neque possessor. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. cùm pariter non essent eorum bonorum Domini, vel possessores Balbanus, & Turetinus; quia, vt dictũ est, quicquid ipsi egerant cum Domino Roma-
4 no, simulatè, seu fictè egerant: & ex † contractu simulato non solet transferri dominium, neque possessio. Bartol. in dict. l. emptor. de aqua plu. Socin. d. cons. 264. col. 3. & ita, cùm perinde sit, ac si Dominus Romanus non alienasset à se bona Collodij; sequitur, quòd nulla hic potuit esse permutatio, quia permutatio est contractus. d. l. 1. ff. eod. titu. tradit Barto. in l. iurisgentium. in princ. ff. de pac. ergo præsupponit diuersas personas, id est, saltem duas. l. 1. §. conuentionis. ff. de pac. quod vtique hic verificari non potuit; quia reuera videtur fuisse vnica persona dans, & accipiens, id est, solus ipse D. Romanus; quod censetur esse impossibile de iure, & naturali etiam ratione. l. 2. ff. de stipula. seruorum. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell.

Secundo loco videtur facere aduersus D. Romanũ, quia cùm hic versemur in materia prohibitoria, id est, alienationis prohibitæ, præter quàm q̃ duobus supradictis casibus, & haberet facultatem Do. Romanus alienandi ea bona sancti Quirici palàm, & apertè, id est, vel verè permutando, vel verè vendendo, & cõuertendo postea pretium in alia bona, & id nõ fecerit,
5 sed per contrariũ processerit clam, † & per indirectum, videlicet, contrahendo multipliciter, & simulatè, vt dictum est; sequi videtur de iure præsumptio contra eum, quòd censetur commisisse fraudem, & voluisse deludere fideicommissum. l. fin. ff. de ritu nupt. l. non existimo. ff. de admi. tuto. & l. pupillus obligari. §. item ipse tutor. ff. de auto. tuto. & potissimum præsumitur fraus, quando fit alienatio, mediãte extranea persona interposita. vt per Ruin. cons. 130. col. 1. in secundo volum. Et stante ea præsumptione fraudis, non prodest ei, si dicat,

quòd

quòd, cùm habeantur contractus pro simulatis, & pro non factis, nõ debet ipse puniri. nam si id dicat, videtur ei posse responderi, quòd
6 † etiam ex solo conatu fraudulento quis punitur in pœnalibus, dato quòd non sit secutus effectus, authen. quòd mater. in fine. C. de reuocan. dona. & ad committendam pœnam sufficit fieri de facto. Bar. in l. vbi pactum. in 1. lectura, colum. fin. C. de transac. post Cynum ibi, & Cynum in l. ea quidem. C. si mancip. ita aliena. fue. Felin. in c. tua nos. colum. 3. de iureiuran. & in terminis de alienatione rei prohibitæ alienari per testatorem, est tex. in d. l. cum pater. §. libertis. iuncta gloss. in verbo, Ne id alienarent. in fine, & tradit Rui. cons. 123. colum. 5. nu. 29. in secundo volum.

Tertio respectu videtur Dominus Romanus incidisse in pœnam priuationis: quia, etiã si alienasset in vno ex duobus casibus permissis per testatorem; debuisset id facere seruatis seruandis, id est, citatis, seu monitis ipsis cohæredibus, qui sunt fideicommissarij in casum, quo fiat contra volũtatem testatoris, cùm hęc
7 sit generalis regula, quòd † omnes illi debent citari de quorũ interesse agitur. l. de vno quoque. ff. de re iudica. quod etiam procedit in cõtractibus. l. 2. C. si propter publi. pensita. & q̃ in alienatione bonorum subiectorũ fideicommisso debeant citari omnes fideicommissarij, satis probatur in l. quoties. la. 1. C. de fideicom. quinimò non solùm præsentia, sed etiam consensus ipsorum cohæredum, seu fideicommissariorum videbatur esse necessarius; quia, cùm eueniente casu fideicõmissi, pertineret ad eos ius in talia bona subiecta fideicommisso, non videtur habere rationem, quòd possit eis inuitis alienari vna res, ad quam ipsi iam habent ius in spe, & alia subrogari loco illius. vel si fortè hoc respectu non erat necessarius eorum consensus propter licentiam iam concessam à testatore; videbatur tamen esse necessarius alio respectu, id est, vt ad talem rem subrogandam acquiretur ius ipsis cohęredibus; & vulgare est,
8 quòd † absentibus, & ignorantibus non acquiritur ius, etiam si Notarius publicus stipuletur pro eis, prout hic stipulatus fuit. nam semper requiritur ratificatio, & ante ratificationem potest reuocari quicquid actum fuit, vt tradit Paul. de Cast. consil. 195, Visis his quæ narrantur. & plenè allegata sunt in secũdo dubio, versicu. secundò videndum est. colum. 3. in 2. volum. in nouissimis. Deci. consil. 226. colum. 2. in fin. & 3. adeò, quòd ante ipsorũ consensum, & ratificationem ea subrogatio non videtur habuisse vllam firmitatem; quia semper potuit reuocari per ipsum D. Romanũ; & ita non videtur plenè fuisse consultum fideicommisso.

Quartò, quia ex ea permutatione factũ fuit fideicommissum deterius. nam pluris videntur esse bona sancti Quirici alienata per D. Romanum, quàm bona Collodij subrogata per eum, vt videntur deduxisse domini actores in processu: ideò constat apertè, eum feciisse contra voluntatem testatoris, & per cõsequens incidisse in pœnam. non enim potest D. Romanus prætendere ignorantiam valoris istarũ rerum, cùm omnes possiderentur per eum. l. fin.
9 ff. pro suo. & ex † effectu malo solet præsumi mala mẽs: quia, vt ait Lucas de Penna, in l. quãmodum. præsumptione. 137. C. de agrico. & censib. lib. 11. omne malè actum, præsumitur prauo animo actũ, per l. si non conuitij. C. de iniur. Item & alio respectu videtur & effectu, & consilio fuisse fraudatum fideicommissum, nam tempore ipsorum contractuum iam habebat vxorem D. Romanus, à qua receperat dotem notabilis quantitatis; adeò, quòd erant ipsi vxori obligata per hypothecam generalẽ, & tacitam, & expressam, omnia bona ipsius D. Romani: & per consequens dicta bona Collodij, & cùm ea bona Collodij postea subiecit fideicommisso, non curauit ea liberare à prædicta hypotheca: quinimò nullam de ea habuit mentionem: adeò, quòd semper fuit, & est de præsenti in facultate ipsius vxoris, vel hæredũ suorum auocare ad se dicta bona Collodij ratione huiusmodi hypothecæ, non obstante dicta subrogatione, vel alio contractu, aut actu facto per Dominum Romanum de ipsis bonis: quia hypotheca sequitur quoscunque possessores, iuribus vulgaribus. Neque hoc tollitur, si fortè dicatur, quòd habet D. Romanus quamplura alia bona & mobilia, & immobilia, ex quibus cõmodè satisfieri poterit doti prædictæ. Respondetur enim, quòd nõ propterea fit, quominus possit dicta vxor, vel eius hæredes agere præcisè ad dicta bona Collodij. nam
10 electio † semper est creditoris, quando habet hypothecam generalem. l. creditores. ff. de distrac. pign.

Quibus tamen non obstantibus, quamuis multum colorata esse videantur, puto rem inclinare pro D. Romano: quinimò, si diligẽter, & sincerè deducantur ea, quæ consistunt in facto, & quæ verificata sunt in prẽsenti processu, & eis applicentur rationes illæ duntaxat, quæ iuri, & æquitati sunt consonæ, & reijciãtur fundamenta calumniosa, vel aliter leuia; existimo rem esse adeò claram pro D. Romano, vt non satis probabilem recipiat dubitationem. Et facto prius prẽsuppositio, à quo negotium hoc ferè totum dependet, quòd ex permutatione, seu subrogatione facta per Do. Romanum nõ solùm fuit factum fideicommissum deterius, sed

sed factum fuit longè melius, id est, vtilius, & maioris valoris. nam bona sancti Quirici alienata per D. Romanum tempore ipsius alienationis non excedebant valorem scutorũ 1200. vt deduxit D. Romanus in decimo suo capitulo, super quo deposuerunt duo testes, videlicet, Santes Ioannis Dominici, qui est quintus testis, & Hieronymus Lamberti, qui est nonus testis: & præter hoc iam probatus erat idem met valor ex instrumentis diuisionum factarũ inter ipsos cohæredes, & quãuis factæ fuerint eiusmodi diuisiones annis septem, aut octo prius, id tamen non inducit varietatem, vel nouam aliquam præsumptionem in contrarium. semper enim †ex præterito præsumimus in præsenti, nisi expresè probatur contrariũ, vt latè deducit Bald. in l. ex persona. C. de proba. qui id tractat per singula prædicamenta, præsertim quantitatis, & qualitatis; quæ duo pertinent ad preȩsens propositum, D. Alciat. in tract. de præsump. in 25. præsump. tertiæ regulæ: & æstimationes, quæ factæ fuerunt tempore diuisionum, fuerunt factę habitatione iusti, ac veri pretij, perinde, ac si debuissent tunc bona illa alienari, vt deduxit Do. Romanus capitulo decimo tertio, & super eo deposuerunt duo testes optimè concludentes, videlicet, supradictus Santes Ioannis Dominici, quintus testis, & Bartholomæus Hieronymi, sextus testis. Et dato, quòd contrarium deduxerint actores in duodecimo capitulo, decimotertio, & decimoquarto, asserentes, quòd æstimationes diuisionum solent fieri minori pretio: nihil tamen probauerunt, neque vllus testis deposuit super eis, sicut etiam nihil eorum probauerunt, quæ deduxerunt in vndecimo capitulo, ex capitulis secũdo loco productis, asserentes, quòd bona sancti Quirici tempore diuisionum valebãt scutos, 1500. cum onere vsusfructus, qui fuerat relictus vxori, & scutos 800. absque eo onere. Probauit igitur D. Romanus duplici modo bona sancti Quirici non excedere valorem scutorum, 3200. deinde probauit bona Collodij valere scutos, 2500. nam in vigesimo tertio capitulo deduxit, quòd domus Collodij cum suis hortis, & pertinentijs valebat tempore permutationis scutos. 2000. & super eo cap. id deposuit 11. testis Michael Angelus Raphaelis, item 12. testis Michael Venturæ, item 15. testis Lucas Marci, qui omnes dicunt scutos 2000, & vltrà, & reddũt bonas rationes sui dicti. In vigesimo octauo autem capitulo deduxit D. Romanus, quòd prædiũ Collodij venditum Michaeli Turetino valebat scutos. 500, & super eo id posuit primus testis Dominus Antonius de Turribus, & tertius testis Augustinus Pergula, & quartus testis Ioseph Ciuitalis, & vndecimus testis Michael Angelus Raphaelis, & duodecimus testis Michael Angelus Venturæ, & decimus quartus testis Bernardinus Bernachæ, & decimus quintus testis Lucas Marci, & omnes assignant bonas, ac concludentes rationes; & secundus testis, & tertius, & quartus sunt agrimensores, & æstimatores, & valdè periti: & ita secundũ huiusmodi æstimationẽ cùm bona Collodij valeant scutos, 2500. bona autẽ sancti Quirici valeãt solũ scutos. 1200. constat causam fideicommissi esse factam meliorem vltra duplũ, id est, suscepisse vtilitatem scutorum. 1300. Sed, quia fortè posset fieri difficultas, quia aliqui ex testibus productis per Dominum Romanũ super dicto vigesimo tertio capitulo de valore domus Collodij deponunt solũ de scutis. 1500. adeò, quòd fortè est opus adhærere testibus deponentibus de minori summa: posset primùm responderi, quòd magis credendum est supradictis testibus; quia sunt magis periti, & reddunt meliores rationes. deinde dato, sine veritatis præiudicio, quòd standum esset testibus istis deponentibus de minori summa, constat tamen fideicommissum esse factum vtilius in scutis. 800. Et huiusmodi probationibus factis per Dominum Romanum accedunt etiam ea, quæ deposuerunt testes per eum producti super trigesimo primo capitulo; qui pariter probant, quòd dicta domus Collodij si esset alienata extra patrimonium Domini Romani, redimeretur per eum semper, & per eius hæredes pretio scutorum 1900. & prædium Collodij redimeretur pretio scutorum. 500. Item accedere possunt ea, quæ deposuerunt testes super trigesimo capitulo, ex capitulis primo loco per eum productis, & quæ deposuerunt super secundo capitulo, & tertio, & quinto, & septimo, ex capitulis secundo loco per eum productis; qui concludenter probãt annuum reditum dictæ domus, & pergularum, & hortorũ, & prædij. Et deinde dato in omnem casum, sine præiudicio pariter veritatis, quòd standum esset assertioni ipsorum actorum circa valorem bonorum sancti Quirici, constaret, quòd ex ea permutatione factum fuit fideicommissum longè melius. nam ipsi actores in vndecimo eorum capitulo asserunt, quòd bona sancti Quirici sunt valoris scutorum. 1800. quod etiam si verum esset, demonstrat ea non fuisse tanti valoris, quanti erant bona Collodij: quæ secundum vnam computationem erant valoris scutorum. 2500. & secundum aliam erant valoris scutorum. 2000. & quando hæc omnia cessarent præsumendum adhuc esset in

bonam partem in dubiō, id est, quòd fideicommissum sit factum melius, nō autem deterius; quia fraus, vel malus aliquis alius actus nō debet in dubio præsumi; & pars aduersa, quæ est actrix, & allegat læsionem fideicommissi, & fraudem commissam per Dominum Romanum debebat id probare, cùm ad eam pertineret onus probandi secundum communes regulas.

Deinde secundo loco præsupponendū est vnum, quod in facto est clarissimum, quòd te-
12 stator in suo hoc fideicommisso, † & in prohibitione alienandi bona, non habuit affectionem aliquam specialem, & precisam ad ipsa bona, vt ea scilicet omninò remanere deberent in familia, prout alibi solent aliquando facere testatores, dum prohibent turrim alienari, vel domum, in qua nati sunt, vel quid simile, iuxta tradita per Docto. in §. diui. post gloss. in l. quoties. la. 1. C. de fideicommis. sed duntaxat hic habuit intentionem ad valorem patrimonij in effectu, vt euidenter patet, dum expressè concessit posse ipsa bona permutari, vel vendi, & alia eorum loco subrogari, vt simili casu declarat Paulus de Castr. consilio 16. in antiquis, quod incipit, Dubitatur nunquid hospitale seu pauperes. colum. fin. versic. item non obstat si dicatur saltem. & est consilium 269. in primo vol. in nouissimis.

Et stantibus duobus istis præsuppositis, constitui potest primum fundamentum pro Domino Romano generale, & absolutum, quòd siue actus per eū factus fuerit permutatio propriè, siue non fuerit permutatio, sed simplex subrogatio, & siue cōtractus præcedentes eam subrogationem fuerint veri, siue fuerint simulati, & siue seruauerit D. Romanus formā datam à testatore, siue eam non seruauerit; valuit tamen id, quod ipse fecit, id est, subrogatio bonorū suorum Collodij, loco bonorum sancti Quirici; quia, considerato effectu, satisfecit voluntati testatoris plenissimo modo, cùm effecerit fideicommissum melioris conditionis, vt est casus, quem Bart. ibi appellat casum mirabilem, in l. sicut. §. sed si permiserit. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. vbi deciditur, quòd,
13 † si permissus est vnus actus alienationis, censetur etiam permissus omnis alius actus illi similis, & eundem afferens effectum, vel meliorē, secus si deteriorem, vt clarè patet ex ipso text. & eo modo redigitur in summariū ibi per Bar. adeò, quòd, cùm in casu nostro idem proueniat affectus, qui proueniisset ex vera, seu propria permutatione, vel ex venditiōe, quin imò effectus maior, & vtilior pro fideicommisso, vt dictum est; non est dubitandum, quin legitimè factum censeri debeat, id quod factū fuit, & vt ibi subijcit Bart. versicu. vltimò facit ad quæstionem. dato, quòd non seruetur forma concessa: sufficit tamen, quòd satisfiat causæ propter quā permissa fuit alienatio, & ille tex. quamuis loquatur in cōtractibus, trahitur cōmuniter per Docto. in dict. §. diui. vt procedat etiam in testamentis, vt ibi post alios tradit Aet. lex. colum. 6. nume. 22. versic. ex quibus sumebreuem. & hoc non debet habere dubium. & ad hoc etiam faciunt ea quæ tradit Socin. consil. 62. Visis conuentione & concordia. col. 2. & 3. in 4. vol. vbi per multa exempla, multasq;
14 rationes deducit, † quòd expressio aliquorū casuum nō excludit alios casus similes, qui sunt eiusdem effectus: & id postea tradit Socin. ad prohibitiones alienandi, quæ fiunt per testatores, vel per contrahentes.

Secundum successiuè fundamentū pro D. Romano potest esse; quia, etiam si testator nō expressè concessisset posse fieri permutationē, & venditionem bonorum; potuisset tamen in casu nostro fieri eiusmodi subrogatio afferens
15 vtilitatem fideicommisso; quia † in materia prohibitæ alienationis per testatores debet potissimum inspici ratio & mens testatoris; adeò quòd, si fiat alienatio, per quam non lædatur ratio, & mens testatoris; debet valere, quāuis fiat contra verba prohibitiua alienandi. vt decidit Ange. seu alius Doctor inter consilia Angeli, consi. 169. Super puncto suprascripto. colum. 1. & 2. & inferius in 3. quod consiliū passim sequuntur & approbant Doctores; præsertim Ias. in dict. §. diui. in secunda lectura, septimo nota. nume. 78. Corne. cons. 178. 1. volum. Dec. cons. 511. colum. 2. nu. 6. versic. postremo. Socin. iun. cons. 20. colum. fin. 1. vol. & consil. 28. col. 3. & 4. in secundo vol. ideoque, cùm in casu nostro mens, & ratio prohibitionis fuerit, & remaneret fideicōmissum pingue, nō autem vt bona aliqua præcisè conseruarentur in familia, vt supradictum est: sequitur de plano, quòd valere debuit subrogatio facta per Do. Romanum, cùm efficiat fideicommissum melioris conditionis; & respiciendum non est ad *verba* testamenti, neque ad formā datam per *testatorem*, sed solū ad mentem eius, & intentionem, & ad effectum, ad quem tendebat testator, & causam, quæ eum mouebat. Et ad hoc propositū optimè videtur facere decisio Isernię, in c. 1. colum. 2. versic. additio an meliorando. in titulo, an ille qui interfecit fratrem domini;
16 vbi ait, quòd † licet alienatio feudi regulariter sit prohibita; si tamen fiat tali modo, vt ex ea efficiatur conditio feudi melior, censetur permissa: putà si quis inuestitus de feudo erat obligatus pro vno seruitio, & emptor remanet obligatus pro duobus seruitijs, vel si

venditor

venditor habebat filios, emptor autem sit sine filijs, & re, & spe; & idem etiam tradit ipsemet Iernia, in capitulo, imperialem. in prin. col. 5. post numerum 13. versicu. item secus si conditionem domini faceret meliorem. in titulo de Prohi. feudi aliena. per Federi. Facit etiã, quia 17 videmus, quòd, † quamuis alienatio feudi dotalis sit regulariter, & absolutè prohibita; si tamen fiat alienatio afferens vtilitatem mulieri, valet. l. ita constante. ff. de iure dot. Bald. in authent. si qua mulier. columna 2. C. ad Velleia. etiam inuita muliere, vt tradit Paul. de Cast. in dicto consil. 269. colum. 2. versicu. sicut dicimus in re dotali. qui hoc trahit ad alienationẽ bonorum subiectorũ fideicommisso cũ prohibitione expressa alienandi. Bald. Nouel. in tracta. de Dote, septima parte, in primo priuilegio, in secunda & tertia fallentia. Et præter 18 supradictos Doctores, † hunc nostrum casum in terminis in hoc proposito decidit Excellentissimus Doctor Dominus Socin. iunior, qui nunc profitetur Bononiæ, videlicet in d. consilio 28. secundo volum. colum. 3. nume. 5. versic. tertio ex alio similiter. cum tribus colum. sequen. vsque ad finem consilij, vbi post relatã supradictam decisionem Angeli, Quòd satis sit inspicere mentem, & rationem prohibitionis, & non verba; infert in casu suo valuisse alienationem factam per hęredem prohibitum; quia tendebat ad vtilitatem fideicõmissi; putà quia ex precio rerum alienatarum emuntur, vel redimuntur prædia maioris pretij, & maioris fructus. & inter cætera adducit Socinus aliud si- 19 mile, videlicet, quòd † bona Ecclesiæ quamuis sint regulariter, & simpliciter prohibita alienari; possunt tamen alienari, si id tendat in vtilitatem Ecclesiæ, putà si ex pretio ematur fundus vtilior, vt tradit Baldus, in l. cum ij. §. eum. el. 1. ff. de transac. Cardina. Zabarel. in Clemen. 1. in princip. de rebus Eccles. non alienan. & loquitur Socin. in fortioribus terminis, videlicet, quando testator nullum expresserat casum, quo fieri posset alienatio; ergo multò magis dicta per eum procederent in casu nostro, quo testator aperuit viam alienationi, & apertissimè demonstrauit, se non habere affectionem ad bona ista magis, quàm ad alia, vt supra deductum fuit; & ad prædictum propositum videntur pariter tendere ea, quæ tradit Paul. de Cast. in dicto consil. 269. 1. volum. in nouissimis.

Tertio loco dici potest pro D. Romano, ꝙ hic verè fuit permutatio, scilicet, quatenus per mutationem considerauit testator, dum ea concessit. concessit enim, quòd quilibet hæres posset deganeare, & permutare in totũ, vel in partem, & etiam vendere, dummodò pretium deponatur penes idoneum depositarium pro illo conuertendo in bonis stabilibus, &c. nam, 20 præterquàm quòd † vocabulum, permutatio. solet latè patere. l. sed & si lege. §. consuluit. in fine. ff. de peti. hære. vt non solùm comprehendat permutationem vnius rei in aliam, sed etiã commutationem rei, id est, speciei in pecuniã, & è conuerso commutationem pecunię in speciem, vt tradit Bart. in l. iurisgentium. in princ. ff. de pac. & est tex. in d. l. ita constante. ff. de iure dot. dicitur etiam † permutatio, quando fit 21 simpliciter subrogatio vnius rei pro alia, quãuis ea subrogatio fiat ab vna tantùm persona, vt probatur in l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de donat. inter virum & vxo. vbi Barto. in summario appellat permutationem; & idem Bart. in alio simili casu, in consil. 26. Testator. circa finem. versic. ad secundum. probatur etiam in l. cum ij. §. penult. qui incipit, si cui non nummus. ff. de transac. & in terminis fideicõmissi, est text. in l. Imperator. §. fina. cum l. sequen. ff. de lega. 2. vbi simplex subrogatio aliquot rerũ in alias res facta per hæredem grauatum fideicõmisso appellatur permutatio; & eo modo permutationem pariter in bonis subiectis fideicommisso capit Ias. consilio 231. colum. 1. in secundo volum. & Socin. iun. in dicto consil. 28. colum. 4. nume. 8. versic. quartò principaliter. Facit etiam id, quod ipsemet Socin. tradit. consi. 162. col. 4. nume. 22. co. 2. volum. Et hoc multò magis debet procedere in casu nostro quo constat ex verbis testamenti supradictis, consideransse testatorem non præcisè contractũ permutationis stricto modo sumptæ, vel contractum venditionis præcisè; sed duntaxat considerasse hunc effectum, vt loco suorum bonorum subrogarẽtur alia bona. Et superfluum videtur constituere hic differentiam inter permutationem, quæ continet commutationem vnius rei in aliam, quando fit per diuersas personas, & est propriè contractus: & permutationem, quę continet commutationem vnius rei in aliam, non tamen factam à diuersis personis in modum cõtractus, sed factam ab vnica persona, est enim hoc superfluum inuestigare, cũ vtroque casu idem resultet effectus, vt simile 22 solent dicere Docto. quòd † probatio dubia, multis modis potest intelligi, censetur esse nõ dubia, sed cõcludens, quando secundũ quemlibet intellectum concludit intentionem probantis, vt tradit Felin. in c. in præsentia. col. 7. in fi. nu. 18. versic. quintò limita nisi probatio. extra de proba. Deci. cons. 14. col. 2. num. 4. Et quemadmodũ, si D. Romanus vendidisset bona sancti Quirici, & ex eorũ pretio emisset alia bona, & ea subiecisset fideicommisso; valeret actus, & tamẽ esset permutatio propriè, id est,

facta per diuersas personas in modũ cõtractus, sed esset simplex subrogatio facta per Do. Romanũ; ita quoq; debet valere subrogatio, quæ hic per eum facta fuit breuiori via, & tutiori, id est, omisso circuitu, & periculo cõuertendi bona sancti Quirici in pecunias, & conuertendi postea eas pecunias in alia bona. & hoc tertiũ fundamentum generaliter, atque absolutè procedit, prout duo fundamenta præcedentia, id est, siue contractus facti per Dominum Romanum fuerint veri, siue fuerint simulati, vt ex prædictis patet.

Quarto loco aduertendum est, quòd, quatenus ex deductis in processu constat, videtur dicendum alterum de duobus; videlicet, vel quòd nullus ex contractibus, & actibus, factis per Do. Romanum censeri debeat simulatus; vel quòd, si aliquo respectu aliqui eorum censeri possunt simulati; non tamen sunt simulati omni respectu, & in effectu quòd ea simulatio
23 non debet nocere D. Romano. Nam † præterquàm quòd quilibet actus in dubio præsumitur verus, & non simulatus, vt per Bal. in l. cum precibus. C. de proba. conuenit inter omnes Doctores, quod etiam si appareant aliqua in-
24 ditia simulationis; ille tamen, † qui dicit actũ simulatum, nihil agit, & nihil potest obtinere, nisi deducat, & probet etiam speciem simulationis, & talem simulationem, quæ de iure sit improbata, vt tradit Bar. cons. 65. Factum tale est Petrus Nicolæ. colum. 2. dicens tria esse genera simulationum. aliquando enim verè fit vnus contractus, & perpetuò duraturus, sed simulatur alius contractus, aliquando autem fit vnus contractus verè, sed modico tempore duraturus, aliquando & tertio casu nullus fit contractus in rei veritate, sed omnia finguntur, seu simulantur. &, cùm aliqua ex his simulationibus sint prohibita, aliqua verò sint permissa; necesse est, quòd qui asserit contractum simulatum illicito modo debeat id concludenter probare; tradit etiam Bald. in l. cum precibus. tradit Pau. de Cast. cons. 59. Viso puncto supra scripto cùm ad annullandum. 2. vol. in nouissimis, tradit latissimè Ange. Are. Institu. de excep. in princ. scilicet super ipso text. nume. 28. vsque ad numerum 40. tradit etiam Bald. in l. ab Anastasio. in fine. C. manda. & in Rubri. C. plus vale. quod agi. Paul. de Cast. in l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pac. Pet. de Anch. cons. 227. Ad corroborationem. colum. 2. Alex. consil. 111. Viso superiore themate. in princ. in 3. vol. & cons. 28. In causa & lite. colum. 3. in 5. vol. & nemo discrepat ab ea conclusione, vt ait Cæpolla in tracta. Simula. in 24. præsump. & latius in præsump. 26. colum. fin. Deci. cons. 36. col. 4. & cons. 462. col. 2. & in l. imaginaria. in fin. ff. de reg. iur. Et ratio prædictorum est eui-
25 dens; quia, cùm vt dictũ est, † simulationũ quædam sunt reprobatæ, & quædã sunt permissæ, vt etiam probatur ex l. si ex pretio. vbi Bart. C. si cer. peta. & Bar. in l. si sub specie. in fin. C. de postulan. & in l. emptor. ff. de aqua plu. & earũ, quæ sunt reprobatæ, multæ sunt species, videlicet, vel ratione personarum, vt patris, & filij spurij, vel mariti, & vxoris, item ratione rerũ, veluti in bonis Ecclesiæ, quæ tanquã bona sua donat clericus concubinæ, item ratione tẽporis, vt in alienatione post delictũ. item ratione cõtractus, veluti cùm de pignore fit cõtractus
26 venditionis: sunt etiã diuersæ † causæ propter quas fiunt huiusmodi simulationes: fit enim aliquando simulatio ad vtilitatem illius, qui alienat, vt patet in alienationibus, quæ fiũt per delinquentes, aliquando autem fit simulatio ad vtilitatem illius, in quem fit alienatio, veluti in contractu pignoratitio, aut vsurario, vel in donatione clerici erga concubinam. aliquando fit simulatio ad vtilitatem tertij, putà ad vtilitatem vnius creditoris in damnũ alte-
27 rius. Cùm igitur † simulatio non præsumatur, nisi probetur, vt iam dictũ est, & probatur etiã ex l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. item dato, quòd probetur; de se tamen non est prohibita, nisi prohibitus sit modus, vel causa, propter quam fit, vt per Barto. & alios vbi supra. item cùm simulationum prohibitarũ variæ sint species, & variæ causæ, & varij effectus, & per consequens variæ rationes, præsertim, quòd aliquando simulatio facit actum ipso iure nullum, quandoque facit ipso iure validũ, potest aliquando simulatio opponi per ipsos contrahentes, aliquando per tertiam personam, aliquando per neminem, meritò hisrationibus statutum fuit, vt qui dicit actum simulatum, teneatur deducere & speciem simulationis, & certam causam: alioqui succumbit, vt tradunt Barto. & cæteri supradicti Do-
28 cto. quinimò ait Anchara. vbi suprà, esse † etiã faciendam distinctionem, & probationem illius certæ personæ, propter quam dicitur facta simulatio; & causa talis simulationis, quæ allegatur, & probatur; debet esse ad propositũ negotij, de quo agitur, & sufficiens, atque idonea. vt prædicti Doctores tradunt. Hæc igitur si nostro casui applicentur, videntur manifestè concludere, quòd hic nullus fuit actus simulatus, vel dato, ꝙ fuerit, non tamen eũ probauit pars aduersa. nam ad probandũ simulationem venditionũ factarũ Francisco Balbano, & Michaeli Turetino, nihil aliud deduxit, nisi scilicet vicinitatem eorũ duorum cõtractuum inter se, & eorum etiam vicinitatem cum illo contractu permutationis celebrato cũ Barlemacho,

& pro

& pro causâ simulationis nihil aliud deduxit, nisi quòd eiusmodi duæ venditiones fuerunt factæad coadiuuandum, seu præparandũ contractum dictæ permutationis, vt patet ex capitulis primo loco per ipsos aduersarios productis,præsertim ex capitulo.13.&16.&20. super quibus capitulis tamen nullus testis depositit.

29 nam † de testibus receptis ad æternam rei memoriam non est habenda hic ratio, cùm non fuerint producti in præsenti iudicio,neque fuerint publicati,vt per Bart. in Authen.si quis ab aliquo.in 2.colum.C.de testi.Abb.in c.significauit.col. 2. extra de testib. & dato,quòd starent effect illis testibus, nihil tamen probant pro ipsis actoribus, qui eos produxerunt, sed magis probant contra eos,vt mox dicetur. Prædictæ autem rationes, seu coniecturæ simulationis, scilicet, propter vicinitatem cõtractuum, & vt præpararetur via contractui permutationis, non inferunt simulationem aliquam illici tam, sed potius licitã. inferunt enim hoc duntaxat,quòd Do.Romanus,qui vendebat bona Collodij Balbano, & Turetino, videtur cũ eis egisse tacitè, vt ipsi intra breue aliquod tẽpus, id est,intra dies quadraginta, vel circa, vt postea potuit ab effectu tenetur retrò dare ea bona ipsi D. Romano, mediante persona Burlamachi,id est,tenerentur retrò dare ea bona Burlamacho, vt ipse postea ea dare posset Domino Romano,titulo permutationis;& ita inferunt eas venditiones fuisse factas, vt breui tempore duraret earum effectus. quæ simulatio non est illicita,neq; reprobata de iure, sed permissa, vt tradit Bar.in d.consil.65.colum.2.dum tractat de secunda specie simulationis;quę contingit, quando contractus aliquis fit simpliciter, & tamẽ tacitè agitur, vt duret modico aliquo tempore,vt patet ex textu adducto per Bar.scilicet text.in l.4.§.si ab ignoto.ff. de manumissio. & post Barto.declarant Pau.de Cast.& Ang.Are. vbi supra.& pariter supradicta causa simulationis allegata per eos, scilicet, vt deueniretur ad contractum permutationis, retorquetur contra eos. patet enim ex ea, quòd fuit simulatio facta ex iusta,& licita causa; ideò non trahit ad se nullitatem, vel rescissionem contractus, vt 30 vult Bar.in d.l.si sub specie.in fine,C.de postulã. sicut & alibi dicitur,quòd † falsitas, quæ nemini nocet,non punitur,vt per gl.& Doct.in l.damnus.C. de falsis. prout de simulatione ait Deci.cons.543.In casu proposito.col.fi.nume.10. Et dum postea subijciunt ipsi aduersarij, fuisse pariter simulatum cõtractum permutationis, & quòd solùm fuit contractus venditionis: nõ probauerũt suam assertionem; quia,vt dictum est, haberi hic non potest ratio testium per eos productorum ad æternam rei memoriam: & dato sine præiudicio, quòd eis testibus esset standum,facerent pro Dom.Romano, & non cõtra eum, deponit enim clarè Burlamachus, quòd quicquid fecit D. Romanus in ipsis omnibus contractibus, fecit bona intentione, vt subrogaret alia sua bona loco bonorum sancti Quirici, vt scilicet essent supposita fideicommisso:& id etiam in effectu videntur deponere Balbanus,& Turretinus, dum dicunt se emisse à Dom.Romano, vt rem gratam facerent non solùm ei,sed etiam Burlamacho,nisi enim voluisset Dom. Romanus sua bona Collodij sibi restitui,sed alio titulo, & alio modo, & cùm alia qualitate,videlicet titulo permutationis,& vt supponerentur fideicommisso, & cum nouo eo onere, seu noua qualitate eis imponenda in ipso actu permutationis,quo casu censentur aliæ res,iuxta tradita per Bart. in l. in diem. ff.de aqua plu.nõ fuisset opus,quòd Baldanus, & Turretinus facerent rem gratam D. Romano,& Burlamacho,& quemadmodum potuisset Do. Romanus libero modo, & immediatè subijcere eiusmodi sua bona Collodij fideicõmisso , & ea subrogare loco bonorum sancti Quirici,nulla facta vẽditione,vel permutatione cum alijs personis; nõ videtur posse dari ratio diuersitatis,cur non etiam id facere potuerit, interposito circuitu prædicto, cùm omnia fecerit bona intentione, vt patet ab ipso effectu. Et verisimilis, ac patens est causa, quæ potuit mouere D.Romanum,vt ingrederetur huiusmodi circuitũ, & susciperet eum laborem, ob id videlicet, quia videbatur ei impossibile, quòd ipse solus,id est,non interuenientibus alijs personis, faceret huiusmodi permutationem, seu commutationem bonorũ, cùm permutatio sit contractus, ergo debet fieri per diuersas personas, saltem duas, & videbatur impossibile,q̃ ipse esset dator,& acceptor. arg. ex l.pupillus obligari.§.item si ipse tutor. ff.de auto.tuto.& ex l.2.ff.de stipula.ser. & pariter potuit ei videri impossibile, quòd ipse sibi mutaret causam possessionis,id est,si possidebat bona sancti Quirici, vt subiecta fideicommisso, inciperet ea possidere, vt libera; & vice versa si possidebat bona Collodij, vt libera, inciperet ea possidere,vt subiecta fideicommisso. l. cùm nemo.C.de acqui.posse.neque mirum esse debet, aut omninò incredibile, quòd ipse fortè consuluerit alias personas, quæ ei obiter dixerint,nõ posse expediri hoc negocium, nisi mediante supradicto circuitu cũ hæc non careant subtilitate. Et in effectu cùm dici soleat, quòd

31 † probatio proueniens ab euidentia rei superat cætera quæcunque, quæ dici possunt in cõtrarium, vt ait Azo, in Summa. C. de lege Aqui. col.pen.nume.17. Specul.in tit.de proba.§.vi-

dendum restat.col.2.versic.4. per euidentiam. Alex.consil.116.in fine,in 1.vol.non videtur esse vlterius hic disceptandum,vel dubitandum de prædictis; quia effectus eorum omnium, quæ gessit in hoc negocio D.Romanus,fuit euidenter bonus, id est, vt subrogaret bona Collodij pro bonis sancti Quirici. qui actus, & finis fuit licitus,quinimo vtilis,vt supradictũ fuit,adeò, quòd vel censendum est nihil hic per eũ fuisse simulatum; vel si quid simulatum fuit, fuisse
32 † simulatum ex iusta causa; adeò, vt nihil id sibi nocere debeat, iuxta doctrinam Bart.in d.l. si sub specie. in fine, quæ cõmuniter approbatur,vt ait Ang.Are.vbi supra.& quæ habẽda est ante oculos in hoc articulo simulationis, qui admodum confusus est,& per multos malè sępenumero intelligitur. &,vt dicunt Bal. & Sa-
33 lic.in d.l.si sub specie.quando† solùm fit per simulationem transitus de vna causa ad aliam, quæ duæ causæ quò ad voluntatem contrahentium sic se habent,quòd vna potest æquipollere alteri, tunc non est improbata simulatio; & adducunt text.in d.l. si ex pretio. C. si cer. pet. & est clarior text. in l. Lucius. la.2. ff.depos.& optimè distinguit D.Alciat.in Parerg. li.3.cap.
34 11.dicens, quòd propriè loquendo, † aliud est esse fraudem factum,aliud simulatum,aliud fictum,aliud imaginarium.Ex quarto igitur hoc fundamento censeatur illud in summa deductum pro Dom.Romano, quòd habet ipse intentionem fundatam ex instrumentis contractuum factorum per eum, qui omnes censentur veri, & nõ simulati, & censentur iusti, non autem fraudulenti secundum ea,quę hactenus fuerunt in processũ deducta; & si aliquid continent simulationis, id non tale est, quod ad se trahat nullitatem, vel rescissionem cõtractus, sed omnia debent firma manere, tanquàm facta legitimè.

Quintum successiuè potest deduci fundamentum pro D.Romano, constituendo aliud
35 præsuppositum satis notum de iure, quòd† nemo vnquam incidit in pœnam, vel à lege communi à municipali,vel ab homine impositam, nisi committat dolũ, seu fraudem, scilicet regulariter loquendo,vt ait Bald.in l.2.C.de noxal. ac.& latius in l. data opera. colũ. 3. & 4. C. qui accusa.pos.Ias.in l.3.aliàs.1.§.quod prætor. colum.1. ff. ne quis eum qui in ius voca. & in l. 1.in 4.col.ff.de legib. Dec.cons.83.col.2.& cõ-
36 sil.134.col.2.Ad hoc autem vt quis † censeatur esse in dolo, seu in fraude, duo copulatiuè requiruntur,scilicet,euentus, & cõsilium, id est, animus.l.fraudis interpretatione. ff. de reg.iu. & licet aliquando sumatur in iure dolus, vel fraus re ipsa tantùm,illud est impropriè, vt per Dec.in d.l.fraudis.adeò, quòd non habet locũ in pœnalibus, vt per supradictos Doct. sicut etiam impropriè aliquãdo separatur fraus à dolo:nam verè,& propriè loquẽdo,idem sunt seu ad eundem tendunt effectum, scilicet,quando referuntur ad tertiam personam,vt per Alciat. in l.aliud est fraus.ff.de verb.signi.post glos.latius in l.iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pac. vnde, cùm in casu nostro tractetur de pœna,non videtur teneri D.Romanus,nisi probatum sit,eum commisisse fraudem & effectu, & animo; hic autem non solùm alterũ, sed neutrum probatum est. nam euentus, seu effectus supradictæ subrogrationis non solùm nõ contingit fraudem, vel læsionem fideicõmissi, sed cõtinet eius maximam vtilitatem, vt deductũ fuit in primo fundamento. Et ex hoc q euentus caret fraude, sequitur, quòd etiam præsumẽdum est, caruisse fraude ipsum animũ; quia ab effectibus animus dignoscitur. l. Paulus. ff.
37 rem ratã habe. & in terminis † huiusmodi subrogationum, quæ fiunt circa res subiectas legato,vel fideicõmisso,quòd si subrogatio contingit vtilitatem, præsumatur etiã bona mens, & bonus animus,dicit Bart. in d. l. Imperator. §.fin.colum.fi.ff.de lega.2.& in terminis fideicommissi, id latius tradit Ruinus consil.163. colum.2. num.3. versi. & primò quia in dubio. in 3.volu. tradit etiam in consil.109.colum.4. num.10.& 11. vers. & pro intelligentia præmittendum.in 2.volu. Et quòd D.Romanus nunquàm habuerit animum subuertendi, vel defraudandi fideicommissum, potest suaderi etiam ex eo,quod ipse deduxit in processu,& probauit,& est notorium; videlicet,quòd ipse ha-
38 bet † multos filios masculos legitimos, & naturales; adeò, vt magis sua interfit, quòd inter ipsos cohæredes conseruetur fideicõmissum, quàm quòd destruatur, vel defraudetur, cùm inter ipsos omnes institutos,& eorum descendentes vsque ad quartum gradum factæ sint fideicõmissariæ substitutiones; & similem conlecturam, vtrum quis habeat, vel nõ habeat filios,deducit Isern.in c. 1. §. sed & res.col.1.nu. 5.vers.& dicitur fieri in fraudẽ.in titu.per quos
39 fiat inuestitura. † vbi tractat ad dignoscendũ, vtrum alienatio feudi censeatur facta in fraudem,nec ne; & id etiam sentit in c.1. colum.2. num.6. vers. additio an meliorando conditionẽ.in tit.an ille qui interfe. fratrem domi. tradit etiam Dec.in alio casu, cons.86. col.3. Præterea, quòd D. Romanus processerit omninò bona fide, & potius incautè, quàm mala fide; patet euidenter ex eo,quòd in ipso actu permutationis,seu subrogationis æstimauit bona sua Collodij scutos.1200.& non amplius, cùm tamen re vera essent longè maioris valoris, vt supradictum fuit; & id fecit, vt correspondere[nt]

in æsti-

æstimatione bonis sancti Quirici precisè. nõ enim videtur posse ei ascribi animus fraudandi fideicõmissum, qui re vera, & ipso facto efficiebat fideicommissum valde vtilius, tametsi id verbis non exprimebat.

Ex quibus puto fundatam esse concludẽter intentionem D. Romani, & clarius etiam de ea constabit, postquàm accommodatæ erunt responsiones his, quæ superius deducta fuerunt
40 pro parte contraria, Et si singula † hic deducta per se non sufficerent, quorum tamen puto quodlibet per se sufficere D. Romano ad victoriã, possent omnia simul cumulari, vt in simili proposito inquit D. Soci. Iun. in d. consi. 28. in fin. in 2. vol. Et superaddi vlterius potest, quòd
41 † pœna priuationis adiecta per testatorem debet strictè interpretari, quantum fieri potest, & in dubio debet excludi, non autem extendi, etiam si tractetur de fauore Ecclesiæ, vt tradit Deci. consil. 273. In casu proposito, qui Barchinonæ. col. 2. & cons. 287. In ciuitate Placentiæ. col. 5. vers. non obstat quòd propter illam causam. & latè in cons. 290. Præsertim. in 2. col. & est de mente Bar. in l. pater Seuerinam. in fine, prin. ff. de condi. & demon.

Non obstant ea, quæ superius fuerunt deducta in contrarium. Et primò dum dicebatur, quòd testator duobus tantùm modis cõcessit alienationem, scilicet, vel per vẽditionem, vel permutando, & D. Romanus neque vendidit, vt clarum est, neq; etiam permutauit, quia contractus omnes per eum facti videntur esse fictitij, & simulati &c. Respondetur enim multis modis, primo, quòd etiam si cõtractus fuerint simulati, & actus per eum factus non fuerit verus actus permutationis, sed fuerit simplex subrogatio vnius rei loco alterius, quem actum
42 non expressit testator; potuit † tamen talis actus fieri; quia quò ad effectum est actus similis illorum duorum, quos testator concessit. d. l. sicut. §. sed & si permiserit. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. vt deductum fuit in primo fundamento posito pro Dom. Romano. Respon-
43 detur, & secundo modo, quòd vocabulũ † permutatio. expressum hîc per testatorem potest latè intelligi, vt comprehendat omnem subrogationem vnius rei loco alterius, vt per Bar. Bal. in d. consil. 26. colum. fin. & in d. l. si donatz. §. si sponsus. ff. de dona. inter virum & vxo. & per tex. in d. l. Imperator. §. fin. cùm l. sequẽ. ff. de lega. 2. & ita cõmuniter solet capi per Doctor. etiam in hac ipsa materia alienandi bona subiecta fideicommisso, vt per Ias. in d. consil. 231. colum. 1. in secundo volu. & clarius per D. Soci. iun. in d. cons. 28. col. 4. nu. 8. versi. quartò principaliter. 2. volu. vt supradictum fuit in tertio fundamento. Item respondetur tertio modo, quòd, etiã si testator nullo casu concessisset alienationem; valeret tamen alienatio in casu nostro, cùm euidentem vtilitatem fideicommissi contineat, vt dictum fuit in secundo fundamento; ergo multo magis debet valere, postquã testator concessit aliquos casus; quorum casuum si casus noster non est omninò similis, non est etiã omninò dissimilis. Responderi potest & quarto modo, quòd contractus, & actus facti per D. Romanum non fuerint simulati, scilicet, tali simulatione, quæ debeat ei nocere, nihil enim fuit de simulatione probatum; & quatenus ex qualitate ipsorum actuum potest colligi, id tantũ infertur, quòd duo con-
44 tractus venditionis † simulati fuerunt eo solo respectu, vt quamuis simpliciter, & absolutè fuerint factæ venditiones; actum tamen tacitè fuerit, quòd breui tempore essent duraturæ, vt postea potuit ab effectu, & talis simulatio nõ est reprobata. d. l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. & per Bar. in d. cons. 65. col. 2. Neq; contractus permutationis fuit simulatus, vt dictũ fuit, &, quatenus fuerit simulatus, id fuit nõ in totum, sed aliquo tantùm respectu, & ex iusta atque honesta causa, id est, vt magis explicitè fieri posset commutatio, seu subrogatio vnius rei pro alia, vt dictum fuit in quarto fundamento. Et dum obijciebatur, quòd pro contractu permutationis † non fuit soluta gabella. ideò † *Cessãt hæc de gabella nõ soluta, quia nuper certior factus fui, eam fuisse solutam. Idem Alba.*
fuit ipso iure nullus; potest responderi, quòd,
45 & si fuerit ipso † iure nullus, cùm tamen ipsi contrahentes perseuerauerint in eo cõtractu, & eum miserint executioni omni respectu, & semper eum seruauerint, debet talis cõtractus quò ad eos haberi pro valido, iuxta glo. in l. qui habebat. §. 1. in verbo, Consilium. ff. de manu. testa. latè Alexan. consil. 107. colum. pen. num. 17. & 18. vers. denique dato quòd illa cõcessio. in 2. volum. & si ipsi contrahentes seruant contractum, non pertinet ad extrancas personas opponere de eius inualiditate: quia regulariter non solet opponi de iure tertij. l. 2. vbi Bart. ff. de excep. rei iudica. Et, si fortè opponitur de eã nullitate, vt ex ea arguatur simulatio, iam re-
46 sponsum fuit, quòd † simulatio ex honesta, & iusta causa non infringit contractũ, vt per Bar. Bal. & Sali. in d. l. si sub specie. C. de postulan. sinautem opponitur ea nullitas cõtractus propter non solutam gabellam ad demonstrandum, quòd ex tali contractu permutationis tanquam inutili non potuit transferri possessio, neque dominium; iam pariter responsum fuit, quòd, cùm ipsi cõtrahentes seruent in effectu cõtractum; debet quò ad eos operari talis contractus omnem effectum, quẽ operaretur, si esset validus de iure, per glo. in d. l. qui habebat. Item respondetur † posse ex cõtractu in-
47 utili

utili transferri & dominium, & possessionem, quãdo est inutilis; quia factus est præter legem, non autem contra legem, vt tradit Bartol. in l. non dubium. colum. fin. nume. 27. vers. vltimò oppono. C. de legib. & traditur per glo. & Doctor. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. & in l. cõtractus. C. de fide instru. & per Bar. in l. 1. §. si vir vxori. in fine. ff. de acqui. posse. & in casu nostro non censetur factus contra legem, sed duntaxat præter legem, quia, si non soluitur gabella, lex non assistit contractui, & cum habet pro non facto. sed, quia nõ vidi verba statuti Lucensis, & possent fortè esse talia, quod ex eis iudicandum esset, quod statutum resistit contractui, si ex eo non soluitur gabel-
48 la, ideo potest aliter responderi, quòd, † etiam quando lex resistit contractui, transfertur tamen dominium. l. & eleganter. in prin. & ibi gl. in verbo, Locum habere. ff. de dolo, scilicet, quando apparet, contrahentes ita omninò voluisse, putà si contractus de se erat habilis ad translationẽ dominij, & facta est traditio permanens, vt per Alexan. in l. 1. §. si vir vxori. col. penul. nu. 11. versic. fallit. ff. de acqui. posse. vel aliter potest responderi. vt per Bart. in d. l. non dubium. col. fin. nu. 30. versicu. secundum hoc
49 ergo. Ratione vero † simulationis non potest dici, quòd non transferatur possessio, si interuenit traditio, vt tradit Bart. in d. l. emptor. ff. de aqua plu. Ang. Are. Institu. de excep. vbi supra, nu. 34. dominium vero non transfertur ex contractu simulato, quando est simulatio omni respectu, id est, quando agitur inter contrahentes, vt nihil omninò fiat, si vero fit simulatio eo tantum respectu, vt appelletur vnus contractus, & reuera fiat alius, vt fortè fuit in casu nostro, tunc transfertur dominium. Bart. in d. l. emptor. ff. de aqua plu. Et ea omnia, quæ dicta fuerunt in quarta hac responsione, censeri possunt dicta fuisse ex abundanti. nam difficultas omnis clarissimè videtur sublata ex tribus alijs anterioribus responsionibus.

Non obstant ea, quæ secundo loco deducebãtur, quòd, cùm D. Romanus processerit per actus simulatos, censetur clam fecisse, ideoque præsumitur commisisse fraudem, & puniẽdus est pœna priuationis adiecta per testatorẽ, dato, quòd contractus per eum facti non valeant de iure. patet enim responsio, negando, quòd processerit per actus simulatos, vt supra deductum fuit in quarto fundamento, & non dicitur processisse clam, imò apertè, cùm fuerint omnes contractus recepti à publicis Notarijs; sed solùm potest dici, quòd processerit per interpositas personas; & id non est prohibitum, quãdo fit ex honesta aliqua causa, vt distinguit tex. in d. l. pupillus obligari. §. item ipse tutor. ff. de auto. tuto. & quòd in D. Romano nulla fuerit fraus, patet ex his, quæ pro eo fuerũt deducta in quinto fundamento.

Ad tertium, dum dicebatur, quòd citandi erant cohæredes, seu fideicommissarij, de quorum interesse agebatur &c. respondetur non esse verum de iure, quòd deberent citari; quia, cùm à testatore fuerit expressè concessum, vt quilibet ex hæredibus posset vel in totum, vel in partem alienare bona, vel permutando, vel vendendo, & ex eo pretio subrogarentur aliæ res; nõ fuit vtique opus impetrare id precibus à cohæredibus, quod iam fuerat à testatore cõcessum. l. 1. C. de thesau. lib. 10. & sicut dubium non est, quòd potuisset D. Romanus, etiam eis præsentibus, & inuitis, facere id, quod fecit, & de nouo iterum posset facere, quia habet autoritatem à testatore; non est pariter dubitandũ, quin id potuerit facere, ignorantibus illis, & absentibus. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. vbi multa per Deci. ad hoc propositũ. Et nihil facit ad rem præsentem, tex. in d. l. quoties. la. 1. C. de fideicom. procedit enim, quãdo grauatus vult alienare omninò bona fideicommissi, & ipsum fideicommissum diminuere, & nõ habet autoritatem id faciẽdi à testatore, est enim tunc clarum, quòd id fieri non potest, nisi consentiẽtibus illis, de quorum præiudicio agitur,
50 & quòd † non requiratur in casu nostro cõsensus, vel citatio, vel scientia cohæredum, seu fideicommissariorum, satis patet ex supradicto consilio D. Socini iun. 28. in 2. volu. vbi solùm considerat, quòd fideicommissum non sit factum deterius; & id expressius dicit Pau. de Ca. in d. cons. 269. col. 2. in primo volu. in nouissimis, dum ait, quòd res dotalis potest alienari, etiam inuita muliere, si vtilis sit alienatio. Et dũ postea subijciebatur, quòd necessarius esse videbatur consensus cohæredum substitutorum, quia eueniente in futurum casu fideicommissi, habituri erant ius ad ea bona, & non potest alicui ignoranti acquiri ius, etiam si Notarius pro eo stipuletur &c. est enim facilis responsio, quòd in vltimis voluntatibus acquiritur
51 ius absentibus, & ignorantibus. l. cùm pater. §. surdo. ff. de lega. 2. & res est clarior in casu nostro, quia testator expressè concessit vicissitudinem, seu commutationem bonorum; adeò, quòd, † quandocunque commutantur bona aliqua, fit statim autoritate legis, quæ solet coadiuuare voluntates testatorum; fit (inquam) quòd bona, quæ de nouo subrogantur, fingunturfuisse relicta vsque ab initio ab ipso testatore, vt est casus clarus in dict. l. Imperator. §. fin. cùm duabus legibus sequen. ff. de lega. 2. & sicut potest testator disponere de re hęredis absque particulari consensu ipsius hæredis in eo actu;

actu; debet vtique multo magis potuisse in casu nostro disponere de re hæredis, id est, D. Romani, interueniente eius consensu, & facto. & non est nouum, quòd potest testator disponere de rebus futuris. §. ea quoque. Institu. de legā. & potest disponere de re aliena sub conditione, vel in euentum aliquem. l. cætera. §. 1. ff. de lega. 1. & non est vlterius super hoc disputandum, stante textu supradicto, & habet etiam pro expedito Iaſ. in d. consil. 231. colum. 1. in 2. volum.

Ad quartum, sub quo dicebatur, quòd fideicommissum factum fuerat deterius dupliciresp ectu, primo, quia bona sancti Quirici pluris valerent, quàm bona Collodij; iam data fuit responsio, cùm id sit falsum, & è cōtrario verissimum sit, quòd bona Collodij longè pluris valebant, quàm bona sancti Quirici. Dum verò dicebatur, quòd erat factum deterius fideicōmissum, & quodammodo defraudatum propter dotem vxoris, in cuius facultate semper fuisset agere ad bona Collodij, non obstante subrogatione, posset primum dici non esse tractandum amplius de hoc proposito, cùm mortua sit ipsa vxor, & ad hoc trahi possent ea, quæ ponit Iaſ. in d. consil. 231. colum. 1. versic. & si diceretur, quòd dicta possessio. in 2. volum. dum loquitur de destinatione dotali, quæ non habuit effectum: & quamuis reliquerit ipsa vxor hæredes, id est, filios, cùm tamen sint suscepti ex ipso Dom. Romano, cuius verisimiliter sunt futuri etiam hæredes, & longè certius, quàm hæredes matris, quia ipse est longè magis diues, quàm fuerit eorum mater; non est verisimile, quòd vllo tempore sint illaturi molestiam in hoc negocio: quia opus esset eis abstinere se ab hæreditate patris, veniendo contra eius factum. Posset etiam vlterius dici, quòd Do. Romanus fuit omninò expers fraudis; quia in ipso actu subrogationis promisit expresse de euictione pro ipsis bonis Collodij. Sed præter hæc omnia potest accommodari alia responsio magis expedita, & concludens, & quæ procederet, etiam si viueret ipsa vxor, videlicet, † quòd text. in dict. l. creditores. ff. de distrac. pigno. qui concedit creditori, vt possit actione hypothecaria persequi pignus vnum ex multis, quod sibi magis placuerit: debet intelligi, vt procedat solùm quò ad pignora, quæ possidentur per debitorē ipsum principalem, non autem procedat quo ad pignora alienata. nam saltem hodie † iure nouissimo expeditum est, quòd non possunt vexari extranei possessores, nisi prius facta excussione aduersus debitorem principalem, & in actione personali, & in hypothecaria, vt est text. notissimus in Authē. hoc si debitor. C. de pigno. & procedit ille text. tam in hypothecis legalibus, id est, tacitis, quàm in expressis, vt tradit Anton. Negusan. de Fano in tracta. Pigno. in primo membro octauæ partis, numer. 21. versi. octauò fallit regula. & pariter procedit in credito ex causa dotis, sicut in quolibet alio credito, vt idem Doctor ibi concludit num. 23. vers. nonò fallit regula.

Et pro compendio totius disceptationis habendum erit ante oculos in fauorem Domini Romani, quòd summa rei videtur in hoc potissimum consistere, quòd, quemadmodum potuisset ipse commutare bona sancti Quirici cū alijs bonis cuiuslibet alterius personæ; ita potuit commutare cum bonis suis istis Collodij, argu. ex. l. singularia. ff. si cer. peta. & ex. l. quoties. §. sicut autem. ff. de admi. tuto. & non potest dari ratio diuersitatis inter vnum casum, & alium, & si testator fuisset interrogatus, respondisset vtique idem in vtroque casu. & pariter, quemadmodum potuisset D. Romanus libero modo vendere bona sancti Quirici, & eorū pretium erogare in alia bona alterius cuiuslibet personæ iuxta facultatem sibi datam à testatore; ita pariter potuit eiusmodi pretiū erogare in bona sua propria, id est, sibi pretium retinere, & bona aliqua ex suis subrogare. argu. ex supradictis legibus. & ex supradicta rationis paritate. Propterea, cùm potuerit Do. Romanus vtrunque facere, id est, & titulo permutationis subrogare sua bona Collodij, & titulo venditionis quò ad bona sancti Quirici subrogare sua bona Collodij, non est disputandum,
54 quod istorum duorū ipse fecerit. est enim † frustratoria disputatio, & inuestigatio illius ambiguitatis, quæ secundū quamlibet intelligentiam affert eundem effectum, vt per Felynum in d. c. in præsentia. colum. 7. in fin. numer. 18. versicul. quintò limita nisi probatio dubia, de proba. & certum est, quòd Do. Romanus fecit vnum ex duobus prædictis. nam, si nulla interuenit simulatio, fuit contractus permutationis. si vero interuenit simulatio, fuit contractus vēditionis, vt asserit pars aduersa, & vtrunque fuit licitum, vt dictum est. Et dum subrogauit sua bona Collodij, retento sibi pretio bo
55 norum sancti Quirici, non est quærendus † actus explicitus numerationis, cùm fuerit gestum negocium de seipso ad seipsum: præsumit enim lex talibus casibus tacitè numerationē. l. sed si damnum. alias est lex, peculium autem. §. præterea id etiam. versicu. sanè cum ex cæteris. ff. de pecul. Afflict. Neapolita. decis. 13. nu-
56 mer. 16. & † præsumitur actus factus breui manu. l. licet. §. 1. ff. de iur. dot. & l. 3. §. fin. ff. de dona. inter virum & vxo. Adeò, quòd, si res hæc considereretur à capite ad calcem, videtur

esse omninò in tuto, quòd ad D. Romanum, atque extra campum disputationis.

Iacob. Mand. Alb. Iuris Ciuilis vespertini in prima Cathedra interpres Pisis, saluo &c. 1554. 10. Maij, pro D. Romano Garzono Lucensi.

Et pro eo fuit postea lata sententia. Recepi scutos. 24.

ARGVMENTVM.

An statutum, Quòd, stantibus masculis, filiæ dotatæ, seu Deo dicatæ non succedant, cõprehendat fœminas ingredientes monasteriũ. Et an stante prædicto statuto, dotata ab vno excludatur ab hæreditate omnium, an verò solùm ab hæreditate dotantis.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM, *Quòd filia dotata, seu Deo dicata non succedat, stantibus masculis, an comprehendat fœminas, quæ ingrediuntur monasterium; variæ sunt Doctorum opiniones; verior tamen, & magis communis est, quòd eas comprehendat, si loquitur statutum de omnibus fœminis &c.*

2 *Statutum, Quòd stantibus masculis, fœmina dotatæ non succedant. si simpliciter loquitur de filia dotata, debet strictè intelligi, vt solũ censeatur excludere eam ab hæreditate dotantis, & non aliorum, nisi constet de mente statuti in contrarium.*

3 *Statutum si dicat, quòd filia dotata non succedat patri, matri, fratri, vel patruo, tunc satis est, quòd sit dotata ab vno, & excluditur ab hæreditatibus omnium.*

4 *Sed quid si statutum dicat hoc modo, filia dotata à patre, matre, vel fratribus, nõ succedat patri, matri, vel fratribus. est maior difficultas, & Doct. sunt vary; verior tamen opinio est, quòd dotata ab vno excludatur etiam ab hæreditatibus omnium; & refert rationes.*

Consilium XCVIII.

QVò ad primum articulum propositum, Nunquid statutum disponẽs, q̃ filia dotata, seu Deo dicata non
1 succedat, stantibus † masculis, comprehendat fœminas, quæ ingrediuntur monasterium; respondeo, quòd licet variæ extent opiniones Doctorum super huiusmodi quæstionibus, & inter cætera tradatur per multos Doctor. distinctio quædam, nunquid fœmina ingrediatur monasterium, antequàm factum sit statutum, an verò post factum statutũ; item, si ingreditur post factũ statutum, distinguitur interim, an verba statuti loquantur de fœmina in casu, quo iam ingressa sit monasterium, an vero in casu, quo nondum sit ingressa; quæ distinctio in singulis suis partibus est periculosa, vt latè per Iaſ. in l. fi. nu. 24. siue col. pen. & antepen. C. de pac. dico (inquam) & respondeo, esse veriorem, & magis cõmunem opinionem, quòd, si statutum loquitur de omnibus fœminis, siue tradantur nuptui, siue ingrediãtur religionem; comprehendit tale statutũ eas omnes in effectu, & eas excludit, stantibus masculis; quia cessant eo casu rationes omnes, quib. solent talia statuta impediri, ne comprehẽdat fœminas ingrediẽtes religionem, videlicet, ne retrahantur mulieres ab ingressu religionis timidiore statuti, vel ne saltem efficiantur timidiores cessant enim eiusmodi rationes, quia etiam si fœmina non ingrediatur religionem, reperit se exclusam à successione, ita latè, & optimè deducit Pau. de Ca. cons. 339. In antiquis, quod incipit, Primum dubium, de quo quæritur, satis tritum & ruminatum. col. 2. & 3. & 4. versi, supereſt tertium dubium difficilius. quod est consilium. 394. in primo vol. in nouissimis impressionibus, & Panormita. in c. quòd clericis. col. 8. num. 40. vers. & faciunt hæc ad quæstionem, statuto cauetur, extra de foro competen. & Feli. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 29. versic. sextò quæro vtrum stante statuto, seu paulò inferiùs, versic. secunda conclusio. nu. 79. de constitu. & plenius per Brunum Astensem in tracta. de Statu. excluden. fœmi. propter masculos, sexto articulo princ. in secunda q. vbi attestatur de communi.

Quòd autem attinet ad secundũ articulum, Nunquid stante supradicto statuto, dicendum sit quòd fœmina dotata ab vno excludatur ab hæreditate omniũ, in hoc pariter articulo sunt variæ opiniones. Nam, licet Doct. omnes con-
2 ueniant, quòd, † quando statutum simpliciter loquitur de filia dotata, vt non succedat stantibus masculis, debeat strictè intelligi, vt solũ censeatur exclusa ab hæreditate dotantis, & non aliorum. Bald. in l. 1. C. de legiti. hære. nisi de mente contraria statuti constet, vt ibi per eum, & vtrunque dictum approbant Iaſ. & Deci. in l. vt liberis. col. 2. C. de colla. adeò, quòd,
3 † si statutum dicat, filia dotata nõ succedat patri, matri, fratri, vel patruo. satis est, quòd sit dotata ab vno, & excluditur ab hæreditatibus omnium, vt tradit Deci. consil. 379. colum. 2. numer. 8. versicu. si verò statutum specificaret. & consil. 346. colum. 2. in princ. versic. secus si vltra procedat. quia apertè constat eo casu, quòd voluit statutum excludere ab hæreditate omnium, dummodo semel, id est, ab vno sit
4 dotata; tamẽ difficultas est maxima, † quando statutum

statutum enumeret multas personas bis, videlicet, & in actu dotandi, & in actu excludendi à successione; putà si dicit statutum, filia dotata à patre, matre, vel fratribus, non succedat patri, matri, vel fratribus. nã hoc casu voluit Ancha. consil. 80. Retento ordine, in secundo dubio, quòd fœmina non censeatur excluſa nisi ab hæreditate dotantis, & ita quòd referenda sint singula singulis; & verba statuti debeant intelligi diuisim, non autẽ coniunctim; & sensus sit, quòd, si dotata fuerit à patre, non succedat patri, &, si dotata fuerit à matre, non succedat matri &c. & eam opinionẽ sequitur Deci. in d. cons. 346. col. 2. vers. in contrarium tamen. Sed contrarium, id est, quòd etiam eo casu censeatur excluſa filia ab hereditate omniũ, dummodò fuerit dotata ab vno, videtur voluisse ipsemet Petr. de Anchara. cons. 168. Pro veritate præmittendum. colum. 1. & clarius, ac latius hoc tradit, & sequitur Curt. iun. consil. 10. col. 2. num. 6. vers. circa secundam principalem dubitationem. & cõs. 65. per totum: quia, cùm ratio talium statutorũ sit notissima, propter fauorem agnationis conseruandæ, & censeatur propterea esse statutũ fauorabile, debemus adhærere tali rationi, quantũ fieri potest, id est, nisi apertè violentur verba. deinde non est conueniens, quòd ea diligentia statuti in enumerãdis singulis personis, à quarum successione excludit fœminas, debeat interpretari in fauorem fœminarũ. mouetur etiam Curtius in d. cons. 65. colum. 2. vers. præterea & fortius. alia ratione, quæ conueniebat suo casui, & conuenit etiam casui nostro, videlicet, quòd, si cõtingit, quòd aliqua deprehendatur varietas inter enumerationem personarum factam sub actu dotandi, & enumerationem factam sub actu excludendi ab hæreditate; tunc res videtur esse clarior cõtra fœminas, veluti propriè contingit in casu nostro, quo habent verba statuti, filia dotata, seu Deo dicata à patre, matre, vel fratribus carnalibus, non possit venire ad successionem patris, patrui, vel fratrũ, & sororis, patet enim, quòd secunda enumeratio cõtinet patruum, & sorores, quos nõ continet prima; ergo opus est fateri ex verbis statuti, quòd fœmina non dotata à patruo excluditur ab hæreditate ipsius patrui, & non dotata à sororibus excluditur ab hæreditate earũ. Et hæc opinio mihi semper visa est esse verior, & alijs rationibus comprobaretur, si esset opus.

Iacobus Mandellus Albensis. Pisis. 1554. die 19. Maij, pro Magnifico. I. V. Doct. Domino Dominico Mainardo de S. Geminiano, Iudice Pisis.

ARGVMENTVM.

De materia falsi, quot modis scilicet dicatur instrumentum esse suspectum de falso, & quomodo debeat intelligi illud dictum Archidiaconi & Geminia. quòd suspicio falsi habetur pro falso &c. vide optimam declarationem.

SVMMARIVM.

1 IN *Dubio præsumendum est, & iudicandum pro instrumento publico. Sed hoc non procedit, quando instrumentũ est falsum, vel suspectum de falso.*

2 *Suspicio falsi quòd habeatur pro falso, procedit, quando suspiciones oriuntur ex vitio visibili scripturæ, vt ex abrasione, & cancellatione in loco suspecto, secus si extrinsecus oriantur, secundum Innocen. Specu. & Pau. de Cast.*

3 *In materia falsi dantur tres gradus, aliquando enim datur instrumentum falsum, aliquando datur instrumẽtum suspectum de falso, scilicet suspicione intrinseca, & vitio visibili, aliquãdo aũt datur suspectũ de falso suspicione extrinseca, & inuisibili; & omnia optimè declarat.*

4 *Instrumentum falsum, & instrumentum suspectum de falso quid propriè differant.*

5 *Iura dum dicunt instrumentum esse suspectum de falso, sentiunt vt plurimũ de suspicione intrinseca, & proueniente ex vitio visibili, & tunc suspicio habetur pro falso, nisi probetur expressè contrarium, & instrumentum est reyciendum, & cassandum &c.*

6 *Instrumentum suspectum de falsõ datur aliquãdo tertio gradu, id est, suspectũ vitio extrinseco, & inuisibili, & quomodo: & quòd tũc dicatur suspectum non suspicione iuris, sed hominis, id est, remissã arbitrio Iudicis, qui debet tunc inclinare contra instrumentum, & ei non adhibere fidem &c. & infra num. 8.*

7 *Probationes omnes sunt arbitrariæ Iudicis.*

8 *Iudex propter extrinsecas suspiciones potest, & debet non adhibere fidem instrumento.*

9 *Iudex, subsistente aliqua iusta causa, potest non adhibere fidem testibus, etiam quòd non conuincantur de falsitate.*

10 *Suspiciones falsi quando non sunt intrinsecæ, sed extrinsecæ, id est, non habentes vitium visibile, sed inuisibile, an reddant instrumentum suspectum, vt reyciatur: & quomodo debeãt intelligi Innocen. Specu. & Pau. de Cast.*

Consilium XCIX.

DVBITATIONES vltimo loco propositæ aduersus Illust. D. Comitem Vitalianũ Vicecomitẽ, quamuis prima facie videãtur plurimùm vrgere, maximè cũ proueniant partim ex com

munibus, & approbatis regulis, partim ex autoritate grauissimorum virorum, Innocentij, & Speculatoris; tamen, si diligenter considerentur, quatenus attinet ad casum nostrum, re vera non obstant, & cõmodè potest eis responderi.

Et, omissa prima parte dubitationis, seu motiui, qua dicitur, quòd in dubio † præsumendũ
1 est semper, & iudicandum pro instrumẽto publico, quia propter autoritatẽ tabellionis censetur esse probatio probata, & facit rem notoriam, ac manifestam, & tanto magis si sit instrumentum antiquum, vt videtur esse in præsenti casu &c. hæc enim habent facilem, & notissimam responsionem, & sæpe tractatam in præsenti causa, vt talia non procedant, quando instrumentum vel est falsum, vel de falso suspectum. l. iubemus. C. de proba. l. 2. ff. de fide instru. c. inter dilectos. extra eod. tit.

Redigendum est igitur totum negocium ad vltimam partem motiui, qua dicitur, quòd dic-
2 tum † Archidiaconi, & Geminiani, quòd suspicio falsi habeatur pro falso, vbi agitur ciuiliter, vt communiter volunt Doct. hoc (inquã) dictum, & hęc communis videatur solũ procedere, quando suspiciones oriuntur ex vitio visibili ipsius scripturæ, putà ex abrasione, vel cãcellatione, aut vituperatione loco suspecto, non autem si aliunde, id est, extrinsecus proueniãt suspiciones, vt distinguit Innoc. in c. 1. col. penult. vers. item nota vtile esse, quòd tabellio semper. seu vers. sed obijcies suspectum est. extra de fide instru. & Specu. de instru. edi. §. breuiter commemorauimus. col. 4. nu. 13. versi. & nota quòd tabellio semper. seu versic. sed si instrumentum suspectum, & Paul. de Cast. in d. l. iubemus. C. de proba.

3 Et pro responsione aduertẽdum est † in hac materia dari per iura & per Docto. communiter tres gradus, quorũ duo priores habent textus quamplures expressos, aliquando enim datur instrumentum falsum, aliquando verò datur instrumentum suspectum de falso, vt distinguit tex. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa. apc. vbi etiam latè glo. Bartol. & alij, tradit Angel. in l. vel negare. §. diem. colum. 1. in fine, & 2. eod. tit. & id etiam distinguunt Iura Canonica; vt in c. ex literis. de fide instru. & in c. fin. de crimi. falsi. & de instrumentis falsis patent passim exẽpla per ipsos titulos, de falsis: de instrumentis verò suspectis de falso loquuntur sæpe iura particulariter, vt tex. in d. l. iubemus. C. de proba. & in d. l. 2. ff. de fide instru. & in d. c. fin. de crimi. falsi. & in d. c. inter cæteros. & d. c. ex literis. de fide instru. & in cap. olim ex literis. de
4 rescrip. & † quid propriè differant instrumentum falsum, & instrumẽtum suspectum de falso, latè tradit Gandinus in tracta. De malefi. sub tit. de falsis. colum. 2. num. 5. vers. item nota quòd rasura. & colum. 3. & 4. vbi inter cætera concludit, dici instrumentum falsum, quando concludenter probatur falsum, id est, probatur rem aliter se habere; suspectum verò dici, quando nulla fit concludens probatio falsitatis, & solùm deducitur falsitas ex suspicionibus verisimilibus, velut est abrasio, & cancellatio, aut interlineatura, aut aliquid simile; & de his duobus gradibus nemo dubitat. Sed præter
5 eos † datur per Doct. communiter tertius gradus, in quo propter identitatem nominis sæpe numero erramus, non distinguendo eum à secundo. nã, dũ iura pro secundo gradu loquuntur de instrumento suspecto, seu alia scriptura, sentiũt vt plurimum de suspicione intrinseca, id est, proueniente ex vitio visibili, iuxta exempla comprehensa in ipso motiuo, & volunt absolutè, talem suspicionem haberi pro falsitate, scilicet, vt ita censeatur esse præsumptio iuris, quòd sit falsum, nisi tamen probetur contrarium expressè, vt probat text. in d. c. inter dilectos. §. instrumentum quoq;. & clarius id probat tex. in dict. c. olim ex literis. de rescrip. & in his terminis procedit tex. in d. l. iubemus. & in his terminis loquuntur Innocen. & Specu. vbi supra, & expressè concludunt tali casu esse omninò abijciendum, seu reijciendum instrumentum, tanquam falsum, propter solam suspicionem, nisi expressè probetur contrariũ, vt ponderari possunt eorum verba; addunt etiã, quòd tali casu propter suspicionem cassandũ est instrumentum, id est, declarandum est absolutè, & omni respectu pro falso, vt nullas amplius habeat vires.

Sed præter hunc gradum suspicionis datur
6 † & alius per Docto. communiter, vt iam cœpi deducere, qui etiam est de mente iurium. nam contingit aliquando, quòd instrumentum videtur suspectum non vitio intrinseco, seu visibili, sed intrinseco, & inuisibili; putà, quia continet aliquid non multum verisimile, vel quia præbet aliam aliquã huiusmodi suspicionem, vt quia producitur ferè extra tempus, cùm potuisset prius produci tempore commodo, vel quia continet negocium, de quo reperiuntur facta alia instrumẽta continentia tenorem, vel effectum diuersum, vel habet aliam aliquam similem suspicionem; & isto casu concludunt communiter Docto. quòd tale instrumentum censetur suspectum, non quidem suspicione iuris propriè, sed suspicione hominis; quia est in arbitrio Iudicis adhibere, vel nõ adhibere ei fidẽ, ea scilicet generali ratione, qua dicimus,
7 † probationes omnes esse arbitrarias. l. 3. ff. de testib. & per Deci. consil. 650. & 652. sed cùm arbitrium

arbitrium Iudicis debeat regulari secundum mentem legum, saltem tacitam, & secundum communes regulas, & secundum naturales, ac probabiles rationes, iuxta gloss. in l. si qua pœna. in fine, vbi etiam Barto. ff. de verborum signifi. debet Iudex tali casu inclinare arbitrium suum contra instrumentum, & ei non adhibere fidem; ita concludit Bald. in l. scripturæ. col. 2. C. de fide instrum. Ange. in dict. l. vel negare. §. diem. colum. fin. versicu. non tamen nego. ff. quemad. testa. aperian. Felin. in cap. auditis. nu. 23. in fin. de præscrip. Curt. Sen. consil. 73. Super memorata. col. fin. Socin. cons. 98. col. 2. in tertio. Cur. iun. cons. 17. col. 1. nu. 6. & consil. 64. colum. 3. & alios quamplures refert Modernus Crauetta, consil. 134. nu. 36. & hanc suspitionem prouenientem à vitijs extrinsecis considerant etiam aliquando iura, vt maximè patet ex d. c. inter dilectos. versicu. in omnibus autem Imperialibus priuilegijs. vbi summus Pontifex ait, illam sententiam, de qua ibi agebatur, videri etiam suspectam; quia de ea nunquam fuerit facta mentio in priuilegijs Imperialibus, cùm tamen verisimiliter debuisset talis mentio fieri, est ibi igitur textus expressus, quòd tales suspitiones, quãuis extrinsecæ, habeantur in cõsideratione; sed, vt dixi, catenus solùm prosunt, vt possint, & debeant mouere Iudicem ad non adhibendam fidem instrumẽto, non autem vt præcisè inferant, quòd ex ea suspitione habeatur instrumentum pro falso.

8 Et quòd † propter eiusmodi extrinsecas suspitiones possit, & debeat Iudex non adhibere fidem instrumento, passim tradunt & alij Doct. præter supradictos, præsertim Abb. consil. 99. col. fin. 1. vol. & alij relati per Iaf. consilio 168.

9 colum. 2. in quarto. Et † simile videmus, quòd quamuis in ore duorum, vel trium testiũ consistere concludens, & plena probatio. l. vbi numerus. ff. de testibus. potest tamen Iudex eis non adhibere fidem. dict. l. 3. versicu. tu magis. ff. de testib. quinimò non solùm potest, sed etiam debet eis non adhibere fidem, scilicet, si subsit iusta aliqua causa, quamuis nõ aliter conuincantur de falsitate, vt est decisio Barto. in l. Lucius. in fin. ff. de infamib. vbi etiã Bald. & Ange. & non solet dari ratio diuersitatis inter testes, & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instrumen.

Deueniendo igitur ad responsionem motiui, dum in eo dicitur, quòd suspiciones adductæ contra codicillum † non sunt intrinsecæ,

10 sed extrinsecæ, id est, non habent vitium visibile, sed inuisibile, ideoque non debent eum reddere suspectum, vt per Innoc. & Specul. vbi supra. Respondetur, sine præiudicio veritatis, an verum sit, nec ne, quòd in casu nostro non extẽt suspiciones aliquæ intrinsecæ, seu visibiles, de quo infra dicetur in secunda responsione, respondetur, inquam, ex prædictis, q̃ Innocen. & Spec. loquuntur de prima specie suspicionis, id est, de illa, quæ habet certissimam, & precisam determinationem à iure, vt operetur falsitatem instrumenti; ita, quòd instrumentũ penitus reijciatur, ideoque cùm magnum habeat effectum, fuit etiam conueniens, q̃ non de facili detur locus huiusmodi suspicioni, sed opus est, vt proueniat ex vitio visibili, atque euidentissimo. Et quòd Innocen. & Specul. loquantur in his terminis, manifestissimum est ex eorum verbis, dum dicunt, instrumentum esse omninò abijciendum, & dum dicunt, instrumentum esse cassandum. In casu autem nostro si suspiciones non sunt visibiles, neque intrinsecæ, fatemur, quòd non operãtur eum effectum, de quo loquuntur Innoc. & Specul. scilicet, quòd reijciendus sit codicillus omninò, & cassandus tanquàm falsus: nõ tamẽ propterea fit, quin sit locus tertio gradui, id est, quin codicillus habendus sit pro suspecto ex arbitrio Iudicis, qui in eam suspicionem inclinare debet propter multas rationes deductas in processu, quibus demonstratum est, huiusmodi codicillum nullam continere verisimilitudinem, stante supradicta communi opinione Doctorum, de qua vltimo loco dictum fuit. Et quamuis dicant Innoc. & Specu. quòd cessante vitio visibili, durat instrumentum, & valet, debent intelligi, quòd durat, & valet ipso iure, ita quòd non est reijciendum, neque cassandum, tanquàm falsum, vel tanquàm suspectum de falso: non tamen ob id fit, quin possit haberi pro suspecto alia ratione commissa arbitrio Iudicis, quia de hoc extat cõmunis opinio, vt dictũ est: quinimò extat tex. in d. c. inter dilectos. versi. in omnibus autem Imperialib. vt etiã supra deduxi; & non est dubiũ apud me, quin debeat Innoc. & Specula. ita intelligi, & Pau. de Cast. in l. iubemus. qui ad eos se remittit, debet secundũ eos intelligi: & si aliter sensisset, malè vtique sensisset. Dictum igitur Archidiaconi, & Geminiani communiter approbatũ procedit in vtraq; specie suspicionis, varijs tantùm modis. nam in prima specie, id est, in ea, quæ est suspicio iuris, & prouenit ex vitio visibili, procedit tale dictum propriè, & absolutè, quòd suspicio falsi habetur pro falsitate, id est, q̃ instrumentum omninò reijcitur non solũ vt ei non credatur in causa, de qua agitur, sed etiam vt habeatur omninò pro falso, vt per Inno. & Spec. vbi suprà, & text. expressus, vt dixi, in c. olim ex literis. de rescrip. In secũda verò specie suspicionis, id est, ea, quæ cõmittitur arbitrio Iudicis, q̃cedit hoc modo. nam suspicio

falsi habetur eo casu pro falsitate quò ad propositum solum, de quo agitur, id est, vt non præstetur fides instrumento in illo ipso casu, de quo litigatur, non autem vt verè habeatur pro falsò quò ad pœnam falsi, & quò ad nullitatem, seu cassationem ipsius instrumenti, vel in ipsa causa, qua litigatur, vel in alijs; & est hæc necessaria intelligentia, stante supradicta communi opinione.

Quæ autem hactenus dicta sunt, procedunt, admisso præsuppositio facto per Illustrem D. relatorem causæ in motiuo, quòd aduersus codicillum non extent suspitiones aliquę intrinsecæ, seu habentes vitium visibile: reuera tamen admittendum non est tale præsuppositũ. nam latè constat ex processu, multas extare, & vrgẽtissimas suspitiones ex inspectione ipsius chartæ, & scripturæ, inter quas illa plurimum videtur vrgere, quòd quinque aut sex posteriores lineæ præcedentes subscriptionem Notarij, scriptæ fuerũt angustissimo quodam modo, & diuersissimo stylo, seu ordine ab alijs lineis; quia deficiebat spatium chartæ: & tamen post subscriptionem Notarij supererat spatium chartæ, quòd sufficeret lineis quindecim, aut viginti. si enim iudicaturus essem, nõ satis scirẽ, quo pacto purgari posset hæc suspitio; propterea cessat vnico verbo motiuum cessante præsuppositio.

Iacobus Mandellus, Albensis, Iuris Ciuilis vespertini in prima Cathedra interpres Pisis. salue &c. 1554. 4. Augusti, pro Illust. Com. Vitaliano, Vicecomite Mediolanensi.

ARGVMENTVM.

De statuto excludente fœminas propter masculos, quòd intelligatur dummodò eis constituatur dos congrua, & quòd filia possit petere supplementum congruæ dotis, non obstante parua dote legata in testamento patris, & etiam non obstante eius renunciatione iurata facta post mortem patris, &c. Et quando actus præsumatur factus per metum. Et an in donatione consideretur enormis læsio.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM *excludens fœminas propter masculos debet intelligi, dummodò fœminis constituatur dos vel non minor legitima, vel parum distans à legitima.*

Et tantò magis si dicat statutum, fœminam dotandam esse congruo, vel legitimo modo.

2 *Et quid si dotetur à patre, an præsumatur dotata congruo modo? & quòd id non procedat, quando agitur de magno excessu, seu læsione.*

3 *Fructus ex legitima præstandi sunt post moram.*

4 *Actus præsumitur factus per metum, non autem liberè, quando continet enormem læsionem, & fit inter personas, inter quas præsumitur reuerentia: & est communis opinio.*

5 *Læsio non consideratur in donationibus, cùm omnis donatio contineat dispendium donantis: sed tamen etiam in donatione consideratur enormis læsio, quando deducitur per modũ coniecturæ ad interpretandum, vtrum interuenerit metus, aut dolus, aut seductio.*

Præsertim in minoribus, & mulieribus.

6 *Ex enormi læsione præsumitur dolus.*

Consilium C.

SI vera sunt in facto ea, quæ deduxit suprascriptus Doctissimus Consultor D. Ioannes Aiolensis de Massa in fauorem Illust. Dominæ Iuliæ filiæ vnicæ quondam Comitis Candiani D. Iohannis Baptistæ Boiardi ex Domina Thaddæa Malatestina; puto etiam esse vera ea, quę scripsit de iure, quòd non obstante dispositione patris, qui ditissimus & bonis feudalibus, & allodialibus reliquit suo testamento dotem duorum millium ducatorum duntaxat dictæ Dominæ Iuliæ, & non obstante renunciatione post mortem patris facta per ipsam Dominam Iuliam contemplatione, & ad beneficium Comitis Iulij patrui sui, possit petere, & consequi de iure ipsa Domina Iulia supplementum congruæ dotis, quæ vel non sit minor, quàm legitima debita iure naturæ, quæ est tertia pars omnium bonorum saltem allodialium, vel quæ sit congrua arbitrio boni viri, secundum qualitatem personarũ, & quantitatem patrimonij, & consuetudinem Regionis; quod arbitrium nõ debet multum distare à quantitate ipsius legitimæ. Nam quod attinet ad infringendam dispositionem testamentariam patris, videtur expe-
1 ditum esse apud omnes Docto. quòd † stante statuto excludente fœminas propter masculos, debet intelligi statutum, dummodò fœminis constituatur dos, & sit ea dos vel nõ minor, quàm legitima, vel non multum distans à legitima, vt de vtraq; opinione, vltra allegata per suprascriptum Dominum Consultorem, tradit Deci. consil. 276. colum. 1. & 2. & plenè Brunus Asten. in tractatu de Statu. excluden. fœmi. in nono articulo principali. quæst. 1. colum. na 14. nume. 34. & 35. & 36. & hæc multò magis procedunt, si statutum dicit, dotandam esse congruo, vel legitimo modo. vt per Brunũ vbi supra, nume. 39. & Ruinus in allegato consilio 60. colum. 2. nume. 4. in tertio. & quam-
2 uis † excipiatur casus, quo dos constituitur à patre

patre, quia lex plurimũ de patre confidit; id tamen non procedit, quando agitur de magno excessu, seu læsione, vt deducit Paul. de Castr. cons. 110. quod incipit, Anno suæ incarnationis, & aliter incipit, Super primo quæsito. in antiquis, in septimo dubio. Deci. cons. 26. col. 2. versic. non obstant allegata. & Brunus vbi supra, nu. 33. & nu. 40. & præter hæc casus noster est clarissimus: quia statutũ expressè ait, quòd dos non sit minor, quàm legitima. & loquuntur etiam expressè de patre. Propterea quò ad hunc primum articulum cessare debet penitus omnis disputatio, & esse locus doti, quæ non sit minor, quàm legitima. Est etiam verum de 3 iure, quòd † præstandi sunt fructus ex legitima post morã, vt tradit Brunus, in supradicto tracta. in vndecimo articu. princpa. quæst. 2. seu tertia, nu. 33. & Ripa in l. in fideicommissariam. num. 44. & 45. ff. ad Trebell.

Quod autem attinet ad secũdum articulũ, qui pertinet ad renunciationem, quam cum iuramento fecit neptis ad petitionem, & beneficium patri; videtur illud inter cætera sufficere, 4 quòd, † quotiescunque fit actus continens enormem læsionem, & fit inter personas, inter quas præsumitur reuerẽtia: præsumitur factus per metum, non autẽ ex libera voluntate. Paul. de Cast. consilio 177. Contra superius. colum. prima, in antiquis, quod est consilium. 174. in primo volumi. in nouissimis, maximè per tex. in l. si superstite. C. de dolo, & est communis opinio, vt per Socin. in consilio 263. colum. 1. nume. 2. & colum. 2. in fine, nume. 4. versicu. sed ad præmissa respondetur. in 2. volum. Consilio 140. in fine, in tertio. Deci. in l. palatium. nume. 7. in tertia limitatione. C. de collatio. & in capitulo, causam matrimonij. col. 2. nume. 5. in fine, de offic. delega. Curt. iun. consil. 141. colum. 3. num. 11. & id etiam in effectu voluit Ange. Aretin. in §. quadrupli. colum. 3. nume. 10. versic. vnum tamen tene menti. Institu. de actio. Neque obstat, † quòd alibi dicitur, læsionem non considerari in donationibus, quia certum est, quòd omnis donatio continet læsionem, seu dispendium ipsius donantis, vt sentit Anchar. cons. 433. in fine, & tradit Alexan. cons. 125. col. 5. nume. 21. in primo vol. & cons. 53. nume. 21. in tertio. nam respondetur, quòd etiam in donatione consideratur enormis læsio, quotiescunq; deducitur per modum coniecturæ ad interpretandũ, vtrum interuenerit metus, vel dolus, aut seductio. Paul. de Cast. in dicto cons. 177. col. 1. Corne. consil. 124. in tertio. Socin. in d. cons. 263. col. 2. & 3. Ripa libro tertio Responsorum, de reuocan. dona. cap. 15. nume. 13. in fin. & num. 14. & hoc præsertim procedit in minoribus, & mulieribus. vt ait Cur. iun. consil. 141. nu. 17. nam † ex 6 enormi læsione solet præsumi dolus. d. l. si superstite. C. de dolo. & l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credi. quòd autem hic sit enormis læsio, non est opus probare, quia id patet ex tenore ipsius dispositionis, & qualitate totius negotij.

Iacobus Mandellus Albensis, Pisis. 1554. 1. Decembris, ad petitionem Illust. D. Iulij Medices.

ARGVMENTVM.

An transactio rescindatur propter testamentũ de nouo repertum. Et de exemplo extracto per alium Notarium ex imbreuiatura Notarij mortui, an probet, & quomodo, si nunc non reperiatur imbreuiatura.

SVMMARIVM.

1 *A quolibet contractu, seu actu facto sub errore, & crudelitate &c. potest quilibet ex contrahentibus recedere.*

2 *A contractionibus non est facilè recedendum, etiã propter instrumenta de nouo reperta: sed fallit si reperiatur testamentum de nouo, quod tunc ignorabatur.*

3 *Transactio quòd rescindatur per testamẽtũ postea repertum, item & per codicillos postea repertos, &c.*

4 *Exemplum instrumenti extractum per aliũ Notarium ex Imbreuiatura Notarij mortui an faciat fidem, si non reperiatur Imbreuiatura, & quàm fidem, maximè quando fuit extractum sine autoritate Iudicis.*

5 *Et quòd faciat semiplenam probationem.*

6 *Sententia lata super validitate, vel invaliditate instrumenti facit ius quò ad omnes.*

7 *Testamentum probatur per duos testes testamentarios peritos deponentes de ipso, & eius tenore, quando scilicet est amissa Imbreuiatura ipsius testamenti.*

8 *Amissio Imbreuiaturæ quomodo probetur, & an per iuramentum, & quando.*

Consilium CI.

QVOD transactio olim facta inter Magnificum D. Georgium de Tortis, & monialem illam nuncupatã Diamantam, quæ prius vocabatur Domina Margarita, debeat rescindi propter testamentum D. Rolandi de Tortis repertum longè post ipsam transactionem, nullum extat apud me probabile dubiũ. nam, cùm ea transactio fuerit facta super hæreditate prædicti Domini Rolandi, ad quam quilibet ex ipsis transigentibus existimabat se habere potiora iura

ab intestato, & præsupponebant eum decessisse ab intestato, & nunc appareat eum decessisse facto testamento; apparet manifestè, ambos
1 ipsos † transigentes fuisse in errore, ideoque posse quemlibet eorũ recedere à quolibet contractu, aut alio actu facto sub eiusmodi errore, seu credulitate, q̃ D. Rolãdus decesserit ab intestato. l. cum putarem. ff. famil. hercis. & l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ignoran. & licet dici soleat, † non esse facilè recedendum à
2 transactionibus. l. in summa. ff. de condi. inde. etiam propter instrumenta de nouo reperta. l. sub prætextu. la. 1. C. de transac. id tamen non procedit, stante errore adeò supino, qualis est ignorantia testamenti, vt tradit glos. in d. l. sub prætextu. quam Doct. communiter sequũtur, vt ibi per Alex. nume. 5. & Ias. col. 2. & per eam gloss. adducitur text. in l. de his. ff. de transac. qui loquitur & de testamento, & de rescindenda transactione; & loquitur in fortioribus terminis. disponit enim ille tex. satis notus, quòd etiam inter habentes notitiam testamenti fit inutiliter transactio, nisi constet, atque expressè dictũ sit, eos diligenter inspexisse, & cognouisse verba testamenti, id est, & verba, & tenorem: ergo longè magis inutiliter fit transactio inter eos, qui nullam penitus habent notitiã
3 testamenti. & in terminis † quòd propter testamentum postea repertum rescindatur transactio facta super hæreditate, tradit Pau. de Cast. in d. l. de his. dicens se eum casum habuisse in facto, & ibi latius tradit Ias. col. 4. & 5. & de hoc etiam videtur tex. in l. Imperatores. §. cũ transactio. ff. de transac. vbi disponitur, quòd propter codicillos postea repertos rescinditur trãsactio; ad hoc etiam tendit tex. in l. fin. C. de rebus credi. volens, quòd propter testamentum postea repertum possit repeti legatum, vel fideicommissum solutũ indebitè: ad idem etiã tendit id, quòd decidit Paulus de Cast. in l. fin. §. idem quæsijt. ff. de cond. inde. ad idem pariter tendit text. in d. l. Imperatores. §. debitor. Et in casu nostro, præterquàm quòd ita est de iure, videtur etiam res ista habere æquitatem maximam. nam propter dictum testamentum priuatus fuit ipse Dominus Georgius ferè tota hæreditate Domini Rolandi; quia in eo testamento compertũ est, fuisse institutos alios hæredes, videlicet, illos de Federicis, seu de Todeschinis, & nihil penitus fuisse relictum ipsi D. Georgio, adeò, quòd euidenter constat, defecisse ei causam, propter quam ipse promiserat in ea transactione summam quingentorũ aureorum prædictæ Do. Margaritæ. & possent hic adduci multa tendentia ad demonstrandũ, quod deficiente causa finali, propter quam vel expressè, vel verisimiliter fuit factus aliquis cõ tractus, debet ipse contractus rescindi, sed sunt hæc de iure notissima.

Videtur duntaxat supersesse difficultas, nunquid de fide prædicti testamenti satis legitimè constet, videtur enim prima facie de ea nõ con-
4 stare legitimè. quia † mortuus est Notarius, qui de eo fuerat rogatus, neq; reperitur nunc eius imbreuiatura, neque exemplum aliquod sumptum, seu extractum per eundem Notariũ, & solùm reperitur exemplum quoddã extractũ per alium Notarium ex imbreuiatura Notarij mortui, antequam esset amissa ipsa imbreuiatura, & quamuis fuerit extractum facta diligenti collatione per duos Notarios cum originali, id tamen non sufficit, si non interuenit autoritas Iudicis. capitulo, cum P. Tabellio, extra de fide instru. Sed pro sustinendo exemplo, ac fide huiusmodi testamenti dicendum est in pri-
5 mis, † tale exemplum, quamuis extractum sine autoritate Iudicis, facere semiplenam probationem, cùm amissa sit imbreuiatura, secundum Bart. in l. admonendi. colum. 7. nume. 31. versic. sed quæro quid de exemplo. & per gloss. in l. sicut iniquum. C. de fide instru. & est communis opinio, vt tradit Ias. in d. l. admonendi. in prima lectura, num. 84. & latius in secunda, num. 155. & Ias. in authen. si quis in aliquo. nume. 5. & 6. vbi etiam Curt. Iun. nu. 30. & Purpura. pariter nu. 30. expressè dicens communem, & idem Purpura. in d. l. admonendi. num. 207. adeò quòd cum hac semiplena probatione deberet sufficere quælibet alia mediocris coniectura, iuxta passim tradita per Bart. & alios in l. admonendi. præsertim cùm in casu nostro fuerit extractum exemplum per virum maximæ legalitatis, videlicet, per D. Gerardum Medium. coniectura autem pro hoc testamento seu verius probatio per se sufficiens videtur esse in promptu ex eo, quòd hoc ipsum exemplũ testamenti fuit approbatum, & absolutè receptum pro legitimo in alia causa, in ea scilicet, quæ tractata fuit inter ipsum D. Georgium, & prædictos de Federicis, seu de Todeschinis: sen-
6 tentia † autem lata super validitate, vel *inualiditate* alicuius instrumẽti solet facere *ius* quo ad omnes, vt tradit Alex. in l. sæpe. nu. 67. versi. ex prædictis omnibus liquet. ff. de re iudica. & hoc maximam etiam habet æquitatem in casu isto, quia fuit approbatum huiusmodi instrumentum testamenti in præiudicium D. Georgij, nam eius vigore fuit priuatus hæreditate D. Rolandi, ergo æquissimum esset, vt etiam in eius fauorem nunc habeatur pro legitimo, præsertim cùm tractet de vitando damno, & tantò magis cùm non tractetur causa coram Excellentissimo Senatu, qui potestatẽ habet, & consuetudinem inspiciendi veritatem sem-

per,

per,& æquitatem. Et quatenus hæc non videã-
tur sufficere, habentur in promptu duo testes
7 † testamentarij deposituri distinctè, & conclu-
denter de ipso testamento, & eius tenore, &
sunt testes valdè periti, quo casu non est dubiũ
censeri sufficienter probatum testamentum,
postquàm est amissa eius Imbreuiatura, vt tra-
dit glos. in d.l. sicut iniquum. C. de fide instru.
quam ibi sequuntur Barto. & alij Docto. & est
tex. in l. testium. in fin. C. de testibus. & tradit
Ias. in d.l. admonendi. secunda lectura, nu. 186.
ergo multò magis censebitur probatũ huius-
modi testamentum, si cum prædictis duobus
testibus testamẽtarijs deponeret oretenus ipse
D. Madius, qui extraxit exemplũ, de quo nunc
agitur, quinimò sufficeret ipse D. Madius cum
vno ex dictis testibus testamentarijs, quia duo
in summa sufficiunt de iure, vt dictum est. De
8 amissione † autem Imbreuiaturæ non est dubi-
tandum, cùm non reperiatur nunc Imbreuia-
tura huius testamenti inter alias Imbreuiatu-
ras eiusdem Notarij, deinde sufficiet, quòd iu-
retur eam non reperiri, secundum glos. in cap.
cum olim. extra de priuileg. & videtur tex. in l.
fin. C. de fide instru. Et quamuis contrariũ vi-
deatur innuere tex. in d.l. testium. in fin. C. de
testib. & dicant Innoc. & Io. And. & Abb. in d.
c. cum olim. quòd vltra iuramentum debet ex-
tare aliqua coniectura, id procedit, quando a-
missio allegaretur per ipsum Notariũ, qui te-
nebatur diligenter custodire, secus autem si al-
legetur per alium, vt tradit Bart. in d.l. fi. C. de
fide instrumen.

Iacobus Mandellus, Albensis, Iuris Ciuilis ma-
tutini, in prima Cathedra interpres Papiæ.
1555. die 4. Februarij, pro Magnifico
D. Baldasare de Tortis.

ARGVMENTVM.

De eadem materia, An transactio rescindatur per testamentum de nouo repertum, si volens re-
scindere habebat notitiam testamenti tempore transactionis.

SVMMARIVM.

1 TRANSACTIO *an possit rescindi per testamen-
tum de nouo repertum, si transigens habebat
tempore transactionis notitiam testamenti, et
quæ notitia requiratur, &c.*
2 *Donatio an, & quando reuocetur per superuenien-
tem natiuitatem liberorum, & quid si fuit co-
gitatum de filijs, & de eis habita mentio, &
quomodo.*
3 *Venditio iurium hæreditariorum nõ rescinditur,
quicquid postea contingat, &c.*

Consilium CII.

EA, quæ scripsi diebus superioribus, quòd transactio olim facta inter D. Georgium, & Dominam Margaritam, super hæreditate D. Rolandi de Tortis, deberet rescindi propter testamentum de nouo repertum, possent optimè defendi, non obstante dubitatione, seu motiuo oretenus excitato per Illustrem D. Filidonium, q̃p
1 D. Georgius, † cùm transegit, haberet notitiã huius testamenti, vt videbatur constare ex alia transactione prius facta inter ipsam Dominã Margaritam, & illos de Federicis, seu de Todeschinis, in qua sæpe fit mentio de hoc testamento, & fit mentio etiam de Domino Georgio disceptante super tali testamento. Posset enim responderi, quòd licet in ea transactione fiat mentio de Domino Georgio respectu testamenti, non tamen in ea aliquid narratur indicans, quòd Dominus Georgius haberet notitiam, ac scientiam testamenti, quinimò narratur in ea penitus contrarium, dicitur enim in ea, quòd Dominus Georgius asseruit, & affirmauit, ac asserit, & affirmat, q̃p præfatus quondam Dominus Rolandus nullum condidit testamentum, &c. propterea videtur hic posse
2 accommodari illud, quod alibi dicunt † Docto. de reuocanda, vel non reuocãda donatione propter superuenientem natiuitatem liberorũ, & cõmuniter concludunt, q̃p si tempore donationis non fuit cogitatũ de filijs, reuocatur donatio, vt habetur in l. si vnquam. si verò fuit cogitatum de filijs, concludunt eam non debere reuocari, nisi tamen ille, qui de eis cogitauit, id fecerit negatiuè omninò, id est, existimans se non suscepturum liberos, & destitutus omni spe eos suscipiendi, tunc enim si postea aliquos suscipiat, reuocatur donatio, quãuis de eis fuerit habita mentio tempore donationis, vt tradit Socin. cons. 126. Visum. col. 3. in 3. vol. & Ripa in d.l. si vnquam. quæst. 50. ita igitur in casu nostro licet D. Georgius habuerit aliquando mentionem testamenti, eam tamen semper habuit negatiuè, id est, certo existimans nõ extare aliquod tale testamentum, ideoq̃ue si postea contingat ipsum reperiri, debet rescindi transactio. iuxta glos. in l. sub prætextu. la. 1. C. de transac. & Docto. tunc per me allegatos. Præterea etiam si Do. Georgius habuisset notitiã testamenti, non valuisset transactio, non habens clausulam, visis & cognitis verbis testamenti. l. de his. ff. de transac.

Sed aliud est, quod mihi esse vrgentius videtur aduersus Dominos de Tortis, volentes recedere ab ea transactione, nam si bene perpendantur verba ipsius conuentionis, apparet ma-

nifestè, eam non fuisse transactionē, sed fuisse cessionem sub titulo venditionis, iuxta tradita per Bar. in l. per diuersas. col. 1. C. manda. nam in instrumento sæpe dicitur, ex causa præsentis venditionis, cessionis, &c. & ex qualitate negotij satis constat, ꝙ neque fuit, neque esse potuit transactio inter D. Georgium, & Dominā Margaritam, quia inter eos nulla erat, neq; fuerat lis, & fuit duntaxat venditio, ac cessio iurium, si quæ habebat Domina Margarita ad hæreditatem dicti D. Rolandi, & ad hæreditatem D. Guniforti, qui fuerat filius D. Rolandi, & fuit emptio iuris incerti, qualecunque esset, & si aliquod esset, vt maximè patet ex verbis ipsius conuentionis, in secunda charta, quibus dictū fuit, quòd D. Georgius emebat ea iura citra animum tamen approbandi, aut confitendi, ꝙ talia iura essent potiora, aut meliora iuribus, quæ habebat, seu habere prætendebat ipse D. Georgius ad dictas hæreditates, & tali casu nō
3 rescinditur † venditio, quicquid postea contingat, vt est text. in l. quòd si in venditione. & l. nam hoc modo. & l. quòd si sit hæreditas. in fi. ff. de hære. vel ac. vendi.

Plurimùm itaque vereor, ne succumbāt Domini de Tortis in causa ista, si non se tuentur alio fundamento, nisi hoc fundamento testamenti reperti. Et augetur etiā hęc dubitatio, quia testamentum non fuit extractum legitimè, & licet tali modo extractum, prout reperitur, faciat semiplenam probationem, vt superioribus diebus etiā scripsi, id tamen nō videtur sufficere ad victoriam causæ, vt per se patet.

Iacobus Mandellus, Albensis. Papiæ. 1555. 28. Aprilis, Etiam in causa Dominorum de Tortis.

ARGVMENTVM.

De Constituto collato post mortem constituentis, quando nihil operetur, &c.

SVMMARIVM.

1 CONSTITVENS *se possidere pro aliquo post suā mortem, si postea ante euentum cōditionis vel diei transferat possessionem per veram traditionem in alium, subuertitur penitus vis, ac natura prioris constituti.*
Idem, si constitutum fuisset purè factum.

Consilium CIII.

LICET probabilis videatur esse controuersia inter Negusantiū & Deciū, de cōstituto collato post mortem constituentis, & negari non possit, quin articulus sit dubius: videntur tamen probabiliores esse rationes Decij, quàm rationes Negusantij, sed omissa ciusmodi disputatione, videtur casus iste habendus pro claro, & expedito in fauorem Magnifici D. Io. Baptistæ Malgradi, si verum est vnum in facto, quod inter cætera præsupponitur, videlicet,
1 † quòd Domina vxor sua, quæ prius constituerat se possidere nomine filiæ, & generi post suā mortem transtulerit postea possessionem per veram traditionem in ipsum D. Ioannem Baptist. nam tali casu desinit res esse integra, & subuersa fuit penitus vis, ac natura prioris constituti, quod erat vel cōditionale, vel in diem, nam, cùm desierit possidere ipsa Domina constituens ante euentū conditionis, vel diei, frustra expectatur euentus aliquis in hoc proposito constituti, vt tradit Deci. post alios relatos per eum, in l. contractus. nume. 17. versic. sextò limitatur. ff. de regu. iur. & in allegato consilio 247. colum. 2. deficit enim habilitas extremorum, vt ibi per eum post Signorolum de Homode. in allegato etiam consilio 217. Factum sic se habet. colum. 6. nume. 2. & 3. qui etiam fortius tradit, quòd idem esset, si constitutum fuisset purè factum, vt ibi per eum, num. 4. versicu. prętereà extincto. Propterea transeo cum opinione suprascripti Excellentis Iurisconsulti Domini Princiualli Calorij.

Iacobus Mandellus, Albensis, legens Papiæ, 1555. 17. Februarij. ad petitionem Magnifici D. Theodori de S. Georgio.

ARGVMENTVM.

De equo commodato, & mortuo in conflictu bellico, cuius periculo censeatur perijsse, an commodatarij, an commodantis.

SVMMARIVM.

1 MANDATVM *cum libera per quæ verba denotetur.*
2 *Equus commodatus ad conflictum bellicum si perijt, censetur perijsse periculo commodantis.*
3 *Testis de auditu facit saltem præsumptionem, quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.*
4 *Optima est præsumptio, quæ colligitur ab effectu subsecuto.*
5 *Facta per administratores nostros, seu factores, præsumuntur facta de nostra voluntate, & nos ipsi obligamur.*
6 *Dicta in iure de institoribus, trahuntur hodie ad factores, & ad quoscunque alios administratores.*

CON-

Consilium CIIII.

APVD me non est probabile dubiũ, quin dicendum sit, quòd filij quondam Magnifici Capitanei Vincentij, foueãt ius respectu equi, seu prętij ipsius equi, de quo in actis. nam probauerũt per duos testes oblationem factam ipsi Capitaneo per Illustrem Comitem Sfortiam, & speciale licentiam, † seu facultatem, vt posset liberè vti ad vsum bellicum equis ipsius Comitis, quę verba solent denotare mãdatum cum libera. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & ibi Barto. & l. procurator cui libera. ff. de procura. adeò, quòd si perijt † equus in conflictu bellico, censetur perijsse periculo ipsius Comitis commodantis. l. si vt certo. §. sed interdum. versicu. planè si sic commodaui. ff. commoda. & tradit prac. Papien. in forma libel. ad reuocã. feudi, in gloss. contra debitum. col. pen. & fin. De prædicta autem oblatione, & commissione, ac mandato deponit concludenter tertius testis D. Iulianus de Federicis, exprimens etiam locum, in quo facta fuit: item de ea deponit primus testis Balthassar de Miliauachis. & quia (vt intelligo) obijcitur, quòd iste testis imperfectè deponit: adeò, vt ambiguũ sit, nunquid ipse audierit immediatè supradictã oblationem, & commissionem, ac facultatem cõcessam per Comitem Sfortiã ipsi Capitaneo, an verò solùm habeat notitiam de ea per relationem aliarum personarum, respondetur, dato sine præiudicio veritatis, quòd ipse solùm audiuisset ab alijs personis, operatur tamẽ plurimum eius depositio, stante depositione supradicti tertij testis, & vrgentissima alia coniectura, de qua infra dicam. solet † enim testis de auditu facere saltem præsumptionem, vt tradit Archidiac. in c. hoc videtur. col. 1. 22. quęst. 5. Deci. cons. 82. col. 1. & cons. 272. col. 2. Roma. singu. 341. dicens, quòd talis præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & sequitur Felin. in c. tam literis. col. 2. in fine, extra de testib. Prætereà extat coniectura, quinimò præsumptio iuris, quæ coniungi debet cũ depositionibus testium, & quæ fortè per se sola sufficeret. nam probatum est concludenter, quòd ipse Capitaneus bis, aut ter vsus fuit isto equo, cùm erat accessurus ad conflictum, & quòd eo vtebatur, sciente, ac volente, & expresse concedente Præfecto, seu magistro domus Comitis Sfortiæ, & quòd conducebatur ipsi Capitaneo per famulos dicti magistri domus; ita deponit secundus testis D. Ferrandus de Raspinis, & specialiter etiam dicit se vidisse equum conduci aliquando per Michaelem famulum dicti magistri domus, quicquid in contrarium dicat de eo Michaele vnus testis partis aduersæ, scilicet quartus; ita etiam deponit primus testis Balthassar de Miliauachis. Item probatum est cõcludenter, quòd eo ipso die, quo interijt Capitaneus Vincentius super dicto equo in conflictu belli, fuerat ei pariter conductus equus per famulum dicti magistri domus mandante ipso magistro; ita deponit dictus primus testis Balthassar de Milliauachis, & dictus tertius testis D. Iulianus de Federicis; quæ probatio coadiuuat supradictam depositionem testium de cõmissione prius facta. solet enim † esse optima præsumptio, quæ colligitur ab effectu subsecuto. l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit. ff. ad Macedo. Dec. cons. 36. col. 3. in fine, & cons. 116. col. 1. deinde eiusmodi secundum dictum ipsorum testium videtur per se sufficere ad probandum, quòd equus fuit commodatus Capitaneo Vincentio, de consensu Comitis Sfortiæ, quia † ea, quæ fiunt per administratores nostros obligant nos ipsos, & præsumuntur fieri ex nostra voluntate. l. si institorem. ff. si cer. peta. nam † quæ dicuntur in iure de institoribus, trahũtur ad illos, quos hodiernis temporibus vocamus factores, vt per Ias. & Deci. in d. l. si institorem. & per Bar. cons. 79. Quidam vendidit. & generaliter trahũtur ad quoslibet administratores, vt tradunt Innocen. & Io. And. & latius Io. de Imola in c. penúl. extra de fideiusso. & si hæc singula per se sufficerent, debent sufficere multò magis, si simul coniungantur. Deinde extat æquitas maxima ex parte ipsorum filiorum, postquàm in eo cõflictu perijt ipse Capitaneus eorum pater propter pessimam naturam istius equi indomiti. Item concurrunt vndique circunstantiæ ipsius casus. nam probatum est, quòd erat locumtenens ipsius Comitis, & cp ei interierat equus proprius, quo principaliter solebat vti in bellicis conflictibus, & quòd Comes aberat, & cp onus, & cura totius legionis, seu societatis pertinebat ad ipsum Capitaneum. Ex quibus omnibus redditur verisimilior depositio prædictorum testium, & manifestatur æquior causa istorum filiorum: & in dubio etiam fauendum est reis.

1 2 3 4 5 6

Iacobus Mandellus, Albensis. Papiæ. 1555. die 18. Februarij. Pro D. Hieronymo, & fratribus de Federicis, seu de Pergamo.

ARGVMENTVM.

An si bona fideicommissi conditionalis fuerũt confiscata, vel aliter alienata, scientibus, & nõ contradicentibus, fideicommissarijs, censeatur extinctum ius fideicommissi, & fideicommissarijs præiudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Proclamationes, seu Cridæ quando fiunt per fiscũ, Quòd qui habẽt ius in bonis, compareant, &c. tenentur comparere, & contradicere etiam habentes ius fideicommissi conditionalis: aliàs cadunt à iure suo.*

2 *Fideicommisso renunciare censetur is, qui non contradicit alienationi, quæ fit de re subiecta fideicommisso conditionali: & an hoc sit verum, & an sufficiat tacitus consensus, an verò requiratur consensus expressus, verbis, vel facto aliquo.*

3 *Et an tunc fideicommissarij censeantur sibi præiudicasse solùm respectu rei, non autem respectu precij: et quomodo procedat tex. in l. si fundum per fideicommissum. de lega. 1.*

Consilium CV.

PROPONITVR in facto, extitisse quinque fratres, qui vicissim fuerunt grauati à patre fideicommisso conditionali, si quis eorum decessisset sine liberis, & mortuo deinde patre, atque adita per eos omnes hæreditate, vnum ex eis D. Iulium commisisse delictum capitale, propter quod eius bona deuoluenda erant in fiscum; & ita ea postea, seruatis seruandis, fuerunt fisco applicata, scilicet, quinta pars pro indiuiso totius hæreditatis pertinens ad ipsum D. Iulium, quia nondum facta fuerat diuisio inter eos, & nulla vnquàm facta fuit contradictio fisco per alios fratres ratione fideicommissi, aut alia; quinimò cùm venditurus esset fiscus ea bona sibi applicata, comparuit vnus ex alijs quatuor fratribus D. Io. Baptista, qui ea emit à fisco, scientibus, & non contradicentibus alijs fratribus, & eam quintam partem pro sua, & tanquàm suam possedit, ipsis omnibus consentientibus re ipsa, seu facto, dum permittebant eum percipere fructus duarum portionum ex quinque portionibus. deinde deuenerunt quatuor ipsi fratres ad diuisionem dictæ hæreditatis paternæ, & per publicum instrumentum fuit inter eos conuentum, quòd D. Ioan. Baptistæ assignarentur duæ portiones ex quinque, tanquàm ambæ pertinentes D. Ioan. Baptistæ; quia vnam earum emerat à fisco, quæ prius fuerat portio D. Iulij, vt expressè dicitur in instrumento rogato, die 23. Iunij. 1550. & in executionem dictæ conuentionis fuerunt in eodemmet instrumento extracti quinque bulletini, & assignati duo eorum D. Io. Baptistæ. Item die 25. eiusdem mensis factum fuit aliud instrumentum, quo missa fuit executioni dicta diuisio, & assignatæ duæ portiones D. Io. Baptistæ. postea contigit, quòd, cùm restitutus fuisset in patriam ipse D. Iulius quòd ad eius personam, non autem quò ad bona semel admissa, prout est de iure; tamen D. Io. Baptistæ sponte sua restituit ei suam illam portionẽ bonorum, quæ obuenerat in fiscum; an autem hoc fecerit gratis, an verò recepto pretio, non vidi, sed parum hoc refert scire. postremò D. Iulius moriturus condidit testamentum, & reliquit D. Io. Baptistæ dictam quintam portionem, & reliqua sua bona, si qua alia haberet; quia instituit eum hæredem vniuersalem.

Quæritur itaq;, his stantibus, nunquid reliqui tres fratres possint molestiã inferre de iure D. Io. Bapti. respectu illius quintæ partis, quæ fuit D. Iulij, & quæ semel obuenerat in fiscum.

Et dici multa possent in præsenti casu, hinc, & inde, præsertim ꝙ prima facie videretur decendum, quòd, cùm euenerit casus fideicõmissi, mortuo D. Iulio sine descendentibus, & nõ prius. l. ex facto. §. ex facto. vbi Bar. & alij. ff. ad Trebel. etiam quòd bona deuoluta fuerint in fiscum tempore delicti commissi. l. Statius. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. competat ius ipsis omnibus fratribus æqualiter ad tale fideicommissum, neque censeantur sibi fecisse aliquod præiudicium, eò, quòd non contradixerunt fisco, vel eò, quòd tacitè saltem consenserunt prædictis alienationibus; quia, cùm nondum euenisset casus fideicommissi, nondum eis competebat ius de præsenti, sed duntaxat erat ius de futuro, quod non facilè solet censeri remissum. Sed, omissa disputatione, puto esse concludendum de iure, quòd ea portio omninò pertineat D. Io. Baptistæ, & nullum ius penitus competat reliquis tribus fratribus, & moueor duabus rationibus. Prima iuxta ordinem eorum, quæ fuerunt facta, est, quia solet

1 † fiscus in huiusmodi casibus confiscationum emittere proclamationes, seu cridas, vt qui prætendunt ius in bonis, debeant comparere intra certum tempus, & docere de iure suo, & tali casu tenentur comparere, & contradicere etiam habẽtes ius fideicommissi conditionalis; alioquin cadunt à iure suo, vt latè deducit, & concludit Ias. in l. si stipulatus fuerit. §. cùm stipulamur. col. 2. ff. de verbo. obligat. & Curt. iun. in l. 1. num. 76. 77. & 78. ff. si cer. peta. adeò, quòd, si in casu nostro factæ fuerunt huiusmodi cridæ, videtur esse res clara, & expedita contra ipsos tres fratres; quia potest Dominus Io. Baptista se defendere, & vti iuribus fisci autoris sui. l. si mater. §. itẽ Iulianus. ff. de exceptio. rei iudica.

Secunda ratio & principalior est, quia etiam cessantibus huiusmodi proclamationibus, videntur sibi dicti fratres præiudicasse, dum non contradixerunt alienationi factæ in fiscũ per

per confiscationem, & fortius sibi præiudicasse, dum non contradixerunt venditioni factæ D.Io. Baptistæ per fiscū de istis bonis tanquàm bonis, quæ essent ipsius fisci absolutè, & perpetuò; sed longè fortius censentur sibi præiudicasse, dum ipsimet per instrumēta diuisionum approbantes expresse dictam venditionem fisci, assignauerunt duas portiones D. Io. Baptistæ, est enim de hoc proposito † gloss. in terminis. in l. cùm proponas. la. 1. C. de pac. volens quod is, qui non contradicit alienationi, quæ fit dere subiecta fideicommisso conditionali, censeatur renunciare fideicommisso: & licet illa gloss. magis communiter reprobetur, quatenus vult, quòd ex tacito cōsensu, id est, ex taciturnitate, seu ex non contradictione censeatur extinctum ius fideicommissi; fatentur tamen omnes Doct. ibi, censeri extinctum ius fideicommissi conditionalis, si interuenerit cōsensus aliquis expressus, scilicet vel verbis, vel facto, vt ibi maximè tradunt Alberi. Alex. Deci. & Alcia. & inter cætera ait D. Alciatus, quòd censetur renunciatum fideicommisso, si vltra præsentiam aliquid factum sit, vnde augeatur consensus; & id etiam alijs verbis tradit ibi Ias. in tertia limitatione, & in effectu de hoc est text. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. 1. in verbis illis, præsente & assignante. vt ibi ponderat ea verba Pau. de Cast. colum. 1. vt propriè cōtigit in casu nostro, quo ipsimet fratres assignauerunt eam portionem D. Io. Baptistæ, tanquam ei pertinentem: & ita vnico actu cēsentur reliqui tres fratres sibi præiudicasse duplici respectu in ea portione, videlicet nō solùm, quia ipsi eam dederunt D. Io. Baptistæ, sed etiam quia censentur approbasse venditionem priùs ei factam per fiscum, vt patet expresse ex principio primi instrumenti. l. mater. C. de rei vendic. Alex. in l. quæ dotis. num. 24. ff. solu. matr. & quando etiam non censerentur approbasse verbis expressis dictam venditionem fisci; censerentur ea tamen approbasse in effectu; quia veniebat ea venditio in necessarium antecedens ad ea, quæ dicebantur, & fiebant per ipsos fratres in dictis diuisionib. Bart. in l. procurator. la. 1. ff. rem ratam habe. Neque obstat prædictis, si fortè dicatur, quòd censentur ipsi fratres sibi præiudicasse in re, non autem in pretio, iuxta tex. in d. l. si fundum per fideicōmissum. nam respondetur, quòd ille tex. in hoc proposito pretij solùm procedit in suis terminis, videlicet, quando alienatio fit ex aliqua necessitate, atq; vtilitate concernente etiam personam ipsius, ad quem pertinebat fideicommissum; putà propter dissoluendū æs alienum, non autem procedit ille text. quādo alienatio, vel cōsensus alienationi præstitus dependet à mera voluntate, & nullā continet vel necessitatem, vel vtilitatem ipsius cōsentientis. tunc enim censetur absolutè donatū, & remissum fideicommissum, vt post alios tradit Ias. in d. l. si fundum per fideicōmissum. col. 3. in fine nu. 18. vers. secundo modo respondet subtilis. vbi attestatur de communi intelligētia; tradit etiam Bal. in d. l. mater. nu. 10. & eo modo Docto. prædicti concordant tex. in d. l. si fundum. cùm textu. in l. codicillis. §. insulam. ff. de lega. 2. & nos sumus in secundo casu, id est, quo nulla fuit vtilitas, vel necessitas consentiendi.

Postremò, quia plurimū possunt in hoc casu coniecturæ verisimiles, vt ait Corne. in dict. l. cùm proponas. C. de pac. non videtur hæsitandum in casu nostro, si consideretur multitudo actuum supradictorum, qui facti fuerunt per ipsos fratres circa huiusmodi quintā partem, qui omnes tendunt ad eundem effectū, si prædicta omnia simul coniungantur.

Iacob. Mandellus Albensis, Iuris Ciuilis matutini in prima Cathedra interpres, Papiæ. 1555. 12. Martij. pro Magnifico D. Io. Baptista Benuenuto Cremensi.

ARGVMENTVM.

Quòd in successionibus siue puris, siue conditionalibus, semper inspiciatur tempus, quo euenit casus succedendi, & illi tantùm admittantur, qui reperiūtur nati tempore mortis, vel tempore euenientis conditionis, non autem qui postea supernascuntur; & quando admittantur etiā postea nati, vel concepti; & de hac materia vide optimè in hoc cons. eruditissimo.

SVMMARIVM.

1 IN *Successionibus puris inspicitur tempus, quo euenit casus succedendi, & illæ tātùm personæ admittuntur, quæ reperiuntur tunc natæ, id est, tempore mortis illius, de cuius successione agitur, non autem postea nati, siue succedatur ab intestato, siue ex testamento.*

2 *Successiones ex testamento regulariter, & in dubio, procedunt eo ordine, quo procedunt successiones ab intestato.*

3 *Quando agitur de succedendo ex dispositione conditionali, ij tantùm admittūtur, qui reperiuntur nati tempore euenientis conditionis. & generaliter inspicitur tempus quo dies legati, vel fideicommissi cedit, siue sit purum, siue in diem, siue conditionale.*

4 *Dispositio pura, & dispositio conditionalis purificata, æquiparantur.*

5 *Quòd in successione conditionali nō admittuntur illi, qui postea supernascuntur post euentū conditionis.*

6 *Etiam quòd poſtea nati, ſint proximiores, quàm ſint illi, qui eos excludunt, & quæ ſit ratio. Et amplia etiam, & declara, vt infra nu. 13. cum ſequen.*

7 *Subſtitutio cẽſetur extingui, quando quis ſemel ſuccedit vocatus ad ſubſtitutionem, & nullus alius extat eo tempore ſucceſſionis.*

8 *Inter natos tempore euenientis conditionis admittitur ſolùm ille, qui eſt proximior.*

9 *In caſu, quo reuocatur per agnatum alienatio facta in extraneum, non admittuntur non nati tempore euenientis caſus.*

10 *Stante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, non excluditur fœmina propter maſculos nondum natos, neq; conceptos tempore euenientis caſus ſuccedendi; & ſucceſſio non reuocatur à fœmina per maſculos poſtea natos.*

11 *Fœmina ſemel admiſſa ad feudum, non amplius excluditur per maſculos ſupernaſcentes.*

12 *Habilitas generaliter ſemper inſpicitur tempore, quo euenit caſus, quicquid poſtea cõtingat, vel antea contigerit.*

13 *Teſtator ſi vocauit deſcendẽtes in infinitum, vel per multos gradus, aut alias perſonas multorũ graduũ, quæ non poſſunt eſſe natæ ſimul eodem tempore; tunc admittuntur etiam, qui poſtea naſcuntur, ſaltem ex veriſimili mente teſtatoris; & an ſit vera hæc opinio Socini, & quomodo intelligatur, vide infra numer. 17.*

14 *Dictio, ſui. denotat omnes deſcendentes.*

15 *Socinus in hac materia fuit ſibi contrarius.*

16 *Quando teſtator digreditur ad multos gradus, cenſetur etiam vocare illos, quandocunq; poſtea naſcuntur; dummodò tamen reperiantur nati tempore euenientis conditionis.*

17 *Opinio Socini ſupradicta, quòd admittantur etiam poſtea nati, quãdo teſtator vocauit multos gradus &c. debet intelligi, vt procedat, quando eo tempore, quo euenit conditio nemo ex vocatis à teſtatore erat natus; ideò expectatur, quòd aliqui naſcantur; & quæ ſit ratio.*

18 *Interpretatio fieri non debet, per quam diſpoſitio teſtatoris non haberet plenum effectum, & per quã redderetur eluſoria, & infringeretur aduerſus ipſius mentem; ſed, ne hoc ſequatur, licet recedere à verbis, & à communib. regulis.*

19 *Deſcendentes nati poſt alienationem ſponte factam per grauatos fideicommiſſo, poſſunt eam reuocare; & quæ ſit ratio, & quomodo intelligatur.*

20 *Prohibitio alienationis ſi fiat per teſtatorem contemplatione certæ perſonæ, illa perſona dicitur eſſe fideicommiſſaria in caſum alienationis, ſcilicet perſona, quæ tunc extat.*

21 *Lex, cùm auus. & lex, cùm acutiſſimi. quomodo procedant, & quòd non procedant in fideicommiſſo conditionali, quando conditio poteſt verificari in vita ipſius grauati.*

22 *Bona licet fuerint publicata; reuocatur tamẽ legitima per filios poſtea natos; & an hoc ſit verũ.*

23 *Termini habiles ſemper præſupponi debent in quacunque materia.*

24 *Argumentum illud, Quòd ſi teſtator fuiſſet interrogatus &c. non habetur in cõſideratione, quando verba teſtamenti ad id vllo modo non tendunt, ſed potius denotant contrarium.*

25 *Filij nati ex bannito, cenſentur nati, tanquã ex alio homine &c. & quomodo id procedat.*

Conſilium CVI.

DE RICVLOSA eſt materia, in qua verſatur præſens caſus, & de ea loquuntur Doct. varijs modis, vtcunque tamẽ ſi ſequamur communes terminos, & communes regulas, & opiniones magis communes, nullum mihi ſupereſt probabile dubium, quin res ſtet pro Magnifico D.

1 Laurẽtio. Nam † ſicut certiſſimum eſt de iure, quòd in ſucceſſionibus, quæ purè admittũtur, id eſt, nulla præcedente cõditione, inſpicimus tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, ita quòd illæ tantùm perſonæ admittuntur, quæ eo tempore reperiũtur eſſe natæ, id eſt, tempore, quo moritur ille, de cuius ſucceſſione agitur, non autem admittuntur, qui naſcuntur poſtea, ſiue ſuccedatur ab inteſtato. l. Titius. in fine. ff. de ſuis & legiti. & l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cogna. & §. cùm autem. verſicul. planè. Inſtitu. de hæredita. quæ ab inteſta. ſiue ſuccedatur ex teſtamento. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. & l. qui

2 filiabus. in prin. ff. de lega. 1. nam † ſucceſſiones ex teſtamento cenſentur regulariter procedere eo ordine, quo procedũt ſucceſſiones ab inteſtato, ſcilicet in dubio, vt tradit Pau. de Caſt. in l. fin. verſic. in textu ibi gradatim. C. de verb. ſignifica. per illum text. & Soci. in d. l. ſi cognatis. num. 29. & 30. Deci. conſ. 236. col. 3. verſic.

3 ad tertium. & conſil. 299. col. 3. nu. 7. verſ. ſubſequenter. ita † etiam habendum eſt pro expedito, quòd cùm agitur de ſuccedendo ex diſpoſitione conditionali, ij tantùm debeãt admitti, qui tempore conditionis euenientis reperiuntur nati. l. cùm pater. §. hæreditatem. el. 1. ff. de lega. 2. & hoc eſt generale, quòd debet inſpici tempus, quo dies legati, vel fideicommiſſi, aut alterius relicti cedit, ſcilicet, in propoſito perſonarum natarum, vel non natarum, de quo hic agimus. l. interuenit. ff. de lega. præſtan. adeò quòd cùm æquiparentur quòd ad effectum diſpoſitio pura, & in diem, & conditionalis, ſalua ſemper earum diſpoſitionũ propria natura, nam in pura cedit dies ſtatim à morte, & in ea, quæ habet diem, cedit eo tẽpore, quo

aduenit

aduenit dies, & in habente conditionem cedit tempore euenientis conditionis. l. si dies appo sita. ff. quan. dies lega. ced. & l. si alienum. §. in extraneis. versic. hoc amplius. ff. de hære. insti. 4 & † dispositio pura, & dispositio conditionalis purificata æquiparantur. l. fin. §. Titius. vbi la tè laf. in secundo nota. ff. de vulga. substitu. nõ videtur posse dari ratio diuersitatis, quòd non idem esse debeat in dispositione conditionali, euenientè conditione, quod est in pura, euenientemorte, & quod est in habente diem, eueniente die. Præterea † videtur esse de mente iu 5 ris, decisio Ioannis Andr. iamdudum allegata in ista causa, scilicet, in addi. ad Specula. in Rubrica de testamen. colũ. 3. verſ. item Lambertinus. seu versicul. filios autem postea natos. per quam satis deciditur casus noster vnà cum alijs Doctoribus pariter iam allegatis, præsertim Pau. de Cast. consil. 16. colum. 3. & 4. verſ. super quarto videtur. in 2. vol. in nouissimis. Alexan. conſ. 22. in tertio, & consi. 26. in fine, eod. volu. Soci. in d. l. si cognatis. num. 30. verſ. ex quibus infertur limitatio. Iaſ. conſ. 206. colum. 1. in secundo. Deci. conſ. 253. colum. fin. & conſ. 299. col. 4. & copiosè per Tiraquel. in tracta. de retract. §. 1. in gl. nona, num. 82. & 95. idem etiam vult Soci. iun. conſ. 174. colum. pen. nu. 28. 29. 30. in secundo vol. si bene inspiciatur, idem cla rius tradit Dom. Alciatus in l. pronunciatio. in verbo, agnatorum. ff. de verbo. signific. dicens 6 id procedere; † etiam si illi, qui postea superna scuntur, sint proximiores, quàm sint illi, qui eos excludunt. Et duas rationes huius conclusionis tradit Alexand. d. conſ. 22. col. 2. num. 4. in 3. volu. videlicet, quòd alioquin sequeretur absurdum, quòd si essent in paritate gradus illi, qui sunt nati, & qui sunt nascituri, & omnes simul essent admittendi, sequeretur, inquam, quòd illi, qui sunt nati tempore euenientis cõditionis, haberent ab initio omnia bona, deinde, nato vno, diminueretur illis prioribus aliqua pars bonorum, & supernascente postea alio, diminuerentur iterum omnes priores portiones, & sæpius variaretur in eodem negocio: & est ratio, quam senserat Pau. de Ca. in d. consil. 16. Item ait Alexan. † si semel aliquis succe 7 dit, qui sit vocatus ad substitutionem, censetur substitutio extingui, cùm, scilicet nullus alius exstat eo tempore successionis. l. cùm in testamento. in prin. ff. de hære. insti. & l. si mater. §. 1. ff. de vulga. substitu. & semel extincta substitutione non amplius debet reuiuiscere. Potest e 8 tiam superaddi pro tertia ratione, quòd † si inter natos tempore conditionis euenientis admittitur solùm ille, qui est proximior. l. cũ ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. quanto magis debet natus præferri nõ nato? Et prædicta procedunt, etiã si tractatur de excludendis proprijs filijs illius personæ, quæ facit locum fideicõmisso, vt maximè patet ex d. l. Titius. & ex supradicta decisione Ioannis Andr. Et idem videmus in qualibet alia mate 9 ria, † quòd non nati tempore euenientis casus non admittuntur, veluti cõtingit in casu, quo reuocatur per agnatũ alienatio facta in extraneum, vt per Deci. consil. 222. colum. 1. & latè per Tiraquel. in d. Tracta. de retract. §. 1. in glo. nona, à num. 78. vsque ad numerum. 104. Item 10 † stante statuto excludente fœminas propter masculos, non excluditur fœmina propter masculos nondum natos, neque conceptos tempore euenientis casus succedẽdi, & licet postea nascantur masculi, remanet tamen successio apud fœminã, postquàm semel ad eam fuit admissa, vt tradit Corne. conſ. 314. col. fi. verſ. postremò. in 4. vol. & Brunus Asten. in Tracta. de statu. excluden. fœmi. duodecimo articu. principa. q. 32. Item 11 † fœmina semel admissa ad feudum non amplius excluditur per masculos supernascentes, secundum magis cõmunem, de qua per Curtium, in Tracta. de feudis, in prima parte, tertiæ partis principalis. q. 28. numer. 33. Et generaliter videmus, quòd † in quocunque 12 proposito inspicitur habilitas tempore, quo contingit casus, quicquid postea contingat, & quicquid antea contigerit, vt per Deci. consil. 40. colum. 1. & clarè probat text. in l. eum qui post. 103. ff. de condi. & demon.

Non obstant ea, quæ ex aduerso deducuntur, & in primis id, quod tradit Socin. consi. 51. num. 41. seu colum. pen. & fin. in 4. volu. dum 13 multis rationibus conatur docere, quòd † si testator vocauit descendentes in infinitum, vel per multos gradus vocauit descendentes, aut alias personas multorum graduum, quæ non possunt esse natæ simul eodem tempore, tunc debeant admitti etiam, qui postea nascuntur, saltem ex verisimili mente testatoris, & id etiam videtur sentire Guido Papę, decision. 511. & videtur etiam incidenter sensisse ipsemet Soci. in d. l. si cognatis. numer. 30. versicu. vnde aliàs dicebam. Respondetur enim duobus modis, primo, quòd videtur periculosa eiusmodi opinio Socini, & habet in effectu communem opinionem contra se, si bene perpendantur dicta Doctorum ferè omnium superius adducto rum, nam Alexand. dict. consi. 22. in tertio, loquitur etiam de vocatis per nomina collectiua comprehendentia multos gradus, videlicet in casu, quo fuerat vocatus aliquis, & eius filij, & nepotes, prout etiam repetit in consil. 13. in 4. volum. & pariter de vocatis collectiuè, & per multos gradus loquitur Alexand. in dict. consil. 26. in fine, in 3. volum, iunctis his, quæ dixerat in

rat in col. 2. quòd in suo illo casu fuerat dictum de filijs, & de filijs filiorum, & in larga significatione, & pari modo Deci. in d. cons. 253. col. fin. loquitur, quando erant vocati sui, id est, liberi, vt ipse exponit ibi in 2. colum. & nota est significatio huius vocabuli, liberi. l. liberorũ. ff. de verb. signi. & quòd † dictio, sui. denotat omnes descendentes, vt tradit Alexand. cons. 26. col. 3. vers. nec prædictis obstat. in 5. volum. Deci. cons. 216. col. 2. num. 5. in fine, & 6. Item de nominatis per nomina collectiua, & cõprehendentia multos gradus loquitur Deci. in d. cons. 299. col. 4. versic. sexta conclusio. vt ibi paulò ante dixerat colum. 3. in fine, numer. 7. & eodem modo pariter loquitur in d. consil. 217. colum. fi. & Dominus Alciatus, in d. l. pronunciatio. in verbo, agnatorum. loquitur de vocabulo, familia. quod etiam vocabulum cõprehendit multos gradus, vt habetur in eadem. l. pronunciatio. §. communi iure. quinimò † ipsemet Socinus sibi in hoc contrarius in consil. 113. colum. 3. numer. 5. vers. arbitror ergo fundamentum. 1. vol. sequitur indistinctè supradictam decisionẽ Ioannis And. & loquitur Soci. in casu, quo vocatæ erant personæ per multos gradus, id est, quidam Hieronymus, & eius filij, & nepotes, adeo quòd non videtur esse plurimum laborandum in impugnanda prædicta opinione Socini in d. consil. 51. cùm ipsemet dixerit contrarium, in d. consil. 113. Sed, quod fortius est, hæc communis contra Socinum videtur habere textum pro se in d. l. interuenit. ff. de lega. præstan. qui text. vtitur vocabulo, liberis. quod tẽdit in infinitum, vt supradictum est. & ratio illa, quam considerat Soci. in dict. consil. 51. Quòd cùm † testator digreditur ad multos gradus &c. solet quidem inferre communiter apud Doctor. quòd tali casu censetur testator vocasse non solùm illos, qui reperiuntur nati eo tempore, quo moritur testator, sed etiam illos, qui quandocunque postea nascuntur, dummodo tamen reperiantur nati tempore euenientis conditionis, vt latè disputat Roma. consil. 438. In quarto, & quinto dubio. & tradit ipsemet Socinus in dict. consil. 113. colum. 3. versicu. & si dicatur prout dicit, non autem debet operari contra communes regulas, quòd illi, qui non sunt nati tempore euenientis casus, debeãt admitti, vt ibi fatetur ipsemet Socinus.

Respondetur & secundo modo, dato, quòd opinio Guidonis Papæ, & Socini esset bona, deberet † solùm intelligi, vt procedat, quando eo tempore, quo euenit conditio, nemo penitus erat natus ex vocatis à testatore, tunc enim non videtur omninò absurdum expectare, quòd aliqui nascantur, vt tradit Paul. de Ca. consil. 247. In causa quæ agitur Sauonæ. numer. 3. in fine, in 1. volu. quamuis allegetur pro contraria parte, & malè, & hoc pariter sequitur Tiraquel. in d. tract. de Retract. §. 1. in glossa nona, num. 97. & ratio tunc potest esse; quia quòd admittantur nondum nati tempore, quo euenit casus, est contra communes regulas iuris, vt dictum est; &, si debent aliquando admitti, non potest id alia ratione fieri, nisi ex coniectura mẽte testatoris, quę colligitur ex eo, quòd alioquin † eius dispositio non haberet plenum effectum, arg. ex l. 3. ff. de milita. testa. & l. Titia. la. 1. §. Lucius. ff. de lega. 2. Et ne dispositio reddatur elusoria, vel ne infringatur aduersus manifestam mentem disponentis; licitum est recedere à verbis, & à communibus regulis, capitulo, si ciuitas. de senten. excom. lib. sexto; tradit Ias. in l. non dubium. num. 44. vers. septimò limita. C. de legibus, quæ ratio cessat, quãdo tempore euenientis conditionis extant alij ex vocatis à testatore, qui sunt habiles ad succedendum, vt extitit in casu nostro D. Laurentius: ideo recedendum non est à verbis testamenti, quæ sunt clara, dum in casum delicti vocant alios non delinquentes. Et eademmet ratione potest ac debet tolli alia obiectio deducta ex Fulgosio, & Iasone † in l. quoties. la. 1. C. de fideicom. post Ioan. de Ana. consil. 47. in fine, dum dicunt, quòd descendentes, qui nascuntur post alienationem sponte factam per grauatos; possunt eam reuocare. respondetur enim, quòd id optimam habet rationem, ne scilicet pateat via fraudibus. nã alioquin esset in potestate illorum, qui sunt grauati, alienare in præiudicium sequentium; & ad hoc propriè tendit id, quod dicitur in d. cap. si ciuitas. & loquuntur Fulgos. & Ias. in casu, quo nemo extabat, qui posset reuocare tempore alienationis; quia omnes consenserant alienationi; nimirum igitur si debẽt admitti, qui postea nascuntur. Et eo modo etiã videtur declarandus text. in l. peto. §. fratre. versicul. cautionem autem. ff. de lega. 2. Et eadem pariter responsione tollitur id, quod dixit Ripa in d. §. diui. numer. 17. in decimo casu, versicu. quid alienans. dum adducit text. in d. §. fratre. & nihil aliud in effectu voluit, nisi id, quod voluerunt Fulgo. & Ias. in d. l. quoties.

Cætera, quæ obijciuntur, videntur esse leuia. nam quod deducitur ex Ias. in §. diui. num. 17. in prima lectura, & num. 20. in secũda, dum ait, † quòd quando prohibitio alienationis fit per testatorem contemplatione certæ personę, illa persona dicitur esse fideicommissaria in casum alienationis. hoc enim retorquetur in fauorem D. Laurentij. nam prohibitio alienationis ex causa delicti fuit hic facta cõtemplatione

tione non delinquentium, & expresse ipsi fuerunt vocati, & id non potuit verificari, nisi in ipso D. Laurentio, quia ipse tantum extabat illo tempore; & dato etiam, quòd posset censeri facta contemplatione filiorum Do. Francisci Bernardini principaliter; non tamen debent haberi in consideratione, si non erant nati, per supradicta.

21 Non obstant † notata, in l. cum auus. & in l. cum acutissimi. quia præter multas responsiones, quas vidi iam fuisse traditas optimè in allegationibus scriptis pro ipso Do. Laurentio, præsertim illa, quam tradit Soci. in dict. l. cum auus. nu. 29. versi. tertium corolarium, vbi ait, quòd dispositio istarum legum non procedit in fideicommisso conditionali, quando conditio potest verificari in vita ipsius grauati; potest responderi vnico verbo, quòd illæ leges nõ videntur facere ad casum nostrum. nam disponunt, q̃ filij illius, qui est simpliciter grauatus, censentur tacitè vocati. nos autem in casu nostro fatemur eos fuisse expressè vocatos, scilicet, verbis generalibus, & tamen dicimus eos debere excludi; quia nõ erãt nati tempore euentis conditionis; ergò multò magis essent excludendi, si duntaxat essent vocati tacitè. & eodem modo pariter respondetur ad notata in l. si vnquam. C. de reuocan. dona.

22 Non obstat, quòd † publicatis bonis, reuocetur legitima per filios postea natos, vt sentit Bartol. in l. 1. in fine. ff. de bonis damnatorum. & Curt. sen. consil. 1. colum. 3. nam, præterquàm quòd ea opinio non videtur esse tuta, vt per Tiraquell. in dict. l. si vnquam. folio. 296. nume. 333. respondetur, quòd ea opinio etiam si esset bona, habet rationem diuersam penitus à casu nostro; quia legitima est omni tempore, neque possunt vllo modo fraudari filij, vel ea priuari; &, cùm debeatur ex dispositione legis, nullum habet tempus præfixum, antequàm nascantur filij, quibus debetur.

Non obstat tex. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. de quo per Curt. sen. in dicto consil. 1. in 3.

23 colum. quia † respondetur, quòd ibi præsuppo nuntur termini habiles, vt semper facere debe mus in qualibet materia. l. qui testamento. ff. de testamen. & per consequens est ibi præsupponendum, quòd liberi sint nati, vel concepti tempore, quo euenit casus; cur autem persona fratris commutetur in personam liberorum, est alterius propositi, & declarãdum est ex tex. in l. auus. cod. titu.

24 Postremò † nõ obstat, quòd, si testator fuisset interrogatus, &c. quia id non habetur in cõsideratione, quando verba testamenti ad id non tendunt vllo modo, sed potius denotant contrarium, vt per Iaf. in l. 3. C. de libe. præte. & per D. Alciat. libro suo tertio, pagina mihi. 57. vers. secundus casus. de verbo. signifi. & censetur in dubio velle testator id, quod est de iure, iuxta nota. per Barto. & alios in l. hæredes mei. §. cùm ita.

Et præter supradicta, non videtur esse impertinens aliud fundamentum satis diffusè tra-

25 ctatum in hac causa, quòd † nati ex Do. Francisco Bernardino bannito, censentur nati tanquam ex alio homine &c. l. ex facto. §. ex facto. quod fundamentum videtur procedere, facto præsuppositio, quòd bona sunt in territorio Mediolani, & stantibus statuti Mediolani excludentibus bannitos ab omni protectione vt per Iaf. consi. 166. in 2. volum. & Ripam, in d. §. ex facto. numer. 16. & 17.

Iacob. Mand. Alb. Iuris Ciuilis matutini in prima Cathedra interpres, Papiæ. saluo &c. 1555. die. 18. Martij, pro Magnifico D. Laurentio de Homate, Mediolanensi.

ARGVMENTVM.

De statuto, Quòd vicinus, vel agnatus possit intra certũ tempus luere, seu ad se auocare rem venditam per alium vicinum, vel agnatum. an scilicet debeat vicinus, vel agnatus offerre, & deponere totum pretium, an verò possit illam partem pretij tantum, quæ fuit soluta per emptorem, & an gaudeat omnibus commodis concessis illi emptori per venditorem; quòd sic, maximè dilatione solutionis.

SVMMARIVM.

1 VICINVS, *Vel agnatus luens, vel auocans ad se rem venditam per alium vicinum, vel agnatum, ex forma statuti &c. admittitur eo modo præciso, quo admissus fuit primus emptor; & cum eisdem commodis, & oneribus &c. & quæ sit ratio.*

2 *Subrogatio fit cum omnibus qualitatibus.*

3 *Dilatio solutionis cẽsetur quædam diminutio pretij; & è conuerso solutio ante diem censetur aliquid plus continere.*

4 *Cæpolla voluit cõtrariũ, scilicet, quòd vicinus, vel agnatus luens offerat totum pretium, & malè.*

5 *Emptor habet exceptionem, ne cogatur soluere pretium venditori, quando res sibi euincitur.*

6 *Venditor an possit dicere, quòd habuit fidẽ de pretio primo emptori, quam non vult habere vicino, vel agnato luenti rem &c.*

7 *Confirmatio Principis non præiudicat iuribus aliorum.*

8 *Emptor primus an possit dicere se velle, quòd venditio sit nulla, & habeatur pro non facta, & quòd iterũ fiat, constituto maiori pretio, quando vicinus, vel agnatus vult luere &c.*

Consilium CVII.

DISPVTANT præsentem casum Carolus Molinæus, & Andreas Tiraquellus, vtrum † stante statuto,
1 quo conceditur vicinis, vel agnatis posse intra certum tempus luere, seu ad se auocare rem venditam per alium vicinũ, vel agnatum; debeat offerri, & deponi totum pretium; an verò ea tantùm pars pretij, quæ per primum emptorem fuit soluta; ita, quòd residuum postea soluatur alio tempore, prout soluendum erat per primũ emptorem. Carolus Molinæus in prima parte Consuetu. Parisien. §. 13. in glo. octaua, in quarta, & quinta. q & Tiraquel. in libro suo de Retract. §. 1. gl. 16. in septima q. à numer. 32. vsque ad numerum. 50. qui longè plenius loquitur; & ambo concludunt, quòd vicinus, vel agnatus debet admitti eo præcisè modo, quo admittebatur primus emptor, & cum eisdem commodis, eisdemque oneribus; & mouentur potissimum duabus rationibus, quæ quantò sunt faciliores, tantò sunt verio-
2 res. Prima, quòd, cũ vicinus, vel agnatus † subrogetur à statuto loco prioris emptoris; censetur subrogari cum omnibus qualitatibus, quæ respiciebant eum emptorem. l. 1. §. hæc actio locum. ff. si quis testa. lib. esse iuss. Secunda ra-
3 tio, quia dilatio † solutionis censetur quædam diminutio pretij. l. circa legem. & l. in quantitate. §. in diem. ff. ad leg. Falcid. sicut è cõuerso solutio, quæ fit ante diem censetur aliquid plus continere. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. & l. ait prætor. §. si cum in diem. & §. partum. ff. quæ in fraudem credito. & l. omnes. §. fin. eod. tit. adeò, quòd is, qui petit ante diem, censetur plus petere. §. plus autem. Institu. de actio. Propterea, si vicinus, vel agnatus priuaretur eo commodo dilationis datæ primo emptori ad soluendum; censeretur rem luere non eodem pretio, sed maiori, quod certè esset nõ tantùm aduersus mentem statuti, sed aduersus verba expressa.

4 Neque obstant duæ rationes, quibus † motus Cæpolla videtur voluisse contrarium, videlicet, inter consilia sua ciuilia, consil. 46. incip. Circa dubiũ. col. 2. vbi primùm ait, quòd, cùm statutum non distinguat, an primus emptor soluerit totum pretium, nec ne, sed simpliciter disponat, quòd vicinus, vel agnatus debeat offerre totum pretium: debet indistinctè, & simpliciter intelligi. est enim ad hoc facilis responsio, quòd, licet statutum nõ distinguat, debemus tamen nos distinguere, si subest ratio distinguendi, vt per gl. in l. Imperator. ff. de postulan. hic autem extant duæ rationes distinguendi, quæ superius fuerunt relatę. Nõ obstat alia ratio, qua mouetur supradictus Doctor, ꝙ primus emptor non esset securus de pretio, id est, quòd remanet interim obligatus venditori, & poterit esse, quòd venditor non facile cõsequi poterit pretium à vicino, vel ab agnato: ideoque molestabit postea ipsum primũ emptorem. patet enim responsio ex his, quæ deducit Tiraquel. vbi supra, nume. 39. videlicet, falsum esse præsuppositum Cæpollæ, quòd primus emptor remaneat obligatus venditori ad
5 pretium promissum: quia, † cùm res euincatur ei à vicino, vel ab agnato, clarum est, quòd habet exceptionem, ne cogatur soluere pretium venditori. l. habitationum. §. ante pretium. ff. de pericu. rei vendi. & l. ex his. & l. si post perfectam. C. de euic.

6 Non etiam † obstat aliud, quod prima facie videtur magis coloratum, quòd venditor habuit fidem de pretio cũ primo emptore: quia nouerat eum facilem ad soluendũ, & perspecta sibi erat illius probitas, & fides: & non talis erit fortasse vicinus, vel agnatus, vt venditor sit ei habiturus fidē de pretio. colligitur enim responsio ex Tiraquello vbi suprà, num. 40. & 41. & ex Molinæo vbi supra, in 5. quæstio. quòd debet venditor sibi ipsi imputare, cùm posset id præuidere, quia sciebat, vel scire debuerat, esse à statuto concessum vicinis, & agnatis posse ingredi locum primi emptoris in omnibus, & per omnia, & illum expellere. Et in omnem casum cessaret penitus hæc obiectio, si vicinus, vel agnatus offerat idoneam fideiussionem, vt sentit Molinæus vbi supra.

Et hæc omnia procedunt secundum termi-
nos statutorum simpliciter loquentium. Sed in casu nostro cessare debet omnis penitus disputatio, quia statutum Inclytæ ciuitatis Ianuæ, loquitur clarissimè, ꝙ vicinus, seu consinis habeat omnia priuilegia, & beneficia, quæ habet emptor, & specialiter in soluendo pretio per illos modos, & terminos cõuentos interviliter venditorem, & emptorem. & magis specialiter disponit, ꝙ offeratur, & deponatur pars pretij duntaxat soluta per emptorē: residuũ verò promittatur datis fideiussorib. adeò, ꝙ per statutum hoc tolluntur penitus tres supradictæ obiectiones adductæ in contrarium. nam statutũ distinguit. item propter dationē fideiussorũ liberat & emptorē & venditorē à quolibet periculo. Propterea videtur hic frustrato riũ vel disputare, vel dubitare, postquàm per statutũ casus iste clarè, & expresè est decisus.

Neque obstat confirmatio contractus facta per Illustrissimã Dominationem, est enim de
7 iure certissimũ, ꝙ tales † confirmationes non præiudicant iuribus aliarum personarum. c. fi. exta de confirma. vti. vel inuti. & absurdum esset

esset existimare, ꝙ per talem confirmationem censeatur sublata dispositio statutorum prouidentium vicinis, & agnatis. l. si quādo. in prin. C. de inoffi. testamē. quinimò ex tenore ipsius instrumenti vēditionis patet manifestè, quòd venditor, & emptor reseruauerunt vicinis, & agnatis beneficiū statuti, vt patet ex verbis instrumenti, in secunda charta, ibi, quod pretiū prædictum soluēdum per dictum Vincentium casu, quo ab eo non auocaretur, tam beneficio statuti de alienatione in agnatos, quàm de alienatione in confines facienda &c.

a Non obstat †id, quod intelligo asserere emptorem, scilicet, se velle, ꝙ vēditio sit nulla, & quòd habeatur pro non facta, & ꝙ iterum fiat, constituto maiori pretio &c. est enim clarum pro responsione, ꝙ id non est in eius potestate, cùm iam sit acquisitū ius vicino ex dispositione statuti, qui vicinus præuenit, antequàm aliquid fuerit innouatū, vt tradit Molinæus in d. glo. octaua, in prima. q. vers. & hoc non habet. seu vers. dummodò volens retrahere non præuenerit &c. & alioquin redderetur elusorium statutū, & aperiretur via fraudibus; & generaliter solent reijci ea, quæ aliquis vult facere sine sui vtilitate, & in præiudicium tertij, præsertim per fraudē, iuribus vulgaribus. Et pari ratione tollitur id, quod fortè posset obijci ex supradictis verbis instrumenti venditionis, dum inter alia dicitur, vel per eū qui auocauerit &c. quibus videtur primus emptor sibi prouidisse, ꝙ, etiam si res auocaretur à vicino, vel ab agnato; deberet tamē pretium soluendum per vicinū, vel per agnatum peruenire in ipsum primum emptorem, & apud eum remanere per annos quinque; & ita per consequens vidētur voluisse ipsi contrahentes, quòd vicinus, vel agnatus vsurus beneficio statuti deberet statim soluere totum pretium. patet enim respōsio ex supradictis, quòd non fuit in facultate eorum præiudicare vicinis, vel agnatis, & efficere dispositionem statutorum elusoriam; deinde & ineptum, & iniquum esset, quòd, cùm dissoluatur contractus venditionis, velit emptor cōsequi ex eo contractu aliquod commodum.

Iacob. Mand. Alb. Iuris Ciuilis matutini, in prima Cathedra interpres Papiæ, saluo &c.

1555. die 9. Aprilis, pro Magnifico Domino Nicolao Grimaldo, Ianuensi.

ARGVMENTVM.

De materia, quando successor nō teneatur stare colono. Et quòd successor legitimus in beneficio Ecclesiastico non teneatur stare colono posito per prædecessorem, qui erat iniustus detentor, & vsurpator beneficij, & cuius ius fuit extinctum &c.

SVMMARIVM.

1 SVCCESSOR *Non tenetur stare colono, quando fit successio non per translationem iuris in alium, sed per priuationem eius, qui locauit, & per extinctionem iuris sui, & quæ sit ratio, vide infra num. 3.*

Idem est de locatione facta per vsufructuarium.

Idem in successore beneficij Ecclesiastici.

2 *Successor non tenetur stare colono, quando locator nō habebat plenam administrationem, etiam quòd translatio fiat per sententiam Iudicis.*

3 *Resoluto iure datoris, censetur resolutum ius accipientis.*

4 *Locationes, infeudationes, & cæteri contractus facti per iniustos dominos, & possessores, veluti per Tyrannos &c. non præiudicāt legitimis successoribus seu dominis.*

5 *Successor in beneficio Ecclesiastico an teneatur stare colono, quando prædecessor locauit expresso nomine Ecclesiæ; & quòd non teneatur stare, quando locatio fuit simpliciter facta nomine ipsius Prælati, etiā quòd fuerit legitimus possessor.*

6 *Quilibet succedens per sentētiam Iudicis tenetur stare colono, & quomodo id intelligatur; & declaratur Iason. in l. diuortio. nu. 35. & Baldus, quem Ias. adducit.*

7 *Locatio si facta fuit in fraudem successoris, non tenetur successor stare colono.*

8 *Fiscus succedens non tenetur stare colono; idem est in Ecclesia; quia Ecclesia, & fiscus æquiparantur in fauorabilibus.*

Consilium CVIII.

STante præsuppositio mihi trāsmisso, quòd is, qui locauit prædia, de quibus nūc agitur, fuerit per tres sententias conformes in curia Romana declaratus iniustus detentor, & vsurpator beneficij, puto rem esse de iure clarā, quòd Reuerend. & Illust. D. Arcimboldus successor legitimus in eo beneficio, nō teneatur stare colono, non obstantibus his, quæ traduntur per Ias. in l. diuortio. num. 32. vsque numerum. 36.

1 ff. solu. matri. Nam, † quando fit successio, non per translationem iuris in alium, sed per priuationem illius, qui locauit, & per extinctionem iuris sui, non tenetur successor stare colono, vt decidit Ioan. de Imola, in l. si filio. §. si vir. colum. 2. versicul. item adde quod dixit. ff. solu. matri. per text. in l. si quis domum. §. 1. ff. loca. qui text. loquitur de locatione facta per vsufructuarium. Et subijcit Imola, idem quoque esse in successore beneficij Ecclesiastici, cùm ipse æquiparetur fructuario, vt per glo. in cap.

præsenti. de offi. ordina. in sexto: & eam decisionem prius posuerat Bal. in d. §. si vir. colum. etiam. 2. & Bald. in dict. l. diuortio. in tertia colum. licet non ita clarè. Et quamuis posset excitari aliqua disputatio super prædicta eorum illatione ad locatores beneficiorum Ecclesiasticorum, quando scilicet is, qui locauit, erat titulatus, & legitimus possessor beneficij; hic tamen sumus extra eum casum, quia, vt supradictum est, presupponitur in casu nostro, quod is, qui locauit, non fuerit iustus detentor, sed vsurpator; adeò, quòd dubitandum non est, quin translatio facta sit per eius priuationem, & per extinctionem iuris sui: quod etiam manifestè probatur. in l. si tibi alienam. ff. loca. & ad idem tendit id, quod alijs verbis tradit Bar-
2 tol. in d. §. si vir. quòd † si locator non habebat plenam administrationem, nō tenetur successor stare colono, & loquitur Bart. etiam in casu, quo translatio fit ex necessitate, & per sententiam Iudicis, vt patet ex verbis suis, & eo etiam casu loquuntur Bald. & Imola vbi supra. Et habet hæc decisio, seu conclusio rationem
3 euidentissimam, videlicet, quòd † resoluto iure datoris, id est, locatoris, debet censeri resolutum ius accipientis, id est, conductoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. vt ait Abb. in sua quæstione tertia, incip. Sempronius. colum. 10. vers. ad quintum arguitur. Et tendunt ad eundem finem ea, quæ alibi tradūt Doct. dicentes, quòd
4 † locationes, infeudationes, & alij contractus facti per iniustos dominos, & possessores nullo modo preiudicant legitimis successoribus, seu dominis, prout de contractibus factis per Tyrannos; tradit Bart. in tracta. de Tyran. nume. 37. Deci. cons. 191. maximè in 3. colum. Brunus Asten. cons. 19. colum. 4. vers. septimo, & consil. 21. colum. 1. vers. secundo, & versi. tertio; & de contractibus factis per schismaticos, & per alios iniustos Prælatos traditur. in c. primo, extra de schismat.

Potest pro secundo fundamēto dici, quòd,
5 tametsi aliqua sit disputatio, † an successor in beneficio Ecclesiastico teneatur stare colono, quando locatio prędecessoris facta fuit expresso nomine Ecclesiæ, vt per Abba. in c. fin. in 2. colum. extra ne Prælat. vices suas. nulla tamen est disputatio, quando locatio non fuit facta nomine Ecclesię, sed simpliciter facta nomine ipsius prælati, tunc enim habent Doctor. omnes pro expedito, quòd non tenetur successor stare colono, etiam si prædecessor, qui locauit, fuerit legitimus possessor, vt tradit Abb. in d. c. fin. colum. secunda, in prin. & latius in d. sua. q. Sempronius. colum. 11. versicu. in solutione huius. casus autem noster est clarior, quia is, qui locauit, non erat legitimus possessor, sed iniustus; adeò, quòd sumus certi, eum non locasse, neque potuisse locare nomine Ecclesiæ, & per consequens &c.

Non obstant ea, quæ tradit Ias. in d. l. diuortio. præsertim numer. 35. in fine, dum ait, quòd
6 † quilibet succedens per sententiam Iudicis, tenetur stare colono, vt prius dixerat Bald. in c. quoniam frequenter. §. fi. in fine. extra vt lite non contesta. per text. in l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auto. iudi. possi. quoniam respondetur, quòd Iason debet intelligi secundū Baldum, quem allegat, Baldus autem non loquitur indistinctè, sed loquitur duntaxat in casu, quo succeditur ex persona, & iure prædecessoris; putà quia prædecessor erat debitor ipsius successoris, vt patet euidenter ex his, quæ paulo ante dixerat ipse Bald. quòd factum Iudicis censetur factum partis. l. si ob causam. C. de cenict. ideoque, si Iudex vendidit, seu dedit in solutum, videtur debitor vendidisse, vt ibi per eum; & specialiter ait, eum esse casum, in quo emptor, seu accipiens in solutum tenetur stare colono; & si alio modo intelligeretur Baldus, fuisset malè locutus, & contra tex. in effectu in d. l. si tibi alienam. & d. l. si quis domum. §. 1. & fuisset sibi ipsi contrarius in his, quæ dixit in d. l. diuortio. in d. l. si filio. §. si vir. & id etiam patet euidenter, quia Bald. in d. c. quoniam frequenter. mouetur per text. in d. l. in vēditione. §. 1. & per ea, quæ ibi tradit Barto. nam Bart. ibi concludit, quòd missus in possessionem ex secūdo decreto tenetur stare colono, de quo articulo disputat Ias. vbi supra; & quæcunq; opinio sit vera, non pertinet ad casum nostrum, in quo, vt dictum fuit, succeditur nō ex persona, & iure prædecessoris, sed potius per cōtrarium succeditur per priuationem prædecessoris, & per extinctionem totius iuris sui.

Posset etiam aliter responderi ad tradita per Ias. supra, quòd, etiam si casus noster reuertur in terminis, de quibus ipse Ias. loquitur; non tamen obstarent dicta per eum, sed potius prodessent. nam text. in dict. l. in venditione,
7 §. 1. excipit casum † quo facta sit locatio in fraudem successoris; & id potest applicari nostro casui in fortioribus terminis, seu maiori ratione, postquàm in casu nostro prædecessor erat iniustus detentator. censetur enim reipsa fuisse facta fraus in toto; quæ vtique debet censeri maior, quàm si fuisset facta in actu dūtaxat locationis.

Posset & tertio modo respōderi, quòd ipse-
8 met Ias. excipit casum, † quo succedit fiscus. Ecclesia autem solet æquiparari fisco in fauoribus, vt latè habetur in Centuria locorū legalium, loco vigesimosexto; quicquid in contrarium dubitauerit Alex. in dict. §. si vir. num.

quinto

quinto & sexto, volens constituere differentiã inter ciuitatem, & fiscum, & malè in hoc proposito. Sed duæ istæ posteriores responsiones nõ sunt necessariæ, stante prima, quæ apud me nullam habet difficultatem.

Iacob. Mandell. Alb. legens Papiæ. 1555. die. 23. Iunij, pro Reuerendo, & Illustri D. Antonello Arcimboldo.

ARGVMENTVM.

An prohibitus alienare, vel disponere de aliqua re vsque ad certam ætatem, possit ante illam ætatem alienare, seu disponere per testamẽtum. Et de testatore, qui simpliciter, & generaliter mandauit satisfieri legatis paternis, vel debitis, an scilicet cõprehendatur legatum, vel debitum inefficax, & suspensum &c. & de materia. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio.

SVMMARIVM.

1 PROHIBITVS *Alienare, vel disponere ante certam ætatem, putà annorum vigintiquinq;, non prohibetur alienare per testamentum.*

2 *Minor habens curatores, & ita prohibitus alienare, non censetur prohibitus condere testamentum.*

3 *Per testamentum potest quis alienare, etiam specialiter illam rem, quam erat prohibitus alienare propter imbecillitatem ætatis.*

4 *Prohibitus etiam simpliciter, & absolutè rem aliquam alienare, nõ censetur prohibitus alienare eam per testamentum; & ratio supradictorum quæ sit, vide ibi. in d. num. 4.*

5 *Argumentum à proportione valet.*

6 *Dispositio quælibet, quantumcunque strictè interpretanda, recipit interpretationem à iure communi, præsertim passiuam.*

7 *Minor faciens testamentum, non dicitur lædi, quia potest semper reuocari.*

8 *Alienatio quando sit contra verba testatoris, vel prohibentis, sed nõ fit contra eius rationem, & verisimilem mentẽ; non dicitur esse prohibita.*

9 *Tempus regulariter inspicitur, non quo fit dispositio, sed in quod ipsa dispositio confertur.*

10 *Testamenta fuerunt introducta iure quodã priuilegiato.*

11 *Contractus fieri potest etiam in testamẽto; & an possit reuocari, si reuocetur testamentum.*

12 *Mandatum simplex, vel generale de soluendo debita, non comprehendit debitum inefficax; sed vide infra nu. 23.*

13 *Generalis sermo debet generaliter de omnibus intelligi, etiam quòd sit conceptus per indefinitã propositionem, non autem per vniuersalẽ, seu generalem.*

14 *Testator si mandet simpliciter solui debita, est perinde, ac si dixisset, omnia debita.*

15 *Expressum dicitur etiam id, quod continetur sub verbis generalibus.*

16 *Generalis dispositio quòd comprehendat omnia.*

17 *Confirmatio, seu mãdatum, quòd soluantur legata, comprehendit legatum, quod aliàs erat inualidum sine tali mandato, & confirmatione, & non ea, quæ sunt valida, & quæ non indigebant ea confirmatione, & mandato.*

18 *Actus ambiguus censetur factus ob illam causam, vel ad eum effectum, qui indigebat tali actu.*

19 *Legati appellatione quandoque venit legatum, quod impropriè est legatum, & quando.*

20 *Testator si aliquid non expresit, quod tamẽ fuisset ei facilè exprimere, an censeatur voluisse illud omittere; & quomodo procedat text. in §. sin autem ad deficientis. & illa argumentatio.*

21 *Sub generali sermone an cõprehendantur ea, quæ digna sunt speciali mentione, & quomodo. & vide etiam supra num. 11. in fine.*

22 *Generalis sermo comprehendit omnia, etiam casus priuilegiatos.*

23 *Mandatum generale de soluendo legata, vel debita, an comprehendat legata, vel debita inefficacia, & quando, & quomodo procedant tradita in §. Flauius. ff. de solutio.*

24 *Qui legat creditori, contra quem habebat exceptionem, censetur exceptionem remittere; & quomodo id procedat.*

25 *Sub generali mandato, de soluendis legatis, facto in vltima voluntate, comprehenditur etiam legatum debitum saltem naturaliter, & in foro conscientiæ.*

Consilium CIX.

IVXTA ordinem propositum per Excellentem Iurisconsultum, & plurimum mihi obseruandum D. Traianum Delphinum, duo sunt hic videnda, primùm an Illustrissimus Dux Franciscus, cui per Illustrissimos suos tutores fuerat commissa declaratio, seu dispositio legati, de quo agitur, commissa scilicet cum illis verbis, quando sarà fuori della tutela, & gouerno nostro, possi dechiarare, ordinare, & disponer, come gli parerà &c. potuerit suo testamento disponere de huiusmodi legato, quod testamentum legitimè, & validè condidit, cùm iam factus esset pubes, licet nondum esset extra curam, atq; administrationem Illustrissimorum tutorum. Aliud est, an id facere voluerit. Et quod attinet ad primum, omissa disputatione, 1 puto eum potuisse id facere, quia † extant communes Doctorũ decisiones, quòd prohibitus alienare, vel disponere ante † ætatem annorum vigintiquinque, aut ante aliud aliquod simile

† *Vide etiam eundem Do. meũ Albam, in d. §. Diui. nu. 97. de lega. 1. i n. Annib.*

simile tempus, quo euidēter denotatur, id fieri propter imbecillitatem ætatis: non prohibetur alienare per testamentum. Bal. in l. ea lege. colum. 3. num. 11. & 12. vers. secundò quæro an prohibita. C. de condic. ob cau. vbi principaliter mouetur per text. in l. Aurelio. §. fi. ff. de libera. lega. qui tex. multum conuenit nostro ca-
2 sui, dum decidit, quòd † minor habens curatores, ideoque prohibitus alienare, non censetur prohibitus condere testamentum; de quo etiam tradit Alexand. in l. si curatorem. colum. 2. num. 6. C. de in integ. restitu. post Bart. Angel. & Imolam, in l. 1. §. fuit quęsitum. ff. ad Trebel.
3 & quòd † per testamentum possit alienare, etiam specialiter illam rem, quā erat prohibitus simpliciter alienare propter imbecillitatem ætatis, tradit Salice. in d. l. ea lege. col. pen. num. 17. versic. quæro quidam donauit minori fundum. & latius tradit Alex. consil. 155. Visis. colum. fin. in 2. volum. per ea maximè, quæ tradit glo. in Authen. vt lice. matri & auiæ. in prin. in verbo, Disponere. tradit etiā Rubeus Alexan-
4 dri. cons. 27. in fine, quinimò † etiam prohibitus simpliciter, & absolutè rem aliquam alienare, nō censetur eam prohibitus alienare per testamentum. l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. Bart. in l. quemadmodum. colum. 1. numer. 5. C. de agri. & censi. lib. 11. Et habent hæc rationem euidentissimam. nam sicut prohibitio generalis alienandi iuncta adultis minoribus non comprehendit facultatem testandi. d. l. Aurelio. §. fi. tametsi testamento comprehendatur vniuersum eius patrimonium. l. 1. ff. de testamen. ita quoque prohibitio disponendi de aliqua re particulari, quæ prohibitio simpliciter iuncta sit minori, quamdiu erit minor; non debet comprehendere facultatem
5 disponendi de ea re per testamentum, † per argumentum à proportione, de quo per gloss. in l. fin. §. sin autem à locis. C. de iure deliberan. & per gloss. & Bartol. in l. illud. C. de sacrosan. Eccle.

Neque obstat, si fortasse ex aduerso dicatur, fieri violentiam verbis decreti, seu ordinationis factæ superioribus annis per Illustrissimos tutores, dum expressè dictum fuit, quando sarà fuori della tutela, & gouerno nostro. respon
6 detur enim, quòd † quælibet dispositio, quantumcunque strictè interpretanda, siue sit statutum, siue decretum, siue rescriptum, siue quid aliud simile, recipit interpretationem à iure communi. l. 2. C. de noxal. actio. præsertim interpretationem passiuam. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem. Falci. & ratio huiusmodi interpretationis in casu nostro est in promptu, quia testamentum potest semper reuocari; propterea
7 † non censetur lædi minor, si facit testamentū, vt dicunt Doct. in d. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & Deci. cons. 279. aliàs. 280. incip. Placet mihi. colum. 1. & 2. vnde patet diuersa ratio inter dispositionem inter viuos, & dispositionem per testamentum; quia per primam lædi-
8 tur minor, cùm sit irreuocabilis, non autem per secundam. Et potest hic applicari id, quod alibi dicunt Doctor. quòd, † quando alienatio fit contra verba testatoris, vel alterius prohibentis, sed non fit aduersus rationem, & verisimilem eius mentem; tunc non censetur prohibita, vt tradit Angel. consil. 169. Super puncto. colum. 1. & 2. quem etiam refert, & sequitur Ias. in §. diui. in secunda lectura, numer. 78. & vltra eos id tradit Corne. consil. 178. in 1. volum. Deci. consil. 511. numer. 6. Soci. iun. consil. 20. colum. fin. in 1. volum. & consil. 28. in 2. volum. ideoque, cùm verisimilis ratio nostri decreti, seu ordinationis conferentis facultatem disponendi de hoc legato in tempus finitæ cuiæ non fuerit alia verisimiliter, nisi quia timebatur de læsione, si fuisset facta prius, quæ ratio debet haberi pro expressa, cùm sit vnica, iuxta nota. per gloss. & Doct. in l. quamuis. C. de reuocom. & læsio cesset in testamentis; sequitur, quòd dispositio testamentaria non comprehenditur in supradicta dispositione. Et specialiter respondendo supradictis verbis, quando sarà fuori della tutela, & gouerno nostro. dicitur quòd testamentum quò ad effectum iuris censetur semper fieri post finitam curam; quia censetur fieri post mortem, eo ipso, quòd confertur post mortem disponentis. d. l. 1. ff. de te-
9 stamen. & † solet regulariter inspici tempus, non quo fit dispositio, sed in quod confertur. l. quod sponsæ. C. de dona. ante nup. & l. quia in hoc tempus. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. cum qui iudicare. in fi. ff. de iurisd. om. iud. Bart. cons. 76. colum. 2. ideoque passim dicunt
10 glo. & Doct. † testamenta fuisse introducta iure quodam priuilegiato, † cùm scilicet in testamentis statuamus de rebus nostris in eum casum, & in illud tempus, quo nostræ futuræ non sunt, glo. & Doct. in l. illa institutio. ff. de hæred. insti. Abb. in Rubri. extra de testamen. Neque in casu nostro obijci potest, quòd, si sub testamento Ducis Francisci comprehēditur declaratio, seu dispositio legati, de quo hic agimus; censetur comprehendi velut actus quidā inter viuos, & irreuocabilis; quia restituit legatum Illustri Do. Alexandro, cùm tollat eius suspen-
11 sionem, sicut & alibi videmus, † posse fieri contractus in testamentis. l. hæredes palam. §. fi. ff. de testamen. nam reiecta hic varietate Doctorū, nunquid contractus, vel alius actus, qui fieri solet inter viuos, factus in testamento possit reuocari, si testamentum reuocatur, de qua

per

per Deci. consil. 196. per totum. & consil. 245. colum. penult. versicu. sed ad hoc quod videbatur. respondetur, clarum esse in casu nostro, q talis dispositio erat reuocabilis; quia Dux Franciscus mandabat hæredibus suis, quòd deberent soluere legata facta olim per Illustrissimum eius patrem; & ita, cùm ea dispositio dirigeretur ad hæredes, non erat habitura effectum, nisi post eius mortem. dict. l. qui superstitis. Barto. in l. Gallus. §. quidam rectè. columna penult. nume. 8. versicu. quæro quid in contractibus. & per consequens non erat nocitura ipsi Illustri testatori; sed poterat quandocunque per eum mutari, vel reuocari, sicut mutari, ac reuocari poterant hæredes ad eius arbitrium.

Secundus principalis articulus huius causæ est, nunquid Illustrissimus Dux Franciscus suo testamento voluerit etiam debere prestari hoc legatum; dum generaliter, seu simpliciter mandauit, debere satisfieri legatis paternis. Qui articulus licet videatur multum dubitabilis, & prima facie inclinare aduersus Illustrem D. Alexandrum, ex eo præsertim, quòd, cùm facile fuerit ipsi testatori exprimere specialiter hunc casum, & eum non expresserit; censetur voluisse eum omittere. l. vnica. §. sin autem ad defi-
cientis. C. de cadu. tollen. Item ex eo, quòd ea, quæ digna sunt speciali mentione, non solent censeri cõprehensa sub generali sermone, sed potius cẽsentur fuisse neglecta. l. item apud La-
beonem. §. ait prætor ne quid infamandi. ff. de
12 iniur. Item fortius obstat, quòd † mandatũ generale, seu simplex de soluendo debita, censetur comprehendere duntaxat debita efficacia, non autem inefficacia, quale videbatur esse istud legatum, quod erat suspensum. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. His tamen non obstãtibus, videtur contraria opinio esse verior de iure, siue inspiciamus proprietatem sermonis, siue inspiciamus communes regulas, siue æquitatem, & verisimilem mentem testatoris. Et in primis habet Illustris Dominus Alexãder fundatam intentionem ex verbis ipsius testamenti, dum Illustrissimus Dux Franciscus simpliciter, seu indistinctè mandauit, debere satisfieri
13 legatis paternis. nam † generalis sermo debet generaliter intelligi, & indebita solet æquipolere vniuersali, iuribus vulgaribus: & leges illæ, quæ cõmuniter solent allegari ad hoc propositum, quòd generalis sermo debeat generaliter de omnibus intelligi quæ qualitercunque possunt comprehendi, etiam si maior ratio sit in vno, quàm in alio: loquuntur de indefinita propositione, non autem de vniuersali, seu generali, si bene inspiciantur, præsertim tex. in l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ lusu. & tex. in l. fina. §. vxori. ff. de auro & argen. lega. & l. 1. ff. de lega. præstan. & text. in l. prætor ait. §. ait prętor. & ibi etiam Paul. de Castr. ff. de no-
op. nun. & in terminis, quòd, † quando testa-
14 tor simpliciter mandat debere solui debita; sit perinde, ac si dixisset, omnia debita. tradit Ias. in l. si fideiussor. in quarto nota. ff. de lega. 1. &
15 † expressum dicitur etiam illud, quod continetur sub verbis generalibus. Bart. in l. 1. in 2. col. ff. de vulga. substi. post glos. in l. 1. C. quod cum eo, qui in alie. potesta. tradit etiam Bart. in l. si quis in principio testamenti. colum. 3. ff. de lega. 3. adeò, quòd qui in casu nostro vult asserere contrarium, venit contra proprietatem sermonis, & aduersus ipsam communem regu-
16 lam, † quòd generalis dispositio comprehendit omnia, &c. de qua per Deci. consilio 5. columna prima, & passim alibi per Doctores. & vt ait Bartol. in l. quoties. ff. si quis cautio. dicitur in dubio ille habere rem certam pro se, qui habet pro se regulam.

Deinde stat pro Illustri Domino Alexãdro secundum fundamentum, quòd dispositio Illustrissimi Ducis Franciscí esset nullius omninò vtilitatis, si non comprehenderet hoc lega-
17 tum, quamuis inefficax: quando quidem † reliqua omnia legata erant valida, & efficacia, & nullam patiebantur exceptionem; & ita nõ indigebant tali confirmatione, vel mandato Ducis Franciscí. Propterea dicendum est, quòd tale mandatum comprehendit huiusmodi legatum, vt est tex. iam allegatus in causa in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demõst. vbi etiã Socin. col. 2. in prima conclusione, & ibi pariter tradit Ioan. de Imo. Respectu verò aliorum legatorũ fuisset omninò inutilis huiusmodi confirmatio, vel mandatum, cùm nullo respectu eis afferret commodum. l. sin autẽ neque modo. ff. de lega. 1. & interpretatione iuris tale mandatum generale restringitur ad casum, in quo potest aliquid operari. l. fundus qui locatus. ff. de fundo instruc. & cùm nulla appareat causa, propter quam deberet Dux Franciscus confirmare reliqua legata, quæ nullatenus indigebant tali cõfirmatione, vel mandato; appareat autem causa, & necessitas cõfirmandi legatũ, de quo hic agimus, cùm ipsum indigeret omninò tali confirmatione, & dispositione Ducis Franciscí; non satis video, cur ea dispositio, seu mandatum debeat referri ad reliqua legata, quæ relatio est inutilis, & non debeat referri ad istud legatum, & fieri relatio vtilis. nam, præterquam quòd hoc videtur cõuenire naturali interpretationi, videtur etiam esse secundum dispositionem iuris, videlicet,
18 † quòd actus ambiguus debet censeri factus ob illam causam, vel ad illum effectum, qui

indigebat tali actu. Barto. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. fue. manumis.

Tertio loco deinde videtur posse deduci tex. in l. eum qui tacitum. §. fin. ff. de his quibus vt
19 indign. vbi, ne † contingat varietas interpretatione legati, & per consequens ne contingat varietas, & multiplex interpretatio circa vnicam dispositionem testatoris; deciditur, quòd appellatione legati ita cõprehendatur illa pars legati, quæ impropriè est legatum, sicut illa, quæ propriè est legatum; quod videtur posse trahi ad casum nostrum, vt simplex dispositio legatorum soluendorum comprehendat omnia legata, cùm maximè hic omnia dici possint verè, & propriè legata, & vnum eorũ duntaxat sit per accidens suspensum.

Quarto deinde loco videtur dicendũ, quòd si Illustrissimus Dux Franciscus fuit diligens in executione aliorũ legatorum relictorum per Illustrissimum eius patrem, quæ à se nõ dependebant, cùm per se ipsa essent valida, credendũ est multò magis eum idem voluisse de legatis, quæ dependebant à voluntate ipsius Ducis Franciſci, cùm solcant testatores esse faciliores in legandis suis rebus, quàm in legandis alienis. l. vnum ex familia. §. si rem tuam. ff. de lega. 2. & hic erit tanquã res ipsius Ducis Franciſci, postquàm ad eum pertinebat eam concedere, vel denegare, argumen. ex d. l. vnum. §. 1.

Et hæc opinio etiam fiet clarior, & æquior ex his, quæ modò dicentur respondendo obiectionibus contrarijs.

Non obstant igitur, quæ superius ex aduerso dicebãtur, & in primis dum dicebatur, fuis-
20 se † facile ipsi testatori exprimere hunc casum, si voluisset, &c. Respondetur enim, quòd censetur eum expressisse, postquàm proprietas verborum ipsum comprehendit, dum locutus est simpliciter, & indistinctè: quia, vt supradictum fuit, censetur expressum id, quod comprehenditur sub generalitate verborum: & tex. in d. §. fin autem ad deficientis. procedit, quando aliquis vellet extendere verba ad casum, qui non potest sub eis cõprehendi, vt ibi patet ex Paul. de Cast. in §. fin autem disiunctim. num. 3. versicu. & nota. In casu autem nostro nõ est opus extensione, cùm sub verbis comprehendatur; quinimò text. in d. §. fin autẽ. potest retorqueri in contrarium. nam hic dicimus casum nostrum nõ fuisse omissum, sed fuisse expressum, scilicet, verbis generalibus; & per consequens dicimus, quòd, si testator voluisset eum casum excipere, & à generalitate verborum excludere, id expressisset; ideoque, cùm non expresserit, neque eum exceperit, debet haberi pro omisso, & pro non excepto; & remanet dispositio indistincta, & generalis. hoc enim modo solent Doctores argumentari de text. in dicto §. fin autem. vt maximè patet ex Alexan. consil. 55. colum. 3. in tertio, & cons. 32. colum. 2. in septimo. Deci. consil. 275. aliàs. 276. In causa quæ Lucæ. col. 7. in fine.

Non obstat id, quod secundo loco dicebatur, † non solere sub generali sermone cõpre-
21 hendi ea, quæ digna sunt speciali mentione, &c. Respondetur enim id esse verum, si constat rem versari in casu, qui requirat specialem mentionẽ iuxta nota. in capitulo, qui ad agendum. de procura. in sexto; sed talis non est casus noster, quia, vt sæpe dictum est, debent † sub
22 generali sermone omnia comprehendi, nisi probetur contrarium, etiam si loquamur de casibus priuilegiatis. l. in fraudem. §. fi. & ibi Bal. ff. de testamen. mili. Deci. in dicto consilio 5. colum. 1. & consilio 131. colum. 3. & consi. 301. aliàs est 302. in causa quæ Ferrariæ. Et ad tex. in dict. l. item apud Labeonem. §. ait prætor ne quid. ff. de iniur. respondetur, quòd id, quod dicitur in illo tex. procedit per modum consilij, & adhortationis, & cùm agitur de tradenda doctrina. nam melius solent percipi ea, quæ magis specialiter traduntur. §. nostra autem. versicu. sed non vsque. Institu. de lega. non autem procedit, quò ad proprietatem verborum, & vim comprehensiuam; quia alioquin falsum esset id, quod modò dictum est, quòd generalis vel indefinitus sermo comprehendit etiam casus priuilegiatos.

Non obstat id, quod tertio loco deducebatur, & quod reliquis omnibus est vrgentius, vi-
23 delicet, † quòd generale mandatum de soluendo legata, seu alia debita, non comprehendit ea, quæ sunt inefficacia. Respondetur enim tribus modis. Primo, quòd id non procedit, quãdo alioquin sequeretur, quòd dispositio esset inutilis, vt esset in casu nostro, vt est tex. in d. l. quibus diebus. §. dominus.

Respondetur & secundo modo, quòd ea, quæ habentur in dict. §. Flauius. non videntur procedere, quando validitas, vel inualiditas actus, de quo agitur, seu eius efficacia *depẽdet* non ab aliqua tertia persona, sed *dependet* ab ipso disponente. tunc enim censetur tolli omne impedimentum; & ex debito inefficaci fit debitum efficax, vt est tex. in l. si creditori. ff. de
24 lega. 1. vbi habetur † quòd testator legãdo suo creditori, contra quem poterat se exceptione tueri; censetur remittere exceptionẽ, & cõcordat cum eo, quod generaliter dicitur in l. quidam consulebant. in fin. ff. de re iudica. quòd habens potestatem tollendi impedimentum, censetur in dubio ipsum tollere, quamuis id non exprimat. Et quamuis tex. in dict. l. si creditori. videatur prima facie diuersus à casu nostro;

stro: quia loquitur ille tex. in casu, quo testator fecit mẽtionem specialem illius crediti, quod erat inefficax, hic autem versamur in mentione generali, non autem speciali: respondetur, quòd eadem videtur esse ratio in vtroque casu. nam generalis mentio, vel sermo, comprehendit omnia de proprietate sermonis, vt dictum est; ergo de sui proprietate comprehendit etiam debitum inefficax: &, licet ex verisimili mente disponentis non soleat comprehendere debitum inefficax, vt dict. §. Flauius. id videtur decidi eo respectu; quia non dependet ab ipso disponente dare efficaciam tali debito. Propterea, cùm remaneat inefficax debitum ita post dispositionem, sicut ante eam; meritò deciditur, quòd habendum sit pro nõ comprehenso: sed quando efficacia, vel validitas debiti dependet ab ipso disponente, videtur æquissima interpretatio dicere, quòd eo ipso, quòd disponit, censeatur tollere omne impedimentum, & dare validitatem, si casus potest qualitercunque comprehendi sub generalitate verborum, prout comprehenditur casus noster; quia in dubio debet fieri interpretatio pro validitate actus. l. quoties. la. 2. ff. de rebus dubijs. sicut & in dubio debet seruari sermonis proprietas: & hoc satis videtur probari in dicto §. dominus. si consideremus, q̃ ibi nulla fuerat facta specialis mentio debiti naturalis: & hoc etiam videtur ibi sensisse Socinus, in vltimo nota. & licet non ita clarè. Et potissimum in casu nostro amplectenda videtur hæc humanior interpretatio, inspecta qualitate personarum, videlicet, Illustrissimorum Principum ex parte vna, quorum respectu agitur de re minima, etiam si fiat interpretatio contra eos, & ex alia parte considerata persona Illustris Domini Alexandri, cuius respectu agitur de summo præiudicio, & ferè de toto patrimonio. Præterea text. in dict. l. si creditori. procedit, etiam in dispositione generali, quando alioquin legatum esset inutile, vt tradit Ias. in d. l. si fideiussor. in 2. col. in quarto nota. cod. tit. de lega. 1.

Respondetur & tertio modo, quòd hoc legatum † re vera videbatur esse debitum ipsi Illustri Domino Alexandro, saltem in foro conscientiæ, & naturaliter: neque de iure communi, neque municipali potuerat priuari bonis propter delictum, de quo in actis; ergo cõprehenditur sub generali mandato de soluendis legatis, facto saltem in vltima voluntate, licet secus sit in mandato facto inter viuos, vt tradit Bald. in l. & si inutiliter. quæ est lex secunda. C. de fideicom. & in l. id quod pauperibus. col. 3. in nona quæstione. C. de Episco. & cleri. Alex. in addi. ad Bartol. in l. legaui. ff. de libera. lega. latè Aretin. consilio 93. colum. 2. Socin. in d. l. quibus. §. dominus. col. 2. in quarta conclusione. Deci. in Authen. præterea. colum. 6. nume. 11. versic. & prædicta conclusio de compensatione. C. vnde vir & vxor.

Iacobus Mandellus, Albensis, Iuris Ciuilis matutini, in prima Cathedra interpres Papiæ, salutem, &c. 1555. vltimo Iunij, pro Illustri Domino Alexandro Gonzaga.

ARGVMENTVM.

De vsufructu totius hæreditatis, in qua filius familias fuit hæres institutus ab amita: an scilicet debeatur patri, dum viuit, non obstante legato annuo. 200. aurcorum facto etiam eidem patri.

SVMMARIVM.

1 VSVSFRVCTVS *non debetur patri ex bonis relictis filio familias, quando voluntas testatoris est in contrarium.*
Veluti si idem testator fecit legatum annuum etiã patri.
2 *Voluntas testatoris habetur pro expressa, si colligatur ex coniecturis. Item probatur ab inclusione vnius partis ad exclusionem residui.*
3 *Vsusfructus causalis, & vsusfructus formalis, sunt contraria, & non possunt contingere in eadem persona.*
4 *Valet argumentum à destructione consequentis ad destructionem antecedentis.*
5 *Testator si grauat hæredem restituere fideicommissum, & concedit ei, quòd possit retinere vnum fundum: censetur disponere, quòd nihil aliud habeat præter illum fundum, neq; etiam fructus medij temporis.*
6 *Quid si pater repudiet legatum, & dicat se velle totum vsumfructum?*
7 *Voluntas disponentis colligitur etiam ex actu inualido.*

Consilium CX.

FILIVS FAMILIAS institutus fuit hæres vniuersaliter ab amita quadam sua, & relictum patri legatum annuum scutorum ducentorum: quæritur, an debeatur patri vsusfructus totius hæreditatis, iuxta tex. in l. cùm oportet. in principio. & in §. 1. C. de bonis, quæ libe.

Si res versatur in terminis supradictis, puto esse dicendum de iure, quòd vsusfructus non
1 debeatur patri, quia vulgare est, quòd † non debetur vsusfructus patri, quãdo voluntas testatoris est in contrarium, authent. excipitur. C. de bonis, quæ libe. qui tex. licet loquatur de hæreditate relicta à parentib. procedit tamen & in hæreditate relicta à qualibet alia persona,

vt est

vt est textus in Authentic. vt liceat matri & auiæ. in princ. In casu autem nostro videtur constare euidenter de voluntate testatoris; quia, dum legauit aureos ducentos præstandos patri singulis annis, dum vixerit; demonstrauit manifestè, se velle, quòd residuum v-
2 susfructus non pertineret ad patrem. nam, † si solet voluntas testatoris haberi pro expressa, quando colligitur ex legitimis, seu naturalibus coniecturis. l. licet Imperator. vbi Bartol. in princ. ff. de lega. 1. debet multò magis haberi pro expressa in casu nostro, cùm videatur colligi ex proprietate sermonis, videlicet, ab inclusione vnius partis ad exclusionem residui, vt hoc modo ad probandum voluntatem testatoris argumentatur tex. in l. cum de lanionis. §. cui fundum instructum. ff. de fundo instruc. & in l. 1. ff. de auro & argen. lega. omissis alijs locis vulgaribus.

Deinde certum est, quòd legatum annuum ducentorum scutorum, seu alterius summæ, & præstatio totius vsusfructus, sunt duo penitus contraria respectu eiusdem personæ; quia non possunt ambo simul contingere in eadem
3 persona, † sicut alibi dicitur de vsufructu causali, & de vsufructu formali, vt per gloss. Institu. de vsufruc. in princ. in verbo, Est ius. & Bartol. in l. 1. in 2. colum. ff. de condi. ex lege. nam, si pater haberet totum vsumfructum, euanesceret penitus supradictum legatum; & vice versa, si ipsum legatum debet habere effectũ, necessè est, quòd pater non habeat totum vsumfructum. cùm igitur ea duo sint inter se contraria, necessè est, quòd vnum expellat aliud, vt arguit tex. in l. nam quem sine liberis. ff. de verb. signifi. & per consequens, cùm hic voluntas testatoris stet pro legato, censetur necessariò excludere vsumfructũ. Et posset hoc com-
4 probari ex eo, quod alibi dicitur, † valere argumentum à destructione consequentis ad destructionem antecedentis. l. 1. & ibi glo. in verbo, Non possunt. C. de delato. lib. 10. nam, si in præsenti casu admitteretur intentio patris, opus esset facere hanc consequentiam, quòd facto legato annuo ducentorum aureorũ, possit etiam peti vsusfructus totius hæreditatis; quæ tamen consequentia non est bona; quia stante ipso consequenti, id est, stante toto vsufructu, necessè est destruere antecedens, id est, legatum annuum, vel facienda esset cõsequentia hoc modo, si præstandus est vsusfructus totius hæreditatis, non erit locus legato annuo, sed legatum annuum debet habere locum, scilicet, ex voluntate testatricis: ergo non est præstandus vsusfructus totius hæreditatis.

Tertiò videtur pro decisione istius casus es-
se tex. in fortioribus terminis, in l. 3. §. cum Pol-
5 lidius. ff. de vsur. vbi dicitur, quòd † ex eo, quòd testator grauando hæredem institutum ad restituendum fideicommissum cõcedit ei retentionem vnius feudi; censetur disponere, quòd nihil aliud penitus possit retinere præter eum fundum, ita, vt etiam non possit retinere fructus medij temporis: & in casu illius text. erat legatum semel tantum præstandum, id est, legatum fundi, vt dictum est; & tamen sufficit ad probandam voluntatem testatoris, ne ipsi legatario, seu hæredi liceat retinere fructus aliorum bonorum. ergo id multò magis dicendũ est in casu nostro, quo fuit factum legatum annuum, quòd potest censeri quodãmodo quædam pars vsusfructus; ita, vt de plano possit inferri, quòd ei, cui debetur aliqua pars vsusfructus, non debetur totus vsusfructus. l. etiã partis. ff. de vsufruc.

6 Neque † prædictis videtur obstare, quòd pater fortè repudiauerit legatum, nihil enim videtur facere ea repudiatio; quia hic solũ quærimus, quę fuerit voluntas testatricis, & dicimus eius voluntatem fuisse, quòd pater non haberet vsumfructum; & constare de tali voluntate eo ipso, quòd reliquit patri annuum legatum; neque curandum est postea, vtrum tale legatũ habeat effectum, nec ne. solet enim voluntas
7 † disponentis colligi etiam ex actu, qui non est validus. l. fin. ff. de rebus eorum. & l. legatũ sub conditione. §. 1. ff. de adimen. lega. ergo multò magis debet posse colligi ex actu valido, qui postea non habet effectum.

Iacobus Mandell. Albensis, legens Papiæ, Ius Ciuile in prima Cathedra lectionis matutinæ, 1555. die 20. Iulij, pro Magnifico D. Camilo Stanga, Cremonensi.

FINIS CONSILIORVM EXCELLENTISSIMI IVRISCONSVLTI, ET CELEBERRIMI LEGVM INTERPRETIS, D. IACOBI MANDELLI ALBENSIS.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS IN CONSILIA EXCELLENTISSIMI ET CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI, VIRIQVE integerrimi D. IACOBI MANDELLI Albensis.

OMNI CVRA, ET DILIGENTIA CONSTRVCTVS, ET DISPOSITVS A VINCENTIO ANNIBALDO VALENT. I. V. DOCTORE. QVI MATERIAS OMNES, QVAESTIONES, & decisiones; tum principales, tum incidentes ipsorum Consiliorum adeò perfectè, & ordinatè complectitur, & demonstrat, vt omnia omnibus, etiam mediocriter in Iure versatis, futura sint inuentu quàm facilia.

A

A BINTESTATO *excluſus, cenſetur etiam excluſus à legitima. conſil. 7. num. 3. fol. 12. & conſil. 23. num. 1. fol.* 40

Ab inteſtato ſucceſſuri aliquando obtinent bona tanquam hæredes reuocabiliter, & non irreuocabiliter. conſ. 86. num. 10. fol. 22

¶ *Abnegatiua allegatio ſtili an valeat, &c. conſil. 15. num. 6. fol.* 30

¶ *Abraſio ſcripturæ, & cancellatio in loco ſuſpecto, reddit inſtrumentum ſuſpectum de falſo, &c. conſ. 99. nu. 2. fol. 138. vide infra in verbo Falſum.*

¶ *Abſentibus, & ignorantibus ius non acquiritur, etiam quòd Notarius ſtipuletur pro eis, ſed ſemper requiritur ratificatio, & ante ratificationem poteſt reuocari quicquid actum fuit. conſ. 97. num. 8. fol.* 132

¶ *Abſolutio à iuramento conceditur ſolùm in caſibus, quibus iuramentum fuit extortum dolo, vel metu, vel præſtitum ſuper re illicita. conſ. 11. num. 13. fol.* 26

Abſolutio à iuramento impetrari poteſt, quando iuratum fuit ſtante enormiſſima læſione, &c. conſ. 81. num. 54. fol. 115

Abſolutio à iuramento omnino concedi debet, ſtante enormiſſima læſione, & dolo, &c. conſ. 89. num. 8. fol. 125

¶ *Abſurditas, & contrarietas ſemper tolli debet, quantum fieri poteſt. conſ. 29. num. 6. fol.* 46

Abſurdum eſt, quòd eadem diſpoſitio non ſit communis vtriq; litigatori. conſ. 50. num. 10. fol. 66

¶ *Acquirere aliquem quotidie bona ſpes eſt. conſ. 4. num. 47. fol.* 8

Acquiri non poteſt ius abſentibus, & ignorantibus, etiam quòd Notarius ſtipuletur pro eis, ſed ſemper requiritur ratificatio, & ante ratificationem poteſt reuocari quicquid actum fuit. conſ. 97. num. 8. fol. 132

¶ *Actum videtur, quod ex verbis colligitur. conſ. 13. num. 2. fol.* 28

In Actu exercito multa ſunt vera, quæ non ſunt vera in actu ſignato, ſecundum Dialecticos. conſ. 31. num. 15. fol. 49

Actus in dubio cenſetur factus nomine proprio. conſ. 2. num. 1. fol. 2

Actus cenſetur factus nomine alieno, & non nomine proprio quando duo concurrunt vt in conſilio. d. conſ. 2. num. 3. ibid.

Actus pertinens ad duos, & factus per vnum tantùm, cenſetur factus nomine vtriuſq;. d. conſ. 2. num. 4. ibid.

Actus factus in dubio præſumitur factus ab illo, qui erat obligatus, & nomine eius, & de eius mandato. d. conſil. 2. num. 5. ibid.

Actus cenſetur factus ab initio, ſi ab initio fuit conuentum de illo actu faciendo. conſ. 4. num. 51. fol. 9

Actus factus ſub conditione, ſi confirmabitur à ſuperiore, valet. d. conſ. 4. num. 52. ibid.

Actus poſitiui in faciendo magis vrgent, quàm actus priuatiui in omittendo. con. 9. nu. 14 fol. 19. & vide etiã ibi. nu. 16.

Actus poſitiuus non operatur effectum, quem de ſui natura ſolet operari, ratione conſanguinitatis, & familiaritatis. d. conſ. 9. num. 18. ibid.

Actus poſitiuus in faciendo denotat voluntatem, & deliberationem, ſed actus omiſſiuus in non faciendo non infert aliquam voluntatem, vel deliberationem. conſ. 25. num. 14. fol. 43

Actus debet interpretari vt valeat, maximè actus factus bona fide, & qui ſi non valeret, remaneret alter ex contrahentibus deceptus. conſ. 10. num. 29. fol. 24

Actus quilibet ambiguus factus in iudicio, & confeſſio, & reſponſio, &c. debet interpretari in fauorẽ proferentis. conſ. 17. num. 11. fol. 34

Actus nullus non eſt, niſi lex præcisè id dicat, licet contrarium fiat eius, quod lex requirit, vel prohibet. con. 21. nu. 13. fol. 39

Actus vnus poteſt eſſe validus reſpectu certarum perſonarum, & nullus reſpectu aliarum. conſ. 38. num. 8. fol. 57

Actus etiam inualidus demonſtrat voluntatem diſponentis. conſ. 110. num. 7. fol. 148

Actus fit quandoq; cum vno, & ad eum verba diriguntur, ſed effectus pertinet ad alium. conſ. 23. nu. 13. fol. 41

Actus quilibet requirit duo copulatiuè, poteſtatem, & voluntatem. conſ. 26. num. 1. fol. 43

Actus poſſeſſorij cenſentur eſſe, actus facti per Notarium, ſi concernunt ea, quæ ſolis tabellionibus conueniunt. conſ. 35. nume. 4. fol. 55

Actus vnus videtur aliquando alius actus propter diuerſitatem alicuius qualitatis, vel temporis. conſ. 42. num. 5. fol. 60

Actus duo, ſeu duo inſtrumenta ſi reperiantur facta eodem die, eadem hora, & per eundem Notarium, &c. an cenſeantur correſpectiua & de eis iudicandum ſit tanquam de vnico actu, vel inſtrumento, ita vt ex poſt facto vnus actus non poſſit approbari, vel ſuſtineri ſine alio, & quomodo id procedat, & de hac materia, vide in conſ. 45. per totum. fol. 61

Actus duo facti eodem tempore, & per eundem, &c. videntur correſpectiui, & iudicantur tanquam vnicus actus, & vnus ſine alio ſuſtineri non poteſt. ſed non ſemper hæc vera ſunt. & procedit regula, quando materia ſubiecta id patitur, & verisimiliter ex coniecturis, &c. d. conſ. 45. num. 2. ibid.

Et quòd non ſemper cenſeantur correſpectiui, & quando cenſeantur. declarat. d. conſ. 45. num. 3. ibid.

Item quòd non ſemper iudicentur tanquam vnicus actus, ibi. nume. 4.

Item non semper est verum, quòd ex post facto talis actus non possint separari, sed debeant vel ambo subsistere, vel ambo corruere. d.cons.45.num.5. ibid.

Actus duo si sint simul, vel incontinenti facti, vnus eorum aliquando censetur corrigere, seu destruere alium. d. cons. 45. num.6. ibid.

Actus duo incontinenti facti nõ censentur correspectiui, saltem quando vnus actus est necessarius. & quòd aliquando etiam si sint ambo voluntarij. d.cons.45.num.9. ibid.

Actus omnis disponitur faciendus, vel simpliciter, vel in diem, vel sub conditione. cons.48.num.12.fol. 65

Ad Actum primum tantùm licet soleant verba restringi de sui natura, si tamen apparet de verisimili mente in cõtrarium, fit extensio, vt actus ille multiplicetur. cons.51.nu.23.fol.68

Actus impertinens arguit suspitionem, sicut clausula insolita, cons.56.num.23.fol. 73

Actus insoliti arguunt suspitionem. cons.72.num.14.fol. 101

Actus omnis tendens ad probandum titulum facit fidem contra omnes, etiam in non antiquis. cons.64.num.6.fol. 87

Actus iurati an comprehendantur sub statuto simpliciter disponente. cons.70.num.3.fol.98. & vide infra in verbo, Statutum.

Actus quæ comtemplatione fiat, inspiciendum est. cons.77.nu. 29.fol.106. & cons.79.num.17.fol. 110

Actus, qui fit cum protestatione iuris sui, non nocet. cons.84. num.2.fol. 119

Actus quilibet in dubio præsumitur verus, & non simulatus. cons.97.num.23. & num.27. fol. 134

Actus præsumitur quandoque factus breui manu, &c. d. cons. 97.num.56.fol. 137

Actus quando præsumatur factus per metum. vide infra in verbo, Metus.

Actus ambiguus censetur factus ob illam causam; vel ad eum effectum, qui indigebat tali actu. cons.109.num.18.fol. 147

¶ Addere potest Notarius in instrumento id, quod fuit omissum, dummodo probetur ita fuisse cogitatum tempore contractus. cons.10.num.15.fol 24. & vide infra in verbo, Notarius.

Additio, vel detractio si sit prohibita, non censetur prohibita declaratio. d. cons.10.num.20. ibid.

¶ Administratores bonorum puellæ, si sint mater, vel frater, & dent simpliciter in dotem rem propriam, vel cõmunem, censentur donare, & hæc est verior, & magis communis opinio. cons.12.num.1.fol.27. & ibi vide de hac materia per totum illud consilium.

Administrator, seu negociorum gestor alicuius si præstat ei alimenta, vel pecunias, vel quid aliud, an censeatur donare. d. cons.12.num.6. ibid.

Administrator, cui facile fuit animum declarare quomodo aliquid fecerit, si id non fecit, præsumitur de industria omisisse. d. cons.12.num.8. ibid.

Administratores nostri, seu factores quæcunque faciunt, præsumũtur facere de nostra voluntate, & nos ipsi obligamur. cons.104.num.5.fol. 141

Et dicta in iure de Institoribus quòd trahantur hodie ad factores, & ad quoscunque alios administratores. d. cons. 104. num.6. ibid.

¶ Aduersus casus futurus quando habendus sit in consideratione. cons.4.num.48.fol. 8

¶ Adulterium de adulterio puniri non potest coitus viri coniugati cum muliere soluta, quæ erat, vel præsumebatur virgo, puniri tamen potest de stupro tanquam commissus cum virgine, nisi mulier esset vilis conditionis, videlicet ancilla coniugati. cons.37.num.1.fol. 56

¶ Aestimatur res minus etiam respectu temporis. cons.4.num. 45.fol.8. vide in litera, E. vbi posui ea, quæ scribuntur sic diphtongata.

¶ Agnationis, seu domus fauore si sit factum fideicommissum, vel prohibitio, an, & quando censeantur etiam vocati filij sororum. vide in cons.13.num.9.fol. 29

Agnationis à ratione desiderata per statutum, vel per testatorem non semper arguitur indistinctè, neque fit extensio, sed restringitur ad personas nominatas, &c. con.13.nu.5.ibid.

Agnationis considerationem si habuit testator, & voluit, quod bona conseruarentur in familia, tunc filiæ non comprehenduntur sub appellatione filiorum. cons.19.num.11.fol. 36

Agnatio, si testator substituit proximiores de parentela, vel de agnatione, tunc viuentes, an censeatur factum perpetuum fideicommissum semper inter illos de agnatione, an verò censeantur vocati illi solum, qui erunt in primo gradu, extincta linea, &c. & de hac materia, vide in cons.51.per totum. fol.67. & vide infra in verbo, Fideicommissum.

Et quando testator vocat illos de parentela, seu de familia, vel de agnatione, censetur tunc inductum fideicommissum perpetuum inter ipsos de agnatione. d. cons.51.num.1. ibid.

Et paria sunt, vocare illos de parentela, seu de agnatione, & vocare parentelam, seu agnationem. d. cons.51.num.3. ibid.

Et censetur inductum fideicommissum perpetuum inter illos de parentela, seu de agnatione, dato, quòd testator vocauerit proximiores de parentela, vel agnatione, & perinde est, ac si simpliciter vocauisset illos de parentela, seu agnatione. d. cons.51.num.4. ibid.

Et qualitas illa, proximiores, semper sub intelligitur. d. cons.51. num.5. ibid.

Et quando fideicommissum est constitutum inter illos de parentela, vel agnatione, censetur constitutum inter eos saltem vsque ad decimum gradum. d. cons.51.num.6. ibid.

nisi ex parte grauatorum dictum sit, quòd in infinitũ, &c. quia tunc excedit decimum gradum. d. cons.51.num.7. ibid.

Etsi testator simpliciter habet mentionem de agnatis suis, censetur velle bona conseruari inter eos, & constituere fideicommissum. d. cons.51. nu.8. ibid.

Idem quando habet mentionem de masculis. ibidem.

Et quando testator vocat proximiores de parentela, vel de agnatione tunc viuentes, an censeatur vocare dumtaxat primum gradum agnationis, & non posteriores, & concludit, quod non, sed omnes. d. cons.51.num.9. ibid.

Et quando testator vocat proximiores de parentela, seu agnatione, tunc viuentes, non exprimendo proprium nomen sed sub hoc generali nomine proximiorum, censetur considerare personas non propter se, sed propter parentelam, vel agnationem, & sic censetur vocare totã parentelam, seu agnationem. d. cons.51.num.12. ibid.

Agnationis, & familiæ fauore si sit facta prohibitio alienandi bona, an, & quando excludantur filiæ fœminæ. con.54.nu. 5.fol. 70

Agnatæ, & de familia dicuntur filiæ fœminæ. d. cons.54.num. 6. ibid.

Inter Agnatos, & illos de familia non admittuntur filiæ fœminæ, quando dispositio verisimiliter facta fuit in fauorem masculorum, multo minus ergo quando expressè fit mentio de masculis. d. cons.54.num.7. ibid.

Agnatus, qui dicit se tanquàm agnatum habere ius succedendi, vel reuocandi, &c. debet in primis probare se esse talem. & an debeat probare certum gradum agnationis. cons.61. num.1. & 2. fol. 79

Agnati transuersales non admittuntur in feudis, nisi vsque ad septimum gradum. d. cons.61.num.2. ibid.

Agnati quando possint reuocare alienationem feudi, &c. vide infra in verbo, Feudum.

INDEX.

Agnati si offerant se incontinenti probaturos bona esse feudalia, tunc hæres vniuersalis ex testamento mittendus non est in possessionem, &c. cons. 78. num. 16. fol. 109
Neque quando agnati iam sunt in possessione. d. cons. 78. nu. 18. ibid.

Agnati masculi, seu parentes paterni proximi si vocentur per statutum ad successionem, & excluduntur mulieres, & linea materna, an tunc filij vnius fratris cõsanguinei tantum admittantur ad successionem patrui simul cum filijs alterius fratris vtrinque coniuncti, & de hac materia, vide latè in cons. 81. fol. 112. vide infra in verbo, Filij. & in verbo, Fratres.

Agnati masculi, & parentes paterni proximi. hæc verba comprehendunt tam iunctos ex parte patris tantum, quàm vtrinque coniunctos. d. cons. 81. num. 5. ibid.
Agnati denotantur per illa verba, parentes. d. cons. 81. num. 6. ibid.

Agnatio, ratio statuti, quæ fauet agnationi, seu lineæ paternæ, ita procedit in consanguineis tantum, sicut in vtrinque coniunctu, & quò ad eam rationem nihil isti inter se differunt. d. cons. 81. num. 7. ibid.
Agnatis stantibus si excludantur cognati, tunc in tali dispositione, in qua inter agnationem, & cognationem sit differentia, & sola agnatio consideratur, vtrinque coniunctus non excludit consanguineum tantum, & quæ sit ratio. d. consil. 81. num. 9. ibid.
Agnationis fauor si cõsideretur à statuto, æqualiter succedunt frater vtrinque coniunctus, & consanguineus tantum, & multi ita consuluerunt. d. cons. 81. num. 27. ibid.
Agnati si præferantur cognatis per statutum, patruus vtrinq; coniunctus non præfertur patruo consanguineo tantum, sed æqualiter admittuntur. d. cons. 81. num. 29. ibid.
Agnati si vocentur à statuto, vel si vocetur familia, vel masculi, vel domus, non refert, an frater sit consanguineus tantum, vel vtrinq; coniunctus. d. cons. 81. num. 30. ibid.
Agnationi si euidenter faueat statutum, tunc appellatione fratris in statuto venit dumtaxat frater cõiunctus ex linea paterna, non autem vterinus tantum. d. cons. 81. num. 35. 114
Agnationis fauore si factum sit fideicommissum, an ad illud admitti debeat nepos masculus ex fœmina nupta in agnatione, exclusis scilicet cæteris agnatis proximioribus agnatis testatori, quàm sit nepos, & de hac materia, vide in con. 86. fol. 121. & in cons. 87. fol. 122
Agnationis fauore si factum sit fideicommissum, exclusis cæteris agnatis ad illud admittitur nepos masculus ex filia, etiã agnatus, licet non sit proximior agnatus, sed proximior respectu matris, & cognationis tantum, & pari modo admittitur ad feudum, in quo consideratur sola agnatio. d. consi. 86. num. 1. fol. 121. & d. con. 87. num. 1. & 2. fol. 122
Agnatio sola consideratur in feudis regularibus, & ab eis excluduntur descendẽtes ex fœminis, licet sint masculi. d. con. 86. num. 2. 121
Agnationis fauorem arguunt mentio masculorum, & exclusio fœminarum. d. cons. 87. num. 14. fol. 124
Agnati quando reuocant alienationem factam in extraneum, non admittuntur non nati tempore euenientis casus. consil. 106. num. 9. fol. 143
Agnatus vel vicinus si ex forma statuti potest luere, seu ad se aucare rem venditam per alium agnatum, vel vicinum, an debeant offerre, & deponere totum prætium, an verò possit illam partem prætij tantũ, quæ fuit soluta per emptorem, & an gaudeat omnibus commodis concessis illi emptori per venditorem, & maximè dilatione solutionis, quod sic, & de hac materia vide in cons. 107. per totum. fol. 144. vide infra in verbo, Statutum.

Agnatus, vel vicinus luens, vel auocans ad se rem venditam per alium agnatum, vel vicinum ex forma statuti, & c. admittitur eo modo præciso, quo admissus fuit primus emptor, & cum eisdem commodis, & oneribus, & c. & quæ sit ratio. d. cons. 107. nume. 1. ibid.
Agnatus, vel vicinus luens quod debeat offerre totum præcium voluit Cepola, sed malè. d. con. 107. nu. 4. ibid.
Agnatus, vel vicinus si luat rem venditam, & c. an possit venditor dicere, quòd habuit fidẽ de præcio primo emptori, quam non vult habere ipsi agnato, vel vicino luenti. d. con. 107. nu. 6. ibid.
Agnatus, vel vicinus quando vult luere rem venditam, & c. an possit primus emptor dicere se velle, quòd venditio sit nulla, & habeatur pro non facta, & quòd iterum fiat constituto maiori præcio. d. cons. 107. nu. 8. fol. 145
Aggressio secunda arguit maximam animi deliberationem ad perpetrandum homicidium. cons. 56. nume. 18. fol. 72
¶ Alienare prohibitus expressè à testatore aliqua bona, non potest de ipsis bonis detrahere Falcidiam, & Trebellianicam. Sed id intelligitur in casu, quo potuisset testator, si voluisset, prohibere expressè, & non aliter, & non procedit in liberis primi gradus. cons. 7. num. 7. fol. 12
Alienare prohibitus rem euenitente certo casu, eo casu tantum censebitur prohibitus detrahere Trebellianicam, & non aliter. d. cons. 7. num. 8. ibid.
Alienandi prohibitio extra familiam inducit fideicommissum, non purè, sed eueniente casu alienationis. d. cons. 7. num. 9. ibid.
Alienandi prohibitio an inducat fideicommissum absolutum etiam post mortem, an verò dumtaxat casum alienationis, & de hac materia. vide in cons. 54. fol. 69
Alienandi prohibitio an indicat fideicommissum absolutum, an verò solum in casum alienationis, latè disputant Docto. sunt tamen duo casus clari, vt in consilio, quorum vno censetur inductum in casum alienationis tantum, altero absolutè etiam post mortem, & quando hoc sit, declarat. d. con. 54. num. 1. ibid.
Et quando dictum fuit, quòd bona non egrediantur domos familiæ, vsq; in infinitum, censetur inductum fideicommissum perpetuum, & absolutum. d. cons. 54. num. 2. ibid.
Alienandi prohibitio simplex si sit geminata, inducit fideicommissum absolutum. d. cons. 54. num. 3. fol. 70
Alienatio si fuit prohibita per testatorem contemplatione certæ personæ, illa persona dicitur esse fideicommissaria in casum alienationis, scilicet persona, quæ tunc extat. cons. 106. num. 20. fol. 143
Alienandi prohibitio extra familiam non excludit filias, licet excludat descendentes ex ipsis filiabus. cons. 7. num. 26. fol. 14
Alienandi prohibitio extra familiam, & agnationem, an, & quando excludat filias fœminas. cons. 54. num. 5. fol. 70
Alienare prohibitus, si alienet, non solùm priuatur parte sua, sed etiam prohibetur ne admittatur ad partem aliorum cohæredum, & c. cons. 7. num. 11. fol. 12
Alienãdi prohibitio, seu fideicommissum comprehendit etiam id, quod quis habet ex successione facta alijs per fideicommissum, seu alienationem, & c. d. cons. 7. num. 32. fol. 14
Alienandi prohibitio facta hæredibus censetur facta contemplatione cohæredum & eis deficientibus, contemplatione venientium ab intestato. d. cons. 7. num. 13. fol. 12
Alienandi prohibitio non excludit venientes ab intestato, nisi sit facta in certam, & nominatam personam. d. cons. 7. nu. 12. ibid.
Alienare prohibitus, seu disponere de aliqua re vsque ad certam ætatem, an possit ante illam ætatem alienare, seu disponere

per teſtamentum, & de hac materia, vide in conſil. 109. in princ. fol. 146
Alienare prohibitus, vel diſponere ante certam ætatem, putà annorum vigintiquinque, non prohibetur alienare per teſtamentum. d. conſ. 109. nu. 1. ibid.
Alienare prohibitus à lege veluti eſt minor habens curatores non cenſetur prohibitus condere teſtamentum. d. conſ. 109. nume. 2. ibid.
Alienare prohibitus poteſt per teſtamentum alienari etiã ſpecialiter illam rem, quam erat prohibitus alienare propter imbecillitatem ætatis. d. conſ. 109. nu. 3. ibid.
Alienare rem aliquam prohibitus etiam ſimpliciter, & abſolutè, non cenſetur prohibitus alienare eam per teſtamentũ d. conſil. 109. nu. 4. ibid. & ratio ſupradictorũ omnium quæ ſit, vide ibid. in d. num. 4.
Alienatio legitimè poteſt prohiberi, & valet prohibitio, quando eſt facta in fauorem filij, putà ne alienetur intra certum tempus, vel ſine conſenſu proximiorum. & c. conſ. 7. nu. 21. fol. 13. & conſ. 57. num. 10. fol. 75
Alienandi prohibitio facta hoc modo, quod hæres non poßit ſine conſenſu tutorum, & curatorum contrahere, vel diſtrahere aliquo modo, neque vendere, aut alienare, neque quicquã agere, quamdiu erit minor vigintiquinque annis, ſub pœna priuationis bonorum, & c. an comprehendat alienationem bonorum tantum, an verò omnem contractum, & & an comprehendat donationem inter viuos. Et an ſubſtitutio in pœnam priuationis noceat filijs hæredis prohibiti, vt. ſ. ſubſtituti eos excludant, & de hac materia, vide in conſ. 57. per totum. ibid.
Alienare prohibitus à teſtatore, contrahere, diſtrahere aliquo modo, vendere aut quicquam agere ſine conſenſu tutorũ, & curatorum, quandiu ſit minor. 25. annis, cenſetur prohibitus facere omnem contractum. d. conſ. 57. nu. 8. ibid.
Et cenſetur teſtator nunc timore pœnæ adiectæ prouidere hæredi, eo quòd videt in eo minorem induſtriã, quàm ſit opus. d. conſ. 57. nu. 9. ibid.
Et tales prohibitiones alienandi & c. vſque ad certam ætatem, cenſentur fauorabiles, & latè interpretantur, vt etiã comprehendant legitimam ipſorum filiorum prohibitorum. ibid. nu. 10. & conſ. 7. nu. 21. fol. 13
Alienandi bona prohibitio non comprehendit alienationem actionis perſonalis ad bona. d. conſ. 57. nu. 3. fol. 75
Alienari bona ſi ſint prohibita, non etiam tranſire poſſunt in fiſcum. conſ. 7. nu. 17. fol. 13
Alienandi prohibitio an cenſeatur facta dumtaxat hæredibus primo loco inſtitutis, an verò extendatur ad cæteros deſcendentes, & quando, conſ. 54. nu. 4. fol. 70
Alienationis prohibitæ verba ſi ſint concepta in rem, efficitur grauamen reale, & afficit omnes perſonas, quocunq; gradu inueniantur, conſ. 93. nu. 2. fol. 127
Alienandi prohibitio realis cenſetur eſſe fortior prohibitio, & nullam patitur exceptionem, etiam ſi res tranſeat in multas perſonas. conſ. 97. nu. 2. fol. 132
Alienandi prohibitionem faciunt aliquando teſtatores propter affectionem, quam habent ad bona, ſed aliquando faciunt. conſ. 97. nu. 12. fol. 131
Alienandi prohibitio ſi facta ſit per teſtatores, debet potiſſimũ inſpici ratio, & mens teſtatoris, & valet alienatio, & quæ non offendit mentem, & rationẽ, licet offendat verba prohibitiua alienandi. d. conſ. 97. nume. 15. fol. 133. & conſil. 109. num. 8. fol. 146
Alienari prohibitum non poteſt etiam deduci in compromiſſum. conſ. 64. nu. 7. fol. 87
Alienare prohibitus, & grauatus fideicommiſſo & c. an poßit bona fideicommiſſi alienare, ſeu permutare, & alia loco ipſorum ſubrogare, ſi ex tali alienatione, vel ſubrogatione fideicommiſſum efficitur melius, & vtilius, quòd ſic, & de hac materia, vide in conſ. 97. nu. 18. fol. 134
Alienatio ſi fuit prohibita, & adiecta pœna priuationis bonorum contra alienantes, talis pœna eſt de iure valida. d. conſil. 97. nu. 1. fol. 132
Alienatione prohibita per teſtatores cum pœna priuationis bonorum & c. talis pœna adiecta debet ſtrictè interpretari, quantum fieri poteſt, & in dubio debet excludi, & non extendi, etiam quod tractetur de fauore Eccleſiæ. d. conſ. 97. nu. 41. fol. 136
Alienatio ſi ſit prohibita, & permiſſus ſit vnus actus, ſeu caſus alienationis, cenſetur etiam permiſſus omnis alius actus illi ſimilis, & afferens eundem effectum, vel meliorem, ſecus ſi deteriorem, & licet non ſeruetur forma conceſſa, ſufficit tamen, quòd ſatisfiat cauſæ, propter quam fuit permiſſa alienatio. d. conſ. 97. nu. 13 fol. 133
Alienatio feudi licet ſit prohibita, cenſetur tamen permiſſa, quando ex alienatione efficitur conditio feudi melior. d. conſ. 97. nu. 16. ibid.
Alienatio feudi quando reuocari poßit per agnatos &c. vide infra in verbo, Feudum.
Alienatio feudi quãdo fieri poßit & c. vide infra in verbo, Feudum.
Alienatio fundi dotalis eſt regulariter prohibita, poteſt tamẽ fieri, quando affert vtilitatem mulieri, etiam inuita muliere. idem de fideicommiſſo cum prohibitione alienandi. d. conſ. 97. num. 17. fol. 134
Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt regulariter prohibita, poteſt fieri alienatio, ſi id tendat in vtilitatem Eccleſiæ. d. conſil. 97. num. 19. ibid.
Alienatio bonorum Eccleſiæ facta in damnum ipſius Eccleſiæ ab Epiſcopo, poteſt per ipſummet Epiſcopum reuocari. conſil. 63. num. 5. fol. 85
Alienatio facta per Principem non poteſt per ipſummet reuocari, niſi contineat alienatio magnam diminutionem ſtatus ſui. conſ. 67. nu. 3. fol. 95
Alienationes factæ per delinquentem poſt commiſſum delictum, & ſecutam ſententiam condemnatoriam non valent. quod procedit dumtaxat in parte ad fiſcum petinẽte, ſecus in parte, quæ pertinet ad alios priuatos, ſeu ad venientes ab inteſtato. conſ. 7. num. 34. fol. 14
Alienatio facta in extraneum quando reuocatur per agnatũ, non admittuntur non nati tempore euenientis caſus. conſ. 106. num. 9. fol. 143
Alienatio bonorum fideicommiſſi ſponte facta per grauatos poteſt reuocari per deſcendentes natos poſt alienationem & quæ ſit ratio, & quomodo id intelligatur. d. conſil. 106. num. 19. ibid.
¶ Allegare quis non debet illud, quod probare non poteſt. conſ. 9. num. 54. fol. 22
Allegare turpitudinem ſuam quando quis non poßit. conſ. 21. num. 2. fol. 39
Allegans contraria & c. vide infra in verbo, Contraria.
Allegari poteſt ius tertij, quando prodeſt ipſi alleganti, quia concernat eius intereſſe. conſ. 64. nu. 3. fol. 87
¶ Allodialia bona in dubio præſumuntur & c. vide infra in verbo, Feudalia.
¶ Alimenta præſtita per negociorum geſtorem, an cenſeantur donata. conſ. 12. num. 6. fol. 27
Alimenta debent relinqui ſpuriæ de Iure Canonico, vel dos loco alimentorum. conſ. 44. nu. 3. fol. 61
¶ Aliquo modo & c. hæc dictio, aliquo. comprehendit etiam quid minimum. conſ. 71. nu. 11. fol. 99
¶ Alueus fluminis publici præſcribitur per Communitatem per

per tempus triginta, vel quadraginta annorum. consil. 16. num. 12. fol. 31
Alueus padi, vel alterius fluminis derelictus ad quẽ pertineat, siue mutatio fluminis facta fuerit sine facto hominis, siue ex facto hominis, & de hac materia, vide in consil. 82. per totum. fol. 116
Confiscatio bonorum non comprehendit bona subiecta fideicommisso, nisi delinquens sit vltimus ex fideicommissarijs. d. consil. 7. num. 18. ibid.
Confiscatio bonorum comprehendit etiam nomina debitoria, & bona mobilia, vbicunq; sint. cons. 17. nu. 18. ibid.
Confiscatio bonorum non comprehendit bona post bannum acquisita. d. cons. 17. nu. 20. ibid.
Confiscatis bonis alicuius, si fuerunt etiam confiscata bona aliqua fideicommissi, scientibus, & non contradicentibus fideicommissarijs, an censeatur extinctum ius fideicommissi, & illatum præiudicium &c. vide in cons. 105. fol. 142
Confiscata licet fuerint bona, reuocatur tamen legitima per filios postea natos. & an hoc sit verum. consil. 106. nu. 22. fol. 145
¶ Coniectura. euidens voluntas testatoris dicitur etiam ea quæ colligitur ex coniecturis. consil. 19. nu. 8. fol. 36
Coniectura vna, seu præsumptio potest aliam tollere, & specialis tollit generalem, & magis verisimilis præfertur minus verisimili. consil. 56. nume. 4. fol. 71. & ibi. numero 6.
¶ Coniuncti, vel vicini non præsumuntur habere scientiam, & notitiam de his actibus, qui clam solent fieri. cons. 25. nume. 15. fol. 42
¶ Consanguinitas maior præsumitur matris erga filios, quàm fratris erga fratrem. cons. 12. nu. 3. fol. 27
Consanguinitas quomodo probetur, & an per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum, & an per nominationem, & tractatũ, & de hac materia. vide in cons. 83. fol. 117
Consanguinitas, & aliquos esse descendẽtes à tali stipite, probatur in antiquis per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum. d. cons. 83. num. 3. ibid.
Consanguinitas probatur per verba enunciatiua vnius instrumenti, etiã in præiudicium tertij. d. cons. 83. nu. 15. ibid.
Consanguinitas non potest probari per instrumenta. & quomodo id intelligatur. d. cons. 83. nu. 17. ibid.
Consanguinitas est difficilis probationis. d. consil. 83. nume. 7. ibid.
Consanguinitas, vel filiatio est difficilis probationis etiam in facto

facto recenti,& admittitur probatio per indicia,& coniecturas,quæ habentur pro plena probatione in antiquis. d. conſ.83.nume.8. ibid.
Conſanguinitatis in probatione dicitur res antiqua per ſpatiũ temporis.56.annorum,& etiam.50.annorum. d.conſil.83. num.10. ibid.
Conſanguinitatis,vel filiationis in probatione ex verbis enunciatiuis inſtrumentorũ,tempus.60. & etiam. 50. annorum dicitur tempus antiquum.d.conſ.83.nu.14. ibid.
Conſanguinitatis in probatione nõ eſt neceſſaria probatio primi ſtipitis.d.conſ.83.num.16. ibid.
Conſanguinitas,vel filiatio probatur per tres teſtes, & etiam duo ſufficiunt.& an requiratur,quòd ſint perſonæ graues. & an teſtes ſingulares probent.d.conſ.83.nu.18.fol. 118
Conſanguinitatis in probatione dicta teſtium ſingulariũ coniunguntur.d.conſ.83.nu.20. ibid.
Conſanguinitatis cuiuſcunque gradus in quaſi poſſeſſione conſtruitur quis per nominationem,& tractatum,item & per communem opinionem, quòd talis ab omnibus reputetur. d.conſ.83.nu.21. ibid.
Et talis quaſi poſſeſſio conſanguinitatis transfert onus probãdi in contrarium,etiam in deciſorijs, etiam ſi tractetur de obtinenda hæreditate.& eſt magis communis opinio. ibidẽ num. 22.
Et talis quaſi poſſeſſio conſanguinitatis an ſit neceſſe,quòd probetur diſtinctè per gradus,& quando.ibid.nu.23.
Conſanguinitatis,& familiaritatis ratione actus poſitiuus nõ operatur effectum,quem de ſui natura ſolet operari.con.9. num.18.fol. 18
Conſanguineus,hæc dictio capitur in iure tribus modis, pro agnatis,pro fratribus,& pro quibuſcunque cognatis, propriè tamen pro agnatis.conſ.69.nu.2.fol. 97
Conſanguineus tantum an excludatur à ſucceſſione per vtrinque Coniunctum.& de hac materia,vide latè in conſil. 81. fol.112.vide infra in verbo,Filij,& in verbo,Fratres.
¶ Conſcientiæ in foro etiam,retinentur per fiſcum bona relicta incapaci.conſ.42.nu.9.fol. 60
Conſcientiæ in foro tenetur dare fiſco is,qui tacitè fuit rogatus reſtituere in capaci.d.conſ.42.nu.11. ibid.
Conſcientiæ vel animæ in foro ligat lex poſitiua, ſiue ſit Eccleſiaſtica,ſiue Ciuilis,quando nõ eſt nutritiua peccati. d.cõſil.42.nu.10. ibid.
¶ Conſenſus Principis præſumitur interueniſſe ex longo curſu temporis in actibus publicis.conſ.70.nu.5.fol. 98
¶ Conſequentes à deſtructione ad deſtructionem antecedentis valet argumentum.conſ.110.nu.4.fol. 149
¶ Conſtitutum æquiparatur traditioni.conſil.4. numero 14. fol. 7
Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis quando nihil operetur &c.vide in conſ.103.fol. 141
Conſtituens ſe poſſidere pro aliquo poſt ſuam mortẽ, ſi poſtea ante cuentum conditionis,vel diei transferat poſſeſſionem per veram traditionem in alium,ſubuertitur penitus vis,ac natura prioris conſtituti.d.conſ.103.nu.1. ibid.
Idem,ſi conſtitutum fuiſſet purè factum,ibidem.
Conſtituens ſe ſponte in carceribus,plurimum præſumitur innocens.conſ.94.nu.7.fol. 128
¶ Conſuetudo regionis inſpicitur in teſtamentis.conſ.6.nu.2. fol. 10
Conſuetudo teſtatorum attendi debet. conſil.57. numero 1. fol. 75
Conſuetudo præſtandi fidem liberis mercatorum an valeat,& de hac materia,vide in conſ.95.fol.129.vide infra in verbo, Mercator.
Conſuetudo,quòd præſtetur fides liberis mercatorum, vel artificum,debet intelligi,& limitari, niſi contrarium videatur Iudici ex aliquibus cauſis probabilibus. & ſi ſtatutum, vel conſuetudo diſponeret contrarium,eſſet indiſcreta, & prona ad malum.d.conſ.95.num.1. ibid.
Conſuetudo indiſcreta,& prona ad malum non valet.d.conſ. 95.num.1. ibid.
¶ Contemplatione qua aliquid dicatur,vel fiat,ſemper inſpiciendum eſt,conſ.77.nu.29.fol.105. & conſ.79.nu.17.fol. 110.& ſupra in verbo,Actus.
¶ Contractus fieri poteſt,& inſeri in teſtamento,neque poteſt reuocari.conſ.4.num.38.fol.6.& conſ.42.nu.6.fol.60.& conſ.57.nu.17.fol.75.& conſ.109.nu.11.fol. 147
Contractus fieri poſſunt in teſtamentis,& habent propriam naturam contractuum.d.conſ.42.nu.6.fol. 60
Contractus donationis fieri poteſt in teſtamento,& ſtipulatio Notarij interueniens facit,quòd cenſeatur irreuocabilis,& habeat naturam contractus quò ad omnia.d.conſil.57.nu. 17.fol. 78
Contractus fieri poteſt in teſtamento. Et an poſit reuocari,ſi reuocetur teſtamentum.d.conſ.109.nu.11.fol. 147
Contractus,qui fuit obſeruatus iam pluribus annis,non facilè debet reſcindi.conſ.10.nu.30.fol. 28
Contractus quamuis ab initio non contineret læſionem,ſi tamen ex poſt facto propter mutationem temporum contineat læſionem enormem,poteſt tunc reſcindi,& debet regulari ſecundum qualitatem ipſorum temporum,ſi eſt contractus ſucceſſiuus,reſpiciens etiam futura tempora.conſil. 34.num.16.fol. 53
Contractus præſumitur factus vel propter metum,vel propter aliam ſpeciem doli,ſtante enormiſſima læſione.conſ.89.nu. 5.fol. 125
Contractus reſcinditur,ſiue adſit dolus ex propoſito, ſiue dolus re ipſa,& quodlibet eorum ſufficit.conſilio 81. nume. 50.fol. 111
Contractus omnis factus per minorem cum iuramento valet. conſil.11.nu.3.fol. 25
Contractus minorum non reſcinduntur,niſi adſit læſio,quæ ſit magna.d.conſ.11.nu.21. ibid.
Contractus inter filios,& parentes quando valeant,& an donatio.& quid ſtante iuramento.d.conſilio 11.nu.2. ibid.
Contractus ſimulatus. De hac materia,vide in conſil.9.fol.18. & latè in conſilio 97. folio 132. & infra in verbo, Simulatio.
Contractus præſumuntur ſimulati ex coniecturis, & ex qualitate,& vicinitate eorum.d.conſ.97.nu.3. ibid.
Contractum ſimulatum qui dicit,ſiue agendo,ſiue excipiendo,debet exprimere certum modum,& certam cauſam ſimulationis,& quæ ſit ratio.d.conſ.9.nu.1.fol.18.& d.conſ. 97.nu.24.fol. 131
Ex Contractu ſimulato non transfertur dominium,neq; poſſeſſio.d.conſ.97.nu.4.ibid.ſed vide ibi nu.49. fol.136.vbi habes quando transferatur.
Contractus aliquis ſi fiat,& agatur tacitè,quòd breui tempore ſit duraturus,talis ſimulatio non eſt reprobata. d. conſil.97.num.46. ibid.
Contractus non infringitur propter ſimulationem ex honeſta,& iuſta cauſa.d.conſ.97.num.46. ibid.
Contractus ſi ſit inutilis, ex eo transfertur dominium, & poſſeſſio, quando eſt inutilis,quia factus eſt præter legem, non autem contra legem.& quomodo.d.conſil.97.numero 47. ibid.
Contractus ſi ſit inutilis, ex eo transfertur dominium, etiam quando eſt inutilis, quia lex reſiſtit contractui & quando.d.conſilio 97. numero 48. Et an ex contractu inutili transferatur poſſeſſio, & quòd non ſufficiat tranſlatio ficta

ficta per constitutum &c. cons. 78. nu. 21. fol. 109

Contractus aliquando est ipso iure nullus, & tamen habetur pro valido quò ad contrahentes, quando scilicet ipsi cõtrahentes eum miserunt executioni, & eum semper seruarũt, ac in eo perseuerant & c. d. cons. 97. nu. 45. fol. 136

Contractus quilibet, seu actus si factus sit sub errore, & credulitate & c. potest quilibet ex contrahentibus ab eo recedere. cons. 101. nu. 1. fol. 140

Contractus facti per iniustos dominos, & possessores, veluti per Tyrannos & c. non præiudicant legitimis possessoribus, seu dominis, vt locationes, infeudationes, & cæteri contractus. cons. 108. nu. 4. fol. 146

Contractus concipitur quandoque cum vna persona, & versus eam diriguntur verba, & tamen ad aliam personã pertinet effectus, & commodum, & actio. consil. 23. numer. 13. fol. 41

Contractus dubij interpretantur per signa, & effectus. consil. 34. nu. 7. fol. 53

Contractus declarantur ab effectu postea subsecuto inter ipsos contrahentes. consil. 59. nume. 9. fol. 77. & cons. 74. nume. 8. fol. 102

Contractus ambiguus optimè declaratur ex eo, quod postea ipsi contrahentes faciunt. d. cons. 74. nu. 8. ibid.

Contractus qualitas iudicatur ex effectu principali, nõ autem ex multitudine verborum. cons. 81. nu. 48. fol. 115

Contractus appellatione venit donatio inter viuos, quia habet consensum duorum. cons. 57. nu. 13. & 14. fol. 75

Contractus appellatione non venit donatio, strictè, & propriè loquendo. d. cons. 57. nu. 16. ibid.

Contrahere prohibitus, si donet inter viuos, incidit in pœnam. d. cons. 57. nu. 13. ibid.

Contractus appellatione venit omnis actus, per quem efficaciter obligamur. d. cons. 57. nu. 15. ibid.

Contractus quando non confirmetur iuramento. & quando contractus etiam iurati comprehendantur sub statuto. consil. 70. nu. 6. fol. 98. & ibi vide cum numeris præcedentibus, & sequen.

Contractus donationis subsecutus post aliquas promissiones, & tractatus & c. facit, quod præsumantur resoluti omnes illi tractatus præcedentes, & in eorum executionem, & implementum censetur factus talis contractus donationis. d. consil. 70. num. 12. ibid.

Contractus Principis factus cum subditis, an obliget etiã successores ipsius Principis. & de hac materia, vide in cons. 67. fol. 95

Contractus Principis habentis iurisdictionem in personas sibi subditas, veluti Marchionis, Ducis, Comitis & c. factus cum ipsis subditis, obligat non tantùm ipsum Principem contrahentem, sed etiam successores suos in ea iurisdictione, & dignitate, secundum communem opinionem. Et quæ sit ratio. & an sit necesse, quod factus fuerit contractus nomine ipsius dignitatis. d. cons. 67. nu. 1. ibid.

Contractus Principis cum subditis obligat etiam successores, dummodo talis contractus non contineat magnam diminutionem iurisdictionis. d. cons. 67. nu. 2. ibid.

Contractus feudalis non valet aliquando in præiudicium supremi Domini, & tamen valet in præiudicium ipsius Domini inferioris, qui fecit contractum. d. cons. 67. nu. 7. ibid.

Contrahentium mens considerari debet in contractibus, & tenendum, quod est verisimile. cons. 1. nu. 4. fol. 1

¶ *Contraria allegans an audiatur, & quando. Et an quis possit vti instrumento, non obstantibus his, quæ prius in contrarium dixit, & fecit. & aliqua de hac materia, quando admittatur variatio, allegando contraria & c. vide in consil. 9. num. 24. cum sequentibus. fol.* 17

Contraria allegans, & varians admittitur inter easdem personas in diuersa instantia, & quando allegans contraria fuit victus in prima instantia. d. cons. 9. nu. 25. ibid. 20

Quod Amplia, & declara, vt ibi. nu. 27. & 28. fol.

Contraria allegans, an, & quando audiatur. vide etiam cons. 21. nu. 5. fol. 39

Contrarietas, maximè in testibus, debet euitari, quantum fieri potest, fœdere distinctionis. cons. 9. nu. 22. fol. 20

Contrarietas, varietas, & absurditas semper, quantum fieri potest, tolli debet in qualibet dispositione. cons. 29. numer. 6. fol. 45

Contrarietas, seu repugnantia, & perplexitas verborũ quando vitiet dispositionem, & quando non. & de hac materia. vide in consilio 24. fol. 41. & vide infra in verbo, Perplexitas. 6

¶ *Contrauenire quando quis dicatur. cons. 4. nu. 59. fol.*

¶ *Conuentiones fideicommissarij non valent in præiudicium alterius fideicommissarij. cons. 6. nu. 4. fol.* 10

¶ *Copula, (&) de sui natura ampliat, & extendit, & copulat per se, & principaliter, & idem importat, quod dictio, item, cons. 11. nu. 26. fol.* 25

Copula carnalis, seu impudicitia mulieris solet probari per qualescunque probationes, etiam præsumptiuas, præsertim vbi non agitur de dissoluendo matrimonio. cons. 25. nu. 4. fol. 42

Copula carnalis cum sit de his, quæ clam solent fieri, neque facilè probari possunt, potest probari per qualescunq; probationes. d. cons. 25. nu. 7. ibid.

¶ *Correcta ratione legis, non censetur correcta ipsa lex. cons. 81. nume. 19. fol. 111. Sed limita vt ibi nume. 20. 21. 22. & 23.* 113 *fol.*

Correcta ratione legis, censetur correcta ipsa lex, quando reducimur ad ius antiquum, vel ad dispositionem, quæ aliquo iure fuerat prius admissa. d. cons. 81. nu. 20. ibid.

Correcta ratione legis, censetur correcta lex, quando ratio eius scripta in lege, vel statuto, vel habetur pro scripta, quia est vnica. d. con. 81. nu. 22. ibid.

Correcta ratione legis, censetur correcta lex, quando aliàs resultaret vitium, vel absurditas. d. consil. 81. nu. 23. ibid.

¶ *Creditor si stetit per triginta annos quòd non petijt debitum, an excludatur per præscriptionem actionis, etiã cum mala fide, & quomodo. & de hac materia. vide in cons. 28. fol.* 44

Creditor an possit agere ad bona debitoris, quæ ipse debitor habet in Emphiteosim ab Ecclesia. d. consil. 28. numer. 5. fol. 45

Et quòd omne commodum, quod percipitur ex dominio vtili bonorum Emphiteoticorum, possit transire in creditores. d. cons. 28. num. 7. ibid.

Sed si sit commissa caducitas, potest Ecclesia sibi omne ius applicare in præiudicium creditorum, etiam in præiudicium dotis. ibid. num. 9.

Creditor habens hypothecam generalem potest eligere, quod pignus persequatur ex multis. cons. 97. nu. 10. fol. 131 137

Sed limita vt ibi nu. 52. fol.

Creditor hodie debet prius excutere debitorem principalem, & c. vide infra in verbo, Excussio.

Creditor legans, contra quem habeat exceptionem censetur exceptionem remittere. & quomodo id procedat. cons. 109. num. 24. fol. 147

Creditores mariti an habeant ius offerendi contra vxorẽ possidentem, vel petentem bona mariti pro dote sua, quando, scilicet maritus tendit ad inopiam. & de hac materia. vide in consil. 80. per totum. fol. 110

Creditores mariti an habeant ius offerendi contra vxorem, fuerunt

fuerunt duæ opiniones, vna negatiua, & altera affirmatiua, & est disputabilis articulus. d. consil. 80. nu. 1. ibid.
Creditores mariti quòd non habeant ius offerendi contra vxorem, est magis communis opinio, & verior. quæ sint rationes. d. consil. 80. nu. 2. ibid.
Creditores mariti quòd non habeant ius offerendi, & quòd vxor possideat bona mariti pro dote sua, quando maritus tendit ad inopiam, hoc non dicitur esse propriè restitutio, vel solutio dotis. & qui effectus sequatur ex hoc d. consil. 80. num. 3. ibid.
Creditorum, seu crediti appellatione, an veniant etiam fideicommissarij. consil. 74. nu. 13. fol. 102
Crediti appellatione an comprehendatur etiam creditũ conditionale. d. consil. 74. nu. 14. ibid.
Credita, seu nomina debitorum non circumscribuntur loco, neq; censentur esse sub territorio statuentium, neq; sub territorio debitoris, sed creditoris. consil. 26. nu. 3. fol. 43
Credita, seu nomina debitorum an connumerentur inter immobilia, sicut annui reditus. d. consil. 26. nu. 5. ibid.
Credulitas probabilis habet vim tituli. consil. 64. nu. 59. fol. 86
Cridæ, seu proclamationes, quod qui habet ius in bonis, compareat &c. vide infra in verbo, Proclamationes.
Crimen extinguitur morte delinquentis &c. vide infra in verbo, Delictum.
Criminales causæ sunt argumentis examinandæ. consil. 56. nume. 2. fol. 71
Curatores, & tutores, finito officio, non tenentur de euictione etiam quòd simpliciter promiserint de euictione. consil. 12. nume. 9. fol. 28
Curtij iunioris opinio reprobatur in materia, an fideicommissum reciprocum, seu reciproca substitutio censeatur inducta inter multos institutos &c. consil. 31. nu. 4. fol. 48

D.

DAMNVM in dubio præsumitur datum, seu illatum ab inimicis. consil. 56. num. 16. fol. 72. & consil. 72. nume. 11. fol. 100
Datio in solutum si fiat, & res datæ euincantur, perinde est, ac si solutum non fuisset, & non censetur liberatus ille, cuius nomine, vel mandato datæ fuerunt in solutum. consil. 2. nume. 12. fol. 2
Datoris iure resoluto, censetur resolutum ius accipientis. consil. 108. num. 3. fol. 146
Datum, vel promissum sub contemplatione, quod matrimonium inter aliquos habeat effectum, debet reuocari, matrimonio non secuto. consil. 77. nu. 28. fol. 106
Datum alicui præsumitur in dubio datum ex causa magis verisimili, & ab ea causa regulatur dispositio d. consil. 77. nume. 30. ibid.
¶ Debitor si erret, & soluat falso creditori, an, & quando censeatur liberatus. & de hac materia. vide in consil. 3. per totum. fol. 4
Debitor si errauit, & soluit non creditori, credens eum creditorem, si habuit iustam causam errandi, an sit liberatus, & quando, & quæ sit iusta ignorantia. d. consil. 3. nu. 1. & num. 9. ibid.
Debitor bona fide soluens in casu depositi falso creditori, censetur liberatus, etiam si non habuerit iustam causam ignorandi. d. consil. 3. num. 2. ibid.
Debitor generis si soluat falso creditori, non censetur liberatus à vero creditore, etiam quod habuerit iustissimam causam erroris. d. consil. 3. nu. 3. ibid.
Debitor soluens falso creditori, repetit ab eo. d. consil. 3. numero 11. fol. 5
Debitor, qui soluit, censetur soluisse vigore præcedentis promissionis. consil. 9. nu. 13. fol. 17
Debitor si legat creditori, an censeatur velle compensare. vide in consil. 17. fol. 33
Debitor si legauit creditori, censetur in dubio legatum factum animo compensandi, quando debitum erat necessarium. & quando dicatur debitum necessarium. d. consil. 17. nume. 6. ibid.
Debitor an præscribat actionem creditoris post triginta annos, etiam cum mala fide. & quomodo. & de hac materia. vide in cons. 28. per totum. fol. 44
Debitor an possit molestari à creditore in bonis, quæ ipse debitor habet in Emphiteosim ab Ecclesia. d. consil. 28. nume. 5. fol. 45
Debitor si amisit apocham solutionis, & aliam petat à creditore non auditur, si de solutione constat ex libris Communitatis. consil. 33. nu. 2. fol. 52
Debitorum nomina &c. vide infra in verbo, Nomina debitorum.
Debitum necessarium quando dicatur. consilio 17. numero 6. fol. 33
Debitum voluntarium quando dicatur. d. consilio 17. numero 8. ibid.
Debitum, vel legatum inefficax, & suspensum &c. an comprehendatur sub mandato testatoris de soluendo debita, & legata. & de hac materia. vide in consil. 109. per totum. fol. 147
Debitum inefficax non comprehenditur sub mandato simplici, vel generali de soluendo debita. d. consil. 109. num. 12. fol. 124. sed vide ibi num. 23. ibid.
Debita solui testator mandauit simpliciter, est perinde, ac si dixisset omnia debita. d. cons. 109. nu. 14. ibid.
Debitorum, vel legatorum solutionem fieri si quis mandauit generaliter, an comprehendantur debita, vel legata ineffi-cacia, & quando. & quomodo procedant tradita in l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. d. consil. 109. nu. 23. ibid.
¶ Decimæ personales habentur ad instar collectarum, & soluuntur etiam ex matrimonio, & negotiatione, & sic ex lucro. consil. 40. num. 6. fol. 58
Decimæ, vel census solutio an possit subditis remitti per Principem in præiudicium successorum. & de hac materia. vide in cons. 67. fol. 95
¶ Declaratio non censetur prohibita, prohibita additione vel detractione. consil. 10. nu. 20. fol. 23
Declaratio ambigua dispositionis, seu contractus ambigui illa optima est, quæ colligitur ex facto postea subsecuto, seu ex eo, quod postea ipsi contrahentes faciunt. consil. 64. num. 31. fol. 86. & consil. 74. num. 8. fol. 102
¶ Decretum Iudicis potest interponi etiam ex interuallo post actum. consil. 4. nu. 50. fol. 6
Decretum, & præsentia Iudicis, item & præsentia amicorum, & consanguineorum excludit præsumptionem metus, & fraudis, consil. 11. nume. 10. fol. 25. & vide ibi nume. 12. fol. 26
Pro Decreto Iudicis præsumitur, & quòd interuenerit causæ cognitio. consil. 4. nume. 55. fol. 6
Decreta, & statuta solent recipere interpretationem à iure communi. consil. 30. nume. 1. fol. 47
Decreta Mediolani an comprehendant Placentiam. vide in consil. 49 fol. 65
Decreta, & ordines vnius status, vel ciuitatis non porriguntur ad ciuitatem confœderatam. d. consil. 49. nu. 1. ibid.
Et quid stante statuto, quòd bannitus in vno loco possit offendi in loco confœderato. & de opinione Bar. in l. non dubito. de capti. vide ibidem.

Decreta condere, & ſtatuta generalia, denotat iuriſdictionẽ, &c. vide infra in verbo, Statuta.

Decretum, ſeu ſtatutum Mediolani, quòd iuretur donationẽ non eſſe fictam, neque ſimulatam, an præcisè ſeruandũ ſit, id eſt, an contractus ſit nullus, ſi non fuit præcisè iuratum ſecundum formam decreti. & quomodo intelligatur tale decretum, & de hac materia. vide in conſ. 70. fol. 98

Decretum, vel ſtatutum ſimpliciter diſponens an comprehendat, vel poſſit comprehendere actus iuratos. d. conſ. 70. nu. 3. ibid. & vide infra in verbo, Statutum.

¶ Defectus iuriſdictionis poteſt quandocunq; opponi in quacunque parte iudicij, & etiam poſt ſententiam cõſ. 62. nume. 5. fol. 80

¶ Defendere ſe quilibet tenetur. Et de homicidio commiſſo per filium ad defenſionem patris ſui, an puniri debeat. Et de materia. l. vt vim. vide in conſil. 94. per totum. fol. 128

Ad Defenſionem neceſſariam licitum eſt percutere, & impunè occidere alium. & quando id propriè verificetur. d. con. 94. num. 1. ibid.

Et poteſt percuti, vel occidi aggreſſor, non ſolùm ſi veriſimiliter erat interfecturus talem ſe defendentem, ſed etiam ſi erat illaturus ſolum aliquod leue vulnus, vel percuſſionẽ, & tunc non tenetur defendens de homicidio, neque de exceſſu, neq; de doloſo exceſſu &c. ibid. nu. 2.

Ad Defenſionem patris poteſt filius percutere, vel occidere alium, & frater ad defenſionem fratris, & maritus ad defenſionem vxoris, & ſocius itineris ad defenſionem ſocij. d. conſ. 94. nu. 3. ibid.

De Defenſione ſi teſtes deponant creditur eis, etiam quòd deponant per verbum, credo. & maximè quando ex eorum dictis colligitur ratio, vel expreſsè adducunt rationem. d. conſ. 94. nu. 4. ibid.

Et valet teſtis depoſitio, etiam quod ſimpliciter dicat factum fuiſſe ad defenſionem. ibid. nu. 5. fol. 129

Et teſtes deponentes de publica fama defenſionis neceſſariæ probant. ibid. nu. 6.

¶ Delegatio ſi fiat, an cenſeatur facta nouatio. vide infra in verbo, Nouatio.

¶ Delictum extinguitur morte delinquentis, & quomodo id procedat, & an ferri poſſit ſententia contra reum mortuũ in cauſa criminali pro pœna pecuniaria. & de hac materia. vide in conſil. 90. per totum. fol. 126

Delictum extingui morte delinquentis iura dicentia, quomodo, & quando procedant. d. conſ. 90. nu. 1. ibid.

Delictum non extinguitur mortuo delinquente poſt concluſionem in cauſa, quin tunc ferri poſſit ſententia, etiã cùm tractatur de pœna pecuniaria acceſſoriè ad corporalem. d. conſ. 90. nu. 2. ibid.

Delinquentis poſt mortem an poſſit agi delicto criminaliter, aut ciuiliter etiam quò ad bona. vide etiam conſilio 25. nume. 9. fol. 42

Et quando agitur dumtaxat ad bona ciuiliter, poteſt tractari de delicto etiam poſt mortem. ibid. num. 10.

In Delictis multa conſiderantur, perſona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus. conſ. 56. nu. 3. fol. 71

Delicti complices præſumuntur ij, qui reperti ſunt in loco delicti & de iure torqueri debent, maximè ſtantibus aliquibus coniecturis. d. conſ. 56. nu. 30. fol. 73

De Delicto, ſeu de homicidio ante omnia conſtare debet. conſil. 16. nu. 3. fol. 31

Delinquens punitur in eo, circa quod deliquit. conſ. 57. nu. 2. fol. 75

Delinquens ſi poſt delictum commiſſum, & ſecutam ſententiam condemnatoriam alienet bona, alienatio non valet. quòd procedit dumtaxat in parte, ad fiſcum pertinente, ſecus in parte, quæ pertinet ad alios priuatos, ſeu ad nientes ab inteſtato. conſ. 7. nu. 34. fol. 14

Delinquentis dicto ſtandum non eſt, quando aliunde conſtat de delicto abſque eius confeßione. conſ. 30. nu. 3. fol. 47

Delinquens ſi occidatur in captura, & cum familia aderant aliȝs aßiſtentes familiæ, &c. vide in conſ. 47. fol. 63

¶ Demonſtratio fundi venditi ſi fuit omiſſa, valet venditio, ſi probatur poſtea de quo fundo ſenſerint contrahentes, conſ. 10. num. 12. fol. 23. & vide etiam ſupra in verbo, Confines.

Demonſtratio rei venditæ poteſt probare etiam ex poſt facto. ibid. d. conſ. 10. nu. 7.

Demonſtrationes duæ ſufficiunt ad rem venditam, & aliquando etiam vnica. d. conſ. 10. num. 5. ibid.

Demonſtrationes duæ ſi fuerunt appoſitæ, ſufficit quòd vna ſit vera. d. conſ. 10. nu. 22. fol. 24

Demonſtrationes omnes poſſunt de nouo apponi. & pars aduerſa poteſt cogi ad faciendum nouum inſtrumentũ cum ſuis omnibus demonſtrationibus ad firmiorem rei memoriam in futurum. d. conſ. 10. nu. 23. ibid. 117

Demonſtratio falſa reȝcitur. conſ. 83. nu. 27. fol.

Deo fieri cenſetur donatio, quæ fit Eccleſiæ. conſi. 64. num. 33. fol. 86

Depoſitum fit quandoque ſimulatum, facta ſcilicet tranſactione de contractu venditionis in depoſitum, & iudicatum tunc contractus venditionis. conſ. 3. nu. 7. fol. 5

Depoſitum petens tanquàm hæres, non auditur, niſi doceat ſe eſſe hæredem. d. conſ. 3. nu. 10. ibid.

Depoſiti inſtrumentum habet executionem paratam, etiam quòd ſit depoſitum ſimulatum. & irregulare. d. conſilio 3. nu. 12. ibid.

Depoſitarius quando teneatur de dolo, & lata culpa, & quando de leuißima, & leui. d. conſ. 3. nu. 6. ibid.

Deſcendentes omnes ab aliqua perſona cenſentur etiam excluſi, quando illa perſona fuit excluſa. conſil. 57. num. 19. fol. 75

Deſcendentes eſſe aliquos à tali ſtipite, & cõſanguinitas, probatur in antiquis per verba enunciatiua inſtrumentorum antiquorum. conſ. 83. num. 3. fol. 117

Deſcendentium, & liberorum appellatione veniunt deſcendentes maſculi ex fœminis. conſ. 86. nu. 5. fo. 121

Deſcendentes omnes denotantur per dictionom, ſui. conſ. 106. num. 14. fol. 144

Deſcendentes nati poſt alienationem ſponte factam per grauatos fideicommiſſo poſſunt eam reuocare. & quæ ſit ratio, & quomodo intelligatur. d. conſil. 106. num. 19. ibid.

Dictio, liberè. remouet omne impedimentum, conſ. 8. num. 17. fol. 16

Dictio, &. de ſui natura ampliat, & extendit. & copulat per ſe, & principaliter, & idem importat, quod dictio, item. conſ. 11. nu. 26. fol. 25

Dictio, prædicta. non refertur ad immediatè præcedentia, ſed ad aliquantulum remota. d. conſ. 11. nu. 28. fol. 27. & quòd habeat relationem ad præcedentia. conſ. 29. nu. 5. & vide ibid. nu. 13. fol. 46

Dictio, quilibet. de ſui natura. & proprietate idem importat, quod dictio, aliquis. conſ. 13. nume. 3. fol. 28

Dictio, quicunque. eſt vniuerſalis diſtributiua, & attribuit actum inſolidum. conſ. 32. nu. 4. fol. 51

Dictio prædicta, quicunque. aliquando ſtat collectiuè, non autem diſtributiuè, & maximè in verbis ſubſtitutionis. d. cõſil. 32. num. 6. fo. 51

Dictio, ſucceßiuè. poſita in ſubſtitutione videtur ſuadere, & ſit compendioſa ſubſtitutio. conſ. 29. nume. 2. fol. 45. & vide ibi. nu. 8.

INDEX.

Dictio,post.& dictio,Succeßiue. faciunt ſubſtitutionem cõpendioſam,quando eſt adiecta mentio mortis. & quid operentur, & quomodo intelligantur.d. conſilio 29. num. 8.fol. 46

Dictio, omnium.an ſtet collectiuè,an verò diſtributiuè,conſ. 31.nu.14.fol. 49

Dictiones iſtæ,omne.vel totum. ſolẽt omnia comprehendere, etiam ſi talia ſint,quæ aliàs non includerentur. conſil.17. num.4.fol. 33

Dictio,tunc. ſolet denotare extremitatem temporis. & quomodo intelligatur cum illo verbo,tunc viuentes. & quam extremitatem denotet in caſu, de quo in conſilio.conſ.51. nume.19.fol. 67

Dictio prædicta,tunc.denotat extremitatem multorũ temporum,quando verba præcedentia denotant multos gradus,& multa tempora.d.conſ.51.nu.20. ibid.

Dictio,pro.denotat modum,& cauſam finalem, non autem conditionem.conſ.52.nu.2.fol. 68

Dictio,vt ſuprà facit relationem ad præcedentia. conſil. 57. num.6.fol. 75

Dictio,manſus.quid ſignificet, & quòd habeat varia ſignificata,conſ.62.nu.39.fol. 80

Dictio,conſanguineus.capitur in iure tribus modis,pro agnatis,pro fratribus,& pro quibuſcunque cognatis.propriè tamen pro agnatis.conſ.69.nu.2.fol. 97

Dictio,venter. generaliter ſumpta habet plures ſignificationes.conſ.85.num.6.fol. 120

Dictio,maſculis. quando eſt appoſita in conditione, vel alia diſpoſitione,an tunc veniant deſcendentes maſculi ex fœminis,& quomodo,& quando.conſ.86.num.4.fol.121. & vide infra in verbo,Maſculi.

Dictio.ſui.denotat omnes deſcendentes.conſil.106.nume.14. fol. 144

¶Dies vbi eſt appoſita,non eſt neceſſaria monitio. conſil.48. nume.3.fol. 64

Dies tacita,quæ cenſetur in eſſe ex natura, & qualitate rei, operatur etiam commiſſionem moræ,ſicut dies expreſſa. d. conſil.48.nume.4.ibid. & vide ibi.nume.11. & nume. 20. fol. 65

Dies tacita an ſufficiat in materia pœnali, & priuatoria.d. conſ.48.nume.11. ibid.

¶Dignitas perſonæ ſupplet &c.conſ.9.nu.45.fol. 22

¶Dilatio ſolutionis cenſetur quædam diminutio præcij, & è conuerſo ſolutio ante diem cenſetur aliquid plus continere.conſil.107.nu.3.fol. 145

¶Diſpenſatio quando non ſit,ſed propriè ſit legitimatio.conſil.7.num.4.fol. 12

Diſpenſatio dicitur duplici modo.& vna eſt odioſa,altera fauorabilis.& quomodo hæc ſint.d.conſ.7.nu.5. ibid.

¶Diſpoſitio generalis non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent.conſ.8.num.11.fol.15. & vide infra in verbo, Generalis.

Diſpoſitio generalis non ſolet referri ad ſpecificata. conſil. 26. nume.4.fol. 43

Diſpoſitio principalis ſi non tenet, non etiam tenet adiectio pœnæ.conſ.8.nu.19.fol. 16

Diſpoſitio legis ſola conſideratur, & non factum hominis, quando factum hominis accedit ad diſpoſitionem legis neceſſariam.d.conſ.50.nu.12.fol. 66

Diſpoſitio teſtatoris intelligitur potius de natis tempore mortis teſtatoris,quàm tempore teſtamenti. conſil.69. nume. 10.fol. 97

Diſpoſitio debet regulari à cauſa finali.conſ.52.nu.7.fol. 68

Diſpoſitio regulatur à cauſa magis verisimili.conſ.77. nume. 30.fol. 105

Diſpoſitio non præſumitur in dubio fieri ex vnica cauſa,ſed ex multis.conſ.74.num.11.fol. 102

Diſpoſitio ambigui,optimè declaratur ex facto poſtea ſubſecuto,conſ.64.nu.41.fol. 86

Diſpoſitio exorbitans,& deuians à communibus regulis iuris, debet reſtringi,quantum fieri poteſt,& non extendi ad alias diſpoſitiones vel per actiuam, vel per paßiuam interpretationem.conſ.81.num.25.fol. 113

Diſpoſitio quælibet quantumcunque ſtrictè interpretandum recipit interpretationem à iure communi,præſertim paßiuam.conſil.109.nu.6.fol. 147

Diſpoſitio pura,& diſpoſitio conditionalis purificata,æquiparantur.conſ.106.nu.4.fol. 144

Diſpoſitionis verba cui conueniunt,conuenit etiam ipſa diſpoſitio.conſ.69.nume.1.fol. 97

¶Diſputatio de re aliqua antequam fiat,debet prius de ea re conſtare.& debet prius conſtare de homicidio &c.conſ.16. nume.3.fol. 31

Diſputare de ambiguitate, quæ ſecundum quamlibet intelligentiam affert eundem effectum, eſt fruſtratorium. conſ. 97.nume.53.fol. 137

¶Diſtributiua, quæ reſpicit verbum decedendi,non autem modum ſuccedendi,intelligitur ſecundum verbum,cui eſt applicata.conſ.32.nu.5.fol. 51

¶Diuerſitas alicuius qualitatis,vel temporis operatur, vt vnus actus videatur alius actus.conſ.42.nume.5.fol. 60.

¶Diuiſio dat titulum,& facit rem ſuam.conſil. 11.nume.23. fol. 25

Diuiſio præſumitur ex poſſeßione decem annorum facta ſeparatim,& quomodo id procedat.d.conſ.11.nu.24. ibid.

Diuiſio,& tranſactio ſi fiat inter aliquos,an cenſeatur remiſſum fideicommiſſum,maximè ſi ſit poſita in inſtrumento congeries verborum de non contraueniendo,&c.conſ.29. nu.46.vide etiam infra in verbo,Fideicommiſſum.

Diuiſio ſi contineat illa verba, promiſeram non contrauenire &c.non operantur talia verba renunciationem fideicommiſſi.& quid de alijs verbis multis ſimilibus, & generalibus. d. conſ.29.num.15. ibid.

Diuiſio quando ſit,ſi contingat per eam renunciatum ceſſeri fideicommiſſo,quòd talis renunciatio intelligatur quò ad diuidentes tantùm,non autem quò ad filios, & deſcendentes ſuos pariter vocatos expreßè ad fideicommiſſum, & q ipſi poſſint petere fideicommiſſum ex perſona ſua,licet ſint hæredes diuidentium. Et quando per diuiſionem non cenſeatur renunciatum fideicommiſſo. & de hac materia. vide in conſ.74.per totum.fol. 102

Diuiſio quando fit,licet per eam cenſeatur renunciatum fideicommiſſo,comprehendit tamen talis renunciatio ſolum ius ipſorum diuidentium,non autem ius filiorum, & deſcendentium, quod eis competit ex propria eorum perſona. & ipſi poſſunt petere fideicommiſſum d.conſ.74.nu.1. ibid.

Diuiſio quando fit,quando non cenſeatur per eam renunciatum fideicommiſſo.d.conſ.74.nu.6. ibid.

Diuiſio ſimplex ſi fiat,regulariter nõ cenſetur per eam remiſſum fideicommiſſum.& quid ſi adiecta ſit clauſula continens remiſſionem iuris præſentis.& futuri.d.conſi.74.nume.7. ibid.

Diuiſio ſi fiat,q non cenſeatur per eam renunciatum fideicommiſſo,eſt coniectura,quando vnus diuidentiũ habet filios, alius non. Item ſi facta fuit reſeruatio creditorum ſuper bonis.d.conſ.74.nu.10.fol. 103

Diuiſio ſi fiat,non cenſetur per eam ſublatum fideicommiſſum regulariter, & aſſerenti contrarium, & verba diuiſionis non poſſe aliter verificari,incumbit onus probandi. d. conſ. 74.nu.12. ibid.

Diuisio si contineat clausulam, cum licentia alienandi. &c. quid operetur, & quòd non excludat petitionem pretij &c. d.consil.74.nu.15. ibid.

¶Doctor minor 25.annis non habet restitutionem in integrũ. cons.46.nu.5.fol. 62

Doctoris testimonium, remissiuè.cons.9.nu.46.fol. 22

Doctores an veniant appellatione studentium, vel professorum, & an veniant Scholastici Licentiati.consil.27. nume. 6.fol. 44

¶Dolus, vel metus in priuatis ædibus commissus sufficit quod probetur per leuiores probationes.cons.77.nu.9.fol. 105

Dolus præsumitur ex enormi læsione.d.cons.77.nu.23.fol.106. & cons.100.num.6.fol. 140

Dolus re ipsa censetur ipso iure probatus, stante læsione enormissima, & præsumitur etiam dolus ex proposito. consil.81. num.49.fol. 115

Dolus re ipsa siue adsit, siue adsit dolus ex proposito. quodlibet eorum sufficit ad rescindendum contractum. d. consil. 81. nu.50. ibid.

Doli exceptioni si sit renunciatum &c. quando nihil operetur renunciatio.d.c.81.num.53.ibid.& vide infra in verbo, Renunciatio.

Dolus, & læsio enormissima non tollitur propter præsentiam, & consensum vicinorum, mariti, & aliarum personarum qualescunque sint.cons.89.nu.7.fol. 125

Dolus, vel fraus semper requiritur ad hoc, vt quis incidat in pœnam.cons.97.nu.35.fol. 135

Dolus, & fraus quomodo sumantur in iure, & an idem sint, & quæ requirantur, vt quis censeatur esse in dolo, seu in fraude.d.cons.97.num.36. ibid.

Ex Dolo suo, & improbitate non debet quis commodum reportare in præiudicium tertij.cons.9.nu.51.fol. 22

A Dolo, & à periurio excusat quilibet error, & quælibet iusta causa d.cons.9.nu.32.fol. 21

Doli replicatione repellitur ille, qui vult allegare periurium, & est ipse in dolo.d.cons.9.nu.55.fol. 22

¶Dominium, & possessio probatur per locationem iunctam cum quolibet alio adminiculo.cons.9.nu.12.fol. 19

Dominium probatur per instrumenta locationum, iunctis alijs coniecturis.vide etiam consil.16.nu.6.fol. 31

Dominium probatur per famam in antiquis. cons.64.nu.21. fol. 88

Dominium & possessio iurisdictionis probatur per scripturas antiquas.consilio 64.nume.11. fol.87. & nume.23. & nume.26.fol. 88

Etiam quòd factæ sint propter aliud.ibid.d.nu.26.

Dominus ipso iure præsumitur is, qui se gerit pro domino, & est in quasi possessione, quando tractatur de dominio incidenter.cons.67.nu.6.fol. 95

Dominium, & possessio an transferantur ex contractu simulato, & quando.cons.97.nu.4.fol.132.& nu.49.fol. 136

Dominium, & possessio transfertur ex contractu inutili, quãdo est inutilis, quia factus est præter legem, non autem contra legem, & quomodo.d.cons.97.nu.47. ibid.

Dominium transfertur ex contractu inutili, etiam quando est inutilis, quia lex resistit contractui, & quando.d.consil. 97.num.48. ibid.

Dominium directum bonorum emphitheoticorum Ecclesiæ est quidem Ecclesiæ, sed dominium vtile est ipsius emphiteotæ, & est sub iurisdictione laicorum.consil.28.num.6. fol. 45

Dominium directum proprietatis remanet apud eum, qui dat in feudum.cons.62.nu.21.fol. 81

Dominiorum quatuor sunt genera in iurisdictionalibus, remissiuè.d.cons.62.nu.21. ibid.

Dominus, vel iustus possessor alicuius rei, potest eam rem ab iniqua possessam vel per futurum, vel aliter, repetere apud quemcunque reperiatur.etiam non restituto pretio fortè pro ea soluto. cons.84.nume.1.fol. 119

¶Donus.quòd substitutio uocans duos antiquiores de domo intelligatur vocare in perpetuum semper duos ex antiquioribus, neque restringatur ad duos semel tantùm.cons.51.nume.14.fol. 67

Domus, vel familia, vel agnati, vel masculi, si vocentur à statuto, non refert an frater sit consanguineus tantùm, vel vtrinque coniunctus.cons.81.nu.30.fol. 113

¶Donatio non præsumitur, vbi potest capi alia coniectura. cons.20.nu.17.fol. 38

Donatio potius præsumitur in dubio, quàm feudum, præsertim cum sit concessio per Principem.cons.64.nu.64.fol. 91

Donatio fauore consanguinitatis præsumitur in dubio, nõ apparente alia causa. & idem in alijs, in quibus non sit fauor consanguinitatis. & quomodo.cons.2.nu.7.& 8.fol. 3

Donatio præsumitur, propter consanguinitatem, & maximè fauore dotis, & dato quòd soluens dotem esset obligatus ad illi ad eandem quantitatem pecuniæ.d.cons.2.nu.2.fo.2. & vide ibi nu.7.& nu.9.fol. 3

Donatio quando præsumatur fauore dotis. consil. 2. numero 9. ibid.

Donatio præsumitur fauore dotis, etiam vbi posset præsumi alia causa.cons.12.num.11.fol. 28

Donatio præsumitur, quando alia causa translationis non apparet, & adest charitas sanguinis. d. consilio 12. nume. 7. ibid.

Donatio an præsumatur, si frater, vel mater dant simpliciter in dotem rem propriam, vel communem, etiam quòd sint administratores puellæ &c. & de hac materia. vide in d. cons.12.per totum.fol. 27

Donatio præsumitur, quando frater, vel mater dant simpliciter in dotem rem propriam, vel communem, etiam si alias sint administratores puellæ. & hæc est verior, & magis cõmunis opinio d.cons.12.nu.1. ibid.

Donatio præsumitur, quando filia vnius fratris fuit dotata de bonis communibus cum alio fratre, & ipse expressè nõ contradixit, nam censetur eius pars fuisse donata. d. cons. 12. nume.4. ibid.

Donatio præsumitur, quãdo vnus ex fratrib. donat rem communem vxori, & alij fratres id sciunt, & non contradicũt, nam censetur portiones suas donasse.d.cons.12.nu.2. ibid.

Donatio præsumitur, quando negotiorum gestor alicuius præstitit ei alimenta, vel pecunias, vel quid aliud. d.consil.12. nume.6. ibid.

Donatio propter nuptias quid sit, & quid dotis augmentum, & quid differant. & de hac materia. vide in cons.22.fo.39. & in cons.68.fol. 96

Donatio propter nuptias censetur, quicquid datur per maritum vxori, habito respectu ad dotem. d.cons.22.nu.4.fol. 96 39.& d.cons.68.nume.1.fol.

Donatio propter nuptias, & augmentum dotis quando differant, & quòd non differant, si ambo sint ex parte mariti. d.cons.22.nume.5.fol. 39

Donatio propter nuptias censetur, licet non fuerit expressum, omnis donatio, quæ fit per maritum vxori in instrumento dotali.d.cons.22.nume.7. ibid.

Donationes propter nuptias hodie non amplius sunt in vsu, licet, vt fiant ex necessitate, & si fiunt, appellantur communiter augmenta dotium.d.cons.22.nu.8. ibid.

Donatio propter nuptias an valeat, quando fit per maritum, constante matrimonio, si mulier etiam non augeat dotem. d.cons.22.nume.9. ibid.

Donatio propter nuptias, & augmentū dotis quòd idem sint. & ad quem pertineat soluto matrimonio. & de hac materia. vide etiam in d.cons.68. fol.96
Donatio propter nuptias, seu augmentum dotis, cessante pacto, reuertitur soluto matrimonio ad maritum, sicut dos reuertitur ad vxorem.d.cons.68.nu.2. ibid.
Donatio propter nuptias, seu augmentum dotis ꝙ cedat lucro vxoris soluto matrimonio, potest fieri per pactum, & valet tale pactum.d.cons.68.nu.3. ibid.
Donationi propter nuptias si mulier renunciat cum iuramẽto, valet renunciatio. item valet, si cõfirmata sit post biennium.cons.4.nu.5.fol. 6
Donatio inter virum, & vxorem non valet. & quid quando est iurata. & quid tunc operetur iuramentum. d. cons. 4. nu.7.ibid.vide etiam ibi nu.12.fol. 7
Donatio inter virum & vxorem, an firmetur iuramento ab initio, an verò solum post mortem donantis. d.consilio 4. num.14. ibid.
Donatio inter virum & vxorem, cum iuramento valet, secundum veriorem, & magis communem opinionem. d.consil. 4. nume.12. ibid.
Donatio inter virum & vxorem, etiam iurata requiri traditionem.d.cons.4.nu.13. ibid.
Donatio inter coniuges valet, quando est reciproca, & remuneratoria.d.cons.4.num.15. ibid.
Donatio inter virum & vxorem collata post mortem, & in effectu collata in hæredes valet, & collata in tempus soluti matrimonij.d.cons.4.nu.16. ibid.
Donatio facta coniunctæ personæ, viuente etiam marito, valet.d.cons.4.num.17. ibid.
Donatio quando fit per maritum vxori in instrumento dotali, censetur illa donatio propter nuptias, licet nõ fuerit expressum.cons.22.nu.7. fol. 40
Donatio inter filios, & parentes, an, & quãdo valet, & quid stante iuramento.cons.11.nu.2.fol. 25
Donatio facta per patrem vni ex filijs, an possit reuocare vsq; ad legitimam per alterum filium, qui renunciauit, quando pater donabat, an verò censeatur etiam renunciasse legitimæ. & de hac materia. vide in cons.66.fol. 94
Donatio minoris conualidatur lapso decennio, postquàm factus fuit maior, neque amplius auditur ipse minor. consil. 11. num.14.fol. 26
Donatio non requirit insinuationem, quando est appositum iuramentum, secundum magis communem opinionem. neq; valet statutum in contrarium.cons.4.nu.20.fol. 7
Donatio si non fuit insinuata, an tollatur defectus insinuationis per iuramentum. Et quando sit necessaria insinuatio, etiam stante iuramento.cons.77.nu.33.fol. 107
Donationis insinuatio, si requiratur à statuto vltra ius commune, quid iuris, remissiuè.d.cons.77.nu.35. ibid.
Donatio si fuit confirmata à Principe, talis confirmatio obtinet locum insinuationis.cons.4. nu.23.fol. 7
Donatio remuneratoria, & reciproca non indiget insinuatione.d.cons.4.nu.27. ibid.
Donatio conditionalis, cùm possit dissolui in defectum conditionis, non requirit insinuationem.d.cons.4.nu.29. ibid.
Donationis insinuatio si interueniat ex interuallo post donationem, an sufficiat.d.cons.4.num.40.fol.8. & vide ibi nume.49.
Donationis insinuatio, an fieri possit ex interuallo, & an perpetuò.d.cons.4.nu.49. ibid.
Donationis insinuatio quando fit, non est necesse, quod Iudex sedeat pro tribunali.d.cons.4.nu.53.fol. 9
Donationis insinuatio quando fit, an requiratur præsentia vtriusque donantis, & donatarij, an verò sufficiat præsentia donatarij, vel donantis, & ita vnius tantum. d. cons. 4. nu.54. ibid.
Donatio de omnibus bonis præsentibus valet.d. consil. 4. nume.3.fol. 6
Donatio facta de dimidia parte hæreditatis valet. d. cons.4. num.32.fol. 8
Donatio facta per aliquem sub conditione, si instituatur hæres à donatario, est valida, neque dicitur contra bonos mores. d.consil.4.num.33. ibid.
Donatio reciproca, seu ob causam accatur, licet vna donatio excedat aliam.d.cons.4.nu.43. ibid.
Donationem fieri propter merita si asseratur in instrumento, credendum est tali assertioni.d.cons.4.nu.44. ibid.
Donatio etiam propriè dicitur, quamuis non habeat traditionem.cons.22.num.1.fol. 39
Donatio, etiam si fiat pacto nudo, producit actionem.d.cons. 22.num.2. ibid.
De Donando promissio, an producat actionem præcisam, ad rem nominatam, & an censeatur donatio. d. consilio 22. nume.3. ibid.
Donatio inter viuos est contractus, & habet consensum duorum.cons.57.nu.14.fol. 57
Donatio, stricte loquendo non est propriè contractus.d.consil. 57.nu.16. ibid.
Donatio Constantini Imperatoris in Ecclesiam, an valuerit, & de ea donatione.cons.62.nu.11.fol.81. & cons.64. nume.81.fol. 92
Donatio, quæ fit Ecclesiæ, censetur fieri Deo.d.cons.64.nume. 83. ibid.
Donatio libera esse censetur, & non feudum. si Princeps concedit per illa verba, donamus.vel largimur.&c. consil.62. num.18.fol.68.& d.cons.64.nu.29.fol. 88
Donationis contractus subsecutus post aliquas promissiones, & tractatus &c. facit, quòd præsumantur resoluri omnes illi tractatus præcedentes, & in eorũ executionem, & implementum censetur factus talis contractus donationis. cons.70.nu.12.fol. 98
Donatio an, & quando reuocetur per superuenientem natiuitatem liberorum. & quid si fuit, cogitatum de filijs, & de eis habita mentio. & quomodo. consilio 102.nume.2. fol. 141
Donatio facta absenti an, & quando possit reuocari, antequã superueniat consensus, vel ratificatio absentis. & de hac materia. vide in cons.36.fol. 55
Donatio facta absenti, cuius nomine stipulatus est Notarius, potest reuocari in totum, vel in partem, & verbis expressis vel per aliquod factum, antequam absens consentiat, vel ratificet. & quando id non procedat. d.consil.36. nume.1. ibid.
Donatio facta absenti non potest reuocari, quando vltra Notarium interuenit alia persona, quæ solùm gerebat negotium illius absentis donatarij.d.cons.36.nu.2. ibid.
Donatio facta infantibus absentibus acquirit illis statim ius irreuocabile, non expectata aliqua ratificatione. d.consil. 36.num.3. ibid.
Donatio facta filio in potestate absenti, pro quo pater stipulatus fuit, statim valet absq; ratificatione, cùm pater possit stipulari, & acquirere filio.d.cons.36.nu.4. ibid.
Donatio facta absenti valet absque ratificatione, quando, si non valeret, ageretur de interesse stipulantis, etiam quòd pro illo præcisè non fuerit stipulatus, sed pro alio, de cuius interesse ageretur, & consequenter de interesse stipulatoris.d.cons.36.nu.55. ibid.
Donatio semper valet, dummodo aliquo modo tractetur de vero interesse stipulantis, quamuis postea effectus donatio-

nis conferatur in alias personas, etiam per multos gradus. ibid. d.consi.36.nume.7.
Donatio non potest rescindi per remedium legis.2.C.de rescin. vendi.etiam data maxima læsione.& quæsit ratio.cosil.4. nume.35.fol. 8
Donatio non potest rescindi per prædictam legem.2. C. de rescin.vendi.secundum communem opinionem.Et an renunciatio puellæ seu filiæ facta de hæreditate &c. consil. 11.nume.7.fol. 25
Donatio non rescinditur per remedium dictæ legis.2. C. de rescin.vendi.vide etiam consi.81.nume.46.fol.115.sed vide ibi nume.55.
Donatio an rescindatur per remedium dictæ legis.2.& quando rescindatur.d.consi.81.nu.55. ibid.
Donatio simplex, quæ sit sine probabili causa,& quæ sapit prodigalitatem, rescinditur.d.consi.81.nu.57. ibid.
Donatio etiam simplex,& pura, potest considerari, & contineat læsionem, quando verisimiliter interuenit metus, dolus, vel seductio.d.consi.81.nu.56.ibid.& consi.77.num.22. fol.106.& consi.100.nu.5.fol. 140
Donationem continere læsionem, an,& quando consideretur, & quod consideretur enormis læsio, quando deducitur per coniecturas ad interpretandum quòd interuenit metus, vel dolus, vel seductio,& maximè in minoribus,& mulieribus. d.consil.77.nu.22.fol.115.& consil.100.nume.5.fol. 140
Donationes non continent læsionem, cùm omnis donatio contineat dispendium donantis.sed tamen etiam in donatione consideratur enormis læsio, quando deducitur per modum coniecturæ ad interpretandum, vtrum interuenerit metus, aut dolus aut seductio, & præsertim in minoribus, & mulieribus.d.consi.100.nu.5. ibid.
In Donatione non consideratur enormis læsio, & omnis donatio, quæ prouenit ex liberalitate, continet læsionem ex parte donantis.consi.11.nu.6.fol. 25
Donatio si contineat enormissimam læsionem, censetur in ea adesse dolus,& simulatio, quæ non tollitur per assertionem partium.consi.4.nu.10.fol. 7
Donatio sæpius confirmata, & ex interuallo, excludit omnem præsumptionem fraudis, metus, vel timoris. d. consi.4. nume.37.fol. 8
Donatio si contineat iuramentum, non valet ipso iure, quando est facta vi vel dolo, si verò est facta dumtaxat per metum, tunc iuramentũ obligat ipso iure, sed concedi debet absolutio.consil.77.nume.17.fol. 106
Donatio,& omnis alius contractus fieri potest,& inseri in testamento, neque potest reuocari.consi.4.nume.38.fol.8.& consi.57.nume.17.fol. 75
Donationis contractus fieri potest in testamento, & stipulatio Notarij interueniens facit, quòd censeatur irreuocabilis, & habet naturam contractus quò ad omnia. consil. 57.nume.17. ibid.
Donatio fit aliquando post mortem, quæ tamen non est donatio causa mortis, sed donatio inter viuos collata post mortem.& valet.consi.4.num.18.fol. 7
Donatio causa mortis facta propter periculum mortis, vel itineris ad longinquas partes, an censeatur reuocata per conualescentiam, vel reditum. Et de opinione Decij in l. non omnis.ff.si cer.peta. Et de hac materia. vide in consilio 65. fol. 94
Donatio facta propter periculum mortis, vel itineris ad longinquas partes, cum expressa mentione mortis, non reuocatur per conualescentiam, vel reditum, secundum Deciũ. sed malè.d.consi.65.num.1. ibid.
Donatio causa mortis facta propter periculum censetur reuocata periculo cessante, secus est in donatione facta simpliciter, non facta mentione mortis.d.consi.65.nu.2. ibid.
Donatio causa mortis facta propter aliquod periculũ, vel metum mortis, cessante metu, reuocatur tacite ipso iure, si verum facta fuit non propter instantem metum mortis, sed propter solam cogitationem mortis, debet expressè reuocari.d.consi.65.nu.4.& nu.6. ibid.
Donatio simpliciter facta ab infirmo censetur inter viuos. d. consi.65.nu.3. ibid.
Donatio causa mortis quando valeat,& sustineatur in vim fideicommissi.& de hac materia.vide in d.consi.65. ibid.
Hæreditas vniuerſalis alicuius ſi deferatur filio familias, an vſusfructus totius hæreditatis debeatur patri, dum viuit, nõ obſtante legato annuo 200. aureorum facto etiam eidem patri. & de hac mataria, vide in conſ. 110. per totum. fol. 149. vide infra in verbo, Vſusfructus.

¶ Hypotheca generalis tribuit electionem creditori, quod pignus ex multis perſequatur. conſ. 97. nu. 10. fol. 132. ſed limita vt ibi nu. 52. fol. 137

¶ Homicidium. De homicidio ante omnia conſtare debet. conſil. 16. nu. 3. fol. 31

Homicidium præſumitur commiſſum ab inimico. conſil. 56. numc. 14. fol. 72

Homicidiũ præſumitur fuiſſe cõmiſſum ab eo, qui repertus fuit in loco, vbi erat occiſus, ſtante inimicitia cum occiſo, vel perſecutione, vel alia ſuſpitione. d. conſ. 56. nu. 19. ibid.

Homicidium præsumitur fuisse commissum ab eo, qui fugiebat cum ense nudo in manibus. d. consilio 56. numero 20. ibid.

Homicidium commissum in personam vnius per errorem, cùm putaret homicida occidere alium, quomodo puniatur, consil. 30. nume. 2. fol. 47

Homicidium an censeatur fuisse commissum in personã vnius per errorem. & de quodã casu in hac materia, vide in consil. 56. per totum. fol. 71

Homicida alicuius per errorem, cùm putaret occidere vnum ex persecutoribus. non censetur committere aliquod delictum, quando dabat operam rei licitæ, & quando fecit ob necessariam defensionem. d. consil. 56. nu. 35. fol. 74

Et licet nolit confiteri se occidisse, tamen ex quo actus criminaliter non est punibilis, si factus fuisset per errorem non potest pro veritate habenda torqueri, etiam quod aliunde veritas haberi non possit, nisi sit seruus. ibidem numero 36.

Homicidium si constat fuisse commissum per aliquos, cessare debet suspitio de alio, qui non erat cum illis, sed contra illos. d. consil. 56. nu. 12. fol. 72

Homicidium an præsumatur fuisse commissum animo deliberato, & an præsumatur ex inimicitia præcedente, & an ex qualitate vulneris, vel percussionis. & de hac materia, vide in cons. 46. per totum. fol. 62

Homicida non præsumitur in dubio commisisse homicidium animo deliberato, duobus casibus exceptis, videlicet nisi sit latro, vel de ijs, qui agros depopulantur. d. consil. 46. nume. 2. ibid.

Homicida non præsumitur occidisse animo deliberato, quando prius nihil ex domo amouerat de bonis suis, & rebus. d. consil. 46. nume. 9. ibid.

Homicida non præsumitur animo deliberato occidisse licet inimicitia præcederet, vel præsumeretur cum occiso. d. consilio. 46. num. 12. fol. 63

Homicida an præsumatur occidisse animo deliberato ex qualitate vulnerum, & loci in quo percussit. d. consil. 46. nume. 13. ibid.

Homicidium præsumitur fuisse perpetratum ex maxima animi deliberatione per secundam aggressionem. cons. 56. nume. 18. fol. 72

Homicidium commissum per filium ad defensionem patris sui an puniri debeat. & de materia. l. vt vim. vide in cons. 94. per totum. fol. 128. vide supra in verbo, Defensio.

Homicidium committere impunè licitum ad necessariam defensionem, & quando id propriè verificetur. d. consil. 94. num. 1. ibid.

Homicidium potest committi in aggressorem non solùm si verisimiliter erat interfecturus talem se defendentem, sed etiam si erat illaturus solum aliquod leue vulnus, vel percussionem, & tunc non tenetur talis se defendens de homicidio, neque de excessu, neque de doloso excessu &c. d. cons. 94. nume. 2. ibid.

Homicidium quòd possit committere filius ad defensionem patris, & frater ad defensionem fratris, & maritus ad defensionem vxoris, & socius itineris ad defensionem socij. d. consil. 94. nume. 3. ibid.

¶ *Honestatis alicuius personæ causa potest admitti probatio etiam contra præsumptionem iuris, & de iure. consil. 95. nume. 9. fol.* 129

¶ *Horæ appellatione non intelligitur pulsatio ipsius horæ per campanam, sed principaliter tempus illud, quod designat ipsa pulsatio horæ. cons. 83. nu. 26. fol.* 119

I.

IGNORANTIA *præsumitur in eo, qui est nouus successor alterius. cons. 3. num. 15. fol.* 5

Ignorãtia an præsumatur, & quomodo. & de discussione istius regulæ. vide in cons. 18. fol. 35

Ignorantia regulariter præsumitur. d. consil. 18. nu. 2. ibid.

Fallit hæc regula, quando quis habuit notitiã de aliqua parte rei. d. cons. 18. nume. 3. ibid.

Item fallit, quando res est talis, quam quis scire tenetur ratione officij sui, & ad eum pertinebat inuestigare. d. cons. 18. nume. 4. ibid.

Item fallit, quando quis allegat ignorantiam pro fundamento intentionis suæ. ibid. nu. 5.

Item fallit in casibus, in quibus requiritur ignorantia iusta, & probabilis. ibid. nume. 6.

Ignorantia probatur per iuramentum. consil. 9. nume. 36. fol. 21

Ignorantia instrumenti an probetur per iuramentum, dato, quòd præsumptio sit contra iurantem. d. consil. 9. num. 45. fol. 22

Ignorantia an probetur per verisimilitudines. & vrgentes præsumptiones, absque iuramento. d. consil. 9. numero 44. ibidem.

Ignorantia, & error, differunt. & quomodo. d. consil. 9. nume. 47. ibid.

Ignorantibus, & absentibus ius non acquiritur &c. vide supra in verbo, Absentibus.

¶ *Imbreuiatura Notarij, & exemplum ab ea extractũ si continent diuersitatem, cui sit standum. & an, & quando sit standum exemplo extracto. & quando possit Notarius extendere, seu addere id, quod omisit. seu abbreuiatum possit in imbreuiatura &c. & de hac materia, vide in consil. 59. per totum. fol.* 77

Imbreuiatura Notarij, & exemplum extractum quando continent diuersitatem, standum est imbreuiaturæ. d. consil. 59. nume. 1. ibid.

Imbreuiatura Notarij mortui si non reperiatur, an exemplum extractum ex ea per alium Notarium faciat fidem. & quã fidem, maximè quando fuit extractum sine autoritate iudicis. consil. 101. nume. 4. fol. 140

Et quod faciat semiplenam probationem. ibid. nume. 5.

Imbreuiatura testamenti si sit amissa, probari potest testamentum per duos testes testamentarios peritos deponentes de ipso, & eius tenore. d. cons. 101. nu. 7. ibid.

Imbreuiaturæ amissio quomodo probetur, & an per iuramentum, & quando. d. cons. 101. nu. 8. ibid.

¶ *Immunitas concessa per contractum censetur fortior, & magis est obseruanda. cons. 1. nu. 2. fol.* 1

Immunitas generalis ab oneribus licet fuerit alicui concessa, an teneatur nihilominus ad onera, quàm imponuntur propter casum belli inopinatum, & insolutum. & de hac materia vide in d. cons. 1. per totum. fol. 1

Immunitas concessa ab oneribus interpretari debet, quòd euenientibus oneribus valde excessiuis, & in solitis, non sit interim seruanda, sed subeunda sit rata portio onerum. & ita communiter solent interpretari immunitates. consil. 34. nume. 15. fol. 54.

Immunitas concessa etiam pro hæredibus, & quibuscunq; successoribus, an comprehendat singulares successores. d. consil. 34. nume. 4. fol. 53

Immunitatem petens censetur fateri subiectionem. & qui petit remissionem talearum præteritarum, censetur fateri se obligatum. & idem de similibus. & quando maximè hæc procedant. d. cons. 34. num. 5. ibid.

INDEX.

Immunitatis ius habent soli negotiatores, qui deuotioni Principis seruiunt. cons. 39. nu. 3. fol. 57

Immunitatem non habent mercatores, qui pannos conducunt à partibus Vltramontanis. d. cons. 39. nu. 4. ibid.

Immunitatem consequuntur mercatores à muneribus personalibus, & mixtis, quamdiu mercimonium exercent, & etiam à patrimonialibus, secundum aliquos. d. consil. 39. nume. 9. fol. 58

¶ Imperator non potest reuocare concessionem factam Ecclesiæ à suo prædecessore, quando non continet concessio ipsa enormem læsionem. cons. 62. nu. 6. fol. 80

Imperatoris alienatio in Ecclesiam quòd non valeat, si contineat enormem læsionem, & quòd possit reuocari. d. consil. 62. num. 13. fol. 81

Imperator, etiam si velit, non potest, alienando, abdicare à se illam superioritatem Imperij, quam quilibet tenetur recognoscere. d. cons. 62. nu. 10. ibid.

Fallit, quando alienat in Ecclesiam, quia tunc potest abdicare etiam superioritatem. & de donatione Constantini in Ecclesiam, an valuerit. ibidem nume. 11. & cons. 64. nume. 81. fol. 92

Et procedit hoc, quando alienatio in Ecclesiam est de rebus singularibus, non autem de quota Imperij. Item quando non continet enormem læsionem Imperij. ibid.

Imperator potest liberè abdicare à se etiam superioritatem, quando donat Ecclesiæ Romanæ, secus si donet Ecclesiæ inferiori. & an sit vera hæc distinctio Ioan. Andreæ, & aliorum. d. cons. 62. nu. 14. fol. 81. & cons. 64. nu. 1. fol. 92

Imperator quòd possit à se abdicare superioritatem, etiam transferendo in Ecclesiam inferiorem, veluti Mediolanensem, Nouariensem &c. est magis communis opinio. d. cons. 62. nu 15. fol. 81. & d. cons. 64. nu. 82. fol. 92

Imperator potest facilius donare Ecclesiæ inferiori, quam Ecclesiæ vniuersali, seu Romanæ. & quæ sit ratio. d. consil. 64. nume. 85. fol. 92

Imperator, in dubio, non censetur transferre superioritatem in Ecclesiã inferiorem, secus in Ecclesiam Romanam. & hæc est mens Ioan. Andreæ &c. & quæ sit ratio differentiæ. d. cons. 62. nu. 17. fol. 81. & d. cons. 64. nu. 87. fol. 92

Imperator, in dubio, non censetur transferre ea, quæ pertinẽt ad superioritatem Imperij, nisi cum clausulis amplissimis, ex certa scientia, &c. d. cons. 64. nu. 90. fol. 93

Imperator quando censeatur à se abdicare omnia preter superioritatem. d. cons. 62. nu. 19. fol. 81

Imperator non censetur transtulisse in Duces Mediolani suũ supremum ius, quod ab eo non potest separari, nisi translatio fieret in Ecclesiam. d. cons. 64. nu. 47. fol. 89

Imperator potest facilius alienare loca sterilia. item & alienare facilius alicui in recompensationem damnorum. d. cons. 62. nume. 33. 82

Imperator saltem de facto, & vsu longissimo in contrarium censetur amisisse ius exigendi onera in illis locis, in quibus non habet, nisi superioritatem Imperij, & non dominium particulare. d. consil. 62. nu. 30. ibid.

Imperator ante coronationem potest omnia, quæ potest post coronationem, licet appelletur simpliciter Rex Romanorũ. d. cons. 62. nu. 31. ibid.

Imperator in Ducatu Mediolani representatur tanquã Dux Mediolani, non autem tanquam Imperator. d. cons. 2. nume. 24. ibid.

Imperatoris sub nomine quicquid fit Mediolani, censetur fieri sub nomine eius tanquam Ducis Mediolani. consil. 49. nume. 2. fol. 65

Imperator est dominus mundi, quò ad supremum dominium, sed est dominium impropriè, scilicet quò ad iurisdictionẽ, & protestationem in vniuersum, non autem quò ad proprietatem. cons. 62. nu. 20. fol. 81

Imperij nomine licet imponantur onera, ad ea tamen conueniri non possunt bona translata in Ecclesiam ab Imperatore. d. cons. 62. nu. 22. ibid.

Imperio licet aliqua loca subsint, iam tamen non nocet subditis quò ad propositum soluendorum onerum. consil. 64. nume. 98. fol. 93

Imperij superioritas, seu supremum ius non concernit dominium aliquod directum, vel vtile, sed dumtaxat iurisdictionem, & protectionem vniuersalem. d. consil. 64. num. 99. ibid.

Imperij læsio parua, vel magna, seu enormis iudicatur secundum qualitatem Principis, & rei alienatæ. consil. 62. nume. 32. fol. 82

Imperij contra superioritatem currit etiam præscriptio longissimi temporis, & de eius initio &c. & quando interuenit scientia Imperatorum, etiam sine titulo &c. d. consil. 62. nu. 34. ibid.

Imperium contra Imperium procedit præscriptio saltem per tempus centum annorum, etiam quò ad reseruata in signũ superioritatis, vel præeminentiæ. cons. 64. num. 1. fol. 93. & de præscriptione contra Imperium, vide etiam infra in verbo, Præscriptio.

Imperio ne subsit, an quis possit præscribere, est disputabile, exceptis duobus casibus, cons. 62. nu. 35. 83

Imperio ne subsit, potest sine dubio Ecclesia præscribere, etiam si sit magna res. d. cons. 62. nu. 36. ibid.

Imperium contra Imperium potest laicus præscribere, quando interim præstitit obedientiam, & subiectionem Ecclesiæ. d. cons. 62. nu. 37. ibid.

Imperio ne subsit, an possit præscribere Princeps Laicus. consil. 64. nu. 80. fol. 92

Imperium vel mixtum, vel merum, & iurisdictio possunt per præscriptionem acquiri. & an requiratur titulus. d. cons. 64. nu. 41. fol. 89

Imperium non censetur concessum, quando est concessio particularium locorum &c. d. cons. 64. nu. 65. 91

¶ Impossibilitas prouenies ex perplexitate verborum vitiat totam dispositionem. cons. 24. nume. 1. fol. 41

Impossibile censetur illud, quòd non est verisimile. cons. 8. nume. 14. fol. 16

¶ Impudicitia, seu copula carnalis mulieris solet probari per qualescunque probationes, etiam præsumptiuas, præsertim vbi non agitur de dissoluendo matrimonio. consil. 25. nume. 4. fol. 42

Impudicitia mulieris an possit allegari per hæredes testatoris, si mulier ipsa delinquebat adhuc viuente testatore, quia nunquam fuit conquestus, & quid si testator ignorabat. d. cons. 25. nume. 11. ibid.

¶ Inclusio alterius est, exclusio vnius. cons. 34. nu. 9. 54

¶ Indebite solutum an repetatur, si erat debitum sub conditione, si mulier in habitu viduali vixerit &c. item si non fuit solutum expresse, sed per se creditor percepit. &c. consil. 25. nume. 13. fol. 43

¶ Indefinita æquipollet vniuersali per interpretationem, & non ex proprietate sermonis. cons. 27. nu. 5. 44

¶ Indicium vnum tollit aliud, & vna coniectura aliam, & maior verisimilitudo tollit minorem. cons. 56. nu. 6. 71

Indicium vnum extinguitur per bonam vocem, & famam, & quietum viuendi modum alicuius. d. consil. 56. nume. 13. fol. 72

Indicium vnum probari debet saltem per duos testes omnes exceptione maiores, veluti si tractetur de probando initio confessionis &c. d. cons. 56. nu. 28. fol. 73

Indicia probantur etiam per vnum teſtem, quando actus, de quo deponit, eſt proximus delicto. conſilio 72. numero 8. fol. 100

Indicia cenſentur purgata, quando reus nihil fuit confeſſus in tortura, & eſt abſoluendus perinde, ac ſi contrarium probaret ex preſsè. conſ. 5. nu. 4. fol. 9

Indicia leuiora ſufficiunt in criminibus occultis, & ſufficiunt ſi ſint veriſimilia, licet non ſint omnino proxima ipſi delicto. conſ. 72. nu. 2. fol. 100

Indicia quæ ſufficiant ad torturam. & de hac materia, vide in d. conſ. 72. ibid.

Indicium ſufficiens ad torturam eſt, ſi inquiſitus ſit malæ vocis, & famæ, & conuerſatus ſit in loco delicti commiſſi. d. conſ. 72. nume. 3. ibid.

Indicium ſufficiens ad torturam eſt fama, & quando. d. conſ. 72. nume. 6. ibid.

Indicium ſufficiens ad torturam eſt, ſi inquiſitus conſueuit comittere talia delicta, quale eſt illud, de quo imputatur. d. conſ. 72. nu. 7. ibid.

Indicium ſufficiens ad torturam eſt mendacium. d. conſ. 72. nu. 10. ibid.

Indicium ad torturam eſt inimicitia. d. conſil. 72. ibid.

Indicium ad torturam faciunt teſtes etiam ſingulares, quando vnum dictum coadiuuat aliud, & omnia tendunt ad vnum effectum. d. conſ. 72. num. 15. fol. 101

Indicia quæcunq; ſufficiunt ad torturam, quando veritas aliunde haberi non poteſt & c. d. conſ. 72. nu. 16. ibid.

¶ Inducta ad augmentum non debent operari contrarium. conſil. 11. nu. 27. fol. 27

¶ Induſtria ſua nemini debet nocere, & inertia aliorum eis prodeſſe. conſ. 38. nu. 5. fol. 57

¶ Inimicitia præcedens non facit præſumi animum deliberatum & c. conſ. 46. nu. 12. fol. 63

Inimicitia eſt ſufficiens indicium ad torturam. conſ. 72. num. 13. fol. 100

Inimicitiam capitalem parit iniuria acris. conſil. 56. num. 15. fol. 72

Inimicus præſumitur ipſe commiſiſſe homicidium. d. conſil. 56. nume. 14. ibid.

Inimicus præſumitur ipſe intuliſſe damnum. d. conſ. 56. nume. 16. fol. 72. & conſ. 72. nu. 11. fol. 100

Inimicus præſumitur is, qui protulit aliqua verba minatoria mortis. d. conſ. 72. nu. 12. fol. 100

¶ Iniuria acris parit inimicitiam capitalem. conſil. 56. nume. 15. fol. 72

¶ Iniuſtitia Principis reputatur caſus fortuitus, & etiam ſententia iniuſta cuiuſlibet Iudicis. conſ. 8. nu. 21. fol. 16

¶ Innocentiæ præſumptio plurimum augetur, quando quis ſe ſponte conſtituit in carceribus. conſ. 94. nu. 7. fol. 129

¶ Inſinuatio donationis non requiritur, quando fuit appoſitum iuramentum, ſecundum magis communem opinionem, neque valet ſtatutum in contrarium. conſil. 4. nume. 20. fol. 7

Inſinuationis defectus in donatione, an tollatur per iuramẽtum, & quando ſit neceſſaria inſinuatio, etiam ſtante iuramento. conſ. 77. nu. 33. fol. 107

Inſinuatio donationis ſi requiratur à ſtatuto vltra ius commune, quid iuris, remiſsiuè. d. conſ. 77. nu. 35. ibid.

Inſinuationis locum obtinet confirmatio Principis. conſil. 4. nume. 23. fol. 7

Inſinuatio nõ requiritur in donatione remuneratoria, & reciproca. d. conſ. 4. nu. 27. ibid.

Inſinuatio nõ requiritur in donatione conditionali, cùm poſſit diſſolui in defectum conditionis. d. conſil. 4. nume. 10. 4. ibid.

Inſinuatio donationis ſi interueniat ex interuallo poſt donationem, an ſufficiat. d. conſil. 4. nume. 40. fol. 8. & vide ibi num. 49.

Inſinuatio donationis an fieri poſsit ex interuallo, & an peruo. d. conſ. 4. nu. 49. ibid.

Inſinuatio donationis quando fit, non eſt neceſſe, quòd Iudex ſedeat pro tribunali. d. conſ. 4. nu. 53. fol. 9

Inſinuatio donationis quando fit, an requiratur præſentia triuſq; donantis, & donatarij, an verò ſufficiat præſentia donatarij, vel donantis, & ſic vnius tantùm. d. conſ. 4. nume. 54. ibid.

¶ Inſpiciendum eſt ſemper, qua contemplatione aliquid dicatur, vel fiat. conſ. 77. nume. 29. fol. 106. & conſ. 79. nume. 17. fol. 110. & ſupra in verbo, Actus.

¶ Inſtantia ſi præfigatur per ſtatutum cauſis excedentibus libras centum, an tale ſtatutum trahi etiam debeat & extendi, ad cauſas minores, & non aſcendentes, ad libras centum, vt ſcilicet habeant eandem inſtantiam & c. & de hac materia, vide in conſ. 96. per totum. fol. 130

Inſtantia ſi præfigatur à ſtatuto aliquibus cauſis, debet ſtatutum multò magis extendi ad alias cauſas minoris ſummæ. d. conſ. 96. nume. 5. ibid.

Inſtantia ſi præfigatur litibus per ſtatuta, talia ſtatuta ſunt fauorabilia, & extenduntur ad quaſcunq; cauſas, in quibus viget ſimilis, vel maior ratio. d. conſ. 96. nu. 6. ibid.

Inſtantiam habet omnis cauſa, & omnis lis, etiam ſi ſit cauſa minima, vel extraordinaria, vel ſummaria, etiã ſi ſit mera executio. d. conſ. 96. nu. 7. ibid.

Inſtantia perempta, ſententia poſtea lata eſt ipſo iure nulla. d. conſ. 96. nu. 1. ibid.

¶ Inſtitores. Dicta in iure de Inſtitoribus trahuntur hodie ad factores, & quoſcunque alios adminiſtratores. conſ. 104. num. 6. fol. 142

¶ Inſtitutio vniuerſalis comprehendit omnia bona, etiã ſubiecta fideicommiſſo, conſ. 17. nu. 2. fol. 33

Inſtitutio facta de ventre ſeu de ventre prægnante quid comprehendat. & an inſtitutio facta de ventre prægnante comprehendat non tantùm poſthumos naſcituros ex primo partu, ſed etiam ex alijs ſequentibus. & de hac materia, vide in conſil. 85. per totum. fol. 120. vide infra in verbo, Venter.

¶ Inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam, etiã quòd ſit depoſitum ſimulatum, & irregulare. conſil. 3. nume. 12. fol. 5

Inſtrumento aliquo vti an quis poſsit, non obſtantibus his, quæ prius in contrarium dixit, & fecit. conſil. 9. nume. 24. fol. 23

Inſtrumentum per me productum poſſum poſtea impugnare, & è conuerſo per me impugnatum allegare, & quomodo. d. conſ. 9. nu. 40. fol. 21

Inſtrumentum producens cenſetur ipſum approbare in omnibus, & per omnia, neque poteſt poſtea reuocare, neque allegare errorem, ſed ſibi imputet, ſi bene non conſideraut. conſ. 59. nu. 11. fol. 77

Et hoc procedit, etiam quòd quis produxerit proteſtans, quòd in partibus pro ſe facientibus tantùm producebat. ibid.

Inſtrumentum, vel aliquid aliud de nouo repertum operatur, quòd licitum eſt mutare propoſitum, etiam impugnando proprium factum, & etiam ſi ſit concluſum in cauſa. conſil. 9. nume. 30. fol. 23

Inſtrumenta de nouo reperta reſcindunt iam facta dummodo producantur ante latam ſententiam, licet ſit concluſum in cauſa. d. conſ. 9. nu. 31. fol. 21

Inſtrumenta ſi ſint de noua reperta, hæc dicatur magna cauſa propter quam poteſt Iudex quandocunque admittere nouas

nouas probationes, licet sit iam conclusum in causa. d. consil. 9. nume. 32. ibid.

Instrumentorum de nouo repertorum productio potest fieri etiam absque restitutione in integrum. d. consil. 9. numero. 33. ibid.

Instrumenta de nouo reperta dicuntur quatuor modis, & quomodo. d. cons. 9. nu. 34. ibid.

Instrumenta esse de nouo reperta probatur per iuramentum producentis. d. cons. 9. nume. 35. ibid.

Instrumenti ignorantia an probetur per iuramentum, dato, quòd præsumptio sit contra iurantem. d. consi. 9. num. 43. fol. 22

Instrumenti scientiam præsumitur quis habuisse in singulis eius partibus ex eo quòd habuit instrumentum ipsum apud se. consil. 59. nu. 8. fol. 77

Instrumentum extractum si habet aliquam dictionem, quæ nõ reperitur in originali, seu protocolo, delenda est talis dictio, standumq; est originali. cons. 10. nu. 1. fol. 23

Instrumentum extractum quando continet diuersitatem ab imbreuiatura, cui sit standum, & an, & quando sit standum extracto. & de hac materia vide in cons. 59. fol. 77

Instrumentum extractum continet diuersitatem ab imbreuiatura Notarij, standum est imbreuiaturæ. d. consil. 59. nume. 1. ibid.

Instrumenti exemplum extractum per alium Notarium ex imbreuiatura Notarij mortui an faciat fidem, si non reperiatur imbreuiatura. & quam fidem, maximè quando fuit extractum sine autoritate Iudicis. consil. 101. nume. 4. fol. 140

Et quod faciat semiplenam probationem. ibid. nu. 5.

Instrumentum testamenti probatur per duos testes testamentarios peritos deponentes de ipso, & eius tenore, quando scilicet est amissa imbreuiatura ipsius testamenti. d. consil. 101. nume. 7. ibid.

Instrumento postquàm est confectum, potest addi per Notarium id, quod fuit omissum, dummodo probetur ita fuisse cogitatum tempore contractus. cons. 10. nu. 15. fol. 24. & vide infra in verbo, Notarius.

Instrumentum nouum vt fiat cum suis omnibus demonstrationibus ad firmiorem rei memoriam in futurum, potest pars aduersa compelli. d. cons. 10. nu. 23. ibid.

Instrumentum nouum celebrare de re aliàs facta quando quis possit cogi. d. cons. 10. nu. 23. ibid.

Instrumentum nouum celebrare quomodo quis possit cõpelli, & an possit compelli ad redigendũ in instrumentum publicum ea, quæ in chirographo, seu apocha continentur. & de hac materia, vide in cons. 33. per totum. fol. 52

Instrumentum, dato quòd celebrandũ esset de contentis in chirographo, non tamen celebrandum esset in plenissima forma, sed simpliciter in instrumento esset redigendus tenor chirographi, & sola attestatio negotij, nihilq; addendum esset, vel variandum, neque etiam potest addi iuramentũ. d. cons. 33. num. 4. ibid.

Instrumentum celebrare quis cõpellitur, sed id procedit dumtaxat, quando non extat alia probatio in scriptis. d. consil. 33. nume. 1. ibid.

Instrumento publico potest Iudex, si sibi videtur, non adhibere fidem, neq; testibus, quamuis non pronuncietur instrumentum falsum &c. cons. 95. nu. 4. fol. 129. & consil. 70. nume. 9. fol. 98

Instrumento fidem non adhibere propter extrinsecas suspitiones potest & debet Iudex. cons. 99. nu. 8. fol. 139

Instrumentum suspectũ de falso quot modis dicatur. & quomodo debeat intelligi illud dictum Archidiaconi, & Geminiani, quod suspitio falsi habetur pro falso &c. de hac materia, & optimam declarationem. vide in d. cons. 99. per totum. fol. 138. vide supra in verbo, Falsum.

Instrumentum publicum habet præsumptionem pro se, q; in dubio pro eo est præsumendum, & iudicandum, sed hoc nõ procedit, quando instrumentum, vel est falsum, vel suspectum de falso. d. cons. 99. nume. 1. ibid.

Instrumentum an sit falsum, & in hac materia, dãtur tres gradus, aliquando enim datur instrumentum falsum, & aliquando datur instrumentum suspectum de falso, scilicet suspitione intrinseca, & vitio visibili, aliquando autem datur suspectum de falso suspitione extrinseca, & inuisibili, & omnia optimè declarat. d. cons. 99. num. 3. ibid.

Instrumentum falsum, & instrumentum suspectum de falso quid propriè differant. d. cons. 99. nu. 4. ibid.

Instrumentum esse suspectum de falso dum dicunt iura, sentiunt vt plurimum de suspitione intrinseca, & proueniente ex vitio visibili, & tunc suspitio habetur pro falso, nisi probetur expresè contrarium, & instrumentum est reijciendum, & cassandum. & c. d. cons. 99. nu. 5. ibid.

Instrumentum suspectũ de falso datur aliquando tertio gradu, id est, suspectum vitio extrinseco, & inuisibili, & quomodo, & quod tunc dicatur suspectum non suspitione iuris, sed hominis, id est, remissa arbitrio Iudicis, qui debet tunc inclinare contra instrumentum, & ei non adhibere fidem, & c. d. cons. 99. nu. 6. & nu. 8. ibid.

Instrumentum an reddatur suspectũ de falso, ita q; reijciatur quãdo suspitiones falsi non sunt intrinsecæ, sed extrinsecæ, id est, non habentes vitium visibile, sed inuisibile, & quomodo debeant intelligi Innocen. Specul. & Pau. de Cast. d. cons. 99. num. 10. fol. 139

Instrumentis fidem non adhibere est in facultate Iudicis, etiã quod Notarius non conuincatur de falso. cons. 70. nu. 9. fol. 98. & cons. 95. nu. 4. fol. 129

Instrumenta duo si fiant incõtinenti vnũ post aliud per eundem Notarium, & coram eisdem testibus, perinde est, ac si omnia vnico instrumento comprehenderentur. consil. 22. nu. 6. fol. 40

Instrumenta duo si reperiantur facta eadem die, eadem hora, & per eundẽ Notariũ & c. an censeantur correspectiua, & de eis sit iudicandũ tanquã de vnico instrumento, seu actu, vt ex post facto vnus actus, seu vnũ instrumentũ non possit approbari, vel sustineri sine alio, & quomodo id procedat. & de hac materia, vide in cons. 45. per totum. fol. 61

Instrumenta duo facta eodem tempore, & per eundem, & c. videntur correspectiua, & iudicantur tanquàm vnicum instrumentũ, seu vnicus actus, & vnus actus sine alio sustineri non potest, sed non semper hæc vera sunt. & procedit regula quando materia subiecta, id patitur, & verisimiliter ex coniecturis & c. d. cons. 45. nu. 2. ibid.

Et quod non semper censeantur correspectiua, & quando censeantur, declarat. ibid. nu. 3.

Item non semper iudicantur tanquam vnicus actus. ibid. nume. 4. fol. 62

Item non est semper verum, quòd ex post facto tales actus non possint separari, sed debeant vel ambo subsistere, vel ambo corruere. ibid. nu. 5.

Instrumentorum, seu actuum duorum simul, vel incontinenti factorũ vnus aliquando censetur corrigere, seu destruere alium. d. cons. 45. nu. 6. ibid.

Instrumenta duo, seu duo actus incontinenti facti non censentur correspectiui saltem, quando vnus actus est necessarius, & aliquando etiam si sint ambo voluntarij. d. consil. 45. nume. 9. ibid.

Instrumenta, & scripturas fuisse amissas probatur, probando simpliciter depopulationẽ oppidi. cons. 34. nu. 12. fol. 53

Instrumenta, & testes possunt simul iungi ad perficiendã probationem. cons.83. nu.19. fol. 118

Instrumenta præferuntur testibus in antiquis, & maximè in probatione territorij. cons.64. nu.22 fol. 88

Instrumenta antiqua probant etiam in verbis enunciatiuis, quò ad consanguinitatem. cons.83. nu.3. fol. 117

Instrumenta antiqua dicuntur, quæ confecta sunt iam annis 56. & quantũ temporis spatium faciat rem dici antiquam, secundum Docto. d.cons.83. nu.9. ibid.

Instrumenta non probant consanguinitatem, & quomodo id intelligatur. d.cons.83. nu.17. ibid.

¶ *Intelligentia ad glo. in c. intelleximus. de iudi. an vbicunq; licet excipere liceat appellare. cons.14. nu.7. fol.* 30

Intelligentia ad tex. in l.1.C.de legiti. hære. consil.81. num.16. fol. 112

Intelligentia ad l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisci. cons.42. num.4. fol. 60

Intelligentia quælibet si afferat eundem effectum tunc frustratoria est disputatio, & inuestigatio illius rei. cons.97. nu.54. fol. 137

¶ *Interesse legati nullum debetur legatario, quãuis legatum consistat in pecunia, & maximè ante petitionem. consil.58. num.5. fol.* 76

¶ *Interficiens aliquem, cui is, qui interfecit, erat successurus priuatur hæreditate, tanquam indignus, non tamen tota applicatur fisco, neq; etiam tota euenientibus ab intestato. & quomodo. cons.7. nu.10. fol.* 12

Interficiens, vel vulnerans vnum, cùm putaret interficere, seu vulnerare alium, quomodo puniatur. cons.30. num.2. fol. 47

¶ *Interpretatio semper facienda est, ne quis videatur tollere, quod semel concessit. cons.8. nu.23. fol.* 17

Interpretatio fieri debet vt actus valeat, maximè factus bona fide, & qui si non valeret, remaneret alter ex contrahentibus deceptus. cons.10. nu.29. fol. 24

Interpretatio fieri debet, vt testamentum sustineatur. cons.85. num.11. fol. 121

Interpretatio alicuius dispositionis illa optima est, quæ sumitur ab effectibus subsecutis. cons.62. nu.9. fol. 81

Interpretatio fieri nõ debet, per quam dispositio testatoris non haberet plenum effectum, & per quam redderetur eluſoria, & infringeretur aduersus eius mentem, sed ne hoc sequatur, licet recedere à verbis, & à communibus regulis. consil. 106. nu.18. fol. 144

Interpretatio non debet admitti, per quam de facili redderetur eluſorium statutum, vel alia dispositio. cons.20. nu.11. fol. 38

Interpretatio semper fieri debet, per quam tollitur contrarietas, varietas, & absurditas. cons.29. nu.6. fol. 46

Interpretatio mentis testatoris est periculosa, & in ea sæpe erramus. cons.13. nu.1. fol. 28

Interpretationem à iure communi, præsertim passiuam, recipit quælibet dispositio quantumcunq; stricte interpretanda. cons.109. nu.6. fol. 147

¶ *Intestatus ab intestato excluſus, censetur etiam excluſus à legitima. cons.7. nu.3. fol.12. cons.23. nu.1. fol.* 40

Ab intestato successuri aliquãdo obtinent bona reuocabiliter, & non irreuocabiliter. cons.86. nu.10. fol. 122

¶ *Inuestitura non præiudicat iuribus tertij, neque Princeps censetur velle tertio præiudicare. consilio 34. numero 10. fol.* 54

Inuestitura facta de Ducatu Mediolani non cõprehendit Castra, & loca prius alienata, seu separata ab ipsis ciuitatibus Ducatus. cons.64. nu.46. fol. 89

Inuestitura Castri si dicat, cum pertinentijs, vel cum iuribus, & c. tunc omnia bona, quæ possidet inuestitus in illo territorio præsumuntur feudalia. d. consilio 64. numero 70. fol. 91

Inuestitura potior est testamento quò ad bona feudalia. cons. 78. nu.14. fol. 109

Inuestitura, vel consuetudo si admittat etiam fœminas in feudis, scilicet post masculos, tunc præfertur frater consanguineus tantum, excluſa sorore vtrinq; coniuncta. consil.81. nu.41. fol. 114

¶ *Iudicium nouum facit quælibet persona de nouo superueniens, licet prior processus adhuc duret, & perseueret. cons. 9. num.38. fol.* 21

Iudicium. In Iudicio cautela est, quòd quando quis impugnat actum, aduersarius faciat notari in actis talem impugnationem, & è conuerso impugnans desistat, antequam impugnatio notetur, & c. cons.17. nu.12. fol. 34

Iudicium. In Iudicio cœpto, an, & quando comprehendatur ius superueniens lite pendente. cons.20. nu.13. fol. 38

Iudicio causæ maioris fieri nõ debet præiudicium per iudicium minoris causæ, & c. cons.62. nu.1. fol.80. & vide supra in verbo, Causa.

Iudicio pendente de vniuersali subiectione, debent filere cæteræ omnes particulares ab ea dependentes, vel eam quouis modo attingentes, etiam quòd nõ fuerit cœptum iudicium, sed dubium sit de eo. d.cons.62. nu.2. ibid.

Iudicia fieri non debent fruſtratoria. consilio 15. numero 3. fol. 30

Iudicialis confessio non præiudicat, si aduersarius eam non acceptauit, sed conatus est impugnare. consilio 9. numero 29. fol. 22

Iudicialis assertio, seu confessio præiudicat, quando non fuit impugnata per partem, sed acceptata. consil.17. nume.10. fol. 34

Iudicialis confessio, vel responsio, & quilibet alius actus debet interpretari in fauorem proferendis. d. consil.17. num.11. ibid.

Iudicialia. quòd extra iudicialiter dicta, aut facta coram honestis personis æquiparentur dictis, aut factis in iudicio. cons.95. nu.7. fol. 129

Iudex potest interponere decretum, etiam ex internallo post actum. cons.4. nu.50. fol. 8

Iudicis decretum, & præsentia facit cessare metum, & fraudem. Item & præsentia amicorum & consanguineorum. cons.11. nu.10. fol.25. & vide ibi nu.12. fol. 26

Iudex potest ex magna causa quandocunq; admittere nouas probationes, licet iam sit concluſum in causa, & est magna causa, si reperta sint de nouo instrumenta. cons.9. num.32. fol. 21

Iudices non debent ad vnam probationis speciem, veluti per testes facta, allegari, sed ex sententia animi sui æstimare oportet, quid aut credant, aut parum probatum esse opinentur, & c. cons.56. nu.25. fol. 75

Iudex debet in antiquis, vel aliter difficilibus eas probationes admittere, quæ eum trahunt in vehementem opinionem. cons.64. nu.28. fol. 88

Iudicis in arbitrio consistit omnis probatio, qualiscunq; sit, etiam ordinaria. consil.95. num.3. fol.129. & cons.99. nu.7. fol. 138

Iudicis arbitrariæ sunt omnes probationes. consil.99. num.7. ibid.

Iudex, cuius arbitrio aliquid est commiſſum, debet determinare, adhibita diligenti inquisitione, & secundum qualitatem negotij, & personarum, & regulas iuris, alioquin malè facit, & ab eius arbitrio poterit appellari. consil.69. num.5. fol. 97

Iudicis arbitrium intelligatur, vt debeat esse suffultum probabilibus rationibus. consi. 95. nume. 2. fol. 129
Iudicem decet esse diligentem, & cuncta rimari. consi. 45. nume. 1. fol. 61
Iudex debet, quantum facere potest, veritati adhærere, & in eius fauorem inclinare, pro quo videt naturali ratione, & communi iudicio stare veritatem. consi. 83. nu. 1. fol. 117
Iudex in dubio debet ferre sententiã, inhærendo regulis. consi. 25. nume. 18. fol. 43
Iudicis est in facultate non adhibere fidem testibus etiã quòd de falso non conuincantur, item & adhibere fidem pauciores testibus. consi. 56. nu. 26. fol. 73. & consi. 95. num. 4. fol. 129. & consi. 99. nu. 9. fol. 138
Iudex potest si sibi videtur, non adhibere fidem testibus, & etiam instrumento publico, quamuis instrumentũ nõ pronuncietur falsum &c. consi. 95. nu. 4. fol. 129. & consi. 70, nume. 9. fol. 98
Iudex subsistente aliqua iusta causa, potest nõ adhibere fidem testibus, etiam quòd nõ conuincatur de falsitate. consi. 99. nume. 9. fol. 138
Iudicis est in facultate non adhibere fidem instrumentis, etiam quòd Notarius non conuincatur de falso. consil. 70. nume. 9. fol. 98
Iudex propter extrinsecas suspitiones potest, & debet non adhibere fidem instrumento. consi. 99. nu. 8. fol. 138
Iudex Ecclesiasticus potest concedere monitorias. &c. vide infra in verbo, Monitoriæ.
Iudex procedendo ad vlteriora, censetur declarare &c. consil. 21. nume. 3. fol. 39
Iudex an possit concedere licentiam accusatori, vt vadat, vel mittat alios cum familia ad capiendum delinquentem, & quid si occidatur in captura & cætera vide in consil. 47. per totum. fol. 64
Iudex potest concedere licentiam, vt quilibet sit executor, & nuncius in propria causa, dummodo scandalum non sequatur, quod procedit in criminalibus, sicut in ciuilibus. d. consil. 47. nume. 1. ibid.
Iudex ex officio suo potest se quandocunque informare, quando agitur de valore rei etiam si agatur de probando interesse. consil. 70. nu. 11. fol. 98
Iudex an per sequestrum transferat possessionem, & quando
Iudex possit facere sequestrum, & aduocare ad se possessionem. & an Iudex, vel Princeps secularis possit id facere in prædijs beneficiorum Ecclesiasticorum, & apponere manũ ad fructus, & an tunc censeatur spoliare. & de hac materia, vide in consil. 75. per totum. fol. 103. & infra in verbo, Sequestrum.
Iudex, vel Princeps secularis an possit apponere manum ad fructus beneficiorum, sequestrando &c. & an censeatur tunc spoliare, & an teneatur de spolio ille, ad cuius petitionem id facit Princeps. d. consi. 75. nu. 5. & 7. ibid.
Iudex propter timorem scandali debet ad se auocare possessionem, & etiam fructus sequestrare, ampliando. & declarando, vt in consi. 78. nume. 3. fol. 107. & vide infra, in verbo, Sequestrum.
Iudex non debet sequestrare possessionem, quando clarum est, quòd aliquis ex litigatoribus possidet, & quomodo intelligatur. d. consi. 78. nume. 4. ibid.
Iudices, & Principes debent semper ante oculos habere viam tutiorem, præsertim ne scandala committantur. d. consil. 78. nume. 2. ibid.
Iudex inferior non potest amplius se intromittere in causa postquàm est deuoluta ad Papam, vel ad quemlibet alium Principem, seu Iudicem superiorem. d. consil. 78. nume. 1. ibid.
Fallit quando esset verisimile, quòd partes venirent ad arma. ibidem.
Iudex an possit recusari tanquam suspectus si pater eius est Aduocatus in eadem causa. Et an Iudex recusatus possit à recusatione, vel sententia recusationis appellare. & de hac materia. vide in consi. 92. per totum. fol. 127
Iudex non potest recusari, quamuis pater sit Aduocatus in eadem causa, in qua filius est Iudex, vel è contra. & hæc non est iusta causa recusandi Iudicem. d. consi. 92. num. 1. ibid.
Iudex non potest recusari, licet Aduocatus alicuius ex litigatoribus sit commensalis, id est, de familia Iudicis. d. consil. 92. nume. 2. ibid.
Iudex ordinarius non potest recusari, quamuis eius assessor sit suspectus. & quomodo & quando id procedat. d. consil. 92. nume. 3. ibid.
Iudex recusatus per sententiam an possit appellare. d. consil. 92. nume. 4. ibid.
Iudex recusatus non potest appellare, quando eius non interest. d. consi. 92. nume. 7. ibid.
¶ Iuramentum non ampliat, sed confirmat. consil. 1. nume. 6. fol. 1
Iuramentum statuere de iuramento non pertinere ad laicos, & statutum non valet. & quid si tale statutum esset confirmatum à Pontifice generaliter confirmante statuta laicorum. consi. 4. nume. 21. fol. 7
Iuramentum an sit præcisè præstandum secundum formã statuti, & si non seruetur forma an contractus sit nullus. & de hac materia, vide in consi. 70. fol. 98
Iuratis actus an comprehendi possint sub statuto simpliciter disponente. d. consil. 70. nume. 3. ibidem. & vide in verbo, Statutum.
Iuramentum probat ignorantiam. consi. 9. nu. 36. fol. 21
Iuramentum an probet ignorantiam instrumenti, dato, quòd præsumptio sit contra iuramentum. d. consil. 9. nume. 43. fol. 22
Iuramentum non probat errorem, sed probatur error per circumstantias, etiam in facto proprio. d. consilio 9. numero 48. ibid.
Iuramentum in supplementum probationis peti potest vsque ad conclusionem in causa, & iurari quandocunque ante sententiam. consi. 35. nu. 8. fol. 55
Iuramentum in supplementum videtur, quòd peti possit, etiã post conclusionem in causa, secundum aliquos. d. consil. 35. nume. 9. ibid.
Iuramentum tollit restitutionem in integrum. consil. 11. num. 5. fol. 25
Iuramentum an tollat defectum insinuationis in donatione, & quando sit necessaria insinuatio, etiam stante iuramento. consi. 77. nume. 33. fol. 107
Iuramentum positum in donatione non valet ipso iure, quando donatio est facta vi, vel dolo, si vero est facta dumtaxat per metum, tunc iuramentum obligat ipso iure, sed concedi debet absolutio. d. consi. 77. nu. 17. fol. 106
Iuramentum non obligat hæredes, quando contractus potest alia ratione rescindi, & non tenetur hæres petere absolutionem. d. consi. 77. nume. 18. ibid.
Iuramentum tollit remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. consi. 81. nume. 45. fol. 96. sed vide ibi nume. 54. fol. 115
Iuramentum non tollit remedium legis. 2. C. de rescin. vendi. quando adest enormissima læsio, saltem impetrata absolutione à iuramento, & non debet iuramentum esse vinculum iniquitatis. d. consil. 81. nume. 54. ibid. & consil. 89. nume. 6. fol. 125
Iuramentum nihil obstat, quando adest enormissima læsio,

¶Legitima. A legitima etiam censetur excluſus is, qui eſt excluſus ab inteſtato.conſil.7.nume.3.fol.12.& conſil. 23. nume.1.fol. 40

Legitima non poteſt peti à filio legitimato limitatè in eo tantùm, quòd patri videtur etiam reſpectu legitimæ. conſil.7. nume.2.fol. 12

Legitima poteſt prohiberi ne alienetur, & valet prohibitio, quando eſt facta in fauorem filij, putà ne alienetur intra certum tempus, vel ſine conſenſu proximiorum &c.d.conſil.7.nume.21.fol. 13

Legitima comprehenditur etiam ſub prohibitione facta filio, vt non poſſit contrahere, ſeu alienare &c.vſque ad certam ætatem, & de ea non poteſt filius diſponere vſque ad illam ætatem &c.conſil.57.nu.10.fol. 75

Legitima. in legitimam imputantur bona alienata. conſil.7. nume.33.fol. 14

Legitimæ ſupplementum poteſt peti per filiam, quamuis inſſa fuerit eſſe tacita, & contenta &c.& quomodo. & an ſupplementum congruæ dotis. & an poſſit filia ſuccedere fratribus ab inteſtato.d.conſ.7.nu.14.fol. 12

Legitimæ ſupplementum, ſeu congruæ dotis petere non poteſt filia, quæ fuit dotata à patre, niſi adſit enormiſſima læſio. conſil.23.nume.3.fol. 40

Legitimæ loco ſolet dos ſuccedere. d. conſilio 23. numero 2. ibidem.

Legitima an comprehendatur in renunciationem per filium, quando pater donabat alteri ex filijs, & de hac materia, vide in conſ.66.fol. 94

Legitima quòd non comprehendatur in renunciatione facta per filium, viuente patre.d.conſ.66.nume.1. ibid.

Legitima non comprehenditur ſub generali renunciatione, etiam ſtante iuramento, quando adeſt enormis læſio, id eſt, ſi nihil retinet renuncians pro legitima. d. conſ. 66. nume.4. ibid.

Legitima filiorum non cenſetur eis debita neque re, neque ſpe, viuente patre.d.conſ.66.nume.3. ibid.

Legitimæ fructus præſtandi ſunt poſt moram. conſ. 100. nume. 3.fol. 140

Legitima reuocatur per filios poſtea natos, licet bona fuerint publicata, & an hoc ſit verum.conſ.106.nu.22.fol. 145

Legitima, & Trebellianica aſcendunt ad dimidiam bonorũ. conſ.17.nu.13.fol.34.& conſ.41.nu.1.fol. 59

Legitima, & Trebellianica, & ſic duæ quartæ, detrahi poſſunt, quando quis eſt grauatus, ſub conditione, & hæc eſt communis opinio.conſ.17.nu.14.fol. 34

Legitima, & Trebellianica, & ſic duæ quartæ detrahuntur per filium grauatum ſub conditione.& id procedit, etiam quòd teſtator tacitè, vel expreſsè prohibuerit Trebellianicam, & abſolutè, etiam in liberis primi gradus &c. conſ.7. nu.6.fol. 12

Legitima, & Trebellianica detrahi poſſunt ſtante fideicommiſſo, ſecundum magis communem, & aſcendunt ad dimidiam omnium bonorum.conſ.41.nu.1.fol. 59

Sed an detrahi poſſint etiam in caſu, quo legitima excedit trientem, & aſcendit ad dimidiam bonorum, quòd ſic, reprobata opin.Baldi.d.conſ.41.nu.2. ibid.

¶Legitimatio. De legitimatione vide aliqua in conſil.7. in princip.fol. 12

Legitimatio quando propriè dicatur, non autem diſpenſatio. d.conſil.7.nu.4. ibid.

Legitimatus ſine præiudicio proximiorum, & legitimorum hæredum, nihil penitus poteſt petere, niſi fuerit ei relictum per teſtamentum. & eſt communis opinio. d.conſil.7.numer.1. ibid.

Legitimatus limitatè in eo tantum, quod patri videbitur, etiam reſpectu legitimæ, ſi pater nihil reliquat, nihil poteſt petere, etiam quò ad legitimã. d.conſilio 7.numero. 2. ibid.

¶Læſio enormis non conſideratur in donatione, & omnis donatio, quæ prouenit ex liberalitate, continet læſionem ex parte donantis.conſ.11.nu.6.fol. 25

Læſio an conſideretur in donationibus, & quando. & qq conſideretur enormis læſio. quando deducitur per coniecturas ad interpretandum, quòd interueuit metus, vel dolus, vel ſeductio, & maximè in minoribus, & mulieribus. conſ.77. nume.22.fol.106.& conſ.100. nu.5.fol. 140

Læſio conſideratur etiam in donatione ſimplici, & pura, quãdo veriſimiliter interuenit metus, dolus, vel ſeductio. conſ. 81.nume.56.fol. 115

Læſio non conſideratur in donationibus, cũ omnis donatio contineat diſpendiũ donantis, ſed tamen etiam in donatione conſideratur enormis læſio, quando deducitur per modum coniecturæ ad interpretandum, vtrũ interuenerit metus, aut dolus, aut ſeductio, præſertim in minoribus, & mulieribus. vide etiam in conſ.100.nu.5.fol. 140

Læſio enormis quando adeſt, tunc præſumitur dolus. d.conſil. 100.nu.6.fol.140.& conſ.77.nu.23.fol. 106

Læſione enormiſſima ſtante, cenſetur ipſo iure probatus dolus reipſa, & præſumitur etiam dolus ex proposito.conſ.81.numer.49.fol. 115

Læſione enormiſſima ſtante, præſumitur contractus factus vel propter metum, vel propter aliam ſpeciem doli. conſil.89. nume.5.fol. 125

Læſio enormis ſi contineatur in actu facto, quod præſumatur talis actus factus per metum &c.conſ.77.nu.21.fol. 106

Læſionem enormem ſi contineat actus, & factus ſit inter perſonas, inter quas præſumitur reuerentia, tunc talis actus præſumitur factus per metum, & non liberè. & eſt communis opinio.conſ.100.nu.4.fol. 140

Læſio enormiſſima, vel dolus non tollitur propter præſentiam, & conſenſum vicinorum, mariti, & aliarum perſonarum, qualeſcunque ſint.conſ.89.nume.7.fol. 125

Læſione enormiſſima ſtante, nihil operantur renunciatio beneficij legis.2.C.de reſcin.vendi.& exceptionis, de dolo, & clauſula, ex certa ſcientia.&c.imò augent ſuſpitionem dicti, & læſionis, & præſumitur talis clauſula adiecta per calliditatem.& dolum.conſ.81.nume.53.fol. 115

Læſione enormiſſima ſtante, iuramentum non tollit remedium legis.2.C.de reſcin.vendi. ſaltem impetrata abſolutione à iuramento, & non debet iuramentum eſſe vinculum iniquitatis. d. conſil.81. nu.54.ibidem. & conſil.89. nume.6.fol. 125

Læſione enormiſſima ſtante, vel præſumptioni doli, nihil tuum obſtat iuramentum, & ſaltem petenda eſt abſolutio.d.conſil.89.nume.6. ibid.

Læſionem ſcientibus non competit beneficium legis.2. C.de reſcin. vendi.conſil.81.numer.43.fol.114. ſed videibi nume. 51.fol. 115

Læſionem ſcientibus competit beneficium legis.2. C.de reſcin. vendi. & datur regreſſus renunciantibus. quando ſcilicet læſio eſt magna & longè vltra dimidiam.d.conſil.81. num. 51.ibidem.

Læſio magna requiritur, ad hoc, vt contractus minorum reſcindantur.conſ.11.nu.21.fol. 26

Læſio valde enormis requiritur ad hoc, vt lex.2.C.de reſcin. vendi. locum habeat in tranſactione.d.conſil.11. numer. 22. ibidem.

Læſio quamuis non contineretur ab initio in contractu, ſi tamen ex poſt facto propter mutationem temporũ contineat contractus læſionem enormem, poteſt tunc reſcindi, & de-

bet regulari ſecundum qualitatem ipſorum temporum. conſ.34.num.16.fol.54.ſcilicet quando eſt contractus ſucceſſiuus,reſpiciens etiam futura tempora &c.
Læſio parua,vel magna.ſeu enormis Imperij iudicatur ſecundum qualitatem Principis,& rei alienatæ. conſil. 62. numer.32.fol. 82
¶ L. 2. C.de reſcin. vendi. an habeat locum in tranſactione. conſ.1.num.3.fol.1.& nu.12.fol. 2
L. 2. prædicta. C. de reſcin. vendi. non habet locum in tranſactione. niſi adſit valde enormis læſio.conſil.11. nume.22. fol. 26
L. 2. prædicta. C. de reſcin. vendi. habet locũ etiam in tranſactione.conſ.89.nu.4.fol. 125
L. 2. prædicta.C.de reſcin. vendi. non habet locum in donatione,etiam data maxima læſione,& quæ ſit ratio. conſil. 4.num.35. fol. 8
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.non habet locum in donatione ſecundum communem opinionem, & an habeat locum in renunciatione puellæ, ſeu filiæ facta de hæreditate &c. conſil.11.nume.7.fol. 25
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.& illud remedium non habet locum in donatione.conſil.81.nume.46.fol.115. ſed vide ibi nume.55.
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.an habeat locum in donatione,& quando.d.conſ.81.nu.55. ibid.
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi. & eius remedium locum habet in donatione ſimplici, quæ fit ſine probabili cauſa, & quæ ſapit prodigalitatem.d.conſ.81.nu.57. ibid.
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.& illius legis beneficium non competit ſcientibus læſionem.d.conſ.81.nume.43. fol.114. ſed vide ibi.nu. 51.
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.& illud remedium competit etiam ſcientibus læſionem,& datur regreſſus renunciantibus,quando ſcilicet læſio eſt magna, & longè vltra dimidium.d.conſ.81.nume.51.fol. 115
L.2.prædicta. C.de reſcin. vendi. & illud remedium tollitur per iuramentum.d.conſ.81.nume.45. ibid.96. ſed vide ibi nume.54.
L. 2. prædicta. C. de reſcin. vendi. & eius remedium non tollitur per iuramentum, quando adeſt enormiſſima læſio, ſaltem impetrata à iuramento, & non debet iuramentum eſſe vinculum iniquitatis. d. conſil. 81. numero 54.ibid.
L.2.prædicta.C.de reſcin.vendi.& eius remedio ſi fuit expreſsè renunciatum,& renunciatum exceptioni,de dolo. & appoſita clauſula,ex certa ſcientia &c. nihil hæc operantur, ſtante læſione enormiſſima, imò augent ſuſpitionem doli, & læſionis,& præſumuntur tales clauſulæ adiectæ per calliditatem,& dolum.d.conſil.81.nu.53. ibid.
L.cum auus.ff.de condi.& demon.non procedit,quando in teſtamento eſt facta mentio de maſculis.item lex illa admittere cenſetur filios non ex teſtamento,ſed ab inteſtato.conſil.7.nu.22.fol. 13
L.cum auus.prædicta,& l.cum acutiſsimi.quomodo procedãt, & quòd non procedant in fideicommiſſo cõditionali,quando conditio poteſt verificari in vita ipſius grauati. conſilio 106.nume.21.fol. 145
L. fin. C. de noua. non procedit, quando eſt facta delegatio, conſ.2.nu.10.fol. 3
L. & qui ſub imagine.C.de diſtrac.pigno.quomodo procedat. conſ.14.nu.5.fol. 29
L.creditores.ff.de diſtrac.pigno.quomodo limitetur. conſ.97. nume.52.fol. 137
L.codicillis.in princ.ff.de vſufruc.lega. quomodo intelligatur. conſil.31.nu.12.fol.49.& vide vſq; ad nume.17.
L.non intelligitur.§.ſi quis palam.ff.de iure fiſci,quomodo intelligatur.conſ.42.nu.4.fol. 60
L.ſi ita ſcriptum.§.fin.de lega.2.& l.ſi iam facta,de condi.& demon.quomodo procedant.conſ.52.nu.5.fol. 68
L.quod meo.§.fin.ff.de acqui.poſſeſ.quomodo intelligatur. & an intelligatur de ſola poſſeſſione naturali, vt ſcilicet illa amittatur,non autem ciuilis.conſ.78.nu.7.fol. 108
L.1.C.de legiti.hæredibus,quomodo intelligatur. conſ.81. nume.16.fol. 112
L.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de lega.1. quomodo procedat.conſ.105.nu.3.fol. 143
L.ſi is cui.§.flauius.ff. de ſolutio. & ibi tradita,quomodo.& quando procedant.& de eius materia, vide in conſ.109.per totum.fol.147.& maximè nume.23.fol. 148
Lex aliquando requirit,vel prohibet aliquid,& tamen actus non eſt nullus ſi contrarium fiat, niſi id lex præcisè dicat. conſ.21.nu.13.fol. 39
Lex ſemper hortatur parentes ad æqualitatem ſeruandũ inter filios.conſ.23.nu.5.fol. 40
Lex noua non comprehendit caſum, quo ius iam erat acquiſitum alijs.d.conſ.23.nu.7.fol 41
Lex communis tollitur per non vſum,ſeu per contrariũ vſum. conſil.27.num.1.fol. 44
Lex poſitiua, ſiue ſit Eccleſiaſtica,ſiue Ciuilis,ligat in foro animæ,quando non eſt nutritiua peccati.conſ.42.nume.10. fol. 60
Legis diſpoſitio ſolùm conſideratur, & non factum hominis quando factum hominis accedit ad diſpoſitionem legis neceſſariam.conſ.50.nume.12.fol. 66
Onera ſoluere non tenentur loca tranſlata in Eccleſiam ab Imperatore, etiam quòd imponantur onera ſub nomine Imperij. d. conſil. 62. nu. 22. fol. 81
Onera exigere non poteſt Imperator in illis locis, in quibus nõ habet niſi ſuperioritatem Imperij, & non dominium particulare. & ſaltem de facto, & vſu longiſſimo in contrariũ cenſetur amiſiſſe ius exigendi. d. conſ. 62. nu. 30. fol. 82
Onera ſoluere non coguntur ſubditi, licet aliqua loca ſint ſub Imperio. conſ. 64. nu. 98. fol. 93
Onera. libertas non ſoluendi collectas, & alia onera, an præſcribatur, & quòd ſufficiat tempus 40. annorũ, & quæ requirantur vltra curſum temporis, & an ſufficiat titulus etiam inualidus. conſ. 62. nu. 38. fol. 83
Onerum ſolutio, an poſſit pro parte remitti ſubditis per Principem, ſeu dominum, in præiudicium ſucceſſorum. & an poſſint ſucceſſores iterum cogere ſubditos ad ſolutionem totius cenſus, vel oneris. & de hac metaria, vide in conſil. 67. fol. 95
Onera, ſeu cenſus, ſi vno modo ſoluta fuerunt per ſubditos erga Dominum, adeò quòd non extet memoria in contrariũ, & ſint ſubditi in quaſi poſſeſſione talis ſolutionis, præſumitur pro ipſis ſubditis, quòd eodem modo ſemper ſoluerint in præteritum, neque in talibus præſtationibus ſubditorum recedendum eſt à conſuetudine longi temporis. d. conſ. 67. nu. 9. ibid.
Opinio communis, & generalis, atq; fama probatur per ſcripturas antiquas. conſ. 64. nu. 24. fol. 88
Opponi non poteſt de iure tertij non excluſiuo intentionis agentis ipſo iure. conſ. 11. nu. 1. fol. 25
Opponi, & allegari poteſt, ius tertij, quando prodeſt ipſi allegãti, quia concernat eius intereſſe. conſil. 64. numero 3. fol. 87
Ordo. Argumentum ſumptum à ratione loci ſeu ordinis valet. conſ. 24. nume. 8. fol. 41
Ordines vel decreta vnius ſtatus vel Ciuitatis non porriguntur ad ciuitatem confœderatam. conſ. 49. nu. 1. fol. 65
Originali ſtandum eſt, quando inſtrumentum extractũ continet aliquam dictionem, quæ non reperitur in originali, & delenda eſt talis dictio de extracto. conſ. 10. nu. 1. fol. 23. vide ſupra in verbo, Inſtrumentum.

P.

PACTVM de hæreditate viuentis negatiuum, id eſt, de non ſuccedendo, an valeat cum iuramento, & quando & maximè ſi ſit ſuper hæreditate tertij. conſil. 11. num. 15. fol. 26
Pactum de hæreditate viuentis valet, quando certa perſona non deſignatur. d. conſ. 11. num. 16. ibid.
Papa. cauſa poſtquàm eſt deuoluta ad Papam, non poteſt Iudex inferior in ea ſe intromittere. conſ. 78. nu. 1. fol. 107
Fallit, quando eſſet veriſimile, quòd partes venirent ad arma. ibidem.
Parentela, ſeu illi de parentela ſi vocati ſint à teſtatore &c. vide ſupra in verbo, Agnatio. & in verbo, Fideicõmiſſum,
Parentes paterni proximi, & agnati maſculi, hæc verba comprehendunt tam iunctos ex parte patris tantum, quàm vtrinque coniunctos. conſ. 81. nu. 5. fol. 112
Parentes paternos, hæc verba denotant agnatos. d. conſil. 81. nume. 6. ibid.
¶ Paria ſunt, non vendere, vel nimis carum vendere. conſil. 8. nume. 15. fol. 16
Paria ſunt, prohibere alienationem in Eccleſiam, vel eam admittere, ſed cum aliqua difficultate. d. conſ. 8. nu. 16. ibid.
Paria ſunt, non eſſe, vel eſſe, ſed non apparere. conſil. 9. num. 9. fol. 18

Paria sunt, vocare illos de parentela, & vocare parentelam. cons.51. num.3. fol. 67

Parisij opinio reprobatur in materia, an substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum censeatur inductum inter multos institutos, &c. consil.31. nume. 21. cum sequen. fol. 50

¶ Partitæ, quæ reperiuntur scriptæ in libro rationum, præsumuntur scriptæ nomine illius, cuius est liber, & de eius mandato. cons.9. num.19. fol. 19

¶ Pater si promisit dotem filiæ, & postea eidem fecit legatum, tale legatum compensatur in dotem iam promissam. cons. 17. num.9. fol. 33

Pater si relinquat filiæ pro eius dote, quæ tamen filia iam erat maritata, inscio ipso patre, quid iuris. consil.52.nu.4, fol. 68

¶ Patruus vtrinque coniunctus non præfertur patruo consanguineo tantum, stante statuto, quòd agnati præferantur cognatis, sed æqualiter admittuntur. cons.81. num.29. fol. 113

¶ Paupertas propria propalatione detegi non debet. cons.39. num.12. fol. 58

Pauper quis dicatur. & de legato facto distribuendo ad maritandum tot puellas pauperes, &c. & de hac materia vide in cons.69. fol. 97

Pauperem esse aliquem intelligitur varijs modis, aliquando si non habet in bonis scutos quinquaginta, aliquando si non habet centum. d.cons.69. num.3. ibid.

Pauper an aliquis dicatur, cõmittitur arbitrio Iudicis, secundum magis communem opinionem, quando scilicet agitur de notabili præiudicio. d.cons.69.num.4. ibid.

Pauper vt quis iudicetur, inspicitur qualitas negocij, & personarum, & si tractatur de persoluendo debito, ille dicitur pauper, qui non potest illud debitum soluere. d.cons.69.nume.6. ibid.

Pauper dicitur ille nobilis, cui imminet onus dotandi filias, & eas nuptui tradere, & commodè dotare nõ potest, licet habeat tantum, quantum sufficit ad alimẽta, & debet ei tanquam pauperi distribui legatum factum pauperibus, &c. d.cons.69. num.7 ibid.

Pauperes vocans, dispositio cẽsetur vocare pauperiores. d.cons. 69. num.8. ibid.

Pauperibus puellis natis ex consanguineis suis, si testator iubeat distribui legatum, an intelligatur legatum de natis, & nubilibus tempore mortis testatoris, non autem tempore testamenti, quod sic. d.cons.69. num.9. ibid.

¶ Pœna. Iusta causa excusat à pœna. consilio 48. numero 17. fol. 65

Pœna infertur in eo, circa quod quis deliquit. consil.57. nu.2. fol. 75

Pœnam incurrit quis in pœnalibus ex solo conatu fraudulento, licet non sequatur effectus. cons.97. nu.6. fol. 132

Pœna vt committatur sufficit fieri de facto. d.cons.97.num.6. ibid.

Pœnam regulariter nemo vnquam incurrit, nisi committat dolum vel fraudem. d.cons.97. nu.35. fol. 135

Pœnæ adiectio non tenet, quando non tenet principalis dispositio. cons.8. num.19. fol, 16

Pœna maior ibi imponitur, vbi plures interueniunt monitiones. cons.48. num.9. fol. 64

Pœnæ priuatiuæ ad hoc vt committantur, duo copulatiuè requiruntur, expressio diei, & expressio pœnæ. d.cons.48.nume.14. fol. 65

Pœna priuationis adiecta per testatores hæredibus, si non soluant omnia legata vxori, quando non sit timenda. cons.41. num.6. fol. 59

Pœna priuationis bonorum contra alienantes adiecta per statorem in prohibitione alienationis est de iure valida. cons.97. num.1. fol. 131

Pœna priuationis adiecta per testatorẽ debet strictè interpretari, quantum fieri potest, & in dubio debet excludi, & nõ extendi, etiam quòd tractetur de fauore Ecclesiæ. d. cons. 97. num.41. fol. 136

Pœna priuationis alicuius rei comminata alicui in casum contrauentionis, nocet etiam eius filijs. consil.57. num.18. fol. 76

Etiam quod filij sint expressè vocati ad eam rem, scilicet sub nomine filiorum, non autem propriis nominibus. ibidem. ibid.

¶ Pecunia deposita in Arca, vel in sacculo obsignata iudicatur tanquam species. cons.3. num.5. fol. 4

¶ Pensitationes publicas, & tributa tenentur subire etiã clerici. cons.8. num.24. fol. 17

¶ Pensiones annuæ non exactæ per hæredem grauatum, an possint exigi per fideicommissarium, & an transeant in subsequentes fideicommissarios tanquam res subiectæ fideicommisso. & de hac materia, vide in cons.79. per totum. fol. 110

Pensiones annuæ non exactæ per primum hæredem grauatum nõ pertinent ad hæredes ipsius hæredis, sed ad fideicommissarium. d.cons.79. num.1. ibid.

Pensiones annuæ æquiparantur fructibus, & si nõ fuerunt exactæ per hæredem, percipiuntur per fideicommissarium. d. cons.79. nu.5. & nu.18. ibid.

Pensiones, & fructus non percepti ab hærede, an transeant in fideicommissarium, distinguitur, & an proueniant ex facto testatoris, an ex facto hæredis. d. consilio 79. nume.7. ibid.

Pensiones, quæ transeunt in fideicõmissarium, videntur transire tanquam in fideicommissarium, & sic tanquam res subiectæ fideicommisso. d. cons.79. nu.2. ibid. vide tamen ibidem num.14.

Pensiones non percepta per hæredem grauatum, & transeuntes in fideicommissarium, non augent fideicommissum. d. cons.79. nu.8. ibid.

Pensiones, quæ percipiuntur ex hæreditate subiecta fideicommisso, accrescunt personæ, & non rei, & sunt tanquam fructus ipsius personæ percipientis, sicut & fructus. d.cons.79. num.11. ibid.

Pensiones, & fructus, quando veniant in causam fideicommissi, & quando non. d.cons.79. num.12. ibid.

Pensiones transeunt ad fideicommissarium tanquam fructus pendentes, vt possit de eis liberè disponere, &c. d.consil.79. num.14. ibid.

Pensiones annuæ veniunt etiam appellatione hæreditatis, & tanquam pars hæreditatis. d cons.79.num.4. ibid. sed vide ibidem num.16.

Pensiones venire appellatione hæreditatis, quomodo procedat, & an veniant simpliciter loquendo. d.cons.79.nu.16. ibid.

¶ Perfidiæ crimen non præsumitur, &c. cons.46. numero 6. fol. 62

¶ Periti sunt consulendi. cons.55. num.5. fol. 72

Peritis in arte est magis credendum, quam cæteris omnibus testibus, etiam si non reddant rationem dicti sui, & etiam si tractetur de probanda consuetudine. consil.20. num.15. fol. 33

¶ Periurium. quilibet error, & quælibet iusta causa excusat à periurio, & à dolo. cons.9. num.52. fol. 22

Periurium non potest allegari per eum, qui est in dolo, & repellitur replicatione doli. d.cons.9. num.55. ibid.

¶ Permu-

¶Permutatio, vocabulum hoc latè patet. & quid comprehendat. conſ. 97. nu. 20. fol. 134
Permutatio dicitur etiam, quando ſimpliciter fit ſubrogatio vnius rei pro alia ab vna & eadem perſona, veluti quando hæres ſubrogat alia bona loco bonorum fidecommiſſi. d. conſ. 97. nu. 21. fol. 134. & nu. 43. fol. 136
¶Perplexitas verborum ſi pariat impoſsibilitatem, talis impoſsibilitas vitiat totam diſpoſitionem. conſ. 24. numero 1. fol. 41
Perplexitas ſolet vitiare, quando nullo modo poteſt diſſolui, alias ſecus. d. conſ. 24. nu. 3. ibid.
Perplexitas diſſoluenda eſt ſecundum veriſimilem mentem teſtatoris. d. conſ. 24. nu. 2. ibid.
Perplexitas ſi cadat inter plures res, præfertur illa res, quæ eſt fauorabilior, & in eius fauorem fit interpretatio. d. conſil. 24. nume. 9. ibid.
¶Perſona. ex perſona alterius non debet quis conſequi, quod ex ſua prohibetur. conſ. 57. nu. 20. fol. 76
Perſona vna excluſa, cenſentur excluſæ etiam omnes ab illa deſcendentes. d. conſ. 57. nu. 19. ibid.
Perſonæ multæ quandoque conſiderantur inter ſe vno modo, & comparatæ ad alias perſonas conſiderantur alio modo. conſ. 38. num. 10. fol. 57
Perſonarum maxima legalitas, & dignitas ſupplet &c. conſi. 9. nu. 45. fol. 22
Perſonæ, quæ ex coniecturata mente teſtatoris præferuntur ſubſtituto, veniunt ab inteſtato, & non ex teſtamento. & quæ ſit ratio. conſ. 31. nume. 18. fol. 50. & conſil. 32. num. 10. fol. 51
Perſonæ, quæ ex coniecturata mente teſtatoris excludunt ſubſtitutum, ſatis eſt, quòd ſint vel de liberis vel generalius ſint de ſucceſſuris ab inteſtato in proximiori gradu, quàm ſubſtitutus. d. conſ. 31. num. 19. fol. 50
Perſonæ, quæ ex coniecturata mente teſtatoris præferuntur ſubſtituto, præferuntur ei, ſiue ſubſtitutio facta ſit talibus perſonis ſine dictione vniuerſali, omnium. nihil operatur ad excluſionẽ ſubſtituti, niſi quando ſubſtitutio ſit extraneis. d. conſ. 31. nu. 20. ibid.
Perſona magis dilecta à teſtatore &c. vide etiam infra in verbo, Prædilectus.
¶Pignus. in iure pignoris non licet vti interpoſita perſona. & quomodo procedat text. in l. & qui ſub imagine. C. de diſtrac. pign. conſ. 14. nu. 5. fol. 30
Pignus, & fideiuſsio, æquiparantur. conſ. 95. nu. 13. fol. 130
¶Piſcandi ius an ſit de regalibus, & quando, & quid de iure piſcandi in foſſatis oppidi. conſ. 16. nu. 10. fol. 32
Piſcandi ius non ſemper eſt de regalibus, ſed tunc tantũ, quando Princeps ex longa conſuetudine exegit vectigal ex commodo piſcandi. d. conſ. 16. nu. 11. ibid.
¶Placentia an comprehendatur ſub decretis Mediolani. vide in conſ. 49. fol. 65
¶Pluralis numerus &c. vide ſupra in verbo, Numerus.
Pluralitas nominis non præſumitur. conſilio 6. numero 12. fol. 11
Pluralitas perſonarum non præſumitur, niſi probetur. conſil. 83. nu. 12. fol. 117
¶Plus, vel minus dicitur etiam reſpectu temporis, & res tunc minus æſtimatur. conſ. 4. nu. 45. fol. 8
¶Poſitiui actus in faciendo magis vrgent, quàm actus priuatiui in omittendo. conſ. 9. nu. 14. fol. 19. & vide etiam ibid. nume. 16.
Poſitiuus actus in faciendo denotat voluntatem, & deliberationem, ſeu actus omiſſiuus in non faciendo non infert aliquam voluntatem, vel deliberationem. conſil. 25. num. 14. fol. 43
Poſitiuus actus non operatur effectum, quem de ſui natura ſolet operari, ratione conſanguinitatis, & familiaritatis. conſil. 9. nu. 18. fol. 19
Poſiti in conditione quando cenſeantur vocati. vide ſuprà in verbo, Conditio. & in verbo, Filij.
Poſsidere quilibet præſumitur ex titulo præcedente, & potius ex cauſa licita, quàm ex illicita. conſil. 64. numer. 32. fol. 89
Poſſeſſor malæfidei nullo modo tempore præſcribit. & an id procedat etiam quò ad actiones perſonales. conſil. 58. nu. 1. & nu. 4. fol. 76
Poſſeſſor malæfidei nullo tempore præſcribit, etiam quò ad actiones perſonales reprobato Bartolo. d. conſil. 58. numer. 4. ibidem.
Poſſeſſor etiam iniuſtus non debet abſque citatione priuari ſuæ poſſeßione, conſ. 67. nu. 11. fol. 95
Poſſeſſorij actus cenſentur eſſe, actus facti per Notariũ, ſi concernunt ea, quæ ſolis tabellionibus conueniunt. conſ. 35. nume. 4. fol. 55
Poſſeſſorij actus in materia iuriſdictionis probantur per inſtrumenta, & alias ſcripturas. conſ. 64. nu. 16. fol. 88
Poſſeßio & dominium probatur per locationem iunctam cum quolibet alio adminiculo. conſ. 9. nu. 12. fol. 19
Poſſeßio probatur per teſtes ſingulares, ſi ſimpliciter deponant de actibus poſſeſſorijs. conſ. 25. nu. 3. fol. 42
Poſſeßio probatur per inſtrumentum in factis antiquis, etiam in præiudicium tertij. conſ. 64. nu. 17. fol. 88
Poſſeßio probatur ex ſola detentatione. d. conſil. 64. numero 18. ibidem.
Poſſeßio iuriſdictionis probatur per nominationem factam in inſtrumentis antiquis. d. conſ. 64. nu. 5. ibid.
Poſſeßio, & etiam dominium iuriſdictionis probatur ex ſcriptura antiqua. d. conſ. 64. nu. 11. fol. 87
Poſſeßio totius iuriſdictionis cenſetur acquiſita ex vnico actu poſſeſſorio, quando non conſtat aduerſarium poſſediſſe, & maximè ex vnico actu vniuerſali. d. conſ. 64. nu. 19. fol. 88. & ibid. etiam nume. 79. fol. 92
Poſſeßione antiqua alicuius ſtante non habetur ratio poſſeſſionis alterius, quæ ſit iunior, quia præſumitur violenta, vel clandeſtina. d. conſ. 64. nu. 20. fol. 88
Poſſeßio violenta non eſt habenda in conſideratione. conſ. 78. nume. 15. fol. 109
Poſſeßionem an admittat is, qui fuit violenter expulſus, & quam, & an, & quando per talem violentiam amittat etiã ciuilem poſſeßionem. & de intelligentia tex. in l. quod meo. §. fin. ff. de acqui. poſſeſ. & de hac materia, vide in d. conſil. 78. fol. 108
Poſſeßionem naturalem tantum amittit is, qui fuit violenter expulſus de poſſeßione, ciuilem autem retinet, & ſola ciuilis ſufficit etiam ad recuperandam naturalem propria autoritate &c. d. conſ. 78. num. 5. ibid.
Poſſeßionem etiam ciuilẽ an admittat eiectus violenter, quando non poterat de facili reſiſtere. & quomodo id procedat. d. conſ. 78. nu. 6. ibid.
Poſſeßionem omnem indiſtinctè an admittat is, qui fuit expulſus cum magna vi, vt per exercitum, vel magnam turbã hominum. & de intelligentia tex. in l. quod meo. §. fin. de acquir. poſſeſ. an ſcilicet intelligatur de ſola naturali poſſeßione, vt illa amittatur. non autem ciuilis. d. conſ. 78. nume. 7. ibid.
Poſſeßionem ciuilem non amittit expulſus per vim quantumcunque magnam, dummodo habeat animum recuperandi de facto, & infra quantum tempus poſsit recuperare. d. conſil. 78. num. 8. ibid.
Poſſeßio etiam ciuilis amittitur per magnam vim in dubio, ſecus

secus quando constat, quòd non fuit amissus animus possidendi, vt si conuocati fuerunt amici, &c. d. cons.78. nume.9. ibid.

Possessio ciuilis an censeatur amissa, quando quis poterat recuperare, & nō recuperauit, & quòd id non procedat durante metu in personam, non autem metu, ne posset recuperari. d.cons.78. num.10. ibid.

Possessionem Castri qui habet, an censeatur etiam eam habere prædiorum, & aliarum rerum omnium à Castro dependentium. d.cons.78. num.12. ibid.

Possessione Castri capta seu apprehensione facta in vna parte, non censetur facta in totum in alijs rebus, & prædijs, quando sunt varij apprehensores. d. consilio 78. numero 13. ibid.

Possessio subsecuta est optima declaratio concessionum ambiguarum. cons.62. nu.40. fol. 83

Possessio, an, & quando transferatur per sequestrum Iudicis, vide in consilio 75. fol.103. & infrà in verbo, Sequestrum.

Possessio non transfertur ex contractu inutili. & dato, quòd posset transferri, non sufficit translatio facta per constitutum, &c. cons.78. num.21. fol. 109

Possessio, & dominium transferuntur ex contractu inutili, quando est inutilis, quia factus est præter legem, non autem contra legem, & quomodo. consilio 97. numero 47. fol. 136

Et an etiam quando lex resistit contractui, & quando, ibidem num.48.

Possessio, & dominium an transferantur ex contractu simulato, & quando. d.cons.97. num.4. fol.132. & ibidem nu. 49. fol. 136

Possessio translata per constitutum, &c. vide suprà in verbo, Constitutum.

Possessio, vel quasi possessio filiationis, fraternitatis, & cuiuscunque gradus consanguinitatis probatur per nominationem, & tractatum, item & per communem opinionem, quòd talis ab omnibus reputetur. consilio 83. numero 21. fol. 118

Et talis quasi possessio transfert onus probandi in contrarium etiam in decisorijs, etiam si tractetur de obtinenda hæreditate, & est magis communis opinio. ibidem numero 22.

Et talis quasi possessio an sit necesse, quòd probetur distinctè per gradus, & quando. ibidem num.23.

Possessio per constitutum, &c. vide suprà in verbo, Constitutum.

¶ *Post, hæc dictio, & dictio, successiuè. faciunt substitutionem compendiosam, quando est adiecta mentio mortis, & quid operentur. & quomodo intelligantur. cons.29. nu.8. fol.* 46

¶ *Posteritatis appellatione comprehenduntur omnes descendentes æqualiter. cons.85. num.8. fol.* 120

¶ *Posthumi omnes an comprehendantur in institutione facta de ventre, seu de ventre prægnante. & de hac materia, vide in d.consilio 85. ibidem. vide infrà in verbo, Venter.*

¶ *Potestas, & voluntas requiruntur copulatiuè in quolibet actu. cons.26. nu.1. fol.* 43

¶ *Præcedentia, & primordium tituli declarantur ex his, quæ postea contingunt. cons.61. nu.4. fol.* 79

¶ *Preces inferunt metum inter personas, inter quas cadit reuerentia. cons.77. nu.10. fol.* 105

¶ *Precij constitutio in dubio facit præsumi emtionem, & venditionem. cons.81. nu.47. fol.* 115

¶ *Prædicta, hæc dictio non refertur ad immediatè præcedentia, sed ad aliquantulum remota. cons.11. nu.28. fol.* 27

Prædicta, hæc dictio habet relationem ad præcedētia. cons.29. nu.5. fol.46. & vide ibidem, nu.13.

¶ *Prædilectus in primo gradu substitutionis, an censeatur etiam prædilectus in secundo. cons.13. nu.6. fol.* 29

Prædilectus à testatore in vna parte testamenti, censetur etiam prædilectus in alia parte, quæ est dubia. cons.24. nu.5. fol.41. & cons.57. num.5. fol. 75

Prædilectus. quando agitur de persona verisimiliter prædilecta à testatore, in dubio iudicandū est contra substitutos. cons. 86. num.6. fol. 122

Prædilectus ex præsumpta mente testatoris censetur esse omnis persona, quæ est de descendentibus testatoris, secundū magis communem opinionem. d.cons.86. nu.7. ibid. vide etiam suprà in verbo, Persona.

¶ *Prægnantis ventris appellatione quid comprehendatur in institutionibus, &c. vide in consil.85. fol.120. vide infra in verbo, Venter.*

¶ *Præiudicare quis sibi censetur circa ius reale eo ipso, quòd non declarat animum suum in contrarium, secus si sit ius personale. cons.12. nu.5. fol.* 27

¶ *Prælatus decedens transmittit fructus beneficij ad successorem, non autem ad hæredes, &c. consilio 79. numero 11. fol.* 102

¶ *Præscribere nunquam potest existens in mala fide, etiam in terris Imperij, cum agatur de materia peccati, quod procedit etiam in actionibus personalibus, contra Bartolum. cons.28. num.1. fol.* 44

Sed limitatur hæc regula singulariter, vt ibidem num.2.

Præscribere vllo tempore non potest malæfidei possessor, etiam quò ad actiones personales, reprobato Bartolo, videtiam cons.58. nu.1. & nu.4. fol. 78

Præscribi an possit libertas non soluendi collectas, & alia onera. & quòd sufficiat tempus 40. annorū, & quæ requiruntur vltra cursum temporis, & an sufficiat titulus etiam inualidus. cons.62. nu.38. fol. 83

Præscribendi causam præstat titulus, qui potest ī e iure inualidari. cons.64. nu.61. fol. 90

Præscribere an quis possit, vt non subsit Imperio, est disputabile, exceptis duobus casibus. consilio 62. numero 35. fol. 83

Præscribere sine dubio potest Ecclesia, vt non subsit Imperio, etiam si sit magna res. d.consilio 62. num.36. ibid.

Præscribere an possit Princeps laicus, vt non sit sub Imperio. cons.64. nu.80. fol. 92

Præscribere contra Imperium potest laicus, quando interim præstitit obedientiam, & subiectionem Ecclesiæ. consil.62. num.37. fol. 83

Præscribere vt quis possit cōtra Imperium, an sit necesse, quod recognouerit Papam, & quòd specificè probetur talis recognitio. cons.64. nu.96. fol. 93

Præscribens contra Imperium debet saltem allegare titulum. d.cons.64. num.95. ibid.

Præscriptio longissimi temporis, & de cuius initio, &c. currit etiam contra superioritatem Imperij, quando interuenit scientia Imperatorum, etiam sine titulo, &c. cons.62. nume.34. fol. 83

Præscriptio contra Imperium procedit saltem per tempus centum annorum, etiam quò ad reseruata in signum superioritatis, vel præeminentiæ. consilio 64. numero 91. fol. 93

Præscriptio quòd nō procedat contra reseruata in signum superioritatis, hæc est regula, fallit in præscriptione centum annorum. d. cons.64. nu.92. fol.93. quia præscriptio centum annorum nunquam censetur exclusa. ibidem nu.85. & num.49. fol. 89

Et pru-

Et procedant hæc facilius si loquimur de Ecclesia præscribente contra Imperium, quàm de laico. ibidem.
Præscriptione acquiri possunt iurisdictio, & imperiũ vel mixtum, vel merum, & an requiratur titulus. d. consil. 64. nume. 41. fol. 89
Præscriptio iurium incorporalium non requirit titulum, & an præscriptio iurium incorporalium, quæ respiciunt personas, vt iurisdictio, & quid si est præscriptio longißimi temporis, & an saltem debeat allegari ipse titulus absque eo q probetur. d. cons. 64. nu. 42. ibid.
Præscriptio iurisdictionis necessariò non requirit titulũ, quando lapsum est tempus, de cuius initio &c. vel saltem tempus centum annorum. d. cons. 64. nu. 43. ibid.
Et de tex. in cons. 1. de præscrip. in sexto, quomodo intelligatur, & quando procedat, vel non procedat, vide latè ibid. nu. 44. cum sequentib. & maximè nu. 51. 52. 53. 54. fol. 90
Præscriptio iurisdictionis licet habeat præsumptionẽ contra se, non tamen requiritur titulus, vel tẽpus, de cuius initio &c. sed sufficit commune tempus, quod datur in præscriptione corporalium, quando scilicet interuenit scientia illius, contra quem processit præscriptio, & maximè stante cursu lõgi temporis. & tunc non procedit text. in d. cons. 1. de præscrip. in sexto. d. cons. 64. nu. 51. ibid.
Et sufficit scientia præsumpta locum tenentium, ibid.
Item tex. in d. cons. 1. non procedit etiam, quando est leuis præsumptio pro illo, contra quem præscribitur, & fortior præsumptio pro præscribente. d. cons. 64. nu. 52. ibid.
Item tex. in d. cons. 1. non procedit, quando præsumptio contra præscribentem non est certa in genere & in specie copulatiuè, ibidem nu. 53.
Item tex. in d. cons. 1. non procedit, quando præsumptio iuris est quidem contra præscribentem, sed non fundat intentionem aduersarij. ibid. nu. 54.
Præscriptio Iurisdictionis sufficit, quòd procedat per tempus centum annorum sine titulo, & eo tempore possunt præscribi Ciuitates, & Castra, etiam contra Romanam Ecclesiam, & præscriptio cum titulo, & præscriptio centum annorum æquiparantur. d. cons. 64. nu. 48. fol. 89
Præscriptio Iurisdictionis procedit per tempus 40. annorum, stante titulo. d. cons. 64. nu. 58. fol. 90
Præscriptio sufficit quòd habeat titulum putatiuum, etiã dubium de iure, & maximè præscriptio longißimi temporis, & sufficit titulus putatiuus etiam per errorem iniustum in præscriptione iurium incorporalium. d. consil. 64. num. 57. ibid.
Præscribi etiam potest res iurisdictionalis, quando adest titulus. cons. 67. nu. 8. fol. 95
Præscriptio. in præscriptione tempus centum annorũ æquiparatur tempori, & de cuius initio &c. consil. 64. nu. 50. fol. 89. & nu. 94. fol. 93. & tunc non est necessarium allegare titulum, dato, quòd possessioni resisteret ius commune, ibid. d. num. 50. fol. 89
Præscriptio cum titulo, & præscriptio centũ annorũ æquiparantur. d. cons. 64. nu. 48. ibid.
Præscriptione prohibita, non censetur prohibita præscriptio centum annorum. d. cons. 64. nu. 49. fol. 93. & ibid. nume. 93. fol. 93. quia illa nunquam censetur excluſa.
Præscriptio vnius rei potest procedere ex multis titulis, & causis. d. cons. 64. nu. 60. fol. 91
Præscriptio non potest allegari, nisi quatenus est conformis titulo super quo quis se fundat, & præscriptio excedens titulum est præscriptio cum mala fide, quæ non potest prodesse. cons. 34. nu. 14. fol. 54
Præscriptio seruitutis, viæ, vel actus, vel itineris quomodo fiat, & quæ requirãtur. & de hac materia, vide in cons. 35. fo. 55
Præscriptio seruitutis, viæ, vel actus, vel itineris procedit longo tempore, scilicet decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, dummodo allegetur titulus, & probetur quasi possessio dicti longi temporis, siue præscribatur contra facientem, siue contra patientem, & dummodo actus possessorij fiant sciente aduersario, & tanquam proenientes à iure seruitutis, & non familiaritatis. d. cons. 35. nume. 1. ibid.
Et quomodo probetur fuisse factos actus possessorios, iure seruitutis, ibid. nu. 2.
Præscriptio. In præscriptione bona fides præsumitur apud omnes personas præscribentes eandem rem succeßiuè, excepta prima persona. cons. 64. nu. 56. fol. 90
Præscriptio actionis cum mala fide, an procedat aduersus creditorem post 30. annos. & de hac materia, vide in consil. 28. per totum. fol. 45
Præscriptio an posit opponi contra legatarium, qui stetit per 40. annos, vel plures, quòd non petijt legatũ. & de hac materia, vide in cons. 58. per totum. fol. 76
Præscriptione etiam acquiri potest, quicquid potest priuilegio concedi. cons. 64. nu. 88. fol. 93
Præscriptio Regalium quanto tempore &c. vide infra in verbo, Regalia.
Præscriptio Aluei fluminis publici quanto tempore &c. vide suprà in verbo, Alueus.
¶ Præsentia amicorũ, & consanguineorum facit cessare omnem metum, & fraudem, item & præsentia & decretum Iudicis, cons. 11. nu. 10. fol. 25. & vide ibid. nu. 12.
Præsentia, & consensus vicinorum, mariti, & aliarum personarum, qualescunque sint, non tollit læsionem enormißimam, vel dolum. cons. 89. nu. 7. fol. 125
Præsens, & tacens, & non declarans animum suum in contrarium, censetur sibi facere præiudicium circa ius reale, secus si sit ius personale. cons. 12. nu. 5. fol. 27
Præsens melius est, quàm futurum, vnde ad præsens oua cras pullis sunt meliora. cons. 4. nu. 46. fol. 8
¶ Præstationes annuæ fiunt interueniente facto vtriusq; partis, & ideo expreßè fieri debent ex tali causa, vel titulo &c. cons. 35. nu. 3. fol. 55
¶ Præsumendum est pro viris, qui sunt maximæ autoritatis, & notæ integritatis, ac fidei. cons. 11. nu. 11. fol. 25
Præsumitur vnusquisq; sanæ mentis, saniq; iudicij, & facere, vel non facere, quæ quilibet homo sani iudicij faceret, vel non faceret. cons. 46. nu. 4. fol. 62
Præsumendum non est, quòd quis bono consilio contempto, malum sibi, & pernicioſum voluerit proponere. d. cons. 46. num. 8. fol. 63
Præsumptio iuris & de iure admittit etiam probationem in contrarium propter honestatem alicuius personæ. cons. 95. nume. 9. fol. 129
Præsumptio optima est, quæ colligitur ab effectu subsecuto. cõsil. 104. nu. 4. fol. 142
Præsumptio oritur semper ex præterito in præsenti, nisi probatur contrarium. cons. 97. nu. 11. fol. 133
Præsumptio est, quod nemo velit extraneas succeßiones suis præferre. cons. 24. nu. 4. fol. 41
Præsumptio vna, vel coniectura potest aliam tollere, & specialis tollit generalem, & magis verisimilis præfertur mimus verisimili. cons. 56. nume. 4. fol. 71
Præsumptiones plures, & propinquiores, & magis speciales, & verisimiliores &c. semper debent præferri. cons. 46. nume. 14. fol. 63
Præsumptiones duæ paris potentiæ se inuicem elidunt. consil. 56. nu. 7. fol. 71
¶ Præteritum. ex præterito semper præsumimus in præsenti, nisi

nisi probetur contrarium.cons.97.nu.11.fol. 133

¶ Prætor, vel Rector licet moriatur ante finem anni, debetur tamen ei, seu eius hæredibus salarium totius anni, & quæ sit ratio. & quid si salarium erat præstandum in pluribus præstationibus. vide in cons.91.per totum.fol. 126

¶ Primogenitura si sit constituta in testamento, an in ea succedere debeat nepos, id est, filius primogeniti, an verò patruus, id est, secundo genitus testatoris. & de hac materia, vide in cons.60.per totum.fol. 78

Primogenituræ in successione præfertur Patruus nepoti, si sit maior natu, quam sit nepos. & quæ sit ratio. d. consil.60. nume.1. ibid.

Primogenituræ in successione præfertur Patruus nepoti, quando dispositio habet non solùm dictionem, primogenitus. sed etiam dictionem, filius. secundum magis communem opinionem, & quæ sit ratio.d.cons.60.nu.5. ibid.

Primogenituræ in successione Patruus præfertur nepoti, quando agitur de causa testamenti, seu alia vltima voluntate, secus est in actibus inter viuos. & quæ sit ratio diuersitatis.d.cons.60.nu.9. ibid.

Primogenitura si sit delata non ex testamento, sed ex dispositione legis, filius succedit in ea loco patris, & sic nepos præfertur patruo, & intelligitur Ioan.Fabri.in §.cum filius, & Barto.in Authent. post fratres. d. consil. 60. nume.18. ibid.

Primogenitura si fuit constituta à testatore, & sic quando sumus in dispositione testatoris, nepos præfertur patruo, secũdum Andr.Sicul.sed errat.d.cons.60.nu.19. ibid.

Primogenituræ ad successionem est magis expeditum, quod Patruus præfertur nepoti, quando Patruus repetitur in possessione bonorum.d.cons.60.nu.14. ibid.

Primogenituræ ad successionem ius non habet patruus aliquãdo, nisi deficientibus nepotibus. & de tex. in c. licet. extra de voto, quomodo procedat.d.cons.60.nu.15. ibid.

Primogenitura constituta in testamento est in effectu fideicommissum.d.cons.60.nume.10. ibid.

Primogenitura censetur esse magis beneficium ætatis, quàm filiationis.d.cons.60.nu.4. ibid.

Primogenitura debet extare tempore, quo actus deducitur ad effectum, alias non habetur in consideratione.d.consil. 60. num.13. ibid.

Primogeniti appellatione nunquam venit secundo genitus, etiam deficientibus descendentibus primogeniti, secundũ Bald.sed malè.d.cons.60.nu.17. ibid.

Primogenitus idem denotat, quod primo natus.d.cons.60.nume.2. ibid.

¶ Princeps non censetur velle tertio præiudicare. consil.34. num.10.fol. 53

Principis confirmatio non præiudicat iuribus aliorum. consil. 107.nu.7.fol. 145

Principis iniustitia reputatur casus fortuitus, & etiam sententia iniusta cuiuslibet Iudicis.cons.8.nu.21.fol. 16

Principis cõcessio facta per illa verba, donamus. vel largimur. &c. censetur esse libera donatio, & non feudum. consil.62. nu.18.fol.81.& cons.64.nu.29.fol. 88

Princeps si concedat aliquem locum, vel aliquod castrũ. quando talis concessio non dicatur feudum, sed donatio, & quod maximè dicatur donatio, quando est facta per vocabulum, donamus. vel largimur.d.cons.64.nu.29. ibid.

Princeps si concedat aliquid, præsumitur in dubio potius donatio, quàm feudum.d.cons.64.nu.64.fol. 91

Princeps si concedat aliqua loca particularia simpliciter, censetur ea concedere cum iurisdictione ad similitudinem aliorum prius concessorum.d.cons.64.nu.66. ibid.

Princeps si concedat quicquid habet c.rca laicum &c. nihil censetur tribuere, nisi ea generalitas aliquo modo posset declarari.d.cons.64.nu.69. ibid.

Principis concessio censetur in dubio realis, & non personalis, etiam in materia iurisdictionis.d.cons.64.nu.72. ibid.

Princeps si dicat, fiat, & tractentur quemadmodum fiebat, & tractabantur tempore genitoris nostri &c. hæc verba, nunc faciunt relationem, vel suspensionem, sed potius exprimũt id, quod erat, & non est opus facere fidem eorum, quæ faciebat genitor, & maximè quando verba proferuntur super negotio, de qua potest proferens liberè disponere.d.cons.64.nu.74. ibid.

Princeps potest alienare regalia etiam in laicos &c. vide infra in verbo, Regalia.

Principis concessio, vel diminutio facta super regalibus, an, & quando valeat.cons.67.nu.5.fol. 95

Princeps potest alienare, quando est alienatio non continens magnam diminutionem status.cons.64.nu.37.fol. 89

Princeps non potest reuocare alienationem, quam ipsemet fecit, nisi contineat alienatio magnam diminutionem status sui.cons.67.nu.3.fol. 95

Principis remissio, & liberalitas facta in subditos ex iusta causa, veluti propter maximam eorum fidelitatem, debet esse valida.d.cons.67.nu.4. ibid.

Princeps an possit remittere subditis solutionem partis census, vel decimæ in præiudicium successorum. & de hac materia, vide in d.cons.67. ibid.

Principis contractus cum subditis an obliget etiam successores ipsius Principis. & de hac materia, vide in d. consil.67. ibidem.

Principes habentes iurisdictionem in personas sibi subditas, veluti Marchio, Dux, Comes &c. per contractum factum cum suis subditis obligant non tantum se, sed etiam successores suos in ea iurisdictione, & dignitate, secundum communem opinionem. & quæ sit ratio. & an sit necesse, quod factus fuerit contractus nomine ipsius dignitatis. d.consil. 67.nume.1. ibid.

Principis contractus cum subditis obligat etiam successores, dum modo talis contractus non contineat magnam diminutionem iurisdictionis.d.cons.67.nu.2. ibid.

Principi de reseruatis an sint Castra, seu fortalitia de sui natura, vide in cons.16.fol.31.& vide infra in verbo, Reseruata principi, &c.

Princeps si det iurisdictionem, vel confirmationem faciat pro acquirendis, censetur etiam dare, vel facere pro iam acquisitis, quæ ipse Princeps ignorabat. consil.64.nume. 35.fol. 89

Princeps si confiteatur aliqua loca esse alterius, ex hac confessione, censetur ea illi concessisse, & donasse. d. consil.64. nu.38. ibid.

Principis nominatio tribuit ius, & si nominat ciuitatem, quæ non est, vel aliquem sub titulo dignitatis, quam non habet, censetur velle, quòd ita sit, & quòd tales fiant. & an requiratur nominatio ex certa scientia.d.cons.64.nume.39. ibid.

Principis certa scientia censetur probata ex sola verisimilitudine, & præsumitur, quando est de negotio ad Principem pertinente.d.cons.64.nu.40. ibid.

Princeps laicus an possit præscribere, vt non sit sub Imperio. d.consil.64. nume. 80. fol. 92. vide suprà in verbo, Præscriptio.

Principis cõsensus præsumitur interuenisse ex longo cursu temporis in actibus publicis.cons.70.nume.5.fol. 98

Princeps potest sequestrum facere, & aduocare possessionem timore scandalorum &c.cons.75.num.3.fol.103. & vide infra in verbo, Sequestrum.

Princeps secularis potest apponere manum ad possessorium beneficij Ecclesiastici tanquàm volens impedire rixas, & scãdala. d. conſ. 75. nu. 5. ibid.
Principi attestanti de timore scandali creditur. d. conſ. 75. nume. 6. ibid.
Principes, & Iudices debent semper ante oculos habere viam tutiorem, præsertim ne scandala committantur. conſ. 78. num. 2. fol. 107
¶ Principalis dispositio si non tenet, non etiam tenet adiectio pœnæ. conſ. 8. nu. 19. fol. 16
¶ Priuationis pœna, vide supra in verba, Pœna priuationis, &c.
¶ Priuilegiũ immunitatis concessum per contractũ censetur esse fortius, & magis est obseruandum. conſ. 1. nu. 2. fol. 1
Priuilegium immunitatis concessum etiam pro hæredibus, & quibuscunq; successoribus, an comprehendat singulares successores. conſ. 34. num. 4. fol. 53
Priuilegium immunitatis ab oneribus concessum interpretari debet, quòd superuenientibus oneribus valde excessiuis, & insolitis, non sit interim seruandum, sed subeunda sit rata portio onerum, & ita communiter solent interpretari priuilegia immunitatum. d. consil. 34. numer. 15. fol. 54
Priuilegium Papæ declaratur per priuilegia Regum, & vnum priuilegium per aliud, & per priuilegium originale declaratur confirmatorium, & ex coniunctione duarum scripturarum sit liquida probatio &c. consil. 64. num. 33. fol. 89
Priuilegium vnum quòd declaretur per aliud, vide etiam d. d. conſ. 64. nu. 36. ibid.
Priuilegio quicquid potest concedi, potest etiam præscriptione acquiri. d. conſ. 64. nu. 88. fol. 93
Priuilegia Ecclesiæ data per ius commune non possunt tolli per statutum, neque etiam data per illud statutum. conſi. 8. numer. 18. fol. 16
Priuilegia posteriora non auferunt ius iam acquisitum ex aliis priuilegijs anterioribus. conſ. 64. nu. 89. fol. 93
¶ Pro, hæc dictio denotat modum, & causam finalem, non autem conditionem. conſ. 52. nu. 2. fol. 68
¶ Probatio alia non est facienda de eo, quod est verisimile, & correspondens experientiæ, & rationi naturali. conſ. 7. nume. 25. fol. 14
Probari quod non potest, non est allegandum. conſ. 9. num. 54. fol. 22
Probatio per euidentiam rei superat omnes alias probationes, & cætera quæcunq; quæ dici possunt in contrarium. consil. 16. nume. 8. fol. 31. conſ. 97. nu. 31. fol. 135
Probatio in scriptis si nulla extet, potest quis cogi ad instrumentum celebrandum. conſ. 33. nu. 1. fol. 52
Probatio maior vincit probationem minorem. consil. 56. nume. 5. fol. 71
Probatio sufficiens est ratio naturalis. dict. consil. 56. numero 8. ibid.
Probatio liquida fit ex coniunctione duarum scripturarum. conſ. 64. nu. 33. fol. 89
Probatio vt perficiatur, possunt simul iungi instrumenta, & testes. conſ. 83. nu. 19. fol. 118
Probatio plena oritur ex dispositione vnius testis, & confessione partis. conſ. 95. nu. 10. fol. 129
Probatio dubia eo quod possit multis modis intelligi, censetur esse non dubia, sed concludens, quando secundum quemlibet intellectum concludit intentionem probantis. conſ. 97. num. 22. fol. 134
Probatio omnis, qualiscunq; sit, etiã ordinaria, consistit in arbitrio Iudicis. conſ. 95. nu. 3. fol. 129. & conſ. 99. nu. 7. fo. 138
Probatio etiam contra præsumptionem iuris & de iure admitti potest propter honestatem alicuius personæ. consil. 95. nume. 9. fol. 129
Probatio nulla melior est, quàm per instrumenta, in antiquis. consil. 6. nu. 10. fol. 11. & conſ. 16. nu. 5. fol. 31
Probatio magis admittitur per instrumenta, quam per testes in antiquis, & maximè probatio territorij, consil. 64. nume. 22. fol. 88
Probatio in antiquis fit per quæcunq; adminicula, vt per tabulas marmoreas, & qualescunque scripturas, & ex libris historiarum &c. d. conſ. 64. nu. 27. ibid.
Probationes eas admittere debet Iudex in antiquis, vel aliter difficilibus, quæ eum trahunt in vehementem opinionem. d. conſ. 64. nu. 28. ibid.
Probatio per famam, vel per communem opinionem sufficit in antiquis. conſ. 83. nu. 5. fol. 117
Probatio per indicia, & coniecturas habetur pro plena probatione in antiquis. d. conſ. 83. nu. 8. ibid.
Probatio præsumptiua aliquando sufficit. consil. 70. nume. 10. fol. 98
Probatio per coniecturas, & præsumptiones admittitur in his, quæ de sui natura sunt difficilis probationis, & maximè id procedit in causis criminalibus, in quibus agitur de occulto delicto. conſ. 56. num. 1. fol. 71
Probatio alicuius rei vbi est difficilis de sui natura, debet tunc facilius admitti qualiscunque probatio, etiam per probabiles coniecturas, per verba enunciatiua instrumentorum antiquorum, per indicia, & per argumenta. consil. 83. nume. 11. fol. 117
Probationis difficilis est filiatio, vel consanguinitas, etiam in facto recenti, & admittitur probatio per indicia, & coniecturas, quæ habeatur pro plena probatione in antiquis. d. conſ. 83. num. 8. ibid.
Probationis difficilis est consanguinitas. d. consilio 83. numer. 7. ibid.
Probationes qualescunque etiam præsumptiuæ sufficiunt ad probandum impudicitiam, seu copulam carnalem, præsertim vbi non agitur de dissoluendo matrimonio. consil. 25. nume. 4. fol. 42
Probationes qualescunque sufficiunt ad probandum id, quod clam solet fieri, neque facilè probari potest, vt est copula carnalis. d. conſ. 25. nu. 7. ibid.
Probationes leuiores sufficiunt ad probandum dolum, vel metum in priuatis ædibus commissum. consilio 77. nu. 9. fol. 105
Probationibus, & testibus partis contrariæ potest quis se iuuare, & super eis ponere fundamentum, licet ab initio negauerit intentionem ipsius partis contrariæ. consil. 9. nume. 21. fol. 20
Probationes nouas potest Iudex ex magna causa quaodocunq; admittere, licet iam sit conclusum in causa, & est magna causa, si reperta sint de nouo instrumenta. d. consil. 9. numer. 32. fol. 21
Probationum facultas non est coangustanda, neque valet pactum, statutum, iuramentum, vel consuetudo, si tendant ad restringendam facultatem probationum. conſ. 15. nume. 5. fol. 30
¶ Proclamationes, seu Cridæ quando fiunt per fiscum, quòd qui habet ius in bonis compareat &c. tenentur comparere & contradicere etiam habentes ius fideicommissi conditionalis, alioquin cadunt à iure suo. conſ. 105. nume. 1. fol. 142
Procuratoris mentio si fiat, intelligitur tanquam de procuratore, & procuratorio nomine. conſ. 79. nu. 3. fol. 109. & consil. 42. nu. 3. fol. 60

Productio instrumentorum de nouo repertorum si fiat ante latam sententiam, licet sit concluſum in cauſa, reſcindunt talia inſtrumenta ea, quæ iam ſunt facta. conſ. 9. numer. 31. fol. 21

Productio inſtrumentorum de nouo repertorum poteſt fieri etiam abſque reſtitutione in integrum. d. conſil. 9. numero 33. ibid.

Producens inſtrumentum cenſetur ipſum approbare in omnibus, & per omnia, neque poteſt poſtea reuocare, neq; allegare errorem, ſed ſibi imputet, ſi bene non conſiderauit. conſ. 59. nu. 11. fol. 77

Et hoc procedit, etiam quòd quis produxerit proteſtans, quòd in partibus pro ſe facientibus tantum producebat. ibid.

Poſſeſſorum, vel ſtudentium appellatione an veniant Doctores, & an ſcholaſtici Licentiati. conſ. 27. nu. 6. fol. 44

Prohibens cauſa potius inſpicitur, quàm permittens, & potius quod obeſt, quàm quod prodeſt. conſil. 20. nu. 9. fol. 38

Prohibitus expreſsè à teſtatore alienare bona, non poteſt detrahere Falcidiã, & Trebellianicam. Sed id intelligitur in caſu, quo potuiſſet teſtator, ſi voluiſſet prohibere expreſsè, non aliter. & non procedit in liberis primi gradus. conſil. 7. nume. 7. fol. 12

Prohibitus alienare eueniente certo caſu, eo caſu tantum cenſebitur prohibitus detrahere Trebellianicam, & non aliter. d. conſ. 7. nu. 8. ibid.

Prohibitio alienandi extra familiã inducit fideicommiſſum, non purè, ſed eueniente caſu alienationis. d. conſil. 7. numero 9, ibid.

Prohibitio alienandi an inducat fideicommiſſum abſolutum etiam poſt mortem an verò dumtaxat in caſum alienationis. & de hac materia, vide in conſ. 54. fol. 69

Prohibitio alienandi an inducat fideicommiſſum abſolutum, an verò ſolum in caſum alienationis, latè diſputant Docto. ſunt tamen duo caſus clari, vt in conſilio, quorum vno cenſetur inductum in caſum alienationis tantum, altero abſolutè etiam poſt mortem, & quando hoc ſit, declarat. d. conſ. 54. nume. 1. ibid.

Et quando dictum fuit, quòd bona non egrediantur domos familiæ vſque in infinitum, cenſetur inductum fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum. ibid. num. 2.

Prohibitio alienandi ſimplex ſi ſit geminata, inducit fideicommiſſum abſolutum. d. conſ. 54. nu. 3. ibid.

Prohibitio alienandi ſi fiat per teſtatorem cõtemplatione certæ perſonæ, illa perſona dicitur etiam fideicomiſſaria in caſum alienationis, ſcilicet perſona, quæ tunc extat. conſilio 106. nume. 20. fol. 144

Prohibitio alienandi extra familiam non excludit filias, licet excludat deſcendentes ex ipſis filiabus. conſil. 7. nume. 26. fol. 14

Prohibitio alienandi bona extra familiam, & agnationẽ, an, & quando excludat filias fœminas. conſ. 54. nu. 5. fol. 69

Prohibitus alienare, ſi alienet, non ſolùm priuatur parte ſua, ſed etiam prohibetur ne admittatur ad partem aliorum cohæredum & c. conſ. 7. nu. 11. fol. 12

Prohibitio de non alienando, ſeu fideicommiſſum comprehendit etiam id, quod quis habet ex ſucceſsione facta alijs per fideicommiſſum, ſeu alienationem & c. d. conſil. 7. nume. 31. fol. 14

Prohibitio alienandi facta hæredibus, cenſetur facta contèmplatione cohæredum, & eis deficientibus, contemplatione venientium ab inteſtato. d. conſ. 7. nu. 13. fol. 12

Prohibitio alienandi non excludit venientes ab inteſtato, niſi ſit facta in certam & nominatam perſonam. d. conſil. 7. nu. 12. ibid.

Prohibitus alienare, vel diſponere de aliqua re vſq; ad certam ætatem, an poſsit ante illam ætatem alienare, ſeu diſponere per teſtamentum. & de hac materia, vide in conſil. 109. in princ. fol. 147

Prohibitus alienare, vel diſponere ante certam ætatem, putà annorum vigintiquinque non prohibetur alienare per teſtamentum. d. conſ. 109. num. 1. ibid.

Prohibitus alienare à lege, veluti eſt minor habens curatores, non cenſetur prohibitus condere teſtamentum. d. conſ. 109. nume. 2. ibid.

Prohibitus alienare poteſt alienare per teſtamentum etiam ſpecialiter illam rem, quam erat prohibitus alienare propter imbecillitatem ætatis. d. conſ. 109. nu. 3. ibid.

Prohibitus etiam ſimpliciter, & abſolutè rem aliquam alienare, non cenſetur prohibitus alienare eam per teſtamentũ. d. conſ. 109. nu. 4. ibid. & ratio ſupradictorum omniũ quæ ſit. vide ibid. in d. nu. 4.

Prohibitio alienandi legitimam valet, quando eſt facta in fauorem filij, putà ne alienetur intra certum tempus, vel ſine conſenſu proximiorum & c. conſ. 7. nu. 21. fol. 13. & conſil. 57. nu. 10. fol. 75

Prohibitio alienandi facta hoc modo, quòd hæres non poſsit ſine conſenſu tutorum, & curatorum contrahere, vel diſtrahere aliquo modo, neque vendere, aut alienare, neq; quicquam agere, quamdiu erit minor vigintiquinq; annis, ſub pœna priuationis bonorum & c. an comprehendat alienationem bonorum tantum, an verò omnem contractum, & an comprehendat donationem inter viuos. & an ſubſtitutio in pœnam priuationis noceat filijs hæredis prohibiti, vt ſcilicet ſubſtituti eos excludant, & de hac materia, vide in conſ. 57. per totum. fol. 75

Prohibitus à teſtatore contrahere, vel diſtrahere, aliquo modo, vendere, alienare, aut quicquam agere ſine conſenſu tutorum & curatorum, quamdiu ſit minor 25. annis, cenſetur prohibitus facere omnem contractum. d. conſ. 57. nu. 8. ibid.

Et cenſetur teſtator tũc timore pœnæ adiectæ, puidere hæredi, eo q; videt in eo minorẽ induſtriã, quàm ſit opus. ibid. nu. 9. 13

Et tales prohibitiones contrahendi, ſeu alienandi vſq; ad certam ætatem, cenſentur fauorabiles, & latè interpretãtur, vt etiam comprehendant legitimam ipſorum filiorum prohibitorum, ibid. nu. 10. & conſ. 7. nu. 21. fol. 13

Prohibitio alienandi bona non comprehendit alienationem actionis perſonalis ad bona. d. conſ. 57. nu. 3. fol. 75

Prohibitus alienare, vel contrahere, ſi donet inter viuos, incidit in pœnam. d. conſ. 57. nu. 13. ibid.

Prohibitio alienandi bona operatur, quòd etiam non poſſunt bona ipſa tranſire in fiſcum. conſ. 7. nu. 17. fol. 13

Prohibitio alienandi an cenſeatur facta dumtaxat hæredibus primo loco inſtitutis, an verò extendatur ad cæteros deſcendentes, & quando. conſ. 54. nu. 4. fol. 69

Prohibitæ alienationis, ſeu fideicommiſſi verba ſi ſint cõcepta in rem efficitur grauamen reale, & afficit omnes perſonas, quocunque gradu inueniantur. conſ. 93. nu. 2. fol. 127

Prohibitio alienandi realis cenſetur eſſe fortior prohibitio, & nullam patitur exceptionem, etiam ſi res tranſeat in multas perſonas. conſ. 97. nu. 2. fol. 132

Prohibitio alienandi ſit aliquando per teſtatores propter affectionem, quam habent ad bona. ſed aliquando prohibent teſtatores alienari habentes intentionem ad valorem patrimonij & c. d. conſ. 97. num. 12. fol. 133

Prohibitio alienandi quando eſt facta per teſtatores, debet potiſsimum inſpici ratio, & mens teſtatoris, & valet alienatio, quæ non offendit mentem, rationem, licet offendat verba prohibitiua alienandi. d. conſ. 97. nume. 15. fol. 133. & conſ. 109. nu. 8. fol. 147

Prohibitum alienari, non potest etiam deduci in compromissum. conſ. 64. num. 7. fol. 87
Prohibitus alienare bona, & grauatus fideicommiſſo &c. an poſſit bona fideicommiſſi alienare, ſeu permutare, & alia loco ipſorum ſubrogare, ſi ex tali alienatione, vel ſubrogatione fideicommiſſum efficitur melius, & vtilius. quòd ſic. & de hac materia, vide in conſ. 97. fol. 132
Prohibitio alienandi ſi fiat cum pœna priuationis bonorum adiecta contra alienantes, talis pœna eſt de iure valida. d. conſ. 97. nu. 1. ibid.
Prohibitio alienandi ſi fiat cum pœna priuationis bonorũ &c. talis pœna debet ſtrictè interpretari, quantum fieri poteſt, & in dubio debet excludi, & non extendi, etiam quòd tractetur de fauore Eccleſiæ. d. conſ. 97. nu. 41. fol. 136
Prohibitio alienandi licet facta fuerit, & fuerit permiſſus vnus actus tantum alienationis, cenſetur tamen etiam permiſſus omnis alius actus illis ſimilis, & afferens eundem effectum, vel meliorem, ſecus ſi deteriorem. & licet non ſeruetur forma conceſſa, ſufficit tamen, quòd ſatisfiat cauſæ, propter quam fuit permiſſa alienatio. d. conſil. 97. nume. 13. fol. 133
Statutum laicorum an, & quando comprehendat clericos, & an comprehendat eos, si vinculum iniecit ante clericatum. d. cons. 8. nume. 7. ibid.
Statutum laicorum faciens mentionem expressam de Ecclesia absolutè non valet, & quid si loquatur generaliter, an tunc comprehendat etiam clericos, & quando. d. cons. 8. nume. 8. ibid.
Statutum prohibens alienari in non subditum, non comprehendit clericos, neque eis præiudicat. d. consil. 8. nume. 13. ibid.
Statutum prohibens alienari in non subditum comprehendit clericos ea ratione, scilicet, ne contingat laicos nimiū grauari ad onera sustinenda, si facultates eorum minuantur. sed an sit bona talis ratio statuti. d. cons. 8. nu. 12. ibid. & vide etiam ibid. nu. 20. fol. 16
Statutum disponens, quòd si per subditos fiat alienatio in personam priuilegiatam, bona non amoueantur de registro

ſtro alienantis, & ipſe teneatur ad onera &c. an valeat. d.conſ.8.num.13. ibid.

Statutum quòd prohibeat alienationem in Eccleſiam, vel quòd eam admittat, ſed cum aliqua difficultate, paria ſunt. d.conſ.8.nume.16. ibid.

Statutum laicorum quando comprehendat perſonas Eccleſiaſticas per indirectum. d.conſ.8.nu.22. ibid.

Statutum non poteſt tollere priuilegia data per ius commune in fauorem Eccleſiæ, neque etiam data per aliud ſtatutum. d.conſ.8.nume.18. ibid.

Statutum ſimpliciter faciens mentionem de vniuerſitate non comprehendit vniuerſitatem Eccleſiaſticam. conſ.10. nume.26.fol. 24

Statutum diſponere non poteſt, quòd munus mixtum cenſeatur munus merè reale. conſ.8.nu.6.fol. 15

Statutum laicorum quando proſit, vel noceat clericis, vide etiam conſ.50.nu.9.fol. 66

Statutum, vel ordinatio an comprehendat forenſes. & de hac materia, vide in conſ.26.fol. 43

Statuta an proſint forenſibus. & quando, & an præiudicent, conſ.50.fol. 66

Statutum non prodeſt forenſibus, & quando id procedat, vel non procedat, declarat vſque in finem conſilij. d.conſil. 50. num.4. ibid.

Statutum non prodeſt forenſibus, quando tractat de aliquo effectu qui directò reſpicit perſonas, ſecus ſi reſpiciat res principaliter, quia tunc indiſtinctè ſeruatur, etiam quò ad forenſes, & non facta diſtinctione, an verba dirigantur in rem, an in perſonam, quando ſcilicet, effectus reſpicit rem. d.conſ.50.num.5. ibid.

Statutum ſi præiudicat forenſibus, debet multò facilius eis prodeſſe. d.conſ.50.nu.6. ibid.

Statuta proſunt forenſibus, quãdo in aliqua parte eis nocent, & è conuerſo eis nocent, quando in aliqua parte eis proſunt. & idem etiam eſt de ſtatuto laicorum erga clericos. d.conſ.50.num.9. ibid.

Statutum ſi aptitudine ſaltem noceat forenſibus, debet etiam eis prodeſſe, quando ſcilicet poterat contingere caſus, quòd noceret. d.conſ.50.num.14. ibid.

Statutum prodeſt etiam forenſibus in illo caſu, quando punit mulierem adulterã in priuatione dotis, & eam defert marito, quia cenſetur admittere etiam maritum forenſem. d. conſ.50.nume.8. ibid.

Statuentes poſſunt expreſsè prodeſſe forenſibus, ſed non expreſsè præiudicare. d.conſ.50.nu.7. ibid.

Statutũ quòd mulier adultera priuetur dote, & dos deferatur marito, cenſetur admittere etiam maritum forenſem. d.conſ.50.nume.8. ibid.

Statutum de lucranda dote per maritum &c. non tollit vxori factionem teſtamenti, ſed procedit ab inteſtato tantum. conſ.4.nume.4.fol.6. vide tamen in conſ.50.fol. 66

Statuto prædicto ſtante, quod maritus lucretur dotem, an poſſit mulier, ſeu vxor teſtari de dote, vide latius in d. conſ.50. fol. 66

Statutum de lucranda dote per maritum &c. debet intelligi generaliter, ſiue vxor decedat ab inteſtato, ſiue facto teſtamento, & tale teſtamentum non poteſt præiudicare marito, & alijs vocatis à ſtatuto, quando ſtatutum non vtitur verbo, ſuccedant. ſed verbo, debeant habere. d.conſ.50.nume.1.fol. 66

Statutum ſi deferat lucrum dotis marito, cenſetur maritus habere tale lucrum ex ſola diſpoſitione ſtatuti, & non aliter, putà ex teſtamento vxoris. dicto conſil. 50. numero 11. ibidem.

Statutum de lucranda dote cenſetur deferre ipſum lucrũ dotis marito tanquàm lucrum præciſum, & ſibi omnino debitum ex ipſa diſpoſitione ſtatuti, & maximè quando ſibi defertur, etiam ſtantibus filijs &c. d.conſ.50. numer.2. ibidem.

Statutũ quòd maritus non poſsit relinquere vxori, an procedat indiſtinctè, ſiue extent liberi, ſiue non extent. & de hac materia, vide in conſ.88.per totum.fol. 124

Statutum prohibens maritum relinquere vxori procedit generaliter, liberis extantibus, & non extantibus. d.conſi.88. nume.1. ibid.

Statuti prohibentis maritum relinquere vxori ratio eſt, ne coniuges ſe, & hæredes ſuos ſpolient mutuo amore, & hæc ratio habet locum etiam non ſtantibus liberis. d.conſil.88. nume.2. ibid.

Statutum ſi diſponat, quòd maritus poſsit relinquere vxori quartam bonorum ſuorum, an vltra quartam poſsit maritus legare vxori veſtes, & annulos, & iocalia. & an in quartam ipſam ſtatuti imputentur veſtes notabiles, &c. conſ.41.nume.3.fol. 59

Et talis quarta relinquenda vxori ex ſtatuto non eſt quarta totius patrimonij, ſed prius detrahi debet fideicommiſſum tanquàm æs alienum. d.conſ.41.nume.4. ibid.

Et ſtante prædicto ſtatuto, non tenetur hæres ſeruare conditionem, & præceptum teſtatoris de omnibus legatis præſtandis vxori ſub pœna priuationis, neque talis pœna eſt timenda. ibid. num.6.

Et talis quarta ſtatuti ſoluenda eſt à venientibus ab inteſtato, quando hæres repudiat hæreditatem, ſcilicet, propter clauſulam codicillarem. ibid. num. 7

Statutum, quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant. operatur, quòd appellatione filiorum non veniunt filiæ fœminæ, etiam in teſtamentis. conſilio 19. numero 10. folio 36.

Statuto ſtante, quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant. tunc ſi teſtamentum, vel contractus vocet maſculos, & fœminas, cenſetur vocare eos non ſimul, & eodem tempore, ſed ordine ſucceſsiuo, id eſt. primum maſculos, & eis deficientibus fœminas. quod debet intelligi, quando ſtatutum præfert maſculos in eo caſu, & propoſito, de quo loquitur teſtamentum, vel contractus, aliàs ſecus. conſ. 81. nu.34.fol. 113

Statutum, quòd ſtantibus maſculis filiæ dotatæ, ſeu Deo dicatæ non ſuccedant. an comprehendat fœminas ingredientes monaſterium. & an ſtante prædicto ſtatuto, dotata ab vno excludatur ab hæreditate omnium, an verò ſolùm ab hæreditate dotantis. & de hac materia, vide in conſil. 98. per totum.fol. 137

Statutum prædictum, quòd ſtantibus maſculis filia dotata, ſeu Deo dicata non ſuccedat. an comprehendat fœminas, quæ ingrediuntur Monaſterium, variæ ſunt Doctorum opiniones, verior tamen, & magis communis eſt, quòd eas comprehendat, ſi loquitur ſtatutum de omnibus fœminis, &c. d.conſ.98.num.1. ibid.

Statutum prædictum, quòd ſtantibus maſculis fœminæ dotatæ non ſuccedant. ſi ſimpliciter loquitur de filia dotata, debet ſtrictè intelligi, vt ſolum cenſeatur excludere eam ab hæreditate dotantis, & non aliorum, niſi conſtet de mente ſtatuti in contrarium. d. conſil.98.numer.2. ibid.

Statutum prædictum, quòd ſtantibus maſculis, &c. ſi dicat, quòd filia dotata non ſuccedat patri, matri, fratri, vel patruo, tunc ſatis eſt, quòd ſit dotata ab vno, & excluditur ab hæreditatibus omnium. d. conſilio 98. nume.3. ibid.

Sed quid ſi ſtatutũ dicat hoc modo, filia dotata à patre, matre,

vel fratribus, non succedat patri, matri, vel fratribus. est maior difficultas, & Doctores sunt varij, verior tamen opinio est, quòd dotata ab vno excludatur etiam ab hæreditatibus omnium. & refert rationes, ibidem numero 4.

Statutum excludens fœminas propter masculos quòd intelligatur, dummodo eis constituatur dos congrua. & quòd filia possit petere supplementum congruæ dotis, non obstante parua dote legata in testamento patris, & etiam non obstante eius renunciatione iurata facta post mortem patris, &c. & de hac materia vide in cons. 100. fol. 139

Statutum excludens fœminas propter masculos debet intelligi, dummodo fœminis constituatur dos, vel non minor legitima, vel parum distans à legitima. d. consil. 100. nume. 1. ibid.

Et tanto magis si dicat statutum fœminam dotãdam esse congruo vel legitimo modo. ibid.

Et quid si dotetur à patre? quod tunc præsumatur dotata congruo modo, sed quod id nõ procedat, quando agitur de magno excessu, seu læsione. ibid. num. 2.

Statuto stante excludente fœminas propter masculos, nõ excluditur fœmina propter masculos nondum natos, neque conceptos tempore euenientis casus succedendi, & successio non reuocatur à fœmina semel admissa per masculos postea natos. cons. 106. nu. 10. fol. 144

Statutum si excludat mulieres, & lineam maternam à successione, & vocet agnatos masculos, seu parentes paternos proximos, an tunc filij vnius fratris consanguinei tantum admittantur ad successionem patrui simul cum filijs alterius fratris vtrinque coniuncti. & latè de hac materia, vide in cons. 81. fol. 112. vide suprà in verbo, Filij, & in verbo, Fratres.

Et si de iure omnes simul debent admitti, an tunc filijs illius fratris consanguinei tantum obstet quædam renunciatio, & cessio iurium suorum facta per eos erga filios illius fratris vtrinq; coniuncti. vide ibidẽ in secundo articulo dicti consilij 81. fol. 115

Statuti ratio, quæ fauet agnationi, seu lineæ paternæ, ita procedit in consanguineis tantum, sicut in vtrinq; coniunctis, & quò ad eam rationem nihil isti inter se differunt. d. consil. 81. num. 7. fol. 112

Statutum, seu alia dispositio si faciat differẽtiam inter agnationem, & cognationem, & velit, quod stantibus agnatis, excludantur cognati. tunc frater, seu filius vtrinq; coniunctus non excludit consanguineum tantum. & quæ sit ratio. ibid. d. cons. 81. num. 9.

Statutum quando considerat fauorem agnationis, æqualiter succedunt frater vtrinque coniunctus, & consanguineus tantum, & multi ita consuluerunt. d. consil. 81. nume. 27. fol. 113

Statuto stante, quòd agnati præferantur cognatis. patruus vtrinque coniunctus non præfertur patruo consanguineo tantum, sed æqualiter admittuntur. d. consil. 81. num. 29. ibid.

Statutum quando vocat agnatos, vel familiam, vel masculos, vel domum, non refert, an frater sit consanguineus tantum, vel vtrinque coniunctus. d. consilio 81. nume. 30. ibid.

Statutum vbi euidenter fauet agnationi, tunc appellatione fratris in statuto venit duntaxat frater coniunctus ex linea paterna, non autem vterinus tantum. d. consil. 81. nume. 35. ibid.

Statutum si præferat fratrem consanguineum fratri vterino, comprehendit etiam bona materna. d. consil. 81. nume. 39. fol. 114

Statutum si præferat fratrem consanguineum sororibus, an frater consanguineus tantum excludat sororem vtrinque coniunctam. d. cons. 81. nu. 40. ibid.

Statutum si extet, quod vicinus, vel agnatus possit intra certum tempus luere, seu ad se auocare rem venditam per alium vicinum, vel agnatum, an debeat vicinus, vel agnatus offerre, & deponere totum precium, an verò possit illam partem præcij tantum, quæ fuit soluta per emptorem, & an gaudeat omnibus commodis concessis illi emptori per venditorem, & maximè dilatione solutionis. quod sic. & de hac materia, vide in cons. 107. per totum. fol. 145

Statuto prædicto stante, quòd vicinus, vel agnatus possit auocare rem venditam, &c. admittitur vicinus, vel agnatus luens, vel auocans eo modo præciso, quo admissus fuit primus emptor, & cum eisdem commodis, & oneribus, &c. & quæ sit ratio. d. cons. 107. num. 1. ibid.

Et quod vicinus, vel agnatus luens teneatur offerre totum precium, voluit Cæpolla, sed malè. ibid. num. 4.

Et an possit venditor dicere, quòd habuit fidem de precio primo emptori, quam non vult habere ipsi vicino, vel agnato luenti. ibid. num. 6.

Et an possit primus emptor dicere se velle, quòd vẽditio sit nulla, & habeatur pro non facta, & quòd iterum sibi fiat, constituto maiori precio, quando vicinus, vel agnatus vult luere rem, &c. ibid. num. 8. fol. 146

Statutum vel consuetudo, quòd credatur libris mercatorum vel Artificum. an valeat. & de hac materia, vide in cons. 95. per totum. fol. 108. vide suprà in verbo. Libri. & in verbo, Mercator.

Statutum si præfigat instantiam causis excedentibus libras centum, an trahi debeat, & extendi etiam ad causas minores, & non ascendentes ad libras centum, vt scilicet, habeant eandem instantiã, &c. & de hac materia, vide in consil. 96. per totum. fol. 103

Statutum præfigens instantiam aliquibus causis debet multo magis extendi ad alias causas minoris summæ. d. cons. 96. num. 5. ibid.

Statuta præfigentia instantiam litibus sunt fauorabilia, & extenduntur ad quascunq; causas, in quibus viget simili, vel maior ratio. d. cons. 96. num. 6. ibid.

¶ Stylus an possit allegari abnegatiuo modo, &c. cons. 15. nume. 6. fol. 30

¶ Studentium, vel Professorum appellatione an veniant Doctores, & an scholastici licentiati. consilio 27. num. 6. fol. 44

¶ Stuprum commissum per viduam probatur per testes singulares cons. 25. num. 2. fol. 22

Stupri pœna punitur coitus viri coniugati cum muliere soluta, quæ erat, vel reputabatur virgo, nisi mulier sit vilis conditionis, videlicet ancilla coniugati, talis autem coitus non potest puniri de adulterio. cons. 37. num. 1. fol. 56

Stupri pœna saltem ex parte ipsius viri punibilis videtur coitus commissus per virum coniugatum cum qualicunque fœmina, vel saltem punib. is de iniuria. d. cons. 37. num. 4. ibid.

¶ Sua bona dicuntur, de quibus potest quis disponere. cons. 41. num. 5. fol. 59

¶ Subditi tantum si conueniantur de subiectione, possunt pro defensione allegare iure sui possessoris, vel domini. cons. 64. num. 2. fol. 87

Subditorum interest non mutare dominum, etiam si dominus vellet contrarium, & tunc possunt subditi contradicere. ibid.

Subditis si fiat remissio partis census, vel decimæ à Principe, an talis remissio præiudicet etiam successoribus Principis, &

pis.& de hac materia,vide in consil.67.fol. 95
Subditis si fiat per Principem aliqua remissio,& liberalitas ex iusta causa, veluti propter maximam eorum fidelitatem, debet esse valida.d.cons.67.nume.4. ibid.
Subditi si sint in quasi possessione alicuius solutionis census erga dominum,& non extet memoria in contrarium, præsumitur pro ipsis subditis,quòd eodem modo semper soluerint in præteritum,neque in talibus præstationibus subditorum recedendum est à consuetudine longi temporis. d. consil.67.num.9. ibid.
Subditi si contrahant cum Principe,an talis contractus Principis obliget etiam successores ipsius Principis.& de hac materia,vide in d.cons.67.fol.95.& vide supra in verbo,Contractus Principis &c.
¶Subijcere alij quis potest & bona,& se ipsum.consil.34. nume.6.fol. 53
Subiectio seu iurisdictio quomodo probetur, & quando bona, seu castrum dicatur esse subiectum iurisdictioni alterius,& maximè quò ad onera subeunda.& de hac materia,vide in d.consil.34.fol.53.& latè in consilio 62.63.& 64. fol. 84. & 87.
Subiecta bona an præsumantur non esse,si non reperiãtur descripta in registro,seu Catastro Communitatis.d.consi.34. nume.11.fol. 54
Subiectio quò ad onera contrahitur per duo tantum, per descriptionem bonorum immobilium,vel personarum in dominio seu territorio habitantium.cons.38.nu.4.fol. 57
Subiectio seu iurisdictio de aliquo territorio quomodo probetur.& de hac materia,vide etiam latè in consil.62. per totum.fol.80. & cons.63.& cons.64.fol. 84.& 87
Subiectionis signum potissimum est persoluere onera.cons.62. nume.3.fol. 80
Subiectionis,& superioritatis potissimum iudicium facit appellatio.d.cons.62.num.8.fol. 81
Subiectio vniuersalis alicuius territorij si tractetur,an dicatur causa maior.d.cons.62.nume.1.fol. 80
Et pendente lite de vniuersali subiectione,debent silere cæteræ omnes particulares ab ea dependentes, vel eam quouis modo attingentes,etiam quòd non fuerit cœpta lis,sed dubium sit de ea,ibid.nu.2.
Subiectionis causa quòd prius discutiatur, est exceptio, quæ respicit interesse & hominum territorij, & illius, qui homines possidet & potest per quemlibet eorum opponi.d.consil.62.nu.4.fol. 80
Subiectionis lis quando mouetur contra homines alicuius territorij,est in facultate actoris conuenire vel ipsos homines tantum, vel illum tantum,qui eos possidet,vel possessorem, & homines simul.& è conuerso possunt ille possessor,& homines simul omnes se defendere,quamuis homines tantum conuenirentur, quia interest illius possessoris non amittere ius,& subditorum non mutare dominum &c.cons.64. num.1.fol. 87
¶Subiecta talia sunt, qualia permittunt eorum prædicata. cons.51.nu.21.fol. 68
¶Subinfeudatio facta resoluitur per mortem infeudantis,& non præiudicat agnatis.cons.78.nu.19.fol. 109
¶Subrogatum sumit naturam illius,in cuius locum subrogatur.cons.62.num.28.fol. 82
Subrogatum solet habere omnes qualitates &c. cons.26. num.7.fol. 43
Subrogatum censetur etiam habere priuilegium exemptionis,quod habebat &c. d.cons.26. nu.6 ibid.
Subrogatio sit cum omnibus qualitatibus. cons.107. numer.2. fol. 145
Subrogatio aliorum bonorum loco bonorum fideicommissi an fieri possit,quando talis subrogatio est melior, & vtilior,q̃ sic.& de hac materia vide in cons.97.fol. 132
Subrogationes,quæ fiunt circa res subiectas fideicommisso,vel legato,si continent vtilitatem, præsumuntur factæ bonã mente,& bono animo.d.cons.97.nu.37.fol. 135
Subrogatio aliorum bonorum loco bonorũ fideicõmissi quando fit,non requiritur citatio,vel consensus cohæredum, vel fideicommissariorum.d.cons.97.nu.50.fol. 136
Et bona,quæ subrogantur,censentur vsq; ab initio fuisse relicta à testatore.ibid.nu.51.
¶Substituere in pœnam potest testator,si hæres voluntatem eius non seruet.cons.57.nu.11.fol. 75
Substitutio facta in pœnam solet strictissimè interpretari. d. cons.57.nu.4. ibid.
Substitutio in pœnam facta hæredi post aditam hæreditatem operatur,q̃ testator non censetur disponere de hæreditate, nisi per fideicommissum.d.cons.57.nu.7. ibid.
Substitutio vna dubia intelligitur,& declaratur secundũ aliã clariorem.cons.51.nu.16.fol.67.& cons.24.nu.7.fol. 41
Substitutionis seu fideicommissi primo gradu extincto, an sit etiam extincta in cæteris gradibus. consilio 93. numer.1. fol. 127
Substitutio inuicem facta inter multos fratres, seu filios simpliciter comprehendit etiã clericos,& moniales, licet facta fuerit sub conditione,si decesserint sine liberis.quæ talibus non conuenit.cons.7.nu.28.fol. 14
Substitutio censetur extingui,quando quis semel succedit vocatus ad substitutionem,& nullus alius extat eo tempore successionis.cons.106.nu.7.fol. 144
Substitutio.si filij,& quilibet eorum decederent, &c. an locũ habeat aliquo eorum decedente,an verò solum omnibus copulatiuè decedentibus.vide in cons.13.fol. 29
Substitutio,si decesserit sine filijs.an comprehendat etiam filias fœminas,maximè si testator in primo gradu vocauit masculos,& de hac materia vide in cons.19.fol. 36
Substitutio, si decesserit sine liberis. deficit relicto nepote ex filia.d.cons.19.nu.3. ibid.
Substitutio,seu conditio,si sine filijs masculis &c. an comprehendat descendentes masculos ex fœminis.& de hac materia vide in cons.86.fol.121.& in cons.87.fol.123.vide supra in verbo,Conditio.& in verbo,Filiorum.
Substitutio quando censeatur etiam comprehendere filios sororum in casu,quo facta fuit prohibitio, ne bona exirent de domo,& agnatione.vide in cons.13.fol. 29
Substitutio compendiosa,id est,vulgaris,& fideicommissaria an comprehendatur,an verò vulgaris tantum sub istis verbis,instituo mihi hæredes filios meos,& post eos filios meos masculos eorum & cuiuslibet ipsorum filiorum meorum filios masculos legitimos & naturales, & successiuè post meos ablaticos eorum meorum ablaticorum filios instituo, & mihi hæredes esse volo &c.vide in cõs.29.in primo quæsito.fol. 46
Substitutio compendiosa,quæ de sui natura continet vulgarem & fideicommissariam,comprehenditur per verba denotantia tractum temporis.d.cons.29.nu.1.fol. 45
Substitutio compendiosa videtur denotari per illã dictionem, successiuè.d.cons.29.nu.2. ibid.
Substitutio compendiosa denotatur per dictionem,post.& per dictionem,successiuè.quando est adiecta mentio mortis.& quid operentur tales dictiones,& quomodo intelligantur. d.cons.29.num.8.fol. 46
Substitutio. In substitutionibus verba directa obliquari videntur propter clausulam codicillarem. d.cons.29. num.3. fol.45.& vide ibi num.9.fol. 46
Substitutio reciproca continet etiam fideicommissariam,& in sub-

in substitutione reciproca appellatione filiorum non veniunt descendentes, etiam quod aliquo respectu dispositio sit fauorabilis. d.cons.29. nu.12. fol. 46

Substitutio reciproca inter institutos quod non censeatur inducta, quando fuit facta substitutio fideicommissaria seu compendiosa de omnibus bonis post mortem omnium institutorum, & quòd differant substituere post mortem omnium, & substituere vltimo morienti. & latè de hac materia, quando censeatur inducta substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum. vide in cons.31. per totum. fol. 48

Substitutio reciproca inter institutos an contineatur, quando facta fuit substitutio post mortem omnium institutorũ, & non fuit expresse facta vltimo eorum decedenti. & hic est casus, in quo potissimum consistit cõtrouersia inter Doctores. d.cons.31. num.1. ibid.

Substitutio reciproca est expeditum quòd continetur, quando substitutio fuit facta vltimo decedenti, & fuit facta in omnibus bonis. d. consil.31. num.2. ibid. & cons.32. nu.1. fol. 51

Substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum nunquam censetur factum, nisi duo copulatiuè concurrant, scilicet quòd sit facta substitutio de omnibus bonis, seu de tota re, quæ in substitutionem deducitur, item quòd expresse facta sit ab vltimo decedente. & hæc est magis communis opinio, à qua non est recedendum. & eam ampliat, & declarat, & dat rationem. d.consilio 31. num.3. fol. 48

Et solus Curtius Iun. ex modernis tenuit contrarium præsupponens paria esse substitutionem fieri vltimo decedenti, & fieri post mortem omnium, quod tamen est falsissimum, vide ibid. num.4. & etiam Parisius tenuit contrarium, & malè. ibid. num.21. fol. 50

Et procedit prædicta magis communis conclusio, etiamsi facta sit substitutio de omnibus bonis non solum indefinitè, sed etiam cum dictione vniuersali. ibid. num.5. fol. 48

Item procedit, etiã si inter ipsos grauatos extet persona, quæ ex præsumpta mente testatoris sit præferenda substituto. ibid. num.6.

Et quomodo intelligatur quò ad effectum prædicta magis communis opinio, & quid quando vnus ex grauatis moritur, & quando in effectu admittatur substitutus declarat. ibidem num.7.

Et quæ sit ratio prædictæ magis communis opinionis, cur scilicet non inducatur reciprocum fideicommissum, nisi quando substitutio fit de omnibus bonis, & fit expresse vltimo morienti, non autem inducatur alijs casibus, putà quando fit post mortem omnium, &c. & rationem adducit, quam malè Doct. declarant. vide ibid. num.8.

Substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum non censetur extare inter grauatos, quando substitutio est facta post mortem multorum simpliciter, id est, non adiecta dictione collectiua seu vniuersali, omnium. quãuis dictum sit, in omnibus bonis. & procedit hoc, siue grauati sint extranei, id est, non succedentes inter se, siue sint inter se ab intestato successuri. idem quoque est dicendum, licet fuerit adiecta dictio vniuersalis, omnium. quòd scilicet non subsit fideicommissum reciprocum. d. cons.31. numero 11. fol. 49

Substitutio facta post mortem omniũ non æquiparantur substitutioni factæ vltimo decedenti, & tenentes contrarium errant. & de intelligentia tex. in l. codicillis. in prin. ff. de vsufruct. lega. d.cons.31. num.12. ibid. & vide ibidem vsq; ad numerum 17.

Substitutio si sit concepta post mortem omnium, an idem sit, ac si expresse esset grauatus vltimo moriens, vide etiam cõsil.32. num.2. & num.9. fol. 51

Substituere post mortem omnium simpliciter aliud est, aliud substituere vltimo decedenti simpliciter. item aliud substituere vltimo decedenti in omnibus bonis, & aliud substituere post mortẽ omnium in omnibus. & declarat cons.31. num.16. fol. 49

Substitutio reciproca sicut inducitur inter grauatos, quando est facta substitutio in omnibus bonis vltimo decedenti, an idem quoque sit, quando non est facta vltimo morienti, sed simpliciter post mortem omnium. & concludit etiam quod non. cons.32. nu.9. fol. 51

Substitutio reciproca an censeatur inducta inter institutos, quando testator non dixit de omnibus filijs. sed vsus est dictione, quicunq;. d.cons.32. num.3. ibid.

Substitutio reciproca an censeatur esse inter institutos, si dum testator eis substituit, concepit verba substitutionis per copulam, videlicet, Petrus & quicunq; alij filij. d. consil.32. num.7. ibid.

Substitutio reciproca an facta cẽseatur inter institutos, quando substitutio est facta stantibus personis, quæ ex præsumpta voluntate testatoris solent excludere substituti, quod non. & quod etiam hoc casu procedat supradicta magis communis opinio. consil.31. num.17. fol.50. & vide etiam cons.32. num.11. fol. 52

Substitutus quando excluditur à personis, quæ ex coniecturata mente testatoris præferuntur ipsi substituto, tales personæ veniunt ab intestato, non autem ex testamento. & quæ sit ratio. d.consil.31. num.18. fol.50. & consil.32. nume.10. fol. 52

Et talis persona satis est, quod sit vel de liberis, vel generalius sit de successuris ab intestato in proximiori gradu, quam substitutus. d.cons.31. num.19. fol. 50

Substitutio reciproca inter institutos adhuc non inducitur per substitutionem factam in omnibus bonis post mortem omnium, dato, quod instituti sint, prædilecti substitutis, prout voluerunt aliqui, & malè. cons.32. num.11. fol. 52

Substitutto facta talibus personis, quæ ex coniecturata mente testatoris excludunt substitutum, non refert, an facta fuerit adiecta, quia vtroque casu quælibet illarum personarum præfertur substituto, & dictio, omnium. nihil operatur ad exclusionem substituti, nisi quando substitutio sit extraneis. cons.31. num.20. fol. 50

Substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum nõ subest inter multos institutos, & tamen extraneus substitutus censetur substitutus singulis, sed non admittitur, nisi mortuis omnibus, & tunc auocat ad se omnia bona etiam si fuerint alienata. d.cons.31. nu.24. fol. 51

Substitutus. contra substitutos in dubio est iudicandum, quando agitur de excludenda persona verisimiliter magis dilecta testatore. cons.86. nu.6. fol. 121

Substitutus præfertur venientibus ab intestato. cons.41. nu.8. fol. 59

Substitutio si sit facta hoc modo. Et si filij mei, ac eorum descendentes vsq; in infinitum decesserint sine filijs, tunc substituo alios proximiores de parentela tunc viuentes, an censeatur factum perpetuum fideicommissum semper inter illos de parentela, an verò censeantur vocati illi solum, qui erunt in primo gradu, extincta linea, &c. & de hac materia, vide in cons.51. per totum. fol. 67

Substitutio vocans duos antiquiores de domo, intelligitur vocare in perpetuum semper duos ex antiquioribus, neque restringitur ad duos semel tantum. d. consilio 51. nume.14. ibidem.

Sub-

INDEX.

Subſtitutionis in primo gradu prædilectus, an cenſeatur etiam prædilectus in ſecundo gradu. conſ. 13. num. 6. fol. 29

Subſtitutum ſi prætulit teſtator propriæ filiæ, multo magis cenſetur voluiſſe eum præferre nepti, quæ eſt remotior. conſil. 19. nume. 9. fol. 36

Subſtitutio cedit iuri accreſcendi ex qualibet leui coniectura. conſ. 31. nu. 13. fol. 49

Subſtitutus non dicitur priuari iure ſuo, ſed habetur pro non ſcripto, quando defecit conditio ſubſtitutionis. conſil. 86. nume. 8. fol. 122.

¶ Succedere volens tanquàm agnatus &c. debet in primis probare ſe eſſe talem. conſ. 61. num. 1. fol. 79

Et an probare debeat certum gradum agnationis. ibid. numer. 2.

Succedentes ab inteſtato aliquando obtinent bona tanquam hæredes reuocabiliter, & non irreuocabiliter. conſi. 86. nume. 10. fol. 122

Succeſſio ſit per nepotes in ſtirpes, & non in capita, quando agitur de ſucceſſione patrui. conſ. 29. nu. 22. fol. 47

Succeſſio an deferatur ſolum fratribus vtrinque coniunctis, ſeu filijs fratris vtrinque coniunctis, excluſis fratribus conſanguineis tantum, ſeu eorum filijs, ſtante ſtatuto excludente mulieres & lineam maternam à ſucceſſione, & vocante agnatos maſculos, ſiue parentes paternos proximos, & de hac materia, vide latè in conſil. 81. fol. 93. & vide ſupra in verbo, Filij, & in verbo, Fratres.

Succeſſio ſiue ſit pura, ſiue conditionalis, quod ſemper inſpiciatur tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, & illi tantum admittantur, qui reperiuntur nati tempore mortis, vel tempore euenientis conditionis, non autem qui poſtea ſupernaſcuntur. & quando admittantur etiam poſtea nati, vel concepti. & de hac materia, vide optimè in conſ. 109. per totum. fol. 147

Succeſſio ſi ſit pura, inſpicitur in ea tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, & illæ tantum perſonæ admittuntur, quæ reperiuntur tunc natæ, id eſt, tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur, non autem poſtea nati, ſiue ſuccedatur ab inteſtato, ſiue ex teſtamento. d. conſil. 106. nume. 1. fol. 143

Succeſſio ex diſpoſitione conditionali ſi tractetur, ij tantum admittuntur, qui reperiuntur nati tempore euenientis cõditionis. & generaliter inſpicitur tempus, quo dies legati vel fideicommiſſi cedit, ſiue ſit purum, ſiue in diem, ſiue conditionale. d. conſ. 106. nume. 3. ibid.

Succeſſio ſi ſit conditionalis, quod non admittantur ad eam illi, qui poſtea ſupernaſcuntur poſt euentum conditionis. d. conſ. 106. nu. 5. fol. 144.

Etiam quod poſtea nati ſint proximiores, quàm ſint illi, qui eos excludunt. & quæ ſit ratio, ibid. nu. 6.

Et amplia etiam, & declara vt ibid. nu. 13. cum ſequen.

Succeſſio. ad ſucceſſionem admittuntur etiam illi, qui poſtea naſcuntur, ſaltem ex veriſimili mente teſtatoris, quando ſcilicet teſtator non cauit deſcendentes in infinitum, vel per multos gradus, aut alias perſonas multorum graduum quæ non poſſunt eſſe natæ ſimul eodem tempore. & an ſit vera hæc opinio Socini. d. conſ. 106. nu. 13. fol. 144. & quomodo intelligatur. vide ibid. nu. 17. fol. 121

Et quod debeat intelligi, vt procedat, quando eo tempore quo euenit cõditio, nemo ex vocatis à teſtatore erat natus, ideo expectatur, quod aliqui naſcantur. & quæ ſit ratio. ibid. nume. 17.

Succeſſio. ad ſucceſſionem cenſentur vocati etiam illi, qui quãdocunque poſtea naſcuntur, quando teſtator digreditur ad multos gradus, dummodo tamen reperiantur nati tempore euenientis conditionis. d. conſ. 106. nu. 16. ibid.

Succeſſiones ex teſtamento regulariter, & in dubio procedũt eo ordine, quo procedunt ſucceſſiones ab inteſtato. d. conſil. 106. nu. 2. fol. 143. & conſil. 17. num. 15. fol. 34

Succeſſiones in fideicommiſſis procedunt ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato. conſ. 17. nu. 15. ibid.

Succeſſiones extraneas ſuis præferre velle nemo præſumitur. conſil. 24. nu. 4. fol. 41

Succeſſor nouus alterius præſumitur ignorare, & in eo rectè præſumitur ignorantia. conſ. 3. nume. 15. fol. 4

Succeſſor Principis an obligetur ex contractu facto cum ſubditis per prædeceſſorem ſuum. & de hac materia, vide in conſil. 67. fol. 95. & ſupra in verbo, Contractus Principis &c.

Succeſſor in beneficio Eccleſiaſtico ſuccedit etiam in fructibus, & ad ipſum ſucceſſorem tranſeunt, non autem ad hæredes decedentis &c. conſ. 79. nu. 15. fol. 110

Succeſſor quando non teneatur ſtare colono, & quod ſucceſſor legitimus in beneficio Eccleſiaſtico non teneatur ſtare colono poſito per prædeceſſorem, qui erat iniuſtus detentor, & vſurpator beneficij, & cuius ius fuit extinctum &c. & de hac materia, vide in conſ. 108. per totum. fol. 146

Succeſſor non tenetur ſtare colono, quando fit ſucceſſio nõ per tranſlationem iuris in alium, ſed per priuationem eius, qui locauit, & per extinctionem iuris ſui. d. conſ. 108. nume. 1. fol. 146. & quæ ſit ratio, vide ibid. nu. 3.

Idem eſt de locatione facta per vſufructuarium, ibid.

Idem in ſucceſſore beneficij Eccleſiaſtici, ibidem.

Succeſſor in beneficio Eccleſiaſtico an teneatur ſtare colono, quando prædeceſſor locauit expreſſo nomine Eccleſiæ. & q̃ non teneatur ſtare, quando locatio fuit ſimpliciter facta nomine ipſius Prælati, etiam quòd fuerit legitimus poſſeſſor. d. conſ. 108. num. 5. fol. 146

Succeſſor non tenetur ſtare colono, quando locator non habebat plenam adminiſtrationem, etiam quod tranſlatio fiat per ſententiam Iudicis. d. conſ. 108. nu. 2. ibid.

Succeſſor quilibet per ſententiam Iudicis tenetur ſtare colono, & quomodo id intelligatur. & declaratur Iaſon in l. diuortio. nume. 35. & Baldus adductus per Iaſ. d. conſil. 108. num. 6. ibid.

Succeſſor non tenetur ſtare colono, ſi locatio facta fuit in fraudem ſucceſſoris. d. conſ. 108. nu. 7. ibid.

Succeſſor fiſcus non tenetur ſtare colono. idem eſt in Eccleſia, quia Eccleſia, & fiſcus æquiparantur in fauorabilibus. d. conſ. 108. nume. 8. ibid.

Succeſſores ſingulares an comprehendantur ſub immunitate conceſſa etiam pro hæredibus, & quibuſcunq; ſucceſſoribus. conſ. 34. nu. 4. fol. 53

¶ Succeſſiuè, hæc dictio poſita in ſubſtitutione videtur ſuadere, quod ſit compendioſa ſubſtitutio. conſ. 29. nu. 2. fol. 45. & vide ibi nume. 8.

Succeſſiuè, hæc dictio, & dictio, poſt. faciunt ſubſtitutionem compendioſam, quando eſt adiecta mentio mortis. & quid operentur, & quomodo intelligantur. d. conſilio 29. nume. 8. fol. 46

Sui, hæc dictio denotat omnes deſcendentes. conſ. 106. num. 14. fol. 144

¶ Superioritatis iure pertinet aliquando locus ad dominum, non autem iure pleno. conſ. 16. nu. 4. fol. 31

¶ Supplementum legitimæ, vide ſupra in verbo, Legitima.

¶ Superfluum non dicitur, quod particulariter exprimitur, & ad tollendam dubitationem, & quælibet minima ratio tollit argumentum ſuperflui, & verba quandoque ponuntur ad demonſtrandum id, quod re ipſa erit. conſil. 11. num. 29. fol. 25

Superfluum non dicitur id, quod aliquando exprimitur ad tollendam omnem diſputationem. conſ. 27. nu. 7. fol. 44

Superflua nunquam dicitur particularis expreſsio. d. conſ. 27. nu. 9. fol. 44. & conſ. 11. nu. 29. fol. 25

¶ *Suſpitio arguitur ex actibus inſolitis. & impertinentibus, ſicut ex clauſula inſolita. conſ. 56. nu. 23. fol. 73. & conſ. 72. nu. 14. fol.* 100

Suſpitio falſi habetur pro falſo, & quomodo hoc debeat intelligi, & quot modis dicatur inſtrumentum ſuſpectum de falſo. de hac materia, & optimam declarationem, vide in conſilio 99. per totum. fol. 138. vide in ſupra in verbo, Falſum.

Suſpitio falſi quòd habeatur pro falſo, procedit, quando ſuſpitiones oriuntur ex vitio viſibili ſcripturæ, vt ex abraſione, & cancellatione in loco ſuſpecto, ſecus ſi extrinſecus oriantur, ſecundum Innocent. Specula. & Paul. de Caſt. d. conſil. 99. nu. 2. fol. 138

Suſpitio falſi &c. In hac materia falſi, & ſuſpecti de falſo dantur tres gradus, aliquando enim datur inſtrumentum falſum, aliquando datur inſtrumentum ſuſpectum de falſo, ſcilicet ſuſpitione intrinſeca, & vitio viſibili, aliquando autem datur ſuſpectum de falſa ſuſpitione extrinſeca & inuiſibili. & omnia optime declarat. d. conſil. 99. numer. 3. ibidem.

Suſpectum eſſe de falſo inſtrumentum dum dicunt iura, ſentiunt vt plurimum de ſuſpitione intrinſeca, & proueniente ex vitio viſibili, & tunc ſuſpitio habetur pro falſo, niſi probetur expreſsè contrarium, & inſtrumentum eſt reijciendum, & caſſandum &c. d. conſ. 99. nu. 5. ibid.

Suſpectum de falſo inſtrumentũ datur aliquando tertio gradu, id eſt, ſuſpectum vitio extrinſeco, & inuiſibili, & quomodo, & quod tunc dicatur ſuſpectum non ſuſpitione iuris, ſed hominis, id eſt, remiſſa arbitrio Iudicis, qui debet tũc inclinare contra inſtrumentum, & ei non adhibere fidem, & c. d. conſ. 99. nu. 6. ibid. & nu. 8. fol. 139

Suſpitiones falſi quando non ſunt intrinſecæ, ſed extrinſecæ, id eſt, non habentes vitium viſibile, ſed inuiſibile, an reddant inſtrumentum ſuſpectum, vt reijciatur, & quomodo debeant intelligi Innocen. Specula. Paul. de Caſt. d. conſ. 99. nu. 10. ibid.

Suſpectum de falſo inſtrumentum, & inſtrumentum falſum quid proprie differant. d. conſ. 99. nu. 4. 138

T.

TAcens, & non declarans animum ſuum in contrariũ, cenſetur ſibi facere præiudicium circa ius reale, ſecus ſi ſit ius perſonale. conſ. 12. nu. 5. fol. 27

Tacitè quod ſubintelligitur, ſi fuit omiſſum, non vitiat, etiam quod ſit de forma. conſ. 21. num. 12. fol. 39

Taciturnitate an quis cenſeatur renunciare ſuis iuribus. conſil. 25. nu. 16. fol. 43

Taciturnitas vel lapſus temporis an obſtet ad reuocationem feudi. conſ. 76. nu. 3. fol. 104

Tempus. ſecundũ mutationem temporum regulatur contractus ſucceſsiuus, & reſpiciens etiã futura tempora. Vnde ſi ab initio contractus non continebat læſionem, & ex poſt facto propter mutationem temporum contineat enormem læſionem, poteſt tunc reſcindi. conſ. 34. nu. 16. fol. 54

Tempus centum annorum ſufficit ſine titulo ad præſcribendũ iuriſdictionem, & ciuitates, & caſtra, etiam contra Romanam Eccleſiam & c. conſ. 64. nu. 48. fol. 89

Tẽpus centũ annorũ quò ad præſcribendũ æquiparatur tẽpori, de cuius initio & c. d. conſ. 64. nu. 50. 89. & ibid. nu. 94. fo. 93

Tempus centum annorum iudicatur infinitum, & regulariter æquiparatur tempori, de cuius initio & c. d. conſ. 64. nu. 94. fol. 93. ibid. nu. 50. fol. 89

Temporis lapſus, vel taciturnitas an obſtet ad reuocationem feudi. conſ. 67. nu. 3. fol. 104

Tempus quantum requiratur, vt aliquid dicatur antiquum, conſ. 83. nu. 9. fol. 117. & ſupra in verbo, Antiquum.

Tempus 56. annorum, & etiam 50. facit rem dici antiquam in materia probandæ conſanguinitatis. d. conſ. 83. num. 10. fol. 117

Tempus 60. & etiam 50. annorum habetur pro tempore antiquo ad probandum conſanguinitatem, vel filiationem ex verbis enũciatiuis inſtrumentorũ. d. conſ. 83. nu. 14. ibid.

Tempus, quo euenit caſus ſuccedendi, quòd ſemper inſpiciatur in ſucceſsionibus ſiue puris, ſiue conditionalibus, & illi tantum admittantur, qui reperiuntur nati tempore mortis, vel tempore euenientis conditionis, non autem qui poſtea ſupernaſcuntur. & quando admittantur etiam poſtea nati vel concepti. & de hac materia. vide in conſ. 106. pertotum. fol. 144. vide ſupra in verbo, Succeſsio.

Tempus, quo dies legati, vel fideicommiſſi cedit, inſpicitur, ſiue ſit purum fideicommiſſum, ſiue in diem, ſiue conditionale. d. conſ. 106. nu. 3. ibid.

Tempus regulariter inſpicitur, non quo ſit diſpoſitio, ſed in quo ipſa diſpoſitio confertur. conſ. 109. nu. 9. fol. 147

¶ *Termini habiles ſemper præſupponi debent in quacunque materia. conſ. 106. nu. 23. fol.* 145

¶ *Terra differt a Curte, ſeu a loco lapidibus ſtructo. conſ. 22. num. 1. fol.* 37

¶ *Territorij in probatione ſtandum eſt magis inſtrumentis, quàm teſtibus in antiquis. conſ. 64. nu. 22. fol.* 58

Terror & metus durare ceſentur, durante cauſa ipſius metus. conſ. 78. nu. 11. fol. 108

¶ *Tertio præiudicandum non eſt propter commodum, quod quis vult reportare ex ſuo dolo, & improbitate. conſ. 9. nume. 51. fol.* 22

Tertij iuribus non præiudicat inueſtitura, neq; Princeps cenſetur velle tertio præiudicare. conſ. 34. nu. 10. fol. 54

Tertij ius non excluſiuum intentionis agentis ipſo iure oppoſiti non poteſt. conſ. 11. nu. 1. fol. 25

Tertij ius poteſt allegari, quando prodeſt ipſi allegãti, quia concernat eius intereſſe. conſ. 64. nu. 3. fol. 57

¶ *Teſtandi libera facultas ſi reſtringatur per aliquam conditionem, illa conditio dicitur turpis, & improbata, etiam quòd reſtrictio ſit reſpectu certæ rei tantum. conſil. 4. num. 31. fol.* 8

Teſtandi libera facultas auferri non dicitur, quando quis promittit, vel donat certa rem tantum, etiã ſub conditione non reuocandi teſtamentum & c. d. conſ. 4. nu. 31. ibid.

Teſtamentum. In teſtamentis inſpicitur communis vſus loquendi, & conſuetudo regionis. conſ. 6. nu. 2. fol. 10

Teſtamentum vt ſuſtineatur, debet fieri interpretatio. conſil. 85. nu. 11. fol. 121

Teſtamentum probatur per duos teſtes teſtamentarios peritos deponentes de ipſo, & eius tenore, quando ſcilicet eſt amiſſa imbreuiatura ipſius teſtamenti. conſil. 101. num. 7. fol. 140

Teſtamentum facere an poſsit is, qui fuit prohibitus alienare bona, vide in conſ. 109. in princ. fol. 147. & ſupra in verbo, Alienatio, & verbo, Prohibitio.

Teſtamentum facere poteſt minor, & non dicitur læſi, quia poteſt ſemper reuocari. d. conſ. 109. nu. 7. ibid.

Teſtamentum quando ſit, poteſt etiam in eo fieri, & inſeri contractus donationis, & omnis alius contractus, neq; poteſt reuocari. conſ. 4. nu. 38. fol. 8. & conſ. 42. num. 6. fol. 60. & conſ. 57. nu. 17. fol. 75. & conſ. 109. nu. 11. fol. 147

Teſtamentũ quãdo ſit, poſſunt in eo etiã fieri contractus, & habent propriã naturam contractuũ. conſ. 42. nu. 6. fol. 60

Teſta-

INDEX.

Teſtamentum quando fit, poteſt in eo fieri contractus donationis, & ſtipulatio Notarij interueniens facit, quòd cenſeatur irreuocabilis, & habeat naturam contractus quò ad omnia. conſ. 57. nu. 17. fol. 75

Teſtamentum quando fit, poteſt etiam in eo fieri contractus, & an poſſit talis contractus vocari, ſi reuocetur teſtamentum. vide etiam in conſ. 109. nu. 11. fol. 147

Teſtamentum impugnans, an quis poſſit ex eo petere legatū. & de hac materia, vide in conſ. 17. fol. 33

Teſtamentum impugnans an poſſit poſtea ex eo petere legatum, & quando. d. conſ. 17. nu. 3. ibid.

Teſtamentum, & voluntatem legantis approbare cenſetur, qui petit legatum. d. conſ. 17. nu. 1. ibid.

Teſtamento renunciare cenſetur is, qui petit aliquid aduerſus manifeſtam voluntatem teſtatoris. conſil. 87. num. 15. fol. 124

Teſtamenti vna pars declarat aliam. conſ. 19. nu. 12. fol. 37. & conſ. 24. nu. 7. fol. 41. & conſ. 51. nu. 15. fol. 67

Teſtamenti vna pars declarat aliam, & per vnam ſubſtitutionem alia declaratur. conſ. 24. nume. 7. fol. 41

Teſtamenti vna pars declarat aliam, maximè quando ſunt partes connexæ. conſ. 51. nu. 15. fol. 67

Teſtamenta fuerunt introducta iure quodam priuilegiato. conſil. 109. nu. 10. fol. 147

Teſtamentariæ ſucceſſiones regulariter, & in dubio procedūt eo ordine, quo procedunt ſucceſſiones ab inteſtato. conſ. 106. nume. 2. fol. 143. & conſ. 17. nu. 15. fol. 34

Teſtator præſumitur in dubio ſemper ſenſiſſe ſecundum interpretationem iuris communis. conſ. 7. nu. 27. fol. 14

Teſtator præſumitur voluiſſe accommodare voluntatem ſuā ſecundum ſtatuta. conſ. 32. nu. 8. fol. 51

Teſtator ſi fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet &c. hoc argumentum admitti debet. conſ. 7. nu. 31. fol. 14

Teſtator ſi fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet &c. hoc argumentum non procedit, neq; habetur in conſideratione, quando verba teſtamenti ad id vllo modo non tendunt, ſed potius denotant contrarium. conſ. 106. nu. 24. fol. 145

Teſtatoris mentem interpretari eſt periculoſum, & in ea ſæpe erramus. conſ. 13. nu. 1. fol. 28

Teſtatoris mens vincit verba. conſ. 24. nu. 12. fol. 42

Teſtatoris voluntas euidens dicitur ea etiam, quæ colligitur ex coniecturis. conſ. 19. numer. 8. fol. 36. & conſ. 110. num. 2. fol. 149

Teſtatoris voluntas ſolet etiam interpretari ex argumento à communiter accidentibus. conſ. 24. nu. 6. fol. 41

Teſtatoris voluntas ſpectanda eſt potiſſimum in fideicommiſſis, & quomodo id intelligatur. conſ. 31. nu. 22. fol. 50

Teſtatoris voluntas habetur pro expreſſa, ſi colligitur ex coniecturis. item probatur ab incluſione vnius partis ad excluſionem reſidui. conſ. 110. nu. 2. fol. 149

Teſtatoris voluntas colligitur etiam ex actu inualido. d. conſ. 110. num. 7. ibid.

Teſtatoris verba intelliguntur, prout teſtator putabat. conſil. 73. num. 7. fol. 101

Teſtatoris diſpoſitio non debet ea interpretatione intelligi, per quam redderetur eluſoria, & per quam non haberet plenum effectum, & infringeretur aduerſus ipſius mentem, ſed ne hoc ſequatur, licet recedere à verbis, & à communibus regulis. conſ. 106. nu. 18. fol. 144

Teſtatorum conſuetudo attendi debet. conſil. 57. numer. 1. fol. 75

Teſtator ſi excluſit proprias ſorores, an cenſeatur etiam excluſiſſe filios ipſarum ſororum. conſ. 13. num. 7. fol. 29

Teſtatores ſæpe vocant deſcendentes maſculos ex filiabus, non autem ipſas filias. d. conſ. 13. nu. 8. ibid.

Teſtator ſi non vocauit propriam filiam, cenſetur multo magis noluiſſe vocare neptem, quæ eſt remotior, ſed ei præferre ſubſtitutum, ſicut prætulit filiæ. conſ. 19. nu. 9. fol. 36

Teſtator ſi grauat aliquē reſtituere omnia bona ſua, vel totā hæreditatem, cenſetur tunc prohibuiſſe Trebellianicā. conſil. 17. nu. 5. fol. 33

Teſtator ſi in vna parte teſtamenti dixit expreſſè de filijs maſculis, cenſetur etiam idem voluiſſe in qualibet alia parte teſtamenti, in qua ſimpliciter dixerit de filijs. conſil. 19. num. 12. fol. 37

Teſtator ſi aliquem prædilexit in vna parte teſtamenti, cenſetur etiam prædilexiſſe in alia parte. conſil. 57. numer. 5. fol. 57

Teſtator ſi legat fundum pratiuum, quem habet iuxta Titiū, valet legatum, quamuis reperiatur, q̄ fundus ſit vineatus, ſi tamen conſtat, q̄ nullum alium fundum habebat teſtator iuxta Titium, conſ. 10. num. 9. fol. 23

Teſtator ſi legat equum ſuum album, valet legatum; quamuis non haberet niſi vnum equum nigrum, & debetur ille niger. d. conſ. 10. num. 11. ibid.

Teſtatores facilè præſumuntur obliuiſci. conſilio 19. num. 13. fol. 37

Teſtator ſi tacitā fidem habuit ab hærede ſcripto de reſtituenda hæreditate ſpurio, & etiam palam diſpoſuit in teſtamento, ſed obſcurè, & per circuitus &c. quid iuris. & de hac materia, vide in conſ. 42. per totum. fol. 60. vide ſupra in verbo, Hæres, & in verbo, Spurio.

Teſtator, qui in teſtamento exprimit, ſed obſcurè, quod reſtituatur hæreditas ſpurio, ſeu incapaci, cenſetur maiorem fraudem excogitare, quam ſi omnino tacitè ageret. d. conſ. 42. nu. 8. fol. 60

Teſtator quando vocat illos de parentela, ſeu de familia, cenſetur tunc inductum fideicommiſſum perpetuum inter ipſos de familia. conſ. 51. nume. 1. fol. 67

Teſtator ſi vocat proximiores de parentela tunc viuentes, an cenſeatur vocare dumtaxat primum gradum parentelæ, & non poſteriores, & concludit, quòd non, ſed omnes. d. conſil. 51. nume. 9. ibid.

Teſtator ſi relinquat aliquibus ſub nomine collectiuo, cenſetur inter eos facere fideicommiſſum. d. conſil. 51. numer. 2. ibidem.

Teſtator ſubſtituens hæredi in pœnam poſt aditam hæreditatem, non cenſetur diſponere de hæreditate, niſi per fideicōmiſſum. conſ. 57. nu. 7. fol. 75

Teſtator poteſt priuare hæredem vel legatarium, ſi voluntatem eius non ſeruauerit, & poteſt in pœnam ſubſtituere. d. conſ. 57. num. 11. ibid.

Et poteſt priuare hæreditate, ſi hæres contraxerit ſine licentia alicuius, & tunc non admittitur purgatio moræ. ibid. nume. 12.

Teſtator ſi faciat legatum diſtribuendum ad maritandum tot puellas pauperes natas ex conſanguineis proximioribus teſtatoris, quando quis dicatur pauper, & an intelligatur legatum de puellis natis tempore teſtamenti, an tempore mortis teſtatoris &c. & de hac materia, vide in conſ. 69 per totum. fol. 97

Et q̄ intelligatur de natis, & nubilibus tempore mortis teſtatoris, non autem tempore teſtamenti, vide ibid. nu. 9.

Teſtatoris diſpoſitio intelligitur potius de natis tempore mortis teſtatoris, quam tempore teſtamenti. d. conſil. 69. nume. 10. ibid.

Teſtatoris diſpoſitio an verificetur ſolum in ijs, qui reperiuntur nati tempore, quo euenit caſus ſuccedendi, an verò admittantur etiam poſtea nati, vel concepti, & quid in ſucceſſionibus puris, & quid in conditionalibus, & tam ex teſtamento,

ſtamento, quàm ab inteſtato. & de hac materia, vide optimè in conſ.106. per totum. fol.144. vide ſupra in verbo, Succeſsio.

Teſtator ſi vocauit deſcendentes in infinitum, vel per multos gradus, aut alias perſonas multorum graduum, quæ non poſſunt eſſe natæ ſimul eodem tempore, tunc admittuntur etiam qui poſtea naſcuntur, ſaltem ex verisimili mente teſtatoris. & an ſit vera hæc opinio Socini. d. conſil.106. num.13. ibidem. & quomodo intelligatur. vide ibidem numero 17.

